



Don
De l'Institut Catholique
DE PARIS

ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

DE LYRA.

In Ecclesiasten Commentarium.

BOSSUETIUS. — CORNELIUS A LAPIDE.

In Canticum canticorum Commentarium. — Compendium, sive Synopsis sensûs litteralis et genuini Cantici canticorum.

JANSENIUS.

In Librum Sapientiæ Commentarium.

EMMANUEL SA.

In Ecclesiasticum Commentarium.

BESOIGNE.

Concorde des livres sapientiaux.

S. HIERONYMUS. — CORNELIUS A LAPIDE.

NATALIS ALEXANDER. — ROSENMULLER. — HOUBIGANT.

Præfationes. — Prolegomena; Canones qui facem præferant Ecclesiastico cæterisque libris sapientialibus; Encomium sapientiæ ex parallelis ethices naturalis et divinæ. — Procœmia. — De auctore Sapientiæ.

CALMET.

Dissertationes de funeribus et sepulturis, de re medicâ, et de re cibariâ veterum Hebræorum.

BIBLE DE VENCE.

Justification du sentiment de dom Calmet sur l'auteur du livre de la *Sagesse*; éclaircissements sur quelques textes du même livre. — Dissertation sur l'*origine de l'idolâtrie*. — Analyses, instructions et mystères, etc.

CORNELIUS A LAPIDE. — BOSSUETIUS. — ROSENMULLER. — IAHN. -- EMMANUEL SA.
— JANSENIUS. — GROTIUS. — DRUSIUS. — MUNSTERUS. — MENOCHIUS. —
TIRINUS. — VATABLUS. — ESTIUS. — CLARIUS. — BADVELLUS. — LYRANUS. —
CASTALIO. — GENEBRARDUS. — MALDONATUS. — SANCTIUS. — LUD. CAPPELLUS.
— JAC. CAPPELLUS. — CALMET. — SACY. — DUCLOT.

Variæ annotationes.

INDEX RERUM.

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA

PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICE CONFLATUS,

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J.-P. M**.**

TOMUS DECIMUS-SEPTIMUS.

IN ECCLESIASTEN, IN CANTICUM CANTICORUM, IN SAPIENTIAM,
ET IN ECCLESIASTICUM COMMENTARIUM. — *CONCORDE DES LIVRES
SAPIENTIAUX.* — VARIE DISSERTATIONES ET ANNOTATIONES.




PARISIIS,

APUD EDITOREM,

IN VIA GALLICÈ DICTA,

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

—
1839.



SCRIPTURA SACRA

CURSUS COMPLETUS

EX CURSUS COMPLETUS... IN... ET...

TABLE HISTORIQUE...

LEÇONS...

EXPOSITION...

LEÇONS...

Placards...


adhibenda...

ANOTATA...

1837

INDEX...

IN... ET... ET...



BS

610

.63M5

1837

N.17



DE LYRA VITA.

DE LYRA (Nicolaus), quem aliqui Anglum, alii Flandrum Batavum ex oppido quod in Brabantia vocatur *Lyra*, ducunt, fuit Gallus ex Neustriâ, in Verniceensi cœnobio provinciæ Franciæ, Minorum amplexus institutum. Parisiis sacræ Scripturæ addiscendæ et interpretandæ omnem admovit operam, eamque feliciter impendit; namque universos Bibliorum codices duplici commentario, litterali scilicet et morali illustravit, aperuitque posteris viam sacra eloquia facilius explicandi. Non desunt tamen qui tanti viri lucubrationes contemnunt, eas legere dedignantur: sed tantâ divinarum Scripturarum intelligentiâ, et eâ verâ purâ ac germanâ præditus erat, ut in eis exponendis nullum eruditissimorum theologorum sui temporis parem habuerit: unde et doctrinæ ubertatem admirari et venerari deberent. Pluribus elogiis scripta ejus non solum Catholici, sed plures hæretici prosequeuntur. Unde quodam communi ac duplici proverbio dixerunt: *Si Lyra non lyrasset, multi delirasset; et: Si Lyra non lyrasset, Ecclesia non saltasset.* Plures volunt è Judaismo ad christianam conversum re-

ligionem; sed quo nitantur fundamento prorsus ignoro, nisi quia Hebraicæ linguæ erat peritissimus: quasi verò omnes qui Hebræum perfectissimè callent idioma, debeant esse genere Hebræi; ostendant mihi in tot et tantis ejus libris aliquod exstare indicium. Sanè nullum est, in libris quos contra Judæos generatim, et in particulari quos contra Judæum quemdam scripsit; poterat enim dicere se Judæum fuisse et tamen hanc sectam dereliquisse, et ad fidem catholicam transisse. Præter autem perpetuas postillas et Commentarios in universa Biblia, plura eruditè scripsit, ut videre est apud Wadingum in Biblioth. Minorum.

Antequàm verò ad præstantissimi auctoris in Ecclesiasten opus accedamus, perutile sanè erit nonnulla de eodem sacro libro præfationis more delibare, quæ scripsit, sæpissimè nec satis unquàm appellatus doctissimus interpres, Cornelius à Lapide, cujus proinde Prolegomena statim subjiciuntur, addito etiam S. Hieronymi in Ecclesiasten Proœmio.

CORNELII A LAPIDE

IN ECCLESIASTEN (1)

Prolegomena.

Tria hic de more paucis præmittenda sunt: primum, quæ et quanta sit libri auctoritas, ac quis au-

(1) Titulus est Hebraicè *Koheleth*, feminini generis, ad verbum, congregatrix, vel concionatrix. Aliqui intelligendum putant nomen *nepesch*, anima, quod apud Hebræos frequenter intelligitur. Alii *cokmah*, sapientia, quod ego magis probo, quæ concionatrix dicitur, quia *foris prædicat, et in plateis dat vocem suam*, Proverb. 1, 21. (Maldonat.)

Hic liber Hebraicè ita inscribitur: *Sermones Koheleth, filii Davidis, regis in Jerusalem.* Quibus in verbis nomine *Koheleth* Salomonem regem indicari nequit dubitari, quùm Davidi præter Salomonem in regno Judaico, cujus caput Hierosolyma fuit, successisse filiorum neminem constet. Tribuitur verò Salomoni illud nomen nullo alio veteris testamenti loco, sed tantummodò in hoc libro, ut ejus auctori, et quidem, præter inscriptionem sexies, 1, 2, 12; 7, 27; 12, 8, 9, 10. Est igitur nomen Salomonis symbo-

ctor; secundùm, quæ ejus materia, quæ methodus,

licum, seu agnomen, quale ex aliquo facto seu eventu accedere solet. Nec obstat forma nominis *Koheleth* feminea, quùm et alia virorum nomina terminatione femineâ apud Hebræos exstent, ut *Ahemeth Joaddæ filius*, 1 Chron. 8, 36, *Esdraë 2, 57 (a)*, 9, 42, *Phokereth*. Ut verò cur Salomoni, ut hujus libri auctori, nomen *Koheleth* inditum fuerit, intelligamus, de illius significatu quærendum est. Atque verbum quidem *Kahal*, unde illud nomen derivatur, in formâ niphâl (kal non exstat in vet. Test. libris) *se congregare*, ut

(a) Talia nomina formâ femineâ, significatione masculinâ, habere et Arabes, observat Bochartus Hieros. part. 1, l. 2, cap. 4, t. 1, p. 25, edit. Lips. Notissimum illud *Kalifa*, propriè, *successor, vicarius*. Conf. Gesenii Lehrgeb. p. 468, not. et Additam. p. 878. Cæterùm *Koheleth* semel tantùm, 7, 28, cum verbo femineo construitur, formæ ratione habitâ, locis reliquis omnibus ut masculinùm tractatur.

quis finis et scopus; tertium, quæ ejus partitio, quot membra et partes.

Num. 16, 5, 20, Jos. 18, 1, al., et in Hiphil congregavit populum, ut Num. 10, 7, 20, 8, denotat, unde nomen *Kahal* sæpè obviunt congregationem hominum, *cætum* significat. Hinc ex veteribus Hebræis erant qui Salomone inde quod in concione verba fecerit nomen adeptum esse putarent, quasi concionatorem dicerent (a). Eadem jam Græci Alexandrini sententia fuit, qui nomen Hebraicum per Ἐκκλησιαστικὴν reddidit, à convocando congregandoque populo, id est, concionatorem, ejus audiendi causâ coeat populus (b). Grotius maluit קהלת *Koheleth*, συναγωγιστὴν interpretari, collectorem, sententiarum (c), puta, « ut intelligamus, inquit, redactas in hunc librum varias hominum, « qui sapientes apud suos quisque habebantur, opinioniones, de beatitudine, planè sicut liber Jobi omnes « fermè quæ fuerunt, aut esse possunt de divinâ rerum « humanarum gubernatione, aut contra eam, sententias complectitur. » Sed Grotii sententiæ adversatur et illud, quod tam verbum *Kahal* quàm nomen *Kahal* non nisi de hominibus, nusquam de rebus dictive congregatis usurpatum reperitur, et hoc, quod minimè variæ variorum de summo bono sententiæ, uti Grotius sibi persuasit, hoc libro continentur; sed auctor suam tantum de summo bono sententiam tradit, eamque pluribus argumentis illustrat confirmatque. Doederlein nomen *Koheleth* significat à cognatis nominibus concionem notantibus, haud diversum ratus, illo consensum eruditorum, academiâ, qualem putavit à Salomone conditam fuisse et stabilitam, denotari censuit (d). Præterea hunc librum existimavit ex actis Academiæ Salomonæ à prophetâ quodam in compendium redactum esse. Sed talem hujus libri originem à appellationis causam à Salomonæ ætatis rationibus non possumus non prorsus alienam judicare. Alii nomen *Koheleth* è cognatis Hebræicæ linguæ explicare tentarunt. Atque ex Syriaco quidem exclamatio, vociferatio, et locutulejus, *verbosus*, Ludov. de Dieu, in Animadvers. crit., vocabula קהלת קברי interpretatur, *verba vocis exclamantis*, eo, addit, sensu, quo Joannes dicitur *vox clamantis in deserto*. Quæ sen-

(a) Sic in *Midrasch*, vetere Commentario in hunc librum, quod *verba ejus dicta sunt in concione*. Quorsum affert illud 1 Reg. 8, 1: *Tunc congregavit Salomo seniores Israelis etc.*, et v. 2: *Et congregati sunt ad Salomonem omnes viri Israelis*, in quâ ipsâ congregatione rex benè precatus est universo cætui Israelis, v. 14. Huc referunt quoque, quod 2 Paral. 6, 13, Salomo narratur in atrio templi erigi jussisse suggestum æneum, ex quo orans et ad populum loquens ab omnibus audiri possit.

(b) Hieronymus in Commentar. ad 1, 1: Ἐκκλησιαστικὴς Græco sermone appellatur, qui cætum, id est, Ecclesiam congregat, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eò quod loquatur ad populum, et sermo ejus non specialiter ad unum, sed ad universos generaliter dirigatur.

(c) Eadem videtur Arabici interpretis mens fuisse, qui hunc librum *liber collectaneorum* inscripsit, et prima illius verba, quæ Græcè βήματα ἐκκλησιαστικῶν sunt, dicta collectoris reddidit.

(d) « Amant, inquit in Scholiis ad libros poeticos « vet. Test. p. 170, Orientis viri eruditi conciliabula « consessusque privatos, disputationibus, prælectionibus carminum, et poesi extemporaneæ de rebus ad « se gentisque suæ facta et decus, ad religionem, ad « rerum humanarum sapientiam pertinentibus dicatos; « atque hodiè adhuc conservant illa instituta, antiquis « Arabibus *Macamat* dicta, referente Niebuhrio, Description. Arab. p. 107. Ex hoc ferè genere celebrantur « Haririi consessus, quorum partem Schultensius edidit. » Sed consessum qui dicuntur illorum rationem planè aliam esse constat, quàm qualem sibi cogitavit Doederlein, qualemque sibi formârunt alii post

Quæritur ergo primò, quæ et quanta hujus libri sit auctoritas, quis et qualis ejus auctor? — Resp.: Auctoritas hujus libri est canonica sacræ Scripturæ:

tentia quàm vix habeat quo sese commendat, J. J. Schultens, in dissertat. de Utilitate dialector. Oriental. ad tuendam integritatem cod. Hebr., cap. 2, § 24, in *Sylloge Dissertat. part. 1, p. 577*, collato Arabico *exarati cutis*, peculiariter ex multâ spirituali exercitatione, hinc *squalat*, quàm hisce notionibus cognata sit notio *penitentia*; hanc significationem vocabulo *Koheleth* tribuit, et, *verba penitentia filii Davidis*, reddidit. Verùm cur à penitentia liber nomen sit naetum, causa apparet nulla, quàm auctor sese tanquam eum quem factorum suorum peniteret, nusquam in illo prodat. Non est igitur ut nomini Hebræico talem significationem assignemus, quæ à constanti radicis *Kahal* vocumque ab eâ derivatarum apud Hebræos usu tantoperè abhorret. Quâ ipsâ de causâ nec probare possumus, quod nomine *Koheleth* alii vel rerum humanarum pertaxum (a), vel senem (b) significari volunt. Nos quidem acquiescendum arbitramur in vetustissimâ illâ, quam supra retulimus, sententiâ, *Koheleth* esse eum qui coram concione ad se congregatâ verba facit, oratorem, publicum sapientiæ doctorem. Quæ appellatio Salomoni, regi, quatenus hujus libri auctor perhibetur, quàm rectè conveniat, argumenti quod liber tractat, enarratio docebit. (Rosenmuller.)

ipsum viri docti. « *Macamat*, inquit Reiske ad « *Abiffedæ Annal. 1. 5, p. 728*, sunt dissertationes, « in quibus enarrantur quæ in publicis conventibus, « concursibus plebis, dicta factaque fuerunt. Proprie « *consistentiæ*, seu concursus populi, coronæ spectatorum et auditorum; ut Græci talium narrationes « *στοάς, περιήτοιρος, συστάσεις, λεσχάς*, appellant. *Moki* « *min sunt* τὴ περιστάσασμενοι ἔργον, plani, impostores, « prestigiatores, thaumaturgi, qui populi multitudinem « ad se alliciunt. Talis fuit ille Abu-Zeid, quem Haririus « in unaquaque dissertatione introducitur, aliâ atque aliâ « et semper diversâ ratione imposturæ crumenas auditorum emungentem. . . . Est ergo hic Haririi liber « enarratio factorum, quæ aut reverâ subit, aut saltem « fingit subisse suis in iuperibus Haririi. Conf. libellum, in quo operis Haririani indolem descripsimus, qui inscribitur: *Ueber einen arabischen Roman des Hariri*, Leipz. 1801. Cæterum in similem ei, in quâ Doederlein fuit (quam tamen postea in Præfat. ad veracul. hujus libri interpretationem mutavit) de libri *Koheleth* appellatione et origine, sententiam incidit H. E. G. Paulus in Commentar. Artificiose illam exornavit Nachtigall.

(a) Ut Eberh. Scheidius (in Bonneti Analyt. illustrat. Ecclesiastæ p. 42), qui à verbo Arabico supra indicato *Koheleth* propriè *marcidum, exsiccatum*, et hinc eum qui omnia fastidit, ejus animum rerum omnium tædium subit, denotare existimat.

(b) Ita Joan. Simonis, qui in Lex. Hebr., ex verbi arabici significatione corrugandi cutem derivat *senectutis* notionem, quare *Koheleth* senem vertit additâ hæc ratione: « Scripsit enim Salomo Ecclesiasten in senectute, idque nominis sub terminatione femininâ « sibi tribuisse videtur, ad insinuandum animum suum « effeminatum, quo senex ad idololatram à feminis se « pellici passus fuerat; » quod planè ineptum est, et nullâ relatione dignum. *Senem* nomine Hebræico denotari censuit et Th. Imman. Dindorf (in Progr. *Quomodo nomen Koheleth Salomoni tribuitur?* Lips. 1791), sed collato Arabico, quod nomen tamen, uti jam Dathius monuerat in Simonis sententiam, qui idem illud in subsidium vocavit, non tam *senem*, quàm *adultæ et consistentis ætatis virum* denotat. Prætermitto alias minis verisimiles sententias, quas recensuerunt Carpovius in Introduct. ad libros veteris Testamenti, part. 2, p. 200, Bertholdt et Umbreit in libro: *Koheleth septicius de summo bono*, p. 78, seqq.

semper enim hunc librum Hebraei, æquè ac Græci et Latini, habuere in Canone librorum sacræ Scripturæ, nec unquam hæc de re dubitatum est; unde semper recensitus est inter libros protocanonicos, tanquam canonicus primæ classis. Id patet ex Canon. Apost., can. ult.; ex conc. Laodiceno et Carthag. III, ac Florent. et Trid., sess. 4; S. Athanasio, S. August., S. Hieron. in Prologo Galeato; Innocentio primo, Gelasio et cæteris, qui catalogum librorum canonicorum texuere. Excipio pauculos hæreticos, quos sine nomine recenset Philastrius, hæres. 152, et Jacobus Christopol., præfat. in Cant., ac nonnullos Judæos, qui, teste S. Hieron. in fine Comment., opinati sunt hunc librum favere sectæ Epicureorum, scriptumque à Salomone, cum veneri et ventri indulgeret, quos secutus est Theodorus Mopsuestenus, ex monacho apostata, et Nestorii magister, qui videns vanitatem mundi, ac præsertim luxuriam, quam monachus spreverat, et apostata factus repetierat, hoc libro damnari, dixit Salomonem composuisse Ecclesiasten, *cum prophetiæ gratiam non accepisset, sed tantum illam prudentiæ gratiam, quæ altera est, uti refertur in synodo V Constantinop., actione 4.* Hi ergo Ecclesiastæ objiciebant quatuor: Primum, quòd creaturas Dei bonas condemnare videatur ut vanas, cap. 1; secundum, quòd eodem capite videatur docere aternitatem mundi, cum ait *nihil sub sole novum*; et: *Terra in aeternum stat*; tertium, quòd, c. 2, dicat *nil esse melius quàm comedere et bibere*, quod planè videtur esse pecunium, Epicureum et voluptuarium. Atque hæc impigisse Epicurum, testatur Clemens Alexandr., lib. 5 Stromat.: *Hinc, inquit, Epicuri mentem subiit casus, cum hoc dictum non intellexisset: VANITAS VANITATUM, etc.*; quartum, c. 3, 19, videtur suspectus de animæ mortalitate, cum dicit: *Unus interitus est hominis et jumentis.*

Verùm ad illa singulis quibusque locis respondebo, ac longè aliam fuisse Salomonis mentem demonstrabo. Lymphaticus Martinus Lutherus, pariter excucullatus, qui malo suo genio actus, effutire, imò insanire ausus est in colloquiis convivialibus, *auctorem Ecclesiastæ videri sibi ocreis et calcaribus destitutum equitare tantum in soccis, Ecclesiasten esse sicut Thalmud ex variis libris consarcinatum. Ad hæc, sententias Salomonis quas mensæ accumbens funderet, fuisse ex ore loquentis exceptas, et postea in libros digestas; nimirum homo temulentus et assiduus calicum remex Salomonem ex suo metiebatur ingenio; ipse enim non nisi benè potus et quasi ebrius dictare et scribere consueverat, ideòque ejus scripta insulsa, vomitu, asotia, sordibus, dieteriis, conviciis referta sunt, ut non in libris, sed in scyphis studuisse, eaque inter pocula exarasse, imò eruetasse et exomuisse videatur.* Unde rectè de eo cecinit noster Andreas Frusius.

Biblia, quæ tua sunt, sunt pocula bacchica, Luther:

Est apotheca tua bibliotheca tua.

Auctor ergo libri hujus canonici primus et primarius est Spiritus Sanctus, qui hæc suggestit, et inspiravit Salomoni; Salomon verò eadem prolatus, deinde

conscripsit, aut suo scribæ scribenda dictavit; perinde ut David pater ejus Psalmos et ore cecinit, et calamo conscripsit, ac posteritati consignavit; uterque enim tam vivâ voce quàm scripto docuit populum. Ita censent passim doctores et interpretes (1), Idque patet

(1) Non defuerunt tamen è criticis, qui falsò inscriptum Salomoni opus suspicarentur, ejusque regis personam simulasse scriptorem aliquem, doctum aliqui, qui exercendi ingenii gratiâ opus illud suscepit, Salomonis stylum et res ipsas exprimens; quem admodum Græcus auctor libri Sapientiæ eodem consilio stylum et sententias Salomonis in suo opere affectat. Diu post Salomonem scriptum opus Grotius Prafat. in Eccles. suspicatur; et in Eccles. 12, 11, 12, ab aliquo viro docto, jussu Zorobabelis, exaratum credit, ut aeternum penitentia Salomonis monumentum staret: in capite verò 12, 12, ad filium ejus Abiud sermonem converti suspicatur illis verbis: *His amplius, fili mi, ne requiras.* Suadetur autem his rationibus, quòd in eo libro plurima deprehendat aliena à puritate eloquii Judaici, quæ nonnisi in Esdrâ et Daniele recurringunt. Sed Calovius, qui omnia sedulo examinauit, collectis pariter vocibus Chaldaeis, quas sparsim Grotius in suo commentario annotavit, nonnisi quatuor offendit, è quibus duæ priores ex Hebræo dubio procul deducuntur; duæ reliquæ Chaldaæ vel Arabicæ sunt voces, facillè apud Hebræos ætate Salomonis obtinentes; cum enim quàm latè pateret Hebraica lingua, nostro seculo ignoretur, contingere facillè potuit ut plura contineret, quæ hodiè nonnisi in linguis Chaldaëa et Arabicâ perseverant. Quid insuper prohibet quin Salomon aliquas finitimarum gentium voces usurparet?

Auctor opinionum quorundam Hollandorum theologorum testatur, non deesse qui credant dialogum toto eo libro scribi inter pium virum et impium, dogmata Sadducæorum defendentem. Profectò, inquit, in illo plura inter se pugnantia occurrunt, quæ ab uno eodemque scribi nequeunt. S. Gregorius Magnus, lib. 4, Dialog., cap. 4, scribit reipsâ quidem librum hunc dialogisum esse, et in eo plura contineri inter se planè opposita. Plura pugnantia scripta esse ab auctore fatemur; sed oratoris ille personam gerit et principis, qui pro concione populum instituens, impiorum cavillationes proponit et refellit; vel, si mavis, suos ille prioris ætatis sensus prodit, quàm absurda et ridenda ipse olim saperet, simul demonstrans. Denique viri sapientis personam gerit in utramque partem disputantis, qui expositis variis alienius rei sententiis, omnia perpendit, omnia exentit, et æquâ judicii lance utriusque partis momenta librans, tandem in saniore inclinat. Occurrunt in eo quidem Sadducæorum et impiorum opiniones, quibus tamen auctor nunquam adhæret; alteram vitam agnoscit cap. 12, 8, 9, et premia poenasque post obitum, cap. 12, 14. Laudibus prosequitur sapientiam, virtutem, justitiam; orationem suam claudens, in eo totam hominis rationem sitam esse prodit, ut Deum timeat, ejusque præceptis obsequatur, Eccles. 12, 15.

Verùm ne ultra immoremur cavillationibus refellendis et conjecturis quas turbide quædam mentes, inquietæ, superba, sui tantum studentes, promouent, de quibus Apostolus, 2 Timoth. 3, 1, quæ speciem doctrinæ et pietatis præferunt, rem non habent; damnant cætera, quæ minis assequuntur, et divinas Scripturas perinde ac libros quosque profanos habent; in proferendis conjecturis suis de auctoribus sacris, atque in rejiciendâ Ecclesiæ et probatissimæ vetustatis auctoritate prociociores sunt, quàm si de proferendo in auctorem aliquem classicum judicio ageretur. Deterendum aliquid saltem censent judicio criticorum, et diuturnæ ac nunquam turbate scriptoris, cui opus aliquod longâ ætate vindicatum est,

primo, ex ipso libri initio : *Verba Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem* : quæ verba non sunt titulus libri, sed ipsum libri exordium, ac prima ejus pars. Secundo, idipsum patet ex cap. 12, ubi de se Salomon loquens in tertiâ personâ, diserte asserit : *Ecclesiastæ eum esset sapientissimus, docuit populum, et enarrauit quæ fecerat, quæsiuit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos*. Quid clarus? Tertio, quia passim Salomon hic de se loquitur in primâ personâ, dicens : *Ego Ecclesiastæ fui rex, vidi, consideravi, locutus sum, reputavi, verti, converti, consideravi*, etc. Hallucinatur ergo R. Moyses Kimchi, tract. de Script. sacr. et nonnulli Hebræi, præsertim Thalmudici, quos citat et sequitur Eugubinus in cap. 1 Gen., ac citat eodem Melchior Canus, lib. 2 de Locis, cap. 11, qui censent Salomonem ore duntaxat hæc sua scita et parabolas enuntiâsse, quas deinde vulgî ore tritas et mente conservatas, post multa secula collegerit et conscripserit Isaias, ut scripto ea posteritati mandaret; errant, inquam, uti ostendi Proverb., in Proleg. Cur Salomon hic se vocet Ecclesiastæ, audi S. Gregorium Nysenum, hic, homil. 1, tres hujus nominis causas recensentem : prima est quia docet ecclesiastica, quæ spectant ad salutem animæ; secunda, quia in unum cœtum cogit Ecclesiam, ut hanc ejus concionem audiat, quâ illum in pietate instruat; tertiâ, quia repræsentat Christum, qui est verus Ecclesiastæ, id est, Ecclesiæ fundator, doctor, gubernator, concionator; quartam addit S. Gregor. Thaumaturgus, c. 1, v. 1, quòd doceat totam Ecclesiam.

Porrò Hebræi, teste S. Hieron., quos sequuntur moderni nonnulli, tradunt Salomonem hunc librum scripsisse pœnitentem, cùm scilicet de luxuriâ et idololatriâ suâ pœnituit, adeoque ex hoc libro probant eum pœnituisse. Hic enim liber videtur symbolum pœnitentiæ, dùm in eo accusat vanitatem luxuriæ, omniumque mundi voluptatum, præsertim dùm trecentas habens concubinas, et 700 uxores, id est, universim mille, eas abdicare et damnare videtur, dicens c. 7, 29 : *Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni*; et v. 27 : *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est*. Idololatriam verò suam damnare videtur, dùm ait : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*; idola enim in Scripturâ vocantur vana et vanitas; quia cùm nil sint nisi statuae et simulacra aurea vel argentea, nil habent veri Numinis, nil spiritûs, nil vitæ et virium. Addit noster

passioni. At cùm de libro aliquo divino res est, nullam sibi regulam, præter malam illam libidinem criticum et censorem agendi, et inter cæteros præstandi, constituunt. En Ecclesiæ Jesu Christi reformatores, suæ pariter communionis viris odiosi, imbecillibus perniciosi, nec cæteris minus noxii, qui incautè, nullum dolum suspicati, ad eorum scripta legenda se conferunt. Væ illis, qui cæco, ut inquit Levit. 19, 44, *offendiculum ponunt*. Nullus enim metuendi locus est doctis hominibus, iudicium per se de rebus ferre valentibus, quibus rationes ab adversariis prolatae, utpote leviores planè et nullius ponderis, nihil probant.

(Calmet.)

Pineda Salomonem post pœnitentiam, ut eam testaretur, primo scripsisse Ecclesiastæ, deinde Proverbia, ac ultimo loco Canticum canticorum (1).

Verum hæc traditio incerta est et dubia. Unde Belarminus, lib. 1 de Verbo Dei, cap. 5, quem alii sequuntur, censent Salomonem ante lapsum tres hosce libros scripsisse, primo, quia ipse nullam in his lapsus sui facit mentionem, imò diserte contrarium asserit, dum, cap. 2, dicit, usque ad eam astatem secum perseverâsse sapientiam : *Et supergressus sum opibus, inquit, omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem, Sapientia quoque perseveravit mecum*; secundo, quia nullum prorsus idololatriæ aut pœnitentiæ suæ dat indicium : quod enim per *vanitas vanitatum* non intelligat idola et idololatriam, patet ex sequentibus totoque libro, ubi vanitatem hanc genericam per species explicans, ostendit eam sitam in opibus, deliciis, honoribus, cantibus, poculis, etc., *Nec idoli aut idololatriæ uspiam meminit*, quod tamen facere debuisset, si de eâ verè pœnituisset, ut ejus scandalum et pravum exemplum, quod subditis dederat, aboleret : ipse enim regum Israelis primus invexit idola in Judæam, quæ deinde in eâ perdurârunt per trecentos annos usque ad Josiam regem, qui ea sustulit, atque hujus mali origo et choragus existit Salomon; an ergo ea destruere, detestari, et omnibus invisæ efficere debuisset, si verè pœnituisset? sic enim post natam in Israele idololatriam, ut ab eâ omnes avocent, in idolorum vanitatem detonant Baruch, cap. 6, Isaias, cap. 41 et seq., cæterique prophetæ ad unum omnes; tertiò, quia si Salomon jam habebat mille concubinas, erat utique totus enervis, carnalis et effeminatus. Ut Spiri-

(1) Tempus conscripti libri erat tempus post lapsum, quod multò probabilis puto. Nam 1^o prolixè recenset opera sua, v. g., ædificia, quæ non nisi post viginti annos erant absoluta, 1 Reg. 9, 10, nec non voluptates abunde degustatas, et opes summas, non sane intra paucos annos congestas; 2^o Salomoni seni optimè convenit elegans illa senectutis descriptio, Eccles. 12, 4, etc. 3^o Hebræi referunt Canticum à Salomone scriptum juvene; Proverbia, ab eodem viro; Ecclesiastæ verò, ab ipso sene; quanquàm verosimilius videtur quòd traditur in Zemach David, p. 15, et Seder Olam rabba, c. 5, sub senium propè mortem Salomonem habuisse Spiritum S., et dictâsse tres illos libros; 4^o Illic facit detestatio feminarum vehementissima, cap. 7, 27, etc., quæ procul dubiò protecta ex magno illo à feminis sibi illato malo (ante lapsum sane eum longè benigniùs de feminis sensisse vix quisquam dubitabit); 5^o ad timorem solius Dei revocat, c. 12, 13, 14, nimirum deprehensâ per pœnitentiam idolorum omnium vanitate; 6^o ut David parens post lapsum scribebat confessionem, Psal. 51, etc., ita quoque verisimile est Salomonem, gravibus illis adversariis, 1 Reg. 11, 14, etc., à peccati somno excitatum, conscripsisse hunc Ecclesiastæ, et publice confessionis monumentum reliquisse.

(Gejerus.)

Puto à Salomone sene hunc librum scriptum, quòd rerum humanarum undequaque periculum fecisset, etc.

(Mercerus.)

Porrò, pœnitentiæ Salomonæ non obscura sunt indicia : cui etiam favet illud 2 Par. 34, 47 : *Ambulaverunt in viâ Davidis et Salomonis*. Sancè, si Salomon impenitens mortuus fuisset, non jungeretur cum Davide pœnitente et pio; neque enim tam ad principum quam clausulam vitæ respicere solemus locuti de alicujus pietate exemplari.

(Gejerus.)

tūs sancti non esset capax, nec tam alta de mundi vanitate, de Dei timore, de aeternitate posset meditari et eructare, uti hic facit. *Malum enim virum non est fas esse interpretem numinis*, ait Philo, lib. *Quis rerum divin. hæres*. Denique Ecclesiasticus, cap. 47, narrans gesta Salomonis, prius ejus scripta, posterius ejus lapsus enarrat. Idem facit Joseph lib. 8 Antiq. c. 2.

Chaldæus verò Paraphrastes censet Ecclesiasten à Salomone conscriptum, cum ex Dei oraculo, 5 Reg. 11, 12 et 29, didicisset regnum suum tam dives, felix et gloriosum ruiturum, et discindendum per schisma Jeroboam, qui sub Roboam Salomonis filio decem tribus à duabus dispescuit, et ad se traduxit, regnumque Israel divisum à regno Juda, cui præfuit Roboam, constituit. Igitur censet Salomonem hic regni sui vanitatem per schisma declarandam deplorare. Audi eum ex interpretatione Complutensi (nam in Bibliis regis hæc desiderantur in Chaldæo), c. 1, v. 2: *Cum divinationis spiritu prævideret Salomon, rex Israel, regnum Rehabam filii sui cum Jeroboam filio Nabat divisum iri, et imminem Hierosolymis et templo vastitatem, populumque Israel captivum ductum iri, ait: Vanitas vanitatum mundus iste. Vanitas vanitatum id omne cui ego et pater operam dedimus, etc.*

Verùm hoc oraculum de schismate regni Salomonis contigit post lapsum ejusdem. Fuit enim pœna ejus luxuriæ et idololatriæ à Deo justè decreta. Quare quæ priori sententiæ Hebræorum opinantium hunc librum à Salomone conscriptum post lapsum, obstant, etiam huic opinioni Chaldæi officiant. Adde nullam toto libro schismatis futuri mentionem fieri.

Quæritur secundo quæ hujus libri sit materia, quis stylus, quæ methodus (1)? Respondeo: Argumentum

(1) Eichhornius, Herderum secutus, Ecclesiastæ librum dicit ad modum dialogi comparatum esse, quo contineantur mutui sermones et juvenis ingenio fervidioris acriterque continuo invecti in vanitatem et perversitatem omnium rerum, quas explorando atque observando assecutus esset, et doctoris prudentis, longæque multarum rerum experientiæ subacti, qui animum juvenis mitigaret atque imbueret præceptis salutaribus; cujus doctoris responsionem primam inde à cap. 4, 17, 5, 11, secundam 7, 1, 14, tertiam 7, 16, 22, quartam 8, 1, 8., quintam 9, 7, 10., sextam 10, 1, 4, septimam 10, 8, 12, 7, comprehendit, reliqua esse quærentis juvenis sive discipuli, præter epilogum, 12, 8, 14. Sed huic sententiæ verè opposuit Van der Palm (a), responsiones magistri prorsus alienas esse à quæstionibus discipuli, et versari in argumento longissimè diverso. Talis incoherentiæ quàm passim cernatur per totum librum, tum evidens ejus exemplum est in primâ, quam Eichhornius esse vult, responsione, cap. 4, 17; 5, 11. Postquam enim per quatuor priora capita discipulus summo affectuum ardore invectus esset contra vanitatem omnium rerum, ut nihil bonum, nihil utile, nihil hominibus in hac vitâ proficuum esse pronuntiasset, magister, discipulum corrigens scilicet, præcepta tradit de votorum temeritate. Multò minùs verisimile est Bergstii sententiâ, in singulari Commentar. super hoc libro in Eichhornii Biblioth. der bibl. Litterat. part. 10, p. 965, seqq., auctoris hujus libri consilium hoc fuisse, ut certamine instituto inter Hebræum, sophistarum Græcorum disserendi rationi addictum, illorumque more fallacibus conclusivunculis

Ecclesiastis est, ait S. Greg. Thaumaturg. hic initio suæ Paraphrasis, ostendere quàm vana et inutilia sint

utentem, qui sub Salomonis personâ in scenam prodeat, et alium Hebræum de ratione vitæ instituendæ rectè sentientem, et antiquo gentis suæ more per sententias docentem, appareat quantum simplex hic docendi modus novâ illâ disciplinâ præstet. Rohde quoque, de veterum poetarum sapientiâ gnomicâ, Hebræorum inprimis et Græcorum (Havn. 1800), p. 215, seqq., et p. 225, seqq., hoc libro fictum Salomonis cum quodam sui ævi vate colloquium contineri putat, in quo providentiæ divinæ causa agatur contra objectiones quibus humanarum rerum moderamen impetere soleant homines. Kelle, qui *konelet vulgarem* scilicet sapientiam interpretatur (id verò est, falsam, quæ summum hominis bonum in fruentibus hujus vitæ voluptatibus poneret), ejus defensorem et patronum Salomonem hoc libro introduci existimat, qui à vetere sapientiâ studioso et doctore refutetur. Enimverò quicumque præconceptis opinionibus vacuus ad legendum hunc librum accedit, hunc putaverim nulla in eo dialogismi, aut duorum in contrariam partem argumenta referentis vestigia reperitum esse. Continuus per totum librum sermo habetur, qui, etsi abrumpitur sæpè, transitu facto ad aliam disserendi materiam, nunquam tamen ab alio intercipitur; neque tanta est conceptuum dissimilitudo, quæ aliena sit ab unius auctoris personâ. Quæ verò inter se pugnare videntur, supra memorata, ea, si diligentius et propius inspiciantur, benè inter se convenire suis locis videbimus.

Neque tamen qui agnoscunt loqui in hoc libro unum eundemque auctorem, suas duntaxat ipsius, non plurium sententias exponentem, consentiunt in definiendo auctoris consilio. Desvœux, vitæ post mortem futuræ spem hoc libro auctorem confirmare voluisse existimat rationibus ductis à naturâ rei et ab experientiâ. Atque hoc effici putat *tribus* propositionibus, quarum *prima* est, non sullicere hominum studia et labores ad eam felicitatem obtinendam, quæ animum contentum reddat, et in quâ prorsus acquiescant; tum, bona hujus vitæ, quæ homines multo labore sibi comparaverint, eorum felicitatem adeò non absolvere, ut vel maximè eos prohibeant ab animi quiete et tranquillitate; denique, homines ignorare quid ipsi verè prosit, quippe vel nesciunt, vel parùm curant quid sibi post mortem eventurum sit. Jam porò singulis hisce propositionibus Desvœux aliam subjungit, quæ ipsi videtur ad axiomata ejus ætatis pertinere, videlicet, res humanas regi ab Ente sapientissimo, quod quàm summè potens sit et infinite perfectum, tum nihil agere possit, quod his perfectionibus repugnet. Hanc igitur propositionem, tanquam minorem, applicando ad singulas illas priores, triplicem inde conclusionem effici statuit pro immortalitate mentis. Hanc tamen, quæ auctori nostri libri tribuitur, argumentationem justò subtiliorem et artificiosorem, nec tamen satis perspicuam esse, quisque spontè intelliget (a). Alii sapientem bonorum hujus vitæ usum hoc libro commendari volunt (b). Quod etsi ad consilium

(a) Pluribus Desvœuxii sententiam refutavit Van der Palm, l. 1, p. 15, seqq.

(b) Ita Lutherus, *Præfat. in Ecclesiast.* « Est, inquit, status et consilium hujus libelli, erudire nos, et cum gratiarum actione utamur rebus presentibus et creatoris Dei, quæ nobis Dei benedictione largiter dantur et donata sunt, sine sollicitudine futurorum, tantum ut tranquillum et quietum cor habeamus, et animum gaudii plenum, contenti scilicet verbo et opere Dei. » Iahn, *Introduct. in libros sacros V. T.* p. 428: « Auctor vanitatem et molestiam rerum humanarum non magis ac hilarem vitæ usum spectavit; unde apparet, reprime re voluisse tantam hominum contentionem, quâ in corradendas divitias, conquirendas voluptates et adipiscendos plau-

omnia hominum negotia et studia, quae in humana rebus suscipiuntur, ut homines traducat a sensibilibus ad ea

auctoris pertinere negari non potest, tamen non pro unico illius aut palmari fine habendum est. Hinc valet in J. E. C. Schmidtii sententiam, doceri hoc libro, omnem animi, ingenii, virtutem, nullam contentionem vitandam, sed modum in rebus tenendum esse (a). Hebraei philosophi in hoc libro conscribendo studium in eo versatum esse, ut argumentis ab experientia deductis probaret, mortalem in hac vita nunquam obtinere posse summum bonum, statuit Umbreit, *Koheloth scepticus de summo bono*, p. 55, seqq., et ejusdem *Koheloth, des weisen Königs, Seelenkampf* rel. Protem. Sanè questionem de summo bono in hoc libro tractari, dubitari nequit; verum si auctor nil aliud demonstrare voluisset nisi hoc, non datum esse mortalibus, summum bonum in hac vita assequi, id vix dignum videtur in quo tantum operæ consumeret. Sed plus esse, quod nos edocere vellet auctor, posterior libri pars arguit, cujus argumentum supra indicavimus. Novam planè de hujus libri consilio sententiam protulit Kaiser (*Koheloth, das collectivum der Davidischen Könige in Jerusalem* rel.), poema historico-didacticum illum esse ratus, quo regum Judaeorum à Salomone ad Sedeciam mores et instituta rectè designentur et perstringantur, eo fine, ut quenam causæ regno Judaico interitum attulerint, doceatur. Quam suam sententiam vir S. V. multo ingenii acuminè atque eruditionis apparatus exposuit et illustravit. Verum, ut illam nostram faciamus, illud potissimum nos prohibet, quod Ecclesiastis auctor ne levissimo quidem nutu lectores suos de tali suo consilio monuit. Quod si libri auctor illud, quod V. D. vult, spectasset, mentem suam modo antea inaudito, querelarum de rebus humanarum vanitate, et sententiarum moralium involuero occultasset, quod vix acutissimus eorum, quibus scripsit, perspicere potuisset. Restat Ewaldi sententia ad calcem Commentarii in Cantici canticorum p. 155, seqq., qui librum hunc illà atate scriptum judicat, quâ, Palaestina provincia Persiâ factâ, Judæisque violentorum praefectorum sævitia oppressis, eorum alii vitæ pertæsi nihil eorum quae homines ferè expetunt, quicquam æstimarent, alii sibi desperati in quascunque voluptates sese ingurgitarent, alii denique apertè in suos oppressores invecti, eorum animos magis adhuc adversè se exasperarent. Tali igitur tempore visum esse auctori hunc librum conscribere, quo suos populares moneret, ut praesentia mala aequo animo perferant, in loquendo cauti et circumspecti sint, ante omnia verò Deum reverentur, quem cogitent omnia in judicium adducturum tandemque ex aequo compositurum esse; praeterea hortari auctorem suos, ne suo meritori succumbant, sed praesentibus quae Deus concesserit bonis hilari gratæque erga Deum mente, dum liceret, utantur. Verum quòd Ecclesiastes de injustis magistratibus innocuos opprimentibus passim queritur (ut c. 5, v. 16, e. 4, v. 1, e. 5, v. 7), nequaquam est argumento, Palesti-

cus, praecipites feruntur; monere tamen simul, ne innocua oblectamenta, etsi fluxa et fugacia, sibi prorsus denegent, et vitam sibi molestiorem reddant. Similiter Zirkel auctorem vitam hilariter transigendi, et molestias, quantum fieri possit, evitandi artem docere voluisse censet, respectu habito ad Pharisaeorum et Sadduceorum placita, ita ut median quandam inter utriusque sectæ disciplinam tenendam ostenderet. Eam sententiam diligenter examinavit et refellit J. C. E. Schmidt (in libro proximè, supra in textu, laudando).

(a) Praeterea hunc librum judicat non solum ex pluribus partibus diverso tempore scriptis constare, verum et opus esse non planè elaboratum nec ab auctore ad finem perductum. Sed neutrum horum argumentis idoneis sumi ostendit Umbreit in libro statim laudando.

quae sub sensum non cadunt, ait Nyssenus, puta ad celestia et spiritualia, ait S. Bernardus, *Serm. 1 in Cant. Ne quicquam*, inquit S. Hieronymus, *in mundi rebus putemus esse perpetuum, sed caduca et brevia universa quae cernimus*. Atque in hoc sensu apex virtutis consistit. Quocirca S. Chrysostomus, *Hom. 5 ad populum: Virtus*, ait, *est omnia humana despicere, et per omnes horas futura cogitare, mala inhaurire praesentium, sed velle quod omnia humana umbra sunt, et somnium, et si quid his cilius. Virtus hominem quasi mortuum ad hujus vite res efficit, et ad nocentia quidem animæ salutis tanquam mortuum operatione carere, ad spiritualia vero sola vivere et operari*.

Porro veteres tres Salomonis libros ita materia et argumento distinxerunt, ut in Proverbis autem tractati ethicam, in Ecclesiaste physicam, in Canticis theologicam. Ita Origenes Prologo in Cant., S. Basil. hom. 1 in Proverb., S. Ambros. in Psalm. 56, S. Hieron. hic et Epist. ad Paulin. *Salomon*, inquit, *pacificus et amabilis Domino mores corrigit* (nempe in Proverb.), *naturam docet* (in Ecclesiaste), *Ecclesiam iungit et Christum* (in Cant.). Accedit Olympiodorus et alii Patres initio Catenæ in Proverb., qui dividunt Salomonis tres libros in tria rerum genera, nempe in *ethica, physica et hyperphysica*. Ratio eorum fuit quòd in Ecclesiaste Salomon describat caeli, solis, elementorum, aeris, maris, terræ, ventorum mutationes, circuitus et vicissitudines, quod est objectum physicae, scilicet corpus

nenses Judæos illo quo liber scriptus est tempore ad eam miseriam redactos fuisse, qualem sibi fingit Ewaldus, quaque ad talem librum conscribendum compulsus auctorem opinatur. Argumentum libri est generale, nec ad certum duntaxat aliquod tempus spectat.

Nostrâ sententiâ omnis illa quae priori libri parte (à cap. 1 ad 4, v. 16) continetur de rerum omnium mundanarum vanitate disputatio, eum in finem est instituta, ut demonstraret auctor, summum hominis bonum nequaquam situm iis in rebus esse, quibus homines vulgo se beatos fieri opinantur, non in curiosâ vanaque scientiâ, non in voluptatibus et luxu, non in honore, famâ et dignitate, non in potentiâ et robore, non in corporis formâ, congestivè in munitensum thesauris. Tum verò docet summum bonum homini in eo ponendum esse, eum ut vitâ praesente animo tranquillo suâque sorte contento fruatur, tum ut pietati et virtuti studeat, quo propitium sibi reddat summum Numen. Hunc in finem ostendit, quid homini sectandum, quid fugiendum sit. Subjungit igitur singulas vitæ, ad normam duplicis istius præcepti rectè instituendæ, regulas, quæ, ex ipso haustæ, ad varias vite conditiones applicantur (a). Hoc partium libri nexu et consilio constituto, illius initium atque extrema, quibus totius operis summa paucis comprehenditur, aptissimè sibi respondebunt. (Rosenmuller.)

(a) Benè Grotius ad 12, 8: «Redit scriptor ad id eundem initium fecerat, evolutisque opinionibus omnibus quæ homini in mentem venire possunt, ait cæteris quidem rebus uti nos posse eum modo; eum autem beati nomen, quatenus hæc vita capit, mereri, equi in omnibus id agit, ut Deo placeat, in eo enim esse summam tam sapientiæ quam tranquillitatis. «*Deum sequere*, dicebant Pythagorici.» Conf. Rud. Henzi, theologi Dorpatensis immaturâ morte litteris nuper crepti. Programma, quod inscribitur: *Libri Ecclesiastæ argumenti brevis adumbratio*. Dorpat. 1827, in-4°.

generabile et corruptibile. Verùm paucis rem acu tangens Olympiod., initio Catenæ Proverb., respondet, *Ecclesiasten rerum naturalium ratione obiter delibato, præsentis vitæ vanitatem ob oculos ponere, quæ ferè eadem verba sunt Didymi initio Catenæ in Ecclesiasten: Ecclesiastes, inquit, in eo est, ut rerum naturalium inhærens contemplationi, vitæ præsentis detegat vanitatem;* et Catenâ Græc. in Proverb., initio, asserit *Ecclesiasten concionando blandè provocare ad universitatis contemplationem, et ea tractare quæ ad animam aliquatenus in virtutum studio progressam faciunt.*

Fixum ergo maneat librum hunc ethicum esse; physica enim tangit in ordine ad ethicam, ut scilicet ex rerum naturalium motu, mutatione, interitu doceat earum vanitatem, ac consequenter vanos pariter esse homines, qui illis inhiant, ac vana eorum studia, futilia et stulta eorum consilia, cassos et stultos eorum labores, quibus acervandis opibus, vel vinis, vel villis, vel deliciis, vel honoribus per omnem vitam desudant, sui finis ac veræ felicitatis obliti. Hæc enim consistit in Dei timore, obedientiâ et cultu. Unde Lyranus censet argumentum Ecclesiastis esse, assignare ultimum hominis finem summumque bonum, in quo sita est hominis felicitas. Cùm enim hæc de re fuerint diversissimæ, quas recenset M. Varro lib. de Finibus, puta ducentæ philosophorum opiniones et sententiæ (Epicurus enim felicitatem sitam censebat in voluptate, alii in sanitate, alii in honore alii in scientiâ, alii in divitiis, alii in amicis, etc.), Salomon docet hos omnes à scopo et veritate aberrasse, ac veram felicitatem sitam esse in vanitatis mundique contemptu; et veritatis, id est, veræ sapientiæ Deique cognitione et cultu, qui consistit in legis virtutisque studio, puta in pietate, temperantiâ, modestiâ, humilitate, patientiâ in adversis, eleemosynâ, resignatione et spe in Dei providentiam, ejusque religione et observantiâ. Hæc sunt quæ toto hoc libro pertractat, inculcat et commendat Salomon.

Verumenimverò Deus præ cæteris prophetis, unum Salomonem hujus vanitatis mundi præconem elegit et constituit, eò quòd ipse omnes omnium honorum et gaudiorum mundi voluptates expertus, meram in omnibus vanitatem repererit. Ne quis enim diceret, illique objiceret: Mira asseris de vanitate omnium creaturarum; nescio an ita ut dicis res sese habeat; multas enim mihi non contigit experiri, imò multas ne novi quidem; occurrit Salomon: Ego omnes expertus sum et quasi manibus tractavi, ac experienciâ didici in omnibus nullum verum esse gaudium, sed meram vanitatem, umbram et fucum. Quare ordinatè singula recensens, subjungit singula esse vana. Unde Nyssenus ait: *In Ecclesiaste est ordinata quædam totius vitæ Salomonis confessio, et omnium operum enarratio.*

Hinc Georgius Ederus œconom., Bibl. lib. 2, hunc librum vocat *Soliloquium Salomonis*, quòd in eo solus Salomon loquatur de rebus sublimibus; qualia sunt Soliloquia S. August., Thomæ à Kempis, S. Bonav. et aliorum, in quibus anima sola secum, vel cum Deo colloquitur.

Quod ad ordinem et methodum, ordo librorum Salomonis hic est: In Proverbiis instituit puerum, eumque docet prima et communia ethices, morumque honestiorum rudimenta. In Ecclesiaste informat juvenem proficientem eumque à terrenâ vanitate ad cœlestem veritatem traducit. In Canticis docet virum perfectum unire se Deo, ut illi totus per amorem et contemplationem inhæreat, in eoque conquiescat. Ita censent Orig., Nyssen., Theod., S. Greg. Præfat. in Cant., et alii passim. Audi auctorem Catenæ Græc., initio Prov.: *Proverbia, inquit, spectant ad hominem spiritualis vitæ viam primùm ingressum; Ecclesiastes, ad animam aliquatenus in virtutum studio progressam; Cantica, ad animæ in virtutibus jam consummatæ statum.* Audi et luculentius S. Bern., serm. 4 in Cant.: *Deinde cum duo, inquit, sint mala, quæ vel sola, vel maximè militant adversus animam, vanus scilicet amor mundi, et superfluis sui; pesti utriusque duo illi libri Ecclesiastes et Proverbia obviare noscuntur: alter sarculo disciplinæ prava quæque in moribus et carnis superflua resecans, alter luce rationis in omni gloriâ mundi fucum vanitatis sagaciter deprehendens, veraciterque distringens à solido veritatis. Denique universis humanis studiis ac mundanis desideriis prætulit Deum timere, ejusque observare mandata. Et post nonnulla: Depulsis ergo duobus malis duorum lectione librorum, competenter acceditur ad hunc sacrum theoreticumque sermonem (Canticorum), qui cum sit amborum fructus, non nisi sobriis mentibus et auribus omninò credendus est. Alioquin ante carnem disciplinæ studiis edomitam et mancipatam spiritui, ante spretam et abjectam seculi pompam et sarcinam, indignè ab impuris lectio sancta præsumitur.* Igitur ex mente S. Bernardi, in Ecclesiaste pellitur vanus amor mundi, in Proverbiis superfluis amor sui, in Canticis præscribitur castus amor Dei. Quocirca Salomon utitur hic stylo virili, acri, vehementi et verè regio, qualis et materiam et auctorem decebat.

Paphnutius abbas, apud Cassian. coll. 3, c. 6, tres Salomonis libros triplici abrenuntiationi gradatim ita accommodat: *Prima est, inquit, quâ corporaliter universas divitias, mundique facultates contemnimus; secunda, quâ mores et vitia, affectusque pristinos animi carnisque respuimus; tertia, quâ mentem nostram de presentibus universis ac visibilibus evocantes, futura tantummodo contemplamur, et ea quæ sunt invisibilia concupiscimus, quæ tria ut simul perficiantur, etiam Abrahæ legimus Dominum præcepisse, cùm dixit: Exi de terrâ tuâ, et de cognatione tuâ, et de domo patris tui. Primùm dixit: Exi de terrâ tuâ, id est, de facultatibus mundi hujus opibusque terrenis; secundò, de cognatione tuâ, id est, de conversatione et moribus vitiosisque prioribus, quæ nobis à nostrâ nativitate cohærentia, velut affinitate quâdam et consanguinitate cognata sunt; tertio, de domo patris tui, id est, de omni memoriâ mundi hujus, quæ oculorum occurrit obtutibus. Et sub finem capituli: His tribus abrenuntiationibus propriè tres libri Salomonis aptantur. Nam Proverbia primè abrenuntiationi conveniunt, quibus concupiscentiæ carnalium*

rerum ac terrena vitia roseantur; secundæ abrenuntiationi Ecclesiastes, ubi universa quæ aguntur sub sole vanitas pronuntiantur; tertiæ Canticum canticorum, in quo mens visibilia cuncta transcendens, Verbo jam Dei celestium rerum contemplatione conjungitur. Simile habet S. Hieron. ad Paulinum.

Allegoricè B. Petrus Damiani serm. 4 de Nativ. B. Virginis, hæc tria Salomonis nomina, tresque ejus libros adaptat Christo, qui inquit: *Filius regis et rex, nec solum Filius Dei, sed etiam Deus, Salomon, id est, pacificus, est nobis in hoc exilio; Ecclesiastes, id est, concionator, erit in judicio; Idida, id est, gloriosus, erit in regno, in exilio amabilis, in judicio terribilis, in regno admirabilis; in exilio pius, in judicio justus, in regno gloriosus. Vide autem si non ubique rex: in exilio rector morum, in judicio discretor meritorum, in regno præmiorum distributor, simulque considera, quia non Ecclesiastes, non Idida, sed Salomon tam gloriosum opus facere prænotatur.*

Censet S. Gregor. Nazianz., poemate 33, et Damasc., lib. 4 de Fide, c. 18, Ecclesiasten, æquè ac Proverbia et Cantica, Hebræo carmine et metro esse conscripta. Audi Nazianz.: *Quinque metris constant, Job, David, tres Salomonis, Concio (Ecclesiastes) et insignes Cantus, Proverbia sacra. Verùm cum in Ecclesiaste Salomon agat concionatorem, meliùs alii censent non metro, sed oratione solutâ eum scripsisse. Est enim hic perpetua concio eaque incitata et acris de vanitate mundi, in quâ omnes affectus concitat, ut eam lectori ad vivum repræsentet et persuadeat. Quocirca in eâ utitur crebris et pungentibus interrogationibus, contentis exclamationibus, cæterisque figuris rhetoricis. Subinde tamen immiscet carmina vel quasi carmina, quale est illud: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas; tempus tacendi, tempus loquendi, etc. Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. Adde omnia posse dici carmina et metra generali acceptione, quia scilicet sententiosa sunt, acuta, et arguta æquè ac breviter et concinna. Quâ ratione S. Hieronymus, Præfatione in Job, asserit in sacrâ Scripturâ præsertim Hebræâ, esse rhythmum quemdam dulcem, et tinnulis numeris pedum solutum. Sic omnis numerosa oratio dici potest metrum et carmen. Huc facit quod liber hic refertur sit elegantibus parabolis, similitudinibus, ænigmatibus, quæ quid vaticum et divinum resonant, ac plus significant quàm primâ fronte ostendant. Sic Lucilium suum à stylo simili commendans Seneca, epist. 59: *Loqueris, ait, quantum vis, et plus significas quàm loqueris. Hoc majoris rei indicium est: apparet quoque animum nihil habere supervacui, nihil tumidi.***

Denique prophetæ vocantur vates et poetæ, ac proinde prophetia ipsorum vocari potest metrum et carmen. Salomon autem fuit propheta, et veras propriè dictas edidit prophetias, uti ostendi Proverb. 30, 1; quanquàm in Ecclesiaste vix sit ullam talem invenire. Quod ergo ait S. Augustinus, lib. 47 de Civit., cap. 20, *Salomonem in tribus suis libris prophetâsse, vel synecdochicè accipe, quod scilicet in parti-*

*bus quibusdam triplicis hujus sui voluminis propriè prophetârit, puta Prov. 30, v. 4 et 2, ac in Canticis, ubi perpetua est prophetia de Christo et Ecclesiâ; vel amplè accipe et prophetâsse pro Dei eloquia reserasse, Dei voluntatem explicuisse, divinas sententias et canonicos libros dictasse. Sic enim omnis canonica Scriptura vocatur prophetia à S. Petro, Epist. 2, c. 1, v. 20. Denique Chaldaeus censet Salomonem hic verè prophetâsse de futuro schismate Jeroboami; sic enim habet ex editione Complut.: *Verba prophetiæ quæ prophetavit Ecclesiastes: Ipse est Salomon, filius David, rex, etc. Ex interpretatione verò Costi: Verba præxagitionis, quæ vaticinatus est concionator Salomon, filius David, rex Jerusalem. Cum divinationis spiritu prævideret Salomon rex Israel regnum Roboam filii sui cum Jeroboam, filio Nabath, divisum iri, et imminentem Hierosolymis et templo vanitatem, populumque Israel captivum ductum iri, etc. Igitur Ecclesiastes uti Proverbiis est altior, perfectior et sublimior, sic et iisdem obscurior est et difficilior. Quocirca Philastrius asserit, *Ecclesiasten paucis quidem conscriptum sententiis, omnem tamen thesaurum cælestis scientiæ quærentibus continere; et S. Ambrosius, lib. de Tobia, c. 13, jubet huic libro inhærendum, ut qui bonus sit ad omnia magister.***

Finis et scopus hujus libri (1) est docere veram sa-

(1) L'Ecclesiaste a été un sujet de scandale pour les incrédules. Ils se sont imaginé, ou, pour mieux dire, ils ont voulu faire entendre que ce livre avait été composé pour prouver que l'homme ne doit chercher qu'à mener une vie tranquille en ce monde; que l'avenir ne doit point l'inquiéter, parce que tout meurt avec le corps. M. Fréret en cite plusieurs passages qui semblent établir cette doctrine. On connaît l'extrait fort infidèle qu'en a donné Voltaire.

Quiconque lira l'Ecclesiaste sans préjugé y trouvera une morale bien différente de celle que nos philosophes lui attribuent. Le sage, loin de nous inviter à la volupté, commence par avouer qu'après s'y être livré lui-même il a reconnu qu'elle n'est que vanité et affliction d'esprit. Est-ce là le langage des épicuriens anciens et modernes?

Parce qu'un écrivain raisonne avec lui-même et propose des doutes, est-il pour cela pyrrhonien, surtout lorsqu'il en donne la solution? L'Ecclesiaste rapporte les différentes idées qui lui sont venues à l'esprit, sur le cours bizarre des évènements, sur la conduite inconcevable de la Providence, sur le sort des bons et des méchants dans ce monde: il conclut que Dieu jugera le juste et l'impie, et qu'alors tout sera dans l'ordre. Si ces réflexions semblent souvent se contredire, si quelquefois il semble préférer le vice à la vertu, et la folie à la sagesse, il enseigne bientôt qu'il vaut mieux entrer dans une maison où règne le deuil que dans la salle d'un festin: *Dans la première, l'homme apprend à penser à la destinée qui l'attend, et, quoique plein de santé, il envisage sa fin dernière.*

Plus loin, il conseille à un jeune homme de se livrer à la joie et aux plaisirs de son âge; mais à l'instant même il l'avertit que Dieu entrera en jugement avec lui, et lui en demandera compte; il représente que la jeunesse et la volupté sont une pure illusion. Il l'exhorte dans le chapitre suivant à se souvenir de son Créateur dans sa jeunesse avant qu'il soit courbé sous le poids des années. Parlant de la mort, il dit: *L'homme ira dans la maison de son éternité; la poussière rentrera dans la terre d'où elle a été tirée, et l'esprit retournera à Dieu qui l'a donné. Enfin il conclut ainsi: Écoutez tous ensemble la fin de tout discours. Craignez Dieu, et*

pietiam, scilicet quâ secernamus vanitatem à veritate; nimirum ut cognoscamus vana esse omnia quæ in terris se ostentant, alliciunt et ablandiuntur; vera verò et solida esse, quæ in cœlis sunt, ut ex hâc dispari cognitione assurgamus ad mundi, utpote vani, contemptum, ac ad cœli Deique utpote veri solidique, amorem et desiderium. Tanta enim est vanitatis in hoc mundo exterior species et forma, tanta illecebra, tantus fucus, ut mens hominum, nisi à Deo et Salomone edoceretur, in eâ vanesceret, falsaque sumeret pro veris, vanaque concupiscentiis et peccatis absumeretur, et velut fumus in mortem secundam evanida contabesceret. Hunc ergo vanitatis rerum omnium fumum et larvam detegit hic Salomon, docetque terrena et vana spernere, ac cœlestia ut vera ambire, in quo consistit vera sapientia. Ita censet S. Aug., lib. 20 de Civ., c. 3: *In hâc vanitate, inquit, cui quantum satis visum est intimidandæ totum istum librum vir sapientissimus deputavit, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam desideremus, quæ vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo qui fecit hunc solem. In hâc ergo vanitate, nunquid nisi justo Dei rectoque judicio similis eidem vanitati factus vanesceret homo? In diebus tamen vanitatis suæ interest plurimum utrum resistat an obtemperet veritati, et utrum sit expers veræ pietatis an particeps; non propter vitæ hujus vel bona acquirenda, vel mala vitanda vanescendo transeuntia, sed propter futurum judicium, per quod erunt et bonis bona, et malis mala sine fine mansura.* Deinde ista subjicit: *Denique iste sapiens hunc librum ita conclusit, ut diceret: Deum time et mandata ejus observa, quia hoc est omnis homo; quia omne hoc opus Deus adducet in judicium in omni respecto, sive bonum, sive malum. Quid verius et salubrius dici potuit? Deum, inquit, time, et mandata ejus custodi, quia hoc est omnis homo. Qui-*

gardez ses commandements; car c'est là tout l'homme, et Dieu fera rendre compte, en son jugement, de tout ce qui est caché, soit en bien, soit en mal. Un épicurien, un homme qui ne croit point d'autre vie, un pyrrhoniien, qui affecte d'être indécis et indifférent, ont-ils jamais parlé de cette manière? Qu'on juge aussi, d'après ces textes, s'il est vrai que ce n'est qu'après la captivité, et du temps des Machabées, qu'on trouve chez les Juifs l'idée des peines et des récompenses après la mort, comme Voltaire l'a osé avancer tant de fois.

« Mais, réplique Fréret, cet esprit dont parle l'Écclésiaste, signifie, pour l'ordinaire, quelque chose de corporel; il se sert du même terme lorsqu'il parle de l'âme des bêtes; ses expressions favoriseraient plutôt les spinosistes que les orthodoxes. » — Nous convenons que dans toutes les langues les termes qui désignent l'âme ou l'esprit expriment aussi le souffle, la respiration, la vie, parce que l'âme en est le principe, et parce qu'un objet purement spirituel ne peut être exprimé que par une métaphore. Mais parce qu'en français nous disons l'âme d'une statue, l'âme d'un soufflet, etc., ce qui ne désigne que des corps, en faut-il conclure que quand nous disons l'âme de l'homme, nous n'entendons rien autre chose qu'un corps? Nous ne disconvenons pas que les matérialistes ne puissent abuser de ces expressions; mais tout ce qui en résulte, c'est que le grand art des philosophes de nos jours est d'abuser du langage pour tromper les simples et enseigner des erreurs. (Duelot.)

cumque enim est hoc, est custos utique mandatorum Dei, quoniam qui hoc non est, nihil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis. Hucusque S. Augustinus, unde S. Hieronymus, Comment. in Eccles., scripsit ad Blæsillam S. Paulæ filiam primogenitam, hoc fine ut ei mundi contemptum persuaderet, (ut videre est infra, in hujus S. doctoris Proœmio.)

Porrò crebrâ hujus vanitatis mundi prædicatione S. Hieronymus S. Paulinum, Pammachium, S. Paulam, ac Romanam nobilitatem ad mundi contemptum et ad secessum in Bethlehem pertraxit. Ergo Salomon hoc libro lectorem à vanitate, id est, ab amore mundi avocat, traducitque ad amorem Dei: Deus enim est ipsa veritas, entitas, soliditas, stabilitas, æternitas. Unde S. Greg. Nyssen., lib. de Vitâ Moysis, agens de visione Dei in rubo ardenti Moysi exhibitâ, veritatem definit esse ipsum Deum. Sic enim ait: *Hæc enim est (ut ego sentio) veritatis definitio, firma ejus qui est intellectio: falsitas enim est phantastica quædam circa id quod non est comprehensio, quasi subsistat quod non est; veritas autem est, ejus quod verè est firma intellectio. Longis autem spatiis temporum altiori per quietem animo meditari oportet, ut firmiter intelligere possis quid sit quod verè est, quod naturâ suâ est; quid quod non est, quod solum esse videtur, cum per se atque naturâ suâ minimè subsistat. Illustrat idipsum visione Moysis. Mihi enim videtur magnus ille Moyses eâ in visione didicisse nihil earum rerum quæ aut sensu comprehenduntur, aut mente perspicuntur, præter supremam essentiam, quæ omnium causa est, et à quâ omnia dependent, verè subsistere. In nullo enim cæterorum independentia (independentiam vocant scholastici) perspicì potest, ita quòd absque participatione veri Entis possit esse. Solum id eodem modo semper se habet, nunquam augetur, nunquam minuitur, æqualiter ad omnem mutationem, tam ad pejus quàm ad melius immutabile: pejus enim ibi aut malum non est, melius inveniri non potest. Quare solum nullâ re aliâ indiget, et solius cuncta indigent, solum cuncta appetunt, solum cuncta participant, et quæ participant per participationem et sunt et benè sunt. Quod autem participatur, nunquam immuitur. Id igitur profectò est quod verè est, et hujus veri Entis intellectio, ad quam tunc accesserit Moyses.*

Denique Albinus, præceptor Caroli Magni, Præfat. in Eccles., ait se Commentarium in eundem scribere, ut extractos è monasterio ad munia ecclesiastica Oniam sacerdotem, id est, episcopum, Candidum presbyterum, et Nathaelem diaconum à mundi vanitatibus præmuniret; atque de vanâ possessione divitiarum in hujus seculi deliciis sapientissimum Salomonem totum composuisse hunc librum, quem hortatur ut semper pro magistro habeat in manibus.

Quæritur tertio quænam hujus libri sit partitio, quæ et quot partes? — Hugo Victorinus et post eum Richard. de S. Victore, lib. 3 super Apocal., p. 2, cap. 7, censent tres libri esse partes, quibus triplex hominis vanitas describitur: prima mutabilitatis,

secunda mortalitatis, tertia curiositatis. Aut, ut S. Bonaventura, vanitas naturae, culpa et miserie.

Verum dico duas primarias Ecclesiasticas esse partes: prior est à c. 1 usque ad cap. 7, quæ ostendit omnes res mundi sublimatis quas homines vani inopes æstimant, inanes esse et vanas, ac prout vanam esse felicitatem quæ in his collocatur; posterior à c. 7 porrigitur usque ad finem, quæ, depulsa vanitate, demonstrat veritatem veramque felicitatem sitam esse in virtute, ac Dei timore et cultu. Igitur primo statim capite eos refellit qui scientiâ summum bonum metiebantur; secundo item ac tertio capitibus eos redarguit, qui in voluptate finem honorum, ut Epicurei collocarunt; quarto capite eos qui in honoribus; quinto et sexto eos conatut qui in divitiis et opibus felicitatem posuere. Prior itaque hæc capitum sex portio in rellendis alienis occupatur; altera verò totidem capitum pars in confirmandâ suâ sententiâ versatur. Igitur c. 7 de tribus bonorum generibus disserit: *Animi*, inquam, *corporis* et *fortunæ*, deque contrariis malis. Quis horum omnium sit usus, utque res omnes nostræ a divinâ pendeant providentiâ, luculenter ostendit. Hinc ad finem usque libri de vitâ piæ ac justè transigendâ, quo tandem Deo jungamur, et felicitate perfruamur aternâ, concionatur.

Porrò in hisce multa statuit axiomata vitæ, juxta veritatem veramque prudentiam instituendæ, qualia sunt: humanam scientiam non efficere hominem felicem; vitam esse brevem et mille mutationibus obnoxiam; humanos errores moresque per secula succedentia et circulantia quasi in orbem redire, atque eosdem fuisse omnibus seculis communes; nihil sub sole esse novum; voluptatem efficere stultitiam et stultos; felicitatem non esse sitam in dominatu, in uxore et filiis egregiis, in longiore vitâ aut finetis pompâ; adeoque illam non esse querendam in præsentî vitâ, sed in futurâ et aternâ; virtutem præstare opibus, robore, aliisque corporis dotibus; cogitandum esse Dei judicium et providentiam: felicitatem parari obedientiâ divinæ legis, operibus misericordie, mortificatione cupiditatum, animi lenitate et pace; principem esse colendum, principem debere esse justum, sobrium, placidum, cupiditatum dominum, sapientes et probos honorantem, liberalem, et qui subditis de annonâ carnisque vitæ commodis abundè prospiciat; quippe qui se mortalem sciat, et ejusdem cum subditis esse naturæ et sortis; cogitandum de ingruente senio et morte. Denique sapientem et felicem esse, qui illud ubique præmeditatum habet et observat: *Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo.*

Rursim hunc librum cum Lyrâ minutius sic dividas per singula capita, ut in illo totidem pene, puta decem vanitates recensentur: nimirum in capite primo immoderatam sensû studium; in secundo appetitio deliciarum; in tertio vitæ longioris desiderium; in quarto et quinto ambitio domini dignitatis-

que: in parte quinti et in sexto toto cupiditas divitiarum; in septimo divitiandi ars ac præscientia futurorum; in octavo venatio laudis et fame; in nono fortunæ consecratio; in parte noni et in decimo toto corporis robur; in undecimo et duodecimo specimen ætatis florida.

Interpres qui in Ecclesiasten commentati sunt exstant permulti, tam veteres quam recentiora: ad sexaginta numerat Nabian. Justinian., in cæcæ indicis sui universalis, ubi catalogum interpretum S. Scripturæ contextit. Illustriores hic recensero, sicut S. Hieronymus initio Commentariorum suorum recensere solet Origenem, Didymum, Apollinarium, etc., quos toto opere secuturus sit, ne identidem illos commemorare sit opus; nimirum humilitatis est agnoscere inde profectus; æquitatis, cuique quod suum est reddere; gratitudinis, beneficium beneficio rependere, ac laudem doctrinæ et doctori refundere. Ea de causâ cum sententias auctorum recto, ipsis sæpe eorum verbis utor, ut intuenti liqueat illa ipsorum esse, non mea. Præclare Plinius, Præfatione ad Vespasianum, *obscurâ profecto*, inquit, *animi et infelicis ingenti est deprehendi in furto malle, quam mutam reddere, cum præsertim soror fiat ex uxorâ.* Præclarus S. Basilius, epist. ad Gregorium Nazianz.: *Neque vero*, inquit, *ad discendum verecundum esse oportet, nec ad docendum maliquam; quod ab alio tute didiceris, nequaquam clam habendum; ejusmodi facere mulieres improba solent, quæ ea aliis ipsæ qua vitas liberos viris suis tollendos subjiciunt, patrem ementientes. Auctorem vero ipsam proderet gratâ commemoratione decet, verumque ipsius scientiæ parentem.*

Primus ergo, post Septuaginta, Aquilam, Symmachum, Theodoretum et Syrum, interpres est Chaldaeus Paraphrastes, qui putatur fuisse Joseph Cæcus. Sicut enim Onkelos Pentateuchum et Jonathan prophetas, sic Joseph Cæcus libros Salomonis cæterosque hagiographos, puta Job, Psalmos, Regum, Ruth ex Hebræo in Chaldaicum convertit, satis genuinè et consentaneè ad Vulgatam Latinam, quâ ratione utilis est: nam cum vocis Hebrææ sensum fideliter reddit, quia tamen Judæus post Christum exstitit, hinc Judaizat, et pleraque ad Judaicam Synagogam et superstitionem detorquet, ac hinc inde miscet tabellas Rabbinicas; multa ex eis suocidit, et expurgavit Arias Montanus in Chaldaicâ Paraphrasi quam Bibliis regis attexit, at non omnia. Secundus tempore, sed dignitate primus est S. Gregorius, episcopus Neocæsariensis, ob miraculorum gloriam cognomento Thaumaturgus, qui Ecclesiasten per metaphrasin *brevissimam et admirabilem*, ait Suidas, explicuit. Divinam enim suâ sapientiâ, facundiâ, acumine, novitate lectorem mirè docet, muleet, pungit et stimulat. Tertius est R. Hæcados, quem passim citat Galatin., lib. de Arcanis adei: sed hic allegoricus potius est quam literalis, et allegorici habet somnii non absimiles. Quartus est S. Gregorius, episcopus Nyssenus, frater S. Basili, quî octo Homilias disertas sane et doctas

in Ecclesiasten elaboravit, quibus ipsemet Ecclesiasten agit, ac lectorem ad vanitatis mundi contemptum, velut orator Christianum exstimulat. Quintus est S. Hieronymus, qui more suo litteræ inhærens, genuinum primò ejus sensum dilucidè reddit, deinde mysticum attegit; meritò sui ævi Phoenix, ac in S. Scripturâ explicandâ doctor maximus, Ecclesiæ totius elogio celebratur. Nota: S. Hieronymus bis transtulit Ecclesiasten, Proverbia et Cantica; primò, corrigendo veterem et antiquam vulgatam editionem Latinam juxta versionem Septuag., à quâ manavit; quare Græcos Septuaginta in Latinum transtulit, itaque veterem editionem suæ puritati restituit; secundò, immediatè illa ex Hebræo transferendo in Latinum. Hæc ita se habere docet ipse S. Hieronymus hic in Proœmio, ac disertè lib. 2 contra Ruffin., ubi sic ait: *Salomonis etiam libris, quos olim juxta Septuaginta additis obelis et asteriscis in Latinum verteram, ex Hebræo transferens, et dedicans SS. episcops Chromatio et Heliodoro, hæc in præfationuculæ meæ sine subscripsi; si cui sanè septuag. Interpretum magis editio placet, habet jam à nobis emendatam.* Prior ergo versio S. Hieronymi facta est in Græco, posterior ex Hebræo jussu Damasi pontificis, quam proinde recepit Ecclesia, estque vulgata nostra editio Latina. Utraque exstat in Commentario S. Hieronymi, in quo tamen non posteriorem suam interpretatur vel modestiæ ergo, vel quia nova erat, sed priorem Septuaginta, utpote veterem et vulgatam tunc editionem, quæ à posteriori, puta à vulgatâ modernâ satis discrepat, ac proinde Commentarium S. Hieronymi parùm facit ad elucidationem Vulgatæ modernæ. Porrò S. Hieronymus in posteriori accommodat se Septuag., ubi ab Hebræo nihil vel parùm distant; aliàs sequitur Aquilam, Symmachum et Theodotionem, sed præ omnibus Hebraicam veritatem, cujus sensum verum et genuinum, ut clarè representat, subinde non verbum verbo, sed sententiam sententiâ quasi paraphrasticè exprimit; hoc enim est munus fidelis et genuini interpretis. Sextus est Olympiodorus, partim paraphrastes, partim scholiastes, partim commentator, qui breviter, sed utiliter Ecclesiasten explicuit: ita enim explicat, ut lectorem ad virtutem et pietatem excitet. Septimus est Salonius, Eucherii filius, et Salviani discipulus, anno Domini 470, qui mysticè et breviter Ecclesiasten explanat. Idem facit Albinus, sive Alcuinus, Bedæ discipulus et Rabani magister. Salonii Commentarius in Proverbia et Ecclesiasten, idem planè ad verbum exstat in Honorio Augustodunensi presbytero, qui teste Trithemio, et Bellarmino floruit anno Domini 1220; nisi quòd initium libri sit transpositum. Nam quæ de tribus nominibus Salomonis initio Ecclesiastis, eadem Honorius ponit initio Proverbiorum. Rursùm paucula in fine Proverbiorum, quæ ponit Salonius, decurtat et omittit Honorius. Reliqua, ut dixi, sunt eadem ad verbum. Porrò Salonius editus exstat tom. 5 Biblioth. Patrum, Honorius verò tomo, sive seculo 12, juxta editionem Coloniensem. Octavus est Hugo de Sancto Victore,

qui ex S. Gregorio (hujus enim Commentarii manuscripti in Ecclesiasten exstant in monasterio Cavensi), homil. 19 in Ecclesiasten conscripsit, quibus floridè et acutè singulas quatuor primorum capitum sententias, imò singula verba discutit, exsugit, ac mel sacræ ethices ad morum conformationem elicit et conficit. Fuit Hugo vir apprimè doctus, facundus et religiosus, monasterii Sancti Victoris (unde vocatus est de S. Victore) Parisiis abbas, coævus et familiaris S. Bernardi, sui seculi lumen, adè S. Augustini doctrinam et phrasim æmulatus, ut *Augustini lingua sit nuncupatus*. Moriens, cum allatâ S. Eucharistiâ ob stomachi nauseam eam sumere non posset, eam adorans: *Ascendat, inquit, filius ad Patrem, et servus ad Dominum suum*. Itaque factum. Nonus est S. Bonaventura, qui scholasticè Ecclesiasten pertractat. Decimus est Hugo Carensis, primus è sancti Dominici ordine cardinalis, qui obiter litteram perstringens, mystico sensui se mancipat, in eoque rimando acutus est, acer et copiosus. Undecimus est Nicolaus Lyra, qui Hebraicè non ad amussim peritus, passim sequitur Rabbinos, præsertim R. Salomonem, uti ipsemet fatetur in fine libri differentiarum veteris ac novi Testamenti. Hos secuti sunt Dionysius, Carthusianus, cardinalis Cajetanus, qui duobus suis Rabbinis in Testamento veteri, ac Erasmo in novo plus æquò confidens, novam eorum versionem edit, et suopte ingenio novè explicat, à Vulgatâ et Patribus sæpè discedens. Item Franciscus Titelmannus, vir eruditus et religiosus, Joannes Ferus, Gerardus Moringus, Hieronymus Osorius, Joannes Campensis, Isidorus Clarius, Franciscus Vatablus breviter, sed accuratè, et Joannes Pineda, qui uti fuisse, ita plenissimè Ecclesiasten explanavit.

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN ECCLESIASTEN

Ad Paulam et Eustochium,

Proœmium.

Memini, ante hoc fermè quinquennium, cum adhuc Romæ essem, et Ecclesiasten sanctæ Blæsillæ legerem, ut eam ad contemptum mundi hujus provocarem, et omne quod in mundo cerneret putaret esse pro nihilo, rogatum ab eâ, ut in morem commentarioli obscura quæque discerem, ut absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subitâ morte subtracta est, et non mertimus, 6 Paula et Eustochium, talem vitæ nostræ habere consortem, tantoque vulnere tunc percussus, obmutui; nunc in Bethlichem positus, angustiore videlicet civitate, et illius memoriæ et vobis reddo quod debeo; hoc breviter admonens, quòd nullius auctoritatem secutus sum, sed et de Hebræo transferens, magis me septuaginta Interpretum consuetudini coaptavi, in his dumtaxat quæ non multùm ab Hebraicis discrepabant. Interdùm Aquilæ quoque,

et Symmachi, et Theodotionis recordatus sum; ut rursus contra conscientiam meam, fonte veritatis nec novitate nimia lectoris studium deterrerem, nec omisso, opinionum rivulos consecrarem.

IN ECCLESIASTEN

COMMENTARIUM.

CAPUT I.

1. Verba Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem.
2. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, et omnia vanitas.
3. Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole?
4. Generatio præterit, et generatio advenit: terra autem in æternum stat.
5. Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens,
6. Gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circuitos suos revertitur.
7. Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat; ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.
8. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.
9. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum? ipsum quod faciendum est.
10. Nihil sub sole novum; nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: jam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.
14. Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.
12. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem:
13. Et proposui in animo meo quærere et investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in eâ.
14. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole: et ecce universa vanitas, et afflictio spiritus.
15. Perversi difficilè corriguntur, et stultorum infinitus est numerus.
16. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, et præcessi omnes sapientiâ qui fuerunt ante me in Jerusalem: et mens mea contemplata est multa sapienter, et didici.
17. Deditque cor meum ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque et stultitiam; et agnovi quod in his quoque esset labor, et afflictio spiritus;
18. Eò quod in multâ sapientiâ, multa sit indignatio; et qui addit scientiam, addit et laborem.

CHAPITRE I.

1. Paroles de l'Écclésiaste, fils de David, et roi de Jérusalem.
2. Vanité des vanités, dit l'Écclésiaste; vanité des vanités, et tout est vanité.
3. Que retire l'homme de tout le travail qui l'occupe sous le soleil?
4. Une race passe, et une autre lui succède; mais la terre demeure toujours.
5. Le soleil se lève et se couche, et il retourne d'où il était parti; et renaissant du même lieu,
6. Il prend son cours vers le midi, et décline vers le septentrion. Le vent tournoie de toutes parts, et il revient sur lui-même par de longs circuits.
7. Tous les fleuves entrent dans la mer, et la mer n'en regorge point; les fleuves retournent au même lieu d'où ils étaient sortis, pour couler de nouveau.
8. Toutes les choses du monde sont difficiles, l'homme ne peut les expliquer par ses paroles. L'œil ne se rassasie point de voir, et l'oreille ne se lasse point d'écouter.
9. Qu'est-ce qui a été autrefois? c'est ce qui doit être à l'avenir. Qu'est-ce qui s'est fait? c'est ce qui doit se faire encore.
10. Rien n'est nouveau sous le soleil; et nul ne peut dire: Voilà une chose nouvelle; car elle a déjà été dans les siècles qui se sont passés avant nous.
11. On ne se souvient plus de ce qui a précédé; mais les choses qui doivent arriver après nous seront oubliées de même par ceux qui viendront ensuite.
12. Moi l'Écclésiaste, j'ai été roi d'Israël dans Jérusalem.
13. Et je résolu en moi-même de rechercher et d'examiner avec sagesse tout ce qui se passe sous le soleil. Dieu a donné aux enfants des hommes cette fâcheuse occupation pour les exercer.
14. J'ai vu tout ce qui se fait sous le soleil, et j'ai trouvé que tout était vanité et affliction d'esprit.
15. Les pervers se corrigent difficilement, et le nombre des insensés est infini.
16. J'ai parlé en mon cœur, disant: Voici, je suis devenu grand, et j'ai surpassé en sagesse tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem. Mon esprit a contemplé bien des choses avec attention, et j'ai beaucoup appris;
17. J'ai appliqué mon cœur pour connaître la prudence et la science, les erreurs et l'imprudence, et j'ai reconnu qu'en cela même il y avait bien de la peine et de l'affliction d'esprit,
18. Parce qu'une grande sagesse est accompagnée d'une grande indignation, et que plus on a de science, plus on a de peine.

COMMENTARIUM.

In tribus libris Salomonis traduntur tria sapientiam extollentia magnificè, quæ sunt (secundùm Empedoclem) mobilis affluentiae contemptus, futuræ felicitatis appetitus, et mentis illustratio. Et istud tertium in ordine doctrinæ est primum, quia via est compendiosa ad assecutionem aliorum: propter quod traditur in primo libro qui dicitur Parabolæ Salomonis, quo finito acceditur ad secundum in libro Ecclesiastis, in quo traditur mobilis affluentiae contemptus.

Circa quod sciendum quod tempore Salomonis sapientiae studium viguit in Jerusalem, quia omnes reges terræ et potentes desiderabant audire sapientiam Salomonis, ut dicitur tertiū Regum quarto. Et quia circa felicitatem hominis multi variè dixerant et dicebant (nam aliqui ponebant eam in divitiis, alii in deliciis, et in aliis honoribus, et sic de pluribus aliis bonis quæ per laborem humanum acquiri possunt in vitâ præsentī); ideò Salomon voluit hanc quæstionem tractare in hoc libro, ostendendo quòd in talibus bonis non consistit felicitas hominis, sed in Deo, qui est bonum infinitum. Et dividitur liber iste in duas partes, scilicet in proœmium et tractatum, qui incipit ibi: *Vanitas vanitatum, dixit*, etc. Circa primum notificatur auctor hujus libri, ministerialis tamen (quia Deus est auctor principalis), et primò quantum ad ejus sapientiam, cùm dicitur:

VERS. 1. — VERBA ECCLESIASTÆ, id est, Salomonis, qui Ecclesiastes (1) dicitur, id est, concionator, quia per sapientiam sibi datam erat aptus ad concionandum et persuadendum aliis veritatem. Secundò quantum ad genus, cùm dicitur:

FILII DAVID, qui fuit sanctissimus. Tertio quantum ad dignitatem, cùm dicitur:

REGIS JERUSALEM. Ita quòd *regis* refertur ad David et Salomonem; uterque enim regnavit in Jerusalem. Et licet regnum ipsorum ad alia loca et ad alias civitates se extenderet, exprimitur tamen specialiter Jerusalem, quia erat metropolis in regno, et electa ad Dei cultum.

VERS. 2. — VANITAS VANITATUM, DIXIT ECCLESIASTES (2). Hic incipit tractatus, et dividitur in duas par-

(1) Patet ex ipso verborum tenore et sententiâ hunc non tam esse libri titulum, uti censuere S. Gregorius Nyssen. homil. 4, Hugo Victor. et Hugo cardinalis, Dionysius, et alii, quàm ipsum libri exordium. Hic enim liber incipit, hicque ad marginem notatur primum primi capitis versus. Inde tamen desumptus est est libri titulus et nomenclatura, ut vocatur Ecclesiastes, quod nomen stolidè improbat Lutherus in Colloq. conviv., dicens hunc librum non esse Ecclesiasten, sed *Politica* vel *Oeconomica* Salomonis nuncupandum: quâ in re toti Ecclesiæ patribusque omnibus, qui eum Ecclesiasten vocavere, contradicit, eosque inscitiae arroganti supercilio coarguit. (Corn. à Lap.)

(2) Antiqui interpretes, præter Septuaginta, teste Hieronymo, vertebant, *vapor vaporum, fumus, aura tenuis*; sed vanitas aliquid sonat exilius, ipsum nempe nihilum, imò nihilum nihili, hoc est, purissimum, atque, ut ita dicam, nullissimum, nihilum: quod nec semel dixisse sufficiat; imò iterum ac tertio cum Ecclesiaste exclamare compellimur: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.* (Bossuet.)

tes, quia primò Salomon errores aliorum excludit; secundò propositum concludit capite 7. Prima adhuc in duas, quia primò proponit intentum in generali; secundò prosequitur in speciali, ibi:

GENERATIO. Propositum autem suum est excludere à verâ felicitate illâ, in quibus ab aliis ponebatur, scilicet divitias et honores, et consimilia, quæ habentur in præsentī vitâ, et hoc est quod dicitur: *Vanitas vanitatum*, id est, vanitas maxima; sicut charitas dicitur virtus virtutum, quia est maxima inter virtutes, et rosa flos florum, quia pulchrior est inter alios flores.

ECCLESIASTES. Id est, Salomon, qui dicitur *Ecclesiastes*, id est, concionator, quia pertractando opiniones aliorum de felicitate, arguit ad diversas partes, ut videbitur prosequendo, et post determinat veritatem.

VANITAS VANITATUM. Repetitio est ejusdem ad majorem assertionem.

ET OMNIA. In quibus ab aliis ponitur felicitas.

VANITAS. Id est, sunt valdè vana, eo modo loquendi quo dicitur valdè liberalis, ipsa liberalitas: propter quod in talibus non est ponenda felicitas, de cujus ratione est firmitas et stabilitas, cùm sit ultimum hominis bonum. Et ad probationem sui dicti in generali subdit:

VERS. 3. — QUID HABET AMPLIUS, etc. Id est, in vitâ præsentī; quasi dicat: Quilibet potest experiri quod non assequitur ex laboribus suis, nisi bonum instabile et amissibile, saltem per mortem quam non potest evadere.

VERS. 4.—GENERATIO PRÆTERIT, etc. Hic prosequitur in speciali ad excludendum bona vitæ præsentis à verâ felicitate. Et dividitur in decem partes secundum numerum eorum quæ excludit. Partes patebunt prosequendo. Primum autem quod intendit excludere, est scientia humanitùs acquisita, quæ inter alia videtur magis bonum. Unde et multi philosophi posuerunt in eâ beatitudinem hominis, dicentes eum tunc esse felicem quando in ejus mente describitur totus orbis per scientiam perfectam. Hoc autem excludit in hoc capite primò, quia ipso excluso, alia in quodam generali sunt exclusa, cùm sint bona minora. In hoc autem sic procedit, quia propositum ostendit, primò in scientiâ speculativâ, secundò in practicâ, ibi: *Ubi cuncta*; tertio, infertur conclusio intenta, ibi: *Locutus sum*. Prima in duas, quia ostendit propositum primò per rationem, secundò per experientiam, ibi: *Ego Ecclesiastes*. Prima in tres, secundum tres rationes. Secunda ibi: *Non saturatur*. Tertia ibi: *Quid est quod fuit*. In primâ parte facit talem ratiocinationem: Illa scientia est valdè imperfecta, non potest dici felicitas hominis, quia de ratione felicitatis est, quod sit bonum perfectum, et illud quod modicum est, quasi nihil computatur, secundò physicorum. Sed scientia acquisita quæcumque modica est et imperfecta; ergo, etc. Circa istam ratiocinationem sic procedit, quia primò declarat unde sit imperfectio, et modicitas scientiæ ac-

quisite; secundò propositum concludit, ibi: *Cuncta res difficiles.*

Circa primum sciendum quod omnis scientia humanitas acquisita originem habet ex cognitione sensibilium; sensibilia vero sunt in continua transmutatione, saltem quantum ad partes sui proprietates. Propter quod aliqui philosophi dixerunt quod non potest de eis aliqua veritas affirmari, quæ sit metaphysicorum. Et licet eorum dictum non sit verum, tamen ex tali dicto eorum qui fuerunt maxime inquisitores veritatis (ut dicit philosophus ibidem) apparet difficultas reperiendi aliquam veritatem per inquisitionem humanam. Ex quo sequitur quod talis cognitio veritatis modica et imperfecta. Primò igitur Salomon ostendit mutabilitatem in corporibus mixtis, dicendo: *Generatio præterit, et generatio advenit*, scilicet alia numero, quia quæ corrumpuntur, non redeunt eadem numero, secundò de generatione, et ista variatio generabilium et corruptibilium apparet ad sensum in omnibus corporibus mixtis.

TERRA VERO IN ATERNUM STAT. Immobilis à parte post, et non à parte ante, quia per creationem incipit esse. Et hæc immobilitas intelligitur quantum ad partes ejus inferiores propè centrum existentes; partes autem superiores alterantur et transmutantur; et quia talis alteratio et transmutatio in elementis et mixtis causatur ex motu orbis, et potissimè ex motu solis in obliquo circulo, ideò subditur:

VERS. 5. — ORBITUR SOL ET OCCIDIT (1), ut apparet ad sensum.

ET AD LOCEM SUUM REVERTITUR, id est, ad ortum, sive ad orientem.

IBIQUE RENASCENS. Non quia sit alius et alius sol in numero, sed idem puncto orientis apparens de novo.

VERS. 6. — GYRAT PER MERIDIEM (2). In motu enim ab oriente in occidentem declinat versus polum Antarcticum sive meridionalem.

ET FLECTITUR AD AQUILONEM. In motu enim suo ab occidente in orientem flectitur ad polum Arcticum, seu aquilonarem.

LA SERANS UNIVERSA IN CIRCUITU PERGIT SPIRITUS. Id est, sol, qui dicitur *spiritus*, non quod habeat animam, corpora enim celestia inanimata sunt, secundum

(1) Omnia mutabilia; sol ipse qui in lucem mortalibus datus est, interitum mundi quotidie ortu suo indicat et occasu: Hier. *REVERTITUR*, aspirat: Heb. *Anhelat*, anhelus properat, præcipitat cursum, atque in se, sua per vestigia, volvitur annus: Hier. Quasi diceret: *En omnia in orbe mutationibus subsunt; neque tantum hominum generationes, verum etiam sol, dies, tempora, aer seu ventorum flatus, aquarum natura*, vers. 6. 7. (Bossuet.)

(2) Rectè orbita solis obliqua describitur. En sapientiam Hebræorum et Græcorum intendant, qui, longissimo post tempore, necdum satis noverant rotundam terram; ac solem circumvolvi, imò Oceanum tingi, et candentis instar ferri stridere immersum ferebant, ut videre est apud Herodotum. **IN CIRCUITU PERGIT SPIRITUS:** gyrando pergit ventus, Heb., aer, sive aura, aut ventus qui terram circumagitur: turbo in gyrum actus, orbisque involvens orbitibus: alibi, teste Hier., ipse sol, quod annuet et spiret et vergeat, spiranteque omnia calor et vegetet. (Bossuet.)

Damascenum, sed quia influentia ejus causat vitam in istis inferioribus, sicut causa universalis.

ET IN CIRCULOS SUOS, etc. Quod dupliciter exponitur: uno modo, quod omni die mutatur ejus circulatio, appropinquando magis ad Tropicum æstivalem, vel ad Tropicum hyemalem, alio modo, quia secundum plures astronomos, sol plures habet circulos, scilicet æquantem, deferentem et epicyclum. Ista tamen determinate dicere, magis pertinet ad aliam scientiam. Consequenter ostendit mutabilitatem circa elementum aquæ.

VERS. 7. — OMNIA FLUMINA, etc. (1). Quia etsi aliqua flumina aliquando absorbentur à terra, alibi tamen exeunt, et usque ad mare currunt.

ET MARI NON RECEDAT. Exeundo propter hoc ripas suas, cujus causa subditur, cum dicitur:

AD LOCEM, etc. Scilicet de mari, quæ quidam reversio dupliciter intelligitur: uno modo, qui per vias subterraneas de mari fluunt aquæ ad loca remota, et motu naturali possunt tantum ascendere; quanta est altitudo superficiæ maris, et adhuc plus, quia transeundo sic super terram, efficiuntur leviores quam aquæ maris salse, et sic erumpunt in fontes et flumina in loco altiori quàm sit superficiæ maris, et sic naturali motu iterum fluunt ad mare: alio modo, quia per influentiam solis et stellarum elevantur vapores humidi à mari, et condensantur in nubes, quæ per ventos deferuntur longe super aridam, et tandem resolvuntur in pluvias, ex quibus augmentantur flumina ad mare currentia.

VERS. 8. — CUNCTÆ RES, etc. Hic concludit propositum; ex quo enim cognitio humanitas acquisita ex sensibilibus habet ortum, ex quibus cum difficultate invenitur veritas. Benè concludit dicens: *CUNCTÆ RES DIFFICILES* ad intelligendum. Et quia dicit B. Hieronymus in Prologo super Pentateuchum, Quod melius novimus, melius et proferimus; et per oppositum: Quod minus benè intelligimus, minus benè proferimus. Ideò sequitur:

NON POTEST, etc. Quia non potest eas ad plenum intelligere, sed tantum imperfectè, ut patet de folio vel fructu arboris, de quibus nullus, quantumcumque studuerit, potest ad plenum veritatem dicere, utpote quare est tanta quantitatis præcise, vel talis figuræ, saporis, aut virtutis: unde quia talis herba vel fru-

(1) Restagnaret mare, nisi per occultos meatus ad fontium capita deduceretur: unde aquarum quoque natura mobilis. Quorsum ista? ne miremur mutari nos, toto orbe in nactum circumacto. (Bossuet.)

Hinc quidam contra philosophos naturales dicere volunt originem fontium et fluminum esse ex mari, non ex aere visceribus terræ incluso, et in aquam frigiditate loci converso. Sed convinci hæc possunt, dicendo quòd flumina exeant de mari, non per occultos meatus, ut illi volunt, quod est contra experientiam, sed quia de mari elevantur in altum exhalationes, quæ in nubes concretæ pluviatim descendunt, et implent atque argent flumina in mare fluentia. Simile est quod proxime dixerat de ventorum reditu. Neque enim venti redeunt ad originalia loca, nisi quia similes aliæ exhalationes passim elevantur à terra. (Estius.)

ctus sanet talem infirmitatem, dicitur saltem in pluribus, quòd hoc habet à totà specie, id est, ab aliquà proprietate, consequente speciem, quæ tamen non nominatur, eò quòd ignoratur.

NON SATURATUR. Hic ponitur secunda ratio, quæ talis est: De ratione felicitatis humanæ est appetitum hominis totaliter quietare; aliter non haberet rationem ultimi finis, sed scientia quæcumque acquisita non terminat appetitum hominis, sed magis excitat ad ampliùs sciendum; ergo, etc. Minor hujus rationis ponitur, cum dicitur:

NON SATURATUR, etc. Inter alios sensus visus maximè deseruit in acquisitione scientiæ per investigationem; auditus autem in acquisitione scientiæ per doctrinam, et ideò per hoc intelligitur quòd scientia utroque modo acquisita non terminat hominis appetitum; et non est alius modus acquirendi vi humanà, propter quòd in tali scientià non est felicitas ponenda.

VERS. 9.— QUID EST? Hic ponitur tertia ratio, quæ talis est: De ratione felicitatis est permanentia stabilis; unde in primo Ethicorum dicit philosophus quòd felicitas non est sicut mirmicoleonta, quòd est animal variabile in diversos colores; sed cognitio humanitùs inventa variabilis est, quia dicta maximorum philosophorum et doctorum, quæ uno tempore tenentur pro firmà auctoritate, postea reprobantur, et iterùm sub aliis verbis vel eisdem renovantur; unde et circa primum principium, videlicet de quolibet affirmatio vel negatio, de nullo vero simul, diversis temporibus varia senserunt philosophi, ut patet 4 Metaphysices; ergo in tali notitià non est felicitas hominis ponenda. Hujus rationis ponitur minor, quantum ad ejus virtutem, satis diffusè, cum dicitur:

QUID EST QUOD FUIT? Tam in rebus, quam in hominum opinionibus.

IPSUM QUOD FUTURUM EST. Licet tempore intermedio cesset et datum sit oblivioni, et ad idem pertinet quòd subditur.

QUID EST QUOD FACTUM EST? etc. Est enim repetitio ejusdem sententiæ ad majorem exaggerationem.

VERS. 10.— NIHIL SUB SOLE NOVUM, NEC VALET QUISQUAM DICERE. Licet videatur hominibus modernis. Et subditur causa:

JAM ENIM PRÆCESSIT, etc. Unde dicit philosophus 2 Meteororum, quòd opiniones et dicta sapientùm, quæ videntur de novo inventa, fuerunt in auctoritate ante per longa tempora, sed per incendia vel inundationes vel hominum mortes, libri eorum fuerunt corrupti, et dicta eorum oblivioni tradita; et sic postea videntur de novo inventa, cum tamen non sit ita. Ex dictis patet sequens littera.

VERS. 12.— EGO ECCLESIASTES FUI REX ISRAEL (1). Hic consequenter Salomon ostendit propositum per experimentum: quia sicut dictum est supra, et hic iterùm dicitur:

(1) Posteaquam universim vana omnia esse constituit, jam singula aggressurus, ab ipsà sapientia, rerum humanarum principè ac duce, sumit exordium: quem locum, Scripturæ more, alibi repetit et inculcat. FUI REX ISRAEL, totius Israelis scilicet. IN JERUSALEM, quòd nulli post Salomonem contigit. (Bossuet.)

tur, ipse fuit sapientior aliis sui temporis, et etiam præcedentibus, quorum erat memoria: et tamen tantam expertus dicit hic, quòd talis scientia habet annexam anxietatem animi et laborem: et per consequens licet talis scientia sit bona, non tamen est tantum bonum, quòd in eà felicitas hominis sit ponenda, et hoc est quòd dicit: *Ego Ecclesiastes fui rex Israel*, id est, super omnes tribus Israël, ut patet 3 Regum.

In Jerusalem, quæ est metropolis illius regni.

Et proposui in animo meo querere et investigare, etc., scientià acquisitã (1).

VERS. 15.— ET STULTORUM INFINITUS EST NUMERUS; id est, valdè excedens numerum aliorum: et sic politica, quæ ordinatur ad hoc quòd cives fiant boni et studiosi, habet effectum in paucioribus; et sic habet afflictionem annexam in regentibus.

VERS. 16.— LOCUTUS SUM IN CORDE MEO DICENS. Hic Salomon concludit conclusionem intentam, scilicet felicitatem hominis non consistere in scientià speculativã seu practicã, dicens: *Locutus sum in corde meo dicens: Ecce magnus effectus sum*. Ut patet tertio Regum, quòd nullus ex regibus præcedentibus fuit ei similis in potentiã et divitiis.

ET PRÆCESSI OMNES SAPIENTIA QUI FUERUNT ANTE ME IN JERUSALEM. Sicut dicitur tertii Regum 4: *Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum, et erat sapientior cunctis hominibus*.

(1) DE OMNIBUS QUE FIUNT SUB SOLE. Descriptio objecti considerati, nimirum opera omnia in omnibus terræ regionibus et angulis; non Deum, angelos, etc., sed res sublunares, et potissimum facta, studia, eventusque hominum varios, sicut sequitur v. 14 (Gejerus), causas rerum subcelestium, causas et effectus naturales, humana consilia et eventus (Anglicæ annotationes).

HANC OCCUPATIONEM PESSIMAM. Hic significare potest, vel 1º malum culpæ, nempe curiositatem et anxietatem nimiam quã homines Deus punierit dum à se discederent. Significat haud dubiè Salomon se suã sapientiã abusum, et ei nimium confisum, etc. (Mercurus.) Vel 2º malum pœnæ: quo sensu 27 occurrit Cohel. 2, 21, et 5, 12, etc., et *zazza*, Matth. 6, 34 (Gejerus), cum quis animum suum totum alicui rei addicit, et in eà sese torquet (Mercurus). Vocat investigationem sapientiã *occupationem malam*, quòd homines plerumque, dimissis utilioribus, inhiet curiosis, aut plus conetur sapere quàm oporteat; vel quòd non expleat desiderium hominis, qui semper aliquid novi requirit; vel quòd oblivione aboleatur scientia (Munsterus).

UT OCCUPARENTUR IN EA. Ut in eà anxie et molestè versarentur (Mercurus). Ut fugaret Deus otium et superbiam (Pembellus). Ut homines otio carentes exererent se, et videntes se non posse semper veritatem assequi, humiliarentur, atque sic curiositatis primæ pœnæ subindè lucrent (Gejerus). Est in illis studiis labor, quem (vers. seq.) dicit *afflictionem spiritus*, non quies, non ipsa beatitudo (Grotius); quasi dicat: Ut ea affligerentur homines, non beati redderentur (Anglicæ annotationes). Non damnat hic rerum investigationem et cognitionem, sed immodicam in illis perquirendis curiositatem et anxietatem (Mercurus). Imò videmus hic omnibus injungi studium pervestigandi naturam creaturarum, quibus Deus quasi gis indidit ut laudem suam personent; ut hic præcipuus est creaturarum usus, et ex illis Creatorem discamus. Si autem creaturis Dei laudes personantibus surdi sumus, multos etiam nos esse in Deo laudando necesse est.

(Cartwrightus.)

ET MENS MEA CONTEMPLATA EST MULTA SAPIENTER, quia disseruit de animalibus et plantis à cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete.

ET DIDICI. Quia non solum habuit scientiam infusam à Deo, sed etiam acquisitam (1).

VERS. 17. — DEDIQUE COR MEUM UT SCIREM PRUDENTIAM quæ dirigit in legibus humanis.

(1) Ex his manifestum est non ita Salomonem sapientiâ divinitus infusâ dotatum fuisse, ut non etiam studio et investigatione multarum rerum scientiam sibi insuper adjunxerit. Deus enim unâ cum sapientiâ dedit ei latitudinem cordis, ut multa posset experientiâ et studio comprehendere. Vide Hieronymum in hunc locum, ubi negat Salomonem fuisse sapienterem Abrahamo et Moysè. (Estius.)

CAPUT II.

1. Dixi ego in corde meo : Vadam, et affluam deliciis, et fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas.

2. Risum reputavi errorem, et gaudio dixi : Quid frustra deciperis ?

3. Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitareque stultitiam, donec viderem quid esset utile filiis hominum : quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.

4. Magnificavi opera mea : ædificavi mihi domos, et plantavi vineas ;]

5. Feci hortos, et pomaria, et consevi ea cuncti generis arboribus :

6. Et exstruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem sylvam lignorum germinantium :

7. Possedi servos et ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque, et magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerunt ante me Jerusalem :

8. Coacervavi mihi argentum et aurum, et substantias regum ac provinciarum : feci mihi cantores et cantatrices, et delicias filiorum hominum, scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda :

9. Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem ; sapientia quoque perseveravit mecum.

10. Et omnia quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis ; nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, et oblectaret se in his quæ præparaveram : et hanc ratus sum partem meam, si uter laboris meo.

11. Cùmque me convertissem ad universa opera quæ fecerant manus meæ, et ad labores in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole.

12. Transivi ad contemplantam sapientiam, erroneque et stultitiam : (quid est, inquam, homo, ut sequi possit regem factorem suum ?)

13. Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.

14. Sapientis oculi in capite ejus : stultus in tenebris ambulat : et didici quòd unus utriusque esset interitus.

ATQUE DOCTRINAM, id est, veritatem divine legis.

ERRORESQUE, circa divina.

ET STULTITIAM, circa humana, ad evitandum scilicet et impugandum.

ET AGNOVI QUOD IN HIS QUOQUE ESSET LABOR. Sicut patet per prædicta. Et adhuc ratio alia inducitur, cùm subditur ;

VERS. 18. — EO QUOD IN MULTA SAPIENTIA, scilicet humana.

MULTA SIT INDIGNATIO. Talis enim scientia instat. 1 Cor. 8. Superbia vero inflativa indignatur se facile

ET QUI ADDIT SCIENIAM, scilicet talem.

ADDIT ET LABOREM, quia indignativi et impatientes intra se sentiunt multas anxietates.

CHAPITRE II.

1. J'ai dit en mon cœur : J'irai et je m'enivrerai de délices, et je jouirai des biens. Et j'ai reconnu que cela aussi était vanité.

2. J'ai condamné le ris de folie, et j'ai dit à la joie : Pourquoi vous trompez-vous si vainement ?

3. J'ai pensé en moi-même de retirer ma chair du vin, afin de porter mon esprit à la sagesse, et pour éviter l'imprudence, jusqu'à ce que j'eusse reconnu ce qui est utile aux enfants des hommes, et ce qu'ils doivent faire sous le soleil pendant les jours de leur vie.

4. J'ai fait faire des ouvrages magnifiques ; j'ai bâti des maisons, j'ai planté des vignes ;

5. J'ai fait des jardins et des vergers où j'ai mis toutes sortes d'arbres ;

6. J'ai fait faire des réservoirs d'eaux, pour arroser la forêt de mes jeunes arbres ;

7. J'ai eu des serviteurs et des servantes, et un grand nombre d'esclaves nés dans ma maison, un grand nombre de bœufs et de troupeaux, de brebis, plus que n'en ont jamais eu tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem.

8. J'ai amassé une grande quantité d'or et d'argent, et les richesses des rois et des provinces ; j'ai eu des musiciens et des musiciennes, et tout ce qui fait les délices des enfants des hommes, des coupes et des vases pour servir le vin ;

9. Et j'ai surpassé en opulence tous ceux qui ont été avant moi dans Jérusalem ; et la sagesse a toujours persévéré avec moi.

10. Et je n'ai rien refusé à mes yeux de tout ce qu'ils ont désiré ; j'ai permis à mon cœur de jouir de toutes sortes de plaisirs, et de prendre ses délices dans tout ce que j'avais préparé ; et j'ai cru que mon partage était de jouir ainsi de mes travaux.

11. Mais tournant ensuite les yeux vers tous les ouvrages que mes mains avaient faits, et tous les travaux auxquels j'avais pris une peine si inutile, j'ai reconnu qu'il n'y avait que vanité et affliction d'esprit dans toutes ces choses, et que rien n'est stable sous le soleil.

12. J'ai passé à la contemplation de la sagesse, des erreurs et de l'imprudence : Qu'est-ce que l'homme, ai-je dit, pour pouvoir suivre le Roi qui l'a créé ?

13. Et j'ai reconnu que la sagesse a autant d'avantage sur l'imprudence, que la lumière en a sur les ténèbres.

14. Les yeux du sage sont à sa tête. L'insensé marche dans les ténèbres ; et néanmoins j'ai reconnu qu'ils meurent tous deux l'un comme l'autre.

15. Et dixi in corde meo : Si unus et stulti et meus occasus erit, quid mihi prodest quòd majorem sapientiæ dedi operam? Locutusque cum mente meâ, animadverti quòd hoc quoque esset vanitas.

16. Non enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum : et futura tempora oblivione cuncta pariter operient : moritur doctus similiter ut indoctus.

17. Et idcirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala universa esse sub sole, et cuncta vanitatem et afflictionem spiritûs.

18. Rursûs detestatus sum omnem industriam meam, quâ sub sole studiosissimè laboravi, habiturus hæredem post me ;

19. Quem ignoro, utrùm sapiens an stultus futurus sit, et dominabitur in laboribus meis, quibus desudavi et sollicitus fui ; et est quidquam tam vanum ?

20. Unde cessavi, renuntiavitque cor meum ultra laborare sub sole.

21. Nam cum alius laboret in sapientiâ, et doctrinâ, et sollicitudine, homini otioso quæsitâ dimittit : et hoc ergo vanitas, et magnum malum.

22. Quid enim proderit homini de universo labore suo, et afflictione spiritûs, quâ sub sole cruciatus est ?

23. Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit : et hoc nonne vanitas est ?

24. Nonne melius est comedere et bibere, et ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? et hoc de manu Dei est.

25. Quis ita devorabit, et deliciis affluet ut ego ?

26. Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, et scientiam, et lætitiâ; peccatori autem dedit afflictionem, et curam superfluum, ut addat, et congreget, et tradat ei qui placuit Deo : sed et hoc vanitas est, et cassa sollicitudo mentis.

15. J'ai donc dit en moi-même : Si je dois mourir aussi bien que l'insensé, que me servira de m'être plus appliqué que lui à la sagesse? Et m'étant entretenu de ceci en mon esprit, j'ai reconnu que cela aussi était vanité.

16. Car la mémoire du sage ne sera pas éternelle, non plus que celle de l'insensé; et les temps à venir enseveliront tout également dans l'oubli. Le savant meurt aussi bien que l'ignorant.

17. C'est pourquoi la vie m'est devenue ennuyeuse, considérant tous les maux qui sont sous le soleil, et que tout est vanité et affliction d'esprit.

18. J'ai regardé ensuite avec détestation toute cette application si grande avec laquelle j'avais tant travaillé sous le soleil, devant tout laisser à un héritier après moi ;

19. Qui sera le maître de tous les ouvrages auxquels je me suis appliqué avec tant de peine et de travail, sans que je sache s'il doit être sage ou insensé; et y a-t-il rien de si vain ?

20. C'est pourquoi j'ai quitté toutes ces choses, et j'ai pris dans mon cœur la résolution de ne me pas tourmenter davantage sous le soleil.

21. Car après qu'un homme a bien travaillé avec sagesse, science et application, il laisse tout ce qu'il a acquis à un homme oisif. Tout cela donc est une vanité et un grand mal ;

22. Car que retirera l'homme de tout son travail, et de l'affliction d'esprit avec laquelle il s'est tourmenté sous le soleil ?

23. Tous ses jours sont pleins de douleur et d'amertume; il n'a point de repos dans son âme, même pendant la nuit; et n'est-ce pas là une vanité ?

24. Ne vaut-il pas mieux manger et boire, et faire du bien à son âme du fruit de ses travaux? et ceci nous vient de la main de Dieu.

25. Qui se rassasiera et jouira de toutes sortes de délices autant que moi ?

26. Dieu a donné à l'homme qui lui est agréable, la sagesse, la science et la joie; et il a donné au pécheur l'affliction et les soins inutiles, afin qu'il amasse sans cesse, qu'il ajoute bien sur bien, et qu'il le laisse ensuite à un homme qui sera agréable à Dieu. Mais cela même est une vanité et un tourment d'esprit fort inutile.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXI ERGO (1). Hoc est secunda pars, in quâ ostendit Salomon non esse felicitatem in deli-

(1) Rectè Hier.: Posteaquàm in multitudine sapientiæ, atque adjectione scientiæ deprehendi nihil aliud, nisi cassum et sine fine esse certamen, converti me ad luxuriam et voluptates, haud minore vanitate ac ludibrio.

(Bossuet.)

Non primo Epicuro aut Epicureis in mentem venit in voluptate eâ quæ sensibus percipitur beatitudinem esse positam. Sed jam olim multis hominibus ea cogitatio incidit, quæ tamen vana rectè instituto judicio comperitur.

(Grotius.)

Totus hic liber ceu Sapientis oratio habendus est, ejus partes optimè invicem nexæ sunt. Demonstratâ rerum hujus vitæ ipsarumque scientiarum vanitate, pergit Salomon, testaturque, sese ad voluptates, quibus sensus alliciuntur, convertisse, probaturum, utrùm in illis veram solidamque beatitudinem inveniret, quam in cæteris rebus frustra quæsiverat. Mirum profectò accidit, qui fieri potuerit ut Salomon, tantâ sapientiâ ingenioque vir, putaverit satis animo suo facturâ vilissimas voluptates, postquàm sapientiæ sublimiumque scientiarum studio sese id assequi non posse expertus fuisset. Quamobrem visum quibusdam interpretibus est Salomonem, concionatorum more, vitiosi ac libidinosi hominis exemplum sub sui

ciis corporalibus; et primò multipliciter ostendit propositum; secundò concludit intentum ibi : *Quis ita devorabit?* Prima in duas, quia primò ostendit propositum rationibus sumptis ex vitâ deliciosâ; secundò ex adjunctâ sibi curâ, ibi : *Rursûs*. Prima in duas, quia primò procedit ratione; secundò experimento, ibi : *Magnificavi*. Prima adhuc in duas, quia primò ostendit propositum; secundò infert corollarium, ibi : *Cogitavi*. Circa primum facit talem ratiocinationem ipsius nomine proponere, terrenarum voluptatum fallaciam vanitatemque agnoscentis, postquàm illas penitus exhaustis, totoque mentis nisu illis indulsit. Certum tamen aliis sedet, ipsum de se loqui, non qualis prioribus regni annis fuit, quibus absolutissimum sapientiæ et pietatis exemplar prodigiumque sese exhibuit, sed qualis tum esse cœpit, cum laxatis in voluptatem habenis, neglectâque sapientiâ, quâ abundabat, animi sui cupiditatibus indulgens, in omne voluptatum genus ruit, iis rebus profusè abutens, quibus allici sensus solent. At hoc quoque meram esse vanitatem denique sensit, animique sui capacitatem impleri voluptatibus non posse, quippe fallacibus levissimisque : *Vidi quòd hoc quoque esset vanitas*.

(Calmet.)

nem : In illo non consistit felicitas humana, cujus delectatio est quasi momentanea, quia felicitas est bonum stabile et firmum, ut patet ex praedictis. Non sic autem est de deliciis corporalibus; ergo, etc. Virtutem autem hujus rationationis ponit, continuando se ad praecedentia, dicens :

DIXI ERGO IN CORDE MEO. Quasi dicat : Ex quo scientia non est summum bonum hominis, sed habet laborem annexum, ut dictum est, converti me ad vivendum deliciosè.

VERS. 2. — RISUM (1), id est, ineptum.

REPUTAVI ERROREM. Quia convertitur in tristitiam.

ET GAUDIO DIXI. Quo homo gaudet de veritate inventa.

QUID FRUSTRA. Estimando felicitatem in deliciis.

VERS. 5. — COGITAVI IN CORDE MEO ABSTRAHERE A VINO (2). Hic intert corollarium ex praedictis. Ex quo enim vita deliciosa est modici valoris, et ipsa impedit à consecutione sapientiae, quae majus bonum est, quantò spiritualia corporalibus praeponuntur, quamvis non sit tantum bonum, ut in eo ponatur felicitas, ut dictum est capite praecedenti : motus ex his : *Cogitavi in corde meo abstrahere à vino, immoderatè sumendo.*

CARNEM MEAM, ut sic non praevaleat spiritui, sed subjiceretur ei.

UT ANIMUM MEUM TRANSFERREM AD SAPIENTIAM. A qua non impeditur per vinum moderatè sumptum, cum acuat ingenium. Ex quo patet quòd abstractio à vino non accipitur hic simpliciter, sed cum moderamine, ut dictum est.

DONEC VIDEREM QUID ESSET UTILIS, ad consequendum felicitatem, quae est summum hominis bonum.

VERS. 4. — MAGNIFICAVI. Hic consequenter experimento declarat felicitatem hominis non consistere in corporalibus deliciis; et hoc primò declarat in personam propriam; secundò, in personam sibi conjunctam, ibi : *Rursus*. Prima in duas, quia primò declarat propositum, et secundò ex dictis movet dubium, ibi : *Quid est, inquam*. Circa primum, diffusè ostendit expertum fuisse ea quae faciunt ad delicias corporis, nec

(1) Cum potior hominis pars sit ratio, malè felicitas summa ponitur in parte deteriore. (Grotius.)

(2) Ad verbum Hebraeum. *Exploravi corde meo*, eo, velut exploratore usus, pervestigabam studiosè. Alii : Institui diligentem in corde meo serutationem. Sed priori interpretationi favet quod supra, cap. 1, 15, dixerat : *Ad investigandum cum sapientia*, id est, sapienter. Ad verbum : *Protrahendo*, seu *ut protraherem in vino carnem meam*, ut diutius detinerem, immorari facerem corpus meum in vino, ut deliciis indulgerem. Benè Jarchi : *Ut oblectarem potu seu convivio vini corpus meum; omnia convivii voluptuosa seu delicata appellari solent vini nomine*. Alii verbum hebraeum explicant : *ut didicerem*, id est, solutius et mollius redderem corpus meum. Van der Palm : *Ut vino tenerem corpus meum*, collato Arabico *tenere, continere*, unde dicere solent : *Continet alimentum corpus*, et est *cibus qui corpus tenet*, id est, compactum reddit et robustum. CICERO de Nat. deor. lib. 1, cap. 54 : *Tribus rebus avimantium vita tenetur*. Sed non est, cur *trahendi* significatum hoc loco relinquamus. Alia hunc locum explicandi tentamina vid. in A. Th. Hartmanni. (Rosenmuller.)

invicisse sibi felicitatem, dicens : *Magnificavi opera mea*, et qualiter, subdit in speciali.

ADIFICAVI MIHI DOMOS (1), pulchritas et delectabiles, quae magnam partem conferunt ad vitam deliciosam.

VERS. 4 et 5. — ET PLANTAVI VINEAS. FECI HORTOS ET POMARIA (2), quae plerumque ad delicias, ex loci pulchritudine et fructus plenitudine.

VERS. 6. — ET EXTRUXI MIHI PISCINAS AQUARUM ET IRRIGAVI (3), ad decorationem loci, et ejus fructificationem.

SILVAM LIGNORUM GERMINANTUM. Hebraice et Graece habetur, *silvam producentem ligna*.

VERS. 7. — POSSEDI SERVOS ET ANILLAS, MULTAMQUE FAMILIAM, ut servirent mihi ad nutum in omnibus, quod est valdè delectabile homini.

HABUI ARMENIA QUOQUE, ET MAGNOS OVIUM GREGES, ut haberem abundantiam divitiarum naturalium, et etiam artificialium; ideo subditur : *Concervavi mihi argentum, etc.*

VERS. 8. — FECI MIHI CANTORES ET CANTATRICES (4), ad delectationem auditus.

(1) Alias ad usum et habitationem, alias ad luxum et magnificentiam, alias ad usum et magnificentiam simul, ut regium de qua 1 Reg. 9, 4. Sunt qui etiam templum significari putant; sed, meo judicio, non rectè; nam templum extruxit non sibi, sed Domino. VINEAS, quam in *Baal-hamon*, Cant. 8, 11, alteram in *Jabne* (quae civitas Ptolenaeo *Jammia* dicitur), Chald. paraphr. Nec est dubitandum quin alibi alias plantaverit. (Drusius.)

(2) Ad verbum : *Feci mihi hortos et arboreta*. Nominè priore hortos florum et herbarum designari, colligit à Deut. 11, 10, et 1 Reg. 21, 2, posterius verò, peregrina, forsàn Armenica, originis vid. *Handbuch d. bibl. Alterthumsk.*, vol. 1, p. 174, de *arboreto* usurpatum fuisse, inde verisimile est quod, Nehem. 2, 8, è *pharedes* ligna ad contiguanda petuntur, deinde, Cant. 4, 15, de horto malorum puniceorum dicitur, et hoc denique loco statim subjicitur, plantatas inibi arbores fuisse. De horto, qui olim Salomonis fuisse dicitur, *concluso* (Cant. 4, 12) prope Bethlehem intra montes asperimos in valle amoenissimà sito, fertilissimum solo ac maxime decoris arboribus gaudente, vid. *Cotovici Itinerar. Hierosolymit.* p. 245. Hebraicè : *Et plantavi in iis arbores omnis fructus, omnis generis fructuum*. (Rosenmuller.)

(3) Hebraicè : *Feci mihi piscinas aquarum*, aquae pluvialis, aut fontium etiam ac rivulorum receptacula amplissima, in quae aquae, alias sine fructu difflentes, colligerentur, indeque rursus distribuerentur ad agros hortosque humectandos, uti subdit : *Ad irrigandum ex illis silvam germinantem arbores*, id est, quae arbores profert. Significantur nemora voluptatis causà comparata, in quibus ferè nutriuntur, Salomonis quae feruntur piscinae cum aquaeductibus etiamnum haud longè ab horto Salomonis concluso ostenduntur. (Rosenmuller.)

(4) En libidinum illecebras. SCYPIOS ET URGROS. *Siddah*, et *siddoth*, vox Chaldaica : hoc est, secundum Aquilam, *σκύπια* et *ουγκρα*, majores calices seu crateras : unde minoribus vasculis haunterentur vina convivis propinanda : Hier. Symmachus eodem ferè refert, quippe ad mensurarum species : Septuaginta, vini fusores, ac fusitrices, quam vocem Hieronymus fingit, sive, ut ipse latinus, numistros ac numistras vini. E recentioribus alii alia comminiscuntur variis conjecturis ac ratiociniis ducti : nos antiquioribus interpretibus credimus. Putaverim autem hic uti Salomonem peregrinus atque exoticis vocibus, ut significaret se non tantum indulsisse deliciis, quae regibus Israe-

ET DELICIÁS FILIORUM HOMINUM, multiplicando mihi uxores et concubinas, quæ præ aliis dicuntur esse de-

liticiis familiares essent, sed etiam ex mollissimis Assyriorum aulis, luxûs ac voluptatum illecebras accersisse. (Bossuet.)

SUBSTANTIAS (peculium) REGUM. An quod ex supellectile nostrâ pretiosâ tanquàm proprium nobis reponimus? Sanè in dialecticâ quartum prædicabile, quod proprium vocant, appellatur *Segulla*. Et legitur de Israele, Malach. 3: *Eruntque mihi, ait Dominus exercituum, peculium, cujus videlicet possessio alium non attingat. Peculia regum, quæ reges in numerato et ad casus repentinos reposita habent.*

PROVINCiarUM, vel civitatum; nam כְּדִינָה utrumque significat. Itaque Syrus interpres de Hierosolymâ usurpat, Luc. 19, 41, et Hebræus Tobias de Rages civitate Mediæ, et Arabes de Mecha, quæ Arabicâ voce dicitur hodiè *Munychiates*, quam vocant per excellentiam *Medinath Atnabi*, ob sepultum ibi Mahometem.

SCYPHOS ET URCEOS. *Seddâ* et *Seddâs* variè interpretantur. Septuaginta, *poçillatorem et poçillatrices*, sive, ut Hieronymus vertit, *vinî fusorem et vinî fusitrices*: quod posterius tamen Latinè dici negat; nam נָשׂוּדָא *fudit*, quod et נָשׂוּדָא Joel, 3, 9, in Thargum Jonathanæ Uzielis filii. Verbum merè Chaldaicum; unde quidam *Asidæos* putant appellatos; sed perperam, ut olim declaravi. Vulg. *scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda*. Antè Aquila ediderat, *parum calicem et calices*; ita reperi citatum in codice Romano. Paulò aliter Hieronymus: «Aquila, inquit, non homines, viros videlicet et feminas, sed vasculorum species nominavit, *κύλικα καὶ οὐρία* vocans, quod Hebraicè dicitur *Seddâ et Seddoth*. » Et mox: «Sive igitur urceos, sive scyphos, sive crateres, qui in ministeriis ordinantur, auro gemmisque distinctos, Salomouem habuisse credendum est, et quòd ex uno crateris, «aliis minoribus vasculis, hauriretur, et per ministrorum manus potantium vinum turba susciperet.» Idem Symmachi haud multò diversum interpretamentum ibidem adducit, et indicat per hæc verba: «Denique Symmachus, licet verbum non potuerit exprimere de verbo, ab hæc opinione non longè est, dicitur: *Mensurarum species et appositiones*. Satis de Græcis; veniamus nunc ad Hebræos. Aben-Ezra: «Diversi abeunt interpretes de voce *Seddâ*. Mihi optimum videtur ut sit à radice שָׂדוּ *vasto*, et significat *mulierem quam quis in prædâ cepit*. Quia verò plures tales habebat Salomo, ideò subnequit, et *Seddâs*. » Nec longè abit ab hæc sententiâ R. David in lib. Radicum, ubi inter alia exponit *honoratam et honoratas*, nempe ab eadem radice, unde et שָׂדוּ, *magnus et honoratus*. Addit alios accipere pro *mulieribus pulchris bello captis*; q. d., *deprædatam et deprædatas*. Verius tamen putat ut significantur *instrumenta musica olim nota cum templum adhuc staret*. In quâ sententiâ dicit esse doctores Hebræorum quos *Gaonim* appellant. Meminit Elias libri ejusdam qui inscribitur *Pemipotens*. In eo scriptum lectum *seddâ* esse *puellam*, et *seddotoem, puellas*. Sunt etiam qui *mulieres decoras et venustas* interpretentur, à שָׂדוּ *mammâ*, quòd in mammarum decore ac positione decenti sit non inelegans pulchritudo. R. Salomo præter alios annotat שָׂדוּ esse *vehiculum cameratum, aut carpentum, vel, si placet, pilentum, quod est vehiculum pensile quo matronæ vehi solent*. Idem observat in lingua Talmudicâ שָׂדוּ significare *arcam vel turrim*. Quod etiam scribit R. Nathan in Lexico Talmudico, addens esse *similem arcæ*: cui rei probandæ citat hunc locum de quo nunc controversia est. Me quod attinet, si dicendum quod sentio, existimo fuisse musica instrumenta in templo aut in conviviiis adhiberi solita, quæ propterea vocat *delicias hominum*, quòd iis homines libenter et sæpè uterentur, voluptatem indè singulariter percipientes. In quâ opinione et D. Camium fuisse supra ostendimus. Tremellius: *symphoniam et quidem omnimodam.* (Drusius.)

licia hominum. Unde dicitur, 3 Reg. 11: *Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ et concubinæ trecentæ.*

SCYPHOS ET URCEOS; et hoc ad delectationem gustûs.

VERS. 9. — SAPIENTIA QUOQUE PERSEVERAT MECUM, seu usque ad tempus, in quo per mulieres fui deceptus.

VERS. 10. — ET OMNIA QUÆ DESIDERAVERUNT, etc., exponendo me in omnibus deliciis.

ET HANC, seu vitam voluptuosam.

RATUS SUM PARTEM MEAM, SI UTERER LABORE MEO, id est, felicitate; deceptus enim à mulieribus, cecidit in hunc errorem.

VERS. 11. — CUMQUE ME CONVERTISSEM AD UNIVERSA OPERA QUÆ FECERANT MANUS MEÆ, ET AD LABORES IN QUIBUS FRUSTRA SUBAVERAM, scilicet ad verius cogitandum de istis.

VIDI IN OMNIBUS VANITATEM. Quia non adducunt verum hominis bonum.

ET AFFLICTIONEM ANIMI. Quia deliciae, antequàm habeantur, per desiderium affligunt, et habite, per satietatem in fastidium vertunt, ut prædictum est.

ET NIHIL PERMANERE SUB SOLE. Quia tales delectationes sunt quasi momentaneæ.

VERS. 12. — TRANSIVI AD CONTEMPLANDAM SAPIENTIAM, ERRORESQUE ET STULTITIAM (1). Id est, conside-

Censet Bochartus his vocibus significari carminum genera, easque ortas esse è *Sido*, celebri inter Phœnices feminâ, cui hymnorum et musices inventum tribuit Sanchoniaton. (Calmet.)

(1) Iterùm me converti ad ea, ut saltem viderem quantâ sapientiâ usus essem in omnibus illis; et deprehendi in vino insaniam multam, et in reliquis manifestam stultitiam. Quid enim est homo ut imitatione Regis Dei aliquid magni conetur, cum nullam quantumvis parvam ex omnibus rebus, quas ille innumeras fecit, æquare possit? Idcirco dixit Dominus: *Nec Salomon in omni gloriâ suâ vestitus est sicut unum ex istis*. Vocat autem errores sive insanias ebrietatem et Epicureorum pecuniam vitam. (Clarius.)

Ad verbum Hebræum: *Et ego converti me iterùm ad videndum*, ad penitius considerandum sapientiam, insanias, insanè facta, et stultitiam, ut his inter se collatis intelligerem quodnam eorum plus afferat emolumentum. Quod sequitur usque ad versûs finem est per parenthesis legendum; prius hemistichium cohæret cum versu proximo. Quamvis verò singula verba nihil difficultatis habeant, tamen non satis perspicuus est sensus et nexus; unde hic locus interpretes multum exercuit. Nos priusquam potiores aliorum interpretationes recenseamus, verba eo qui nobis verisimillimus videtur modo explicamus. *Quid enim est homo* privatus scilicet, aut vulgaris alius à rege, *qui scilicet ut veniat post regem*, id est, ut velit post me, qui rex sum (uti supra 1, 12, dixerat), res inquirere, rerum variarum periculum facere? Non *quis homo?* sed *quid homo?* per contemptum, ut Psal. 5, 41, 5. Quanti est illus alius mortalium, qui plura quàm ego experiri velit? nihil novi poterit efficere, quod alii non fecerint, ac proinde quod ego non tentarim, nec aliud ac ego cognoscere poterit. Similem in modum locum explicavit Junius: *Quid enim facturus esset homo, qui sequeretur eum regem? id quod jam factum est*. «Occupatio, inquit, quâ explicat Salomo «emphasim pronomini, quo antea usus est: *Convertè*

rari quod labor circa acquisitionem scientiæ, et maxime de divinis equè præcipi dicitur sapientia, ut di-

«*cap. Dixit quispiam: Quid ergo? tunc facere potes iudicium de rebus omnibus, vanitatemque carum evincere à tuâ unius experientiâ? Falleris; neque enim novisti res omnes, neque potuisti nosse. Responsio det. Igo vero novi et potui noscere, qui tantus sum rex, et omnes alios tum scientiâ, tum facultate superarem.*»
 «*Quantombrè quisquis ampliùs laboraverit in rebus explorandis et cognoscendis, is actum, quod aiunt, egerit, nemini acquaverit me.*» J. H. Michælis hæc verbis exponere putat Salomonem occasione, qua invitatus cœperit accuratiore animi lance expendere pretium illius sapientiæ, quam cum voluptatibus excoluerat (vers. 5, 9), cuiusque ope et consilio tam magnifica opera struxerat (vers. 4 seqq.); q. d.: Ideo vero adverti animum meum ad sapientiam, tot splendidis operibus demonstratam, collatâ insipientiâ penitus pernoscentiam, quia cogitabam, admodum dubium et incertum esse, in cuius gratiam tantam sapientiam adhiberem (v. 18, 19). *Quid enim aget homo, qui venturus est post me regem, qui mihi in munere et regno succedet? Nimirum id faciet, quod dudum ante me fecerunt alii, videlicet, ut, quando in antecessorum sive parentum bona succedunt, opera ab ipsis parata sive immutent, sive evertant, eorumque bona dilapident; adeoque admodum metuendum erat, me frustra sudare in excolendâ humanâ sapentiâ, inque operibus meis ad ejus normam quam prudentissimè exigendis. Id secutus Dathius: «Dolet, inquit, Sapientis, dum cogitat opera sua, quibus tantum studium impenderat, à posteris neglectum iri, et se ipsum, ut omnia, quibus perficiendis sibi tantoperè placuisset, oblivioni traditum iri. Hæc est summa sequentis disputationis, quâ auctor libri de imperfectione hujus vitæ conqueritur.» Gejerus interpretationem sic instituit: Postquam ego, Salomo, diu immensos devorâssem labores in extruendis magnificis operibus, tandem, velut è laboriosissimo somnio expergefactus, cœpi hujus meæ defatigationis vanitatemprehendere; *quid enim est homo iste, in regno mihi successurus? quique omnibus meis laboribus fruatur otiosus? num tanti is erit pretii, ut in ejus gratiam ego vires vitæque meam contererem ulterius, ubi nobilius sapientiæ nimirum studium sectari potero? quem ipsum tamen jam fecerunt, id est, quem regni proceres, senis regis tædio capti, jam pridem consiliis suis regem designârunt. Quod additamentum tamen otiosum videtur, etsi antecedentium verborum interpretatio Gejeriana commendatur quodammodo, eò quòd infra, vers. 18, 19, qui loquens inducitur Salomo, se omnis laboris sui tædere ait, quum illum relicurus sit successori, qui num futurus sit sapiens necne incertum sit. Neque tamen verisimile est auctorem hoc loco idem dicere quòd infra; et cum ibi de suo successore dubitanter loquatur, hic, si eum in mente habuisset, de eo per contemptum: *quid est ille homo?* loqueretur. Veteres in alia omnia abeunt. Arabica translatio: *Quis enim mortalium sequatur consilium, ac sciat quæ fecerint homines per illum?* Aquila: *Quid verò est homo, ut sequatur consilium?* Zirkel verborum hebraicorum sensum hunc esse putat: *Quid est homo, ut veniat post consilium quod efficere vult, id est, ut eveniant res ita, ut suo consilio sibi propositis. Quæ sententia tamen huic loco haud satis convenit. Vulgatus: *Quid est, inquam, homo, ut sequi possit regem, factorem suum?* Eodem modo Hieronymus: *Quia quis est hominum, qui possit ire post regem atque factorem suum?* Ad quæ in commentario: «Dicit autem se, post delicias voluptatesque damnatas, revertisse ad sapientiam perquirendam, in quâ plus erroris stultitiæque repererit, quam veræ certæque prudentiæ. Non enim posse hominem tam liquidò et purè scire sapientiam creatoris et regis sui, quam scit ille qui conditor est.» Secutus est Hebræos, qui regè hoc loco Deum intelligunt, et sensum ferè sic la-***

cutur 1 Metaph.), melior est quam corporis delicia. In hoc loco et aliis consimilibus dicitur quidam Salomonem penituisse in fine, sed illa penitentia non videtur fuisse sufficienter et perfecta, ut plenus dixi, Proverb. 50.

Quæ est, inquam. Hic circa prædicta movet dubium. Et dividitur in tres partes, quâ primo movetur questio, secundo ponitur solutio, ibi: *Et vidi*; tertio subditur quedam objectio, ibi: *Et didici*. Circa primum, quia fecerat mentionem de contemplatione sapientiæ, quæ est cognitio divinarum, idèo movet questionem dicens: *Quid est, inquam, homo?* id est, cuius virtutis? *Ut si qui possit regem, factorem suum, id est, Deum aliquo modo attingere, per cognitionem creaturarum?* Salomon autem loquitur in hoc libro ut concionator: et idèo frequenter loquitur in personâ aliorum, non solum vera dicentium, sed etiam errantium, ut ex contrariis allegatis veritas magis appareat. Fuit autem quidam nomine Simonides, dicens quòd homo non debeat querere cognitionem divinarum et eorum quæ sunt supra se, quia cum sit mortalis, deceat eum tantum mortalia sapere, ut habetur 10 Ethic.; quem Philosophus reprobat ibidem dicens quòd, licet homo ex parte corporis sit mortalis, tamen ex parte intellectûs, qui est principalior hominis pars, est quid immortale et divinum; et sic debet se trahere, quantum potest, ad immortalia et æterna per eorum cognitionem et amorem. Ex personâ igitur istius Simonidis vel alterius similis videtur Salomon querere: *Quid est, inquam, homo?* etc., quasi diceret: Non videtur ei utile aut decens querere talia.

VERS. 15. — Et vidi. Hic ponitur hujus questionis solutio, in quâ ostendit quòd cognitio de divinis est valdè utilis, quia cum sit superior, habet judicare de inferioribus scientiis. Idèo dicitur: *Et vidi*, id est, intellexi. Visus enim inter alios sensus plures differentias rerum ostendit, 1 Metaphys.; et idèo nomine actûs videndi frequenter significatur actus intelligendi, ut cum dicitur: *Vides tu hoc*, id est, intelligis.

ciunt: *Quid enim est homo, ut veniat post regem cum, qui ipsum jam fecit? post regem factorem suum?* Quod ita accommodant: nemo est, cui omnia ita succedant, ut quod instituit possit perficere; hoc solius Dei est. Quis in hoc Deum imitari possit, qui simul atque quid decrevit, perficere potest? Chaldaus de sententiâ jam latâ à Deo ad puniendum aliquem exponit, hoc modo: *Nam quæ utilitas est viro, ut eret post decretum regis et post ultionem, cum, ecce! jam statutum sit super eum, et factum sit ei?* Syrus denique: *Quis enim est homo, ut ingrediatur post regem in iudicium, ac multò magis cum factore suo?* Pro וְיָבִיחַ וְיִשְׁפֹּט videtur וְיִשְׁפֹּט legisse, uti Vulgatus et Hieronymus. Van der Palm, è verbis Hebraicis uti nunc jacent, tolerabilem sensum elici posse desperans, locum corruptum iudicat, quem simandum tentat; et sic vertit. *Nam, quicumque mihi successurus est, hic omnia, quæ ante ipsum facta sunt, possidebit, sive, possessor eorum constituetur.* Atque hanc esse rationem, cur, vers. 11, omnia sua opera vana esse diceret. Sed nequaquam ita comparatum esse locum, uti in codicibus Hebraicis legitur, ut nullum tolerabilem sensum admittat, vidimus; neque igitur opus est ut, contra codicum omnium fidem atque contra veterum interpretum consensum, membra versûs transponamus. (Rosenmüller.)

QUIA TANTUM PRÆCEDERET SAPIENTIA, id est, divinarum notitia.

STULTITIAM, id est, hujus notitiæ carentiam.

QUANTUM DIFFERT LUX A TENEBRIS. Notitia enim recipit nobilitatem ab objecto, et ideò dicit Philosophus, libro Cœli et Mundi, quòd desiderabilius est modicum cognoscere de superioribus et divinis, etiam medio topico, quàm multa etiam per certitudinem de inferioribus et terrenis; ideò subditur:

VERS. 14. — SAPIENTIS OCULI IN CAPITE EJUS (1), id est, in superiori parte animæ quæ vacat divinarum contemplationi.

STULTUS IN TENEBRIS AMBULAT. Quia sola terrena et sensibilia considerat, quæ comparata ad Deum sunt quædam tenebræ.

ET DIDICI. Hic contra prædictam solutionem ponitur quædam objectio, et hoc ex personâ illorum, qui negaverunt animæ humanæ immortalitatem, ex quorum personâ dicitur infra: *Nihil habet homo jumento amplius*. Quod si esset verum, homo se totaliter exponeret delectationibus carnis, sicut animalia bruta. Ideò dicitur: *Et didici quòd unus utriusque*, scilicet sapientis et stulti, *esset interitus*, quia si nihil maneret de utroque post mortem, sapiens non expectat pro labore suo præmium, nec stultus penam. Ideò subditur:

VERS. 15. — QUID MIHI PRODEST? Quasi dicat, nihil; ideò subditur:

ANIMADVERTI QUOD HOC QUOQUE ESSËT VANITAS, scilicet laborare in acquisitione sapientiæ, quia totum perit in morte.

VERS. 16. — NON ENIM ERIT MEMORIA SAPIENTIS, SIMILITER UT STULTI (2), id est, sicut nec stulti.

(1) Hoc ergo discrimen sapientem inter et stultum: *Sapientis oculi in capite ejus*; sicut enim oculi in excelso tanquàm in speculâ constituti ut pedibus præluceant, ita in arce mentis ratio collocata, velut dux itineris. STULTUS IN TENEBRIS AMBULAT: cæco ac devio itinere, ac si oculos non in capite, sed in tergo haberet. ET DIDICI (vide 3, 18) QUOD UNUS UTRIUSQUE ESSËT INTERITUS: Hebr.: Unus ambobus eventus, quasi diceret: Quæ ista providentia quæ se sapientes efflerunt, aut quodnam est in illo stulti sapientisque discrimine tantum operæ pretium, si tamen ambobus æquè omnia eveniunt? (Bossuet.)

(2) Commemorat Sapiens quàm stultum sit velle apud homines memoriam sui habere perpetuam. Id enim obtineri vix potest, et tandem omnis talis memoria perit. Quòd autem nihil ista et similes sententiæ convincant Ecclesiastam malè de immortalitate animæ, vel iudicio futuro sensisse, probatur ex pluribus hujus libri locis. Nam sic habet mox capite 3: *Iustum et impium judicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit*; et capite 5: *Neque dicas coram angelo: Non est providentia*; Et capite 6: *Quid habet amplius sapiens à stulto? et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita?* Sic et cap. 8, et 9, et 11. Ac demùm cap. ult.: *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicio pro omni abscondito, sive bonum, sive malum sit*. Hæc autem et ejusmodi loca hujus libri benè notanda sunt propter alia quædam quæ possent simplicem lectorem offendere, quasi dicta contra Dei providentiam aut faventia doctrinæ Epicuræ. Quæ loca requirunt humilem lectorem et doctum expositorem. (Estius.)

Hebraicè: *Quia non est memoria sapienti cum stulto in seculum*, id est, nec sapientis nec stulti memoria est perpetua; propterea idem est utriusque eventus, cum

IN PERPETUUM, id est, in tempus longissimum.

ET FUTURA TEMPORA. Et patet ex dictis littera. Et concluditur:

VERS. 17. — ET IDCIRCÒ TÆDUIT ME VITÆ. Eò quòd per ipsam non attingitur aliquid bonum stabile et permanens; ideò sequitur:

VIDENTEM MALA UNIVERSA ESSE, id est, defectiva.

ET AFFLICTIONEM SPIRITUS, quia etiam studium sapientis habet afflictionem annexam, ut dictum est cap. præcedenti, sicut et occupatio stulti, qui vacat deliciis corporalibus. Similiter quarum acquisitio habet multas anxietates annexas, et possessio statim per satietatem habet fastidium annexum, ut dictum est supra. Hanc autem objectionem non solvit Salomon, cum tamen sit contra veritatem. Cujus duplex ratio potest esse. Una, quia accipit manifestè falsum, scilicet quòd non sit alia memoria sapientis et stulti, quia una est ad laudem, alia ad vituperium, unde dicitur, Proverb. 10: *Memoria justi cum laudibus, et nomen impiorum putrescet*. Alia ratio, quia solvitur per illud quod habetur infra, 12, ubi ponitur intenta conclusio in hoc

tamen sapientis æternam oporteret esse memoriam. *Eò quòd jam diebus venientibus universum hoc oblivioni traditur*, quandoquidem quidquid jam existit universim diebus subsequentibus oblitterari solet. בְּשִׁכְחֵךְ proprie, eò quòd pridem, scilicet jam ita factum est, ut supervenientibus diebus omnia priora oblivioni tradita sint; à præteritis ad futura concludit. Varias Hebræorum de hæc voces sententias recensuit Noldius in *Concordant. Particular.* not. p. 995. *Et quomodo moritur sapiens cum stulto!* æquè ac stultus. Interrogationem admirandè subjicit non citra πῶτος, cum stomacho, q. d.: Et qui fieri potest ut moriatur ex æquo uterque, cum sapientem immortalem esse, ipsius sapientia deprecere videretur? Quàm hoc indignum est, quòd sapiens æquè moritur ac stultus, quo facillimè carere potest genus humanum? Sensu planè alio hunc locum veteres Hebræi ceperunt, quos secutus Jarchi finem præcedentis versùs sic accipit: cum ergo apud me cogitasset, ideò vanum esse sapientiæ operam dare, quòd sapientis et stulti eadem sint eventa, tandem cogitationem hanc vanam esse et falsissimam deprehendi. Nequaquam enim par est sapientis et stolidi memoria; sapiens enim, sive probus, bonam sui memoriam relinquit, stolidus verò, sive improbus, malam. Eandem interpretationem à suo Hebræo magistro accepisse Hieronymum, ex hisce ejus in Commentario verbis apparet: «Dixi (Salomo inquit): Sapiens et stultus, justus et impius, æquali sorte moriuntur, et omnia in hoc seculo mala eventu simili sustinebunt; quid ergo mihi prodest, quòd secutus sum sapientiam, et plus cæteris laboravi? Rursùm cogitans et diligenter mecum mente pertractans sententiam meam vanam esse deprehendi. Non enim similiter sapiens et insipiens habebunt in futuro memoriam, quando consummatio veniet universitatis, et nequaquam pari exitu tenebuntur, quia hic ad refrigeria, ille perget ad penam.» Apertius in hoc loco sensum Hebraicum septuaginta Interpretes transtulerunt, licet verborum ordinem non sint secuti: *Et ut quid sapiens factus sum ego? Tunc abundanter locutus sum in corde meo, quoniam insipiens ex abundantia loquitur: quoniam hoc quoque vanitas, quia non est memoria sapientis cum stulto in æternum, et cætera. Quòd videlicet priorem opinionationem suam stultam esse convincens, incipiente se locutum testatus sit, et errasse, quia ante sic senserit.» Hæc Hieronymus. Verum utut antiquissima sit interpretatio ab eo proposita, tamen sensum eum, quem supra dedimus, esse germanum, satis indicat quòd sequitur. (Rosenmuller.)*

libro; ibi enim dicitur de morte hominis: *Revertatur pulvis in terram unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*, ut scilicet recipiat pro meritis mercedem, vel pro demeritis poenam; et sic non unus est interitus sapientis et stulti, ut hic assumitur: ideo dicitur de justis, Psal. 115: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Et de injustis, Psal. 52: *Mors peccatorum pessima*.

VERS. 18. — *RURSUS DETESTATUS SUM OMNEM INDUSTRIAM MEAM*. Postquam declaravit propositum circa delicias rationibus sumptis ex ipsis deliciis, hic consequenter idem ostendit rationibus sumptis ex annexis curis. Et dividitur in duas partes, quia primò Salomon ostendit malitiam hujus curæ in speciali; secundò magis in generali, ibi: *Quid enim proderit*. Circa primum sciendum, quòd ad fruendum deliciis præexigitur magna cura in acquirendo illa quibus homo vivat deliciosè. Pater verò quodammodò manet in filio, cum sit de substantiâ ejus; et ideo si certus esset pater quòd filius sapienter uteretur divitiis et deliciis per laborem suum acquisitis, in hoc esset magna delectatio patris; sed hoc ignorat quia frequenter accidit contrarium. Sic igitur dicit: *Rursus detestatus sum omnem industriam ad acquirendum bona temporalia*; et patet ex dictis littera usque ibi (1).

VERS. 20. — *Ultra laborare, inutili et supervacaneâ sollicitudine laborare*.

VERS. 21. — *HOMINI OTIOSO*. Qui bona sibi derelicta à parentibus non expendit in bonis operibus, sed in prodigalitate et vanitatibus.

VERS. 22. — *QUID ENIM PRODERIT?* Hic consequenter ostendit curam superfluum esse malam, magis in generali, qualis est cura hominis avari, qui multum affligitur in acquirendo, et avaritia non permittit eum acquisitis uti, et hoc est quod dicit: *Quid enim proderit, scilicet avaro et tenaci*.

DE UNIVERSO LABORE SUO, corporaliter.

ET AFFLICTIONE SPIRITUS, mentaliter, quia utroque modo cruciatur, et de nocte et de die; ideo concluditur:

VERS. 23. — *ET HOC NONNE VANITAS EST?* Id est, labor inanis et sine fructu, quasi dicat, sic; ideo ulterius concludit:

VERS. 24. — *NONNE MELIUS EST COMEDERE (2), id est, decenter vivere de bonis acquisitis*.

(1) *HABITURUS HEREDEM POST ME, QUEM IGNORO UTRUM SAPIENS AN STULTUS FUTURUS SIT, etc.* Contra eos qui in divitiis felicitatem collocant. In epigrammate Græco est:

Heredibus autem

Quæ servas, jam nunc hæc aliena puto.

Et in altero:

Hæredi dives, pauper at ipse tibi.

Id maximè apparet in orbis:

Orbitas omni fugienda nisu

Quam premit votis inimicus hæres.

Sed etsi quis liberos habeat, aliquando tamen stirps ejus deficit. (Grotius.)

(2) *NONNE MELIUS EST COMEDERE, QUAM, STULTO HEREDI OMNIA RELICTURUM, FRAUDARE ANIMAM SUAM BONIS?* Eccl. 4, 8. ET HOC DE MANU DEI EST, hoc etiam videtur quòd de manu Dei est: Hebr. Non est in hominis po-

ET OSTENDERE ANIMÆ SUE BONA DE LABORIBUS SUI. Expendendo partem honorum suorum in operibus pietatis et liberalitatè;

ET HOC DE MANU DEI EST, bonum à Deo concessum, non tamen est tantum bonum, quòd sit felicitas humana.

VERS. 25. — *QUIS ITA DEVRORABIT (1)*: Hic ultimò ponitur intenta conclusio in hoc cap. Et est duplex: secunda ibi: *Homini bono*. Prima est de deliciis corporalibus, quòd in illis non consistat felicitas. Et facit Salomon talem ratiocinationem: Experto credendum est; ego autem super omnes expertus sum deliciarum usum; et tamen dixi quòd in hoc non consistit hominis bonum, propter quòd est mihi credendum. Hujus ratiocinationis ponit materiam dicens: *Quis ita devorabit, unde dicitur 3 Reg. 3: Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta cori similis, et sexaginta cori farina; decem boves pingues, et viginti pascuales, etc.*

ET DELICIS AFFLUET, id est, mulieribus.

UT EGO. Quasi dicat, nullus; unde dicitur 3 Reg. 12, quòd erant ei uxores quasi reginæ septingentæ, ut supra allegatum est eodem capite.

VERS. 26. — *HOMINI BONO*. Hic ponitur secunda conclusio, et est de curâ humanâ circa temporalia, de quâ locutus est supra. Ideò concludendo dicit quòd illa, quæ est benè ordinata, bona est, dicens: *Homini bono, id est, viventi secundum rectam rationem*.

IN CONSPECTU SUO. Hoc additur ad excludendum hypocritam, qui non est bonus in conspectu Dei.

DEUS DEDIT SAPIENTIAM, id est, notitiam de divinis

ET LETITIAM. Sic est in Hebræo et libris correctis, id est, vitam jucundam benè utendo temporalibus bonis. Et consequenter concludit contrarium de curâ superflua et inordinatâ, dicens:

PECCATORI AUTEM DEDIT; id est, dari permisit.

AFFLICTIONEM ET CURAM SUPERFLUAM, circa temporalia congreganda.

testate positum, ut hæredem quem vult habeat; qui sensus firmatur ex 25, 26 et seq. (Bossuet.)

Sic et cap. 5: *Cognovi quòd non esset melius nisi lartari et facere bona in vitâ suâ*. Et similia sunt cap. 5, et alibi. Sed sciendum est Sapientem loqui de usu divitiarum, deque voluptatibus honestis et deliciis rectè ratione moderatis. Quæ quidem recta ratio quoque ostendit distinguenda esse tempora. Nempe alia congruere temporis veteris Testamenti, alia novi. Quòd autem de usu moderato et rationabili tantum agat, perspicuum est, quia dicit hoc esse de manu Dei, seu Dei donum esse. Deinde conjungit, lartari et facere bonè; ac denique hoc eodem cap., vers. 26, vocat hominem bonum, cui Deus dedit sapientiam talem et letitiam, et opponit eum homini peccatori. Sic et capite 9: *Vade ergo, et comede in lartitiâ panem tuum, et bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua*. (Estius.)

(1) *Nam quis ederet, et propter præsto esse juberet hæc potius quam ego?* Tamen hæc ne mihi quidem fuerunt bona. Nec est quòd dicas Salomonem videri contrarium affirmare Eccles. 5, 15, et 5, 17. Nam utriusque propositioni constat sua veritas: et hæc ipsa pugna species proverbialibus libris apprime convenit, utpote quibus familiaris sit et frequens ἐπιτραπεζεύσθαι usus. (Jacob. Cappellus.)

ET TRADAT EI, etc. Non accipitur hic *tradat* sic, quod talis voluntariè det bonis hominibus; sed quia ipso moriente frequenter traduntur talibus, sicut mortuo Nabal, bona ejus venerunt ad manum David, 1 Reg. 25.

CAPUT III.

1. Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cœlo.

2. Tempus nascendi, et tempus moriendi; tempus plantandi, et tempus evellendi quid plantatum est.

3. Tempus occidendi, et tempus sanandi; tempus destruendi, et tempus ædificandi,

4. Tempus flendi, et tempus ridendi; tempus plangendi, et tempus saltandi.

5. Tempus spargendi lapides, et tempus colligendi; tempus amplexandi, et tempus longè fieri ab amplexibus.

6. Tempus acquirendi, et tempus perdendi; tempus custodiendi, et tempus abjiciendi,

7. Tempus sciendi, et tempus consuendi; tempus tacendi, et tempus loquendi.

8. Tempus dilectionis, et tempus odii; tempus belli, et tempus pacis.

9. Quid habet amplius homo de labore suo?

10. Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in eâ.

11. Cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usque ad finem.

12. Et cognovi quod non esset melius nisi lætari, et facere benè in vitâ suâ.

13. Omnis enim homo, qui comedit et bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est.

14. Didici quod omnia opera quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum: non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus ut timeatur.

15. Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, jam fuerunt: et Deus instaurat quod abiit.

16. Vidi sub sole in loco iudicii impietatem, et in loco justitiæ iniquitatem.

17. Et dixi in corde meo: Justum et impium iudicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit.

18. Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis.

19. Idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio: sicut moritur homo, sic et illa moriuntur; similiter spirant omnia, et nihil habet homo jumento amplius: cuncta subjacent vanitati.

20. Et omnia pergunt ad unum locum: de terrâ facta sunt, et in terram pariter revertuntur.

21. Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum?

22. Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat?

SED HOC VANITAS, etc. Id est, cura in tali congregatione bonorum, quibus acquirens non utitur, sed alii traduntur.

CHAPITRE III.

1. Toutes choses ont leur temps, et tout passe sous le ciel après le terme qui lui a été prescrit.

2. Il y a temps de naître, et temps de mourir, temps de planter, et temps d'arracher ce qui a été planté.

3. Il y a temps de tuer, et temps de guérir; temps d'abattre, et temps de bâtir.

4. Il y a temps de pleurer, et temps de rire; temps de s'affliger, et temps de sauter de joie.

5. Il y a temps de jeter les pierres, et temps de les ramasser; temps d'embrasser, et temps de s'éloigner des embrassements.

6. Il y a temps d'acquérir, et temps de perdre; temps de conserver, et temps de rejeter.

7. Il y a temps de déchirer, et temps de rejoindre; temps de se taire, et temps de parler.

8. Il y a temps pour l'amour, et temps pour la haine; temps pour la guerre, et temps pour la paix.

9. Que retire donc l'homme de tout son travail?

10. J'ai vu l'occupation que Dieu a donnée aux enfants des hommes, qui les travaille pendant leur vie.

11. Tout ce qu'il a fait est bon en son temps, et il a livré le monde à leurs disputes, sans que l'homme puisse connaître les ouvrages que Dieu a créés dès le commencement du monde, et qu'il conserve jusqu'à la fin.

12. Et j'ai reconnu qu'il n'y avait rien de meilleur que de se réjouir, et de bien faire pendant sa vie;

13. Car tout homme qui mange et qui boit, et qui retire du bien de son travail, reçoit cela par un don de Dieu.

14. J'ai appris que tous les ouvrages que Dieu a créés demeurent à perpétuité, et que nous ne pouvons ni rien ajouter ni rien ôter à tout ce que Dieu a fait afin qu'on le craigne.

15. Ce qui a été est encore; ce qui doit être a déjà été; et Dieu rappelle ce qui est passé.

16. J'ai vu sous le soleil l'impieeté dans le lieu du jugement, et l'iniquité dans le lieu de la justice;

17. Et j'ai dit en mon cœur: Dieu jugera le juste et l'injuste; et alors ce sera le temps de toutes choses.

18. J'ai dit en mon cœur, touchant les enfants des hommes, que Dieu les éprouve, et qu'il fait voir qu'ils sont semblables aux bêtes.

19. C'est pourquoi les hommes meurent comme les bêtes, et leur sort est égal: comme l'homme meurt, les bêtes meurent aussi; les uns et les autres respirent de même; et l'homme n'a rien de plus que la bête. Tout est soumis à la vanité,

20. Et tout tend en un même lieu: ils ont tous été tirés de la terre; ils retournent aussi tous dans la terre.

21. Qui connaît si l'âme des enfants des hommes monte en haut, et si l'âme des bêtes descend en bas?

22. Et j'ai reconnu qu'il n'y a rien de meilleur pour l'homme que de se réjouir dans ses œuvres, et que c'est là son partage; car qui pourra le mettre en état de connaître ce qui doit arriver après lui?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OMNIA TEMPUS HABENT (1). Hæc est tertia pars hujus libri, in quâ à felicitate hominis excludit longævitatē quæ ab omnibus solet desiderari, exceptis paucissimis, et valde perfectis, sicut Paulus Apostolus dicit, Philipp. cap. 1: *Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo*. Et dividitur in tres partes, quia primò Salomon ponit suam deductionem; secundo quorundam objectorum solutionem, ibi: *Vidi afflictionem*; et tertio infert intentam conclusionem, ibi: *Et deprehendi*. Circa primum ad suum propositum declarandum inducit alternationes plurimas de duratione et terminatione rerum corruptibilium: ostendens quòd est certa periodus humana vite, quâ debet homo esse contentus, sicut et cætera, periodo sibi datâ à naturâ. Et dividitur in quatuor partes secundum quatuor temporum varietates, et patebunt partes prosequendo. Prima autem varietas respicit ortum et occasum, et hæc cum aliis tangit in quodam generali dicens:

OMNIA TEMPUS HABENT. SUE DURATIONIS LITEM.

ET SUI SPATII TRANSEUNT (2). Corpora enim cælestia sunt incorruptibilia, et ideò non habent limitationem durationis à parte post; consequenter ponit alternationem primam, quæ est circa ortum et occasum. Et primò in animalibus generaliter, inter quæ continentur homo, qui est nobilissimum animalium. Dicit igitur:

VERS. 2. — TEMPUS NASCENDI (3), quia inter con-

(1) Non de rebus, sed de hominum actionibus sermo est, ut patet ex subsequentibus. De ipsis rebus autem dicit, vers. 14: *Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum*, cujus explicationem vide capite primo ad illa verba: *Nihil sub sole novum*. Porro quod dicit Sapiens, vers. 8: *Tempus dilectionis et tempus odii*; nonnulli intelligunt tempus dilectionis tempus novi testamenti; et tempus odii tempus veteris testamenti, juxta quod dicitur, Matth. 5: *Dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum*. Sed melius ad litteram exponitur tempus dilectionis, id est, tempus præstandi externa dilectionis opera, ut tribuere præmia, atque alia conferre beneficia; *tempus autem odii*, id est, tempus exercendi ea opera, quæ ab odio vitiorum et criminum justè procedunt, ut hostibus bellum inferre, suppliciiis afficere sceleratos, et similia. Hinc David, Psalm. 118: *Iniquus odio habui*; et rursùm: *Nomine quì oderunt te, Domine, oderam? et super inimicos tuos tabescebam?* (Estius.)

Videbatur contraria quodammodò docuisse Ecclesiastes capite superiori; nam damnaverat vinum, risum, gaudium, capitis initio; mox suaserat edere, bibere, et ostendere animæ suæ bona in fine capitis. Conciliat ergo quæ adversa et pugnantia videbantur, docens oportere ut quodlibet suo tempore fiat, nam omnia tempus habent opportunum. (Menochius.)

(2) Suum tempus habent, quo opportunè fiant, nam in Græco est: *Opportunitas omni rei, vel negotio*. In Hebr. est: *Tempus omni voluntati*, scilicet explendis desideriis; nam aliquando sine noxâ voluptates aliquas sectari possumus; aliquando verò contrarium velle licitum est et opportunum. (Menochius.)

(3) Totam hæc enumerationem Judæi de variis gentis suæ statibus, ab ipso illius exordio sub Abrahamo ad hæc usque ætatem, interpretantur. Patres et interpretes quidam variis christiane Ecclesiæ temporibus accommodant. Ut unicuique placet, quilibet pro arbitrio philosophatur. Idem dico de iis quæ de rerum à Salomone hic deductarum ordine singuli ha-

ceptum hominis et aliorum animalium, et eorum ortum, est certum tempus à naturâ determinatum, licet aliquando prolongetur vel immoretur, secundum majorem vel minorem virtutem naturæ.

ET TEMPUS MORIENDI, in senectute, periodo humane vite deficienti, licet aliquando magis et minus prolongetur, secundum varietatem complexionis. Et agitur hic de morte et vitâ naturali. Secundo in vegetabilibus, cum dicitur:

riolantur. His minime immoramur, cum unicuique pro arbitrio ea interpretari, ac sententiam quam maluerit de iis terre liceat. Unicum Salomonis propositum illud fuisse videtur, ut demonstraret et quiddam in mundo est incertissimum esse et inconstantissimum. (Calmet.)

Quæ jam sequuntur, vers. 2 ad 9, nonnulli volunt adferri ad demonstrandam hominis imbecillitatem, quam sub finem capitis præcedentis propriâ suâ experientiâ confirmatum iverat, quæque jam novâ fulciant ratione, desumptâ à divina gubernationis libertate, quâ omnibus rebus, etiam sibi invicem contrariis, certum tempus definiverit et constituerit, in quo accelerando vel retardando frustra sit hominis occupatio; unde nisi in vanum laborare velit, compellatur ut ad Deum confluiat, et in ejus communione supremum bonorum finem, frustra in rebus fluxis quæsitam, quærat et inveniat. Ita Mercerus: *Ego hæc temporum vicissitudinis descriptionem non solum ad rerum vanitatem summam ostendendam pertinere crediderim, sed frustra esse, quòd nos torquemus in rebus perisque, cum nondum earum tempus advenerit, et esum rei cuique à Deo sit præfinitum tempus, quod anteverti non debeat, nec possit; verum et unicum remedium esse ad tollendam vanitatem nostrorum conatum et studiorum, ut si quando quid nobis accidat, sciamus non citra aut præter tempus à Deo ordinatum id fieri; itaque quidquid acturi sumus, à Deo committamus, ab eo eventum expectantes.* Similiter Henzi (Progr. p. 7), versus 2 ad 9, id dicitur putat, cuius rei à Deo definitum esse tempus, quod homo mutare nequit. *Studium et quasi instinctus agendi atque operandi ab ipso Deo homini insitum hunc eo tantum adducere debet, ut imbecillitatem suam humiliter agnoscat* (vers. 40). Van der Palm summam eorum, quæ vers. 2 ad 9 dicuntur, hæc esse ait: *Omnibus studiis suum statutum est tempus, quo si fiant, bene fiunt*. Sed resumit, ut ad vers. 4 notavimus, argumentum, quod in primâ sui libri parte persequitur, rerum mundanarum vanitatem et inconstantiam ostendere. Rectè Hieronymus: *Incertum et fluctuantem statum conditionis humane in superioribus docuit: nunc vult illud ostendere omnia sibi in mundo esse contraria, et nihil stare perpetuum eorum quæ sub cælo sunt et intra tempus.* Dathius: *Vita humane vanitas ut imperfectio aliâ ratione ostenditur. Nimirum omnia quæ in mundo eveniunt, sunt mutationi obnoxia, omnia ad tempus durant, suam habent periodum, cui alius rerum ordo succedit, priori sæpè omni ex parte contrarius. Orditur à nascendi et moriendi vicissitudine: *tempus est pariendo, et tempus est moriendo, tempore procedente una generatio nascitur, alia moritur, ut hæc ratione una generatio ex hujus orbis terræ theatro decedens alteri generationi jam succrescendi det locum, ut 1, 4, inverso ordine dixerat. Tempus est plantandi et tempus evellendi plantatum, est perpetua arbores plantandi et ariditate vel senio consumptas evellendi vicissitudo.* Hebræi, cui jam notavit Hieronymus, hæc et quæ sequuntur, usque ad vers. 8 finem, ad suam gentem accommodant per allegoriam, de quâ scriptorem cogitasse non est verisimile. (Rosenmuller.)*

TEMPUS PLANTANDI, in vere.

ET TEMPUS EVELLENDI QUOD PLANTATUM EST, in autumno, quantum ad illa quæ non faciunt fructum nisi semel in anno, in aliis etiam, quando cessant fructum facere secundum periodum naturæ suæ. Tertiò in hominibus specialiter, et quantum ad mortem violentam, cum dicitur :

VERS. 3.—TEMPUS OCCIDENDI, adversarios justitiæ vel reipublicæ.

ET TEMPUS SANANDI, quando aliqui ex eis remanent vulnerati, et permittitur eis vita ex aliquâ causâ rationabili; tunc enim providendum est eorum sanationi. Quartò in artificialibus, cum dicitur :

TEMPUS DESTRUENDI, ædificia in quibus sunt malorum receptacula.

ET TEMPUS ÆDIFICANDI, quando reædificatio expedit pro reipublicâ.

VERS. 4.—TEMPUS FLENDI. Hæc est secunda pars in quâ ponitur alternatio circa hominis statum, cum dicitur : *Tempus flendi*, in infortuniis.

TEMPUS PLANGENDI, in funeribus defunctorum.

ET TEMPUS SALTANDI, sive tripudiandi in nuptiis conjugatorum.

VERS. 5.—TEMPUS SPARGENDI LAPIDES (1), in destructione fortalitorum, in quibus adversarii habitant.

ET TEMPUS COLLIGENDI, scilicet lapides pro reædificatione, ut ibi habitent boni cives.

TEMPUS AMPLEXANDI (2). Hic ponitur tertia alternatio circa usum, et primò uxorum, cum dicitur : *Tempus amplexandi*, id est, vacandi generationi : et hoc est juventutis conjugum.

ET TEMPUS LONGÈ, etc., scilicet in senectute, virtute generativâ deficiente, et etiam quando est communis afflictio populi, tunc enim debent homines se retrahere à deliciis, et maximè venerorum, ut Dei misericordia felicius impetretur. Unde dicunt Hebræi quòd tempore diluvii homines et bruta animalia in

(1) *Projiciendi*, disjiciendi, sub. *collectos simul lapides* : hoc intelligit de muro ædificando, aut lapideo ædificio. (Biblia Vatabli.)

(2) Id est, quòd contrahamus matrimonium aut non, pendet à Deo : matrimonium habet suum tempus. (Biblia Vatabli.)

Nunc perditè amamus quæ statim mox odimus et horremus ; uti Amnon ergasororem Thamarem gessit. Judaicæ religionis leges viros ab uxoribus arceant, cum illæ menstrua incommoda paterentur, et aliquot à puerperio diebus. Mortis supplicium violatoribus indicebatur. Conjuges hortatur S. Paulus, ut usu conjugii aliquamdiu abstineant, mutuo consensu, ut orationi vacent. Ecclesia quibusdam in rebususu conjugii interdixit, veluti per dies esuriales, in maximarum solemnitatum pervigiis, cum uxor menstruis incommodis laborat : eadem tamen ubique disciplina servata non est. Denique S. Augustinus conjugibus præcipit ne conjugio præterquam liberorum causâ utantur. Si quid vitandæ intemperantiæ, aut gravioris alicujus criminis gratiâ permittitur, illud ex indulgentiâ est, fatendumque aliquod peccati genus eâ in re esse : *Concubitus enim necessarius causâ generandi inculpabilis, et solus ipse nuptialis est. Ille autem qui ultra illam necessitatem progreditur, jam non rationi, sed libidini obsequitur.* (Calmet.)

arcâ existentiâ continuerunt à coitu ; et satis patet ex textu, quia egressis de arcâ dixit : *Crescite et multiplicamini*, Genes. 9. Secundò, quantum ad usum rerum in acquirendo et perdendo, cum dicitur :

VERS. 6.—TEMPUS ACQUIRENDI. Mercatores enim uno tempore lucrantur, alio perdunt. Aliqui exponunt hoc de regno Israel, quod fuit attributum tribu Judæ tempore David, et perditum tempore Roboam, quantum ad unam partem, et tempore Sedeciæ quantum ad reliquum. Tertiò, quantum ad usum in custodiendo, cum dicitur :

TEMPUS CUSTODIENDI, quando non imminet majus periculum : sicut quis projicit merces in mari ne submergatur. Quartò, quantum ad usum vestimentorum, cum dicitur :

VERS. 7.—TEMPUS SCINDENDI, scilicet pannos, ad formandum vestes.

TEMPUS CONSUENDI, post scissionem. Aliter exponunt aliqui : *Tempus scindendi*, scilicet regnum Israel in duo, tempore Roboam. *Et tempus consuendi*, id est, recolligendi, et hoc in Christo.

TEMPUS TACENDI. Hæc est quarta pars, in quâ ponitur alternatio quantum ad debitum conversandi modum, qui attenditur in triplici actu. Primò in actu rationis, qui est loqui; per loquelam enim exprimitur mentis conceptus, cum dicitur : *Tempus tacendi*, quando verbum non haberet effectum.

ET TEMPUS LOQUENDI, quando creditur appositum. Secundò in actu concupiscibili, cum dicitur :

VERS. 8.—TEMPUS DILECTIONIS (1), quamdiu ille qui diligitur est bonus et virtuosus.

ET TEMPUS ODI, quando efficitur malus, non tamen odiendo naturam, sed culpam. Tertiò in actu irascibilis, cum dicitur :

TEMPUS BELLII (2), quando insurgunt adversarii. Sciendum autem quòd accipiuntur actus concupiscibilis et irascibilis, prout imperantur à ratione.

QUID HABET AMPLIUS (3), etc. Hic remouentur quædam objectiones possibiles fieri contra prædicta. Et dividitur in tres partes, secundum tres objectiones. Secunda ibi : *Vidi sub sole*. Tertia ibi : *Dixi in corde meo*. Contra prædicta posset aliquis objicere quòd longævitas desideranda est tanquam summum hominis bo-

(1) *Tempus est amandi et tempus odio habendi, nunc aliquem amore prosequimur, nunc eundem, ab eo læsi, odio habemus. Vel : Nos ab aliis nunc amamus, nunc in eorum odium incurrimus.* (Rosenmuller.)

(2) *Tempus est belli, et tempus pacis ; ut inter singulos homines amoris et odii, ita et inter populos belli et pacis est vicissitudo.* (Rosenmuller.)

(3) *Quid emolumentum facientis in quo ipse laborat? Est conclusio. Cum tanta sit rerum humanarum inconstantia et rerum vicissitudo, ad quid laborat igitur homo? Quid tam anxio studio operam impendit acquirendis rebus, quas mox cum tædio rejicit, aliasque appetit brevi iterum repudiandas? Hieronymus : « Mihi ab Hebræo, qui me in Scripturis erudit, ita expositum est : « Cum omnia suo labantur tempore, et sit tempus destruendi et ædificandi, flendi atque ridendi, tacendi atque loquendi, et cætera quæ dicta de tempore sunt, quid frustra conamur et tendimus, et brevis vite labores putamus esse perpetuos? »*

(Rosenmuller.)

num, quia per eam potest acquiri sapientia et scientia in perfectione sua. Hoc removet per hoc quod homines quantumcumque vivant, ad perfectam cognitionem etiam rei minime non attingunt, ut plenus dictum fuit supra cap. 1. Et hoc est quod dicitur : *Quid habet amplius, in certitudine notitie?*

HOMO DE LABORE SUO, in studii exercitio longo, quasi diceret, modicum, aut nihil. Imò frequenter contingit quod aliqui juvenes studiosi credant se multa scire per demonstrationes, et procedentes ultra vident quod non sunt nisi topice vel sophisticæ rationes, propter quod Socrates philosophus dixit : Hoc tantum scio quod nescio, non ausus affirmare aliquid se scire; idè sequitur.

VERS. 10. — VIDI AFFLICTIONEM, scilicet in exercitio studii.

QUAM DEDIT DEUS FILIIS HOMINUM. In quantum dedit eis intellectum ad talia inquirendum.

VERS. 11. — CUNCTA FECIT BONA (1), id est, tem-

(1) *Omnia*. Subaudiendum aliquid : Et cognovi quod omnia facere solet, etc.; q. d. : Omnia Dei opera pulchro ordine constructa sunt, in tempore suo facta.

Aternitatem, etc. Ita vertit. Lud. de Dieu, sicque exponit : Ne quis miretur occupationes hominum esse meras afflictiones. Nam etsi.... animam immortalis eos Deus donaverit, unde aternitatem quandam in se habent, non tamen adeo perfecta illa est, ut omnium operum Dei perfectionem assequi possit, imò non aliter quam molestà disquisitione circa ea occupatur. Aliqui sic intelligunt : Cupiditatem ac desiderium cognoscendi res hujus mundi, indidit menti hominum. Quidam Hebræorum dicunt (et merito quidem) עוֹלָם significare *tempus*, et non (imo nunquam) *mutatum* : aut potius, *perpetuum*; sive *perpetuitatis desiderium*.

Præterquam quod non invenit homo; vel, *tenetsi non intelligit homines* : nam qui *invenit*, intelligit. Et singulare, *homo*, positum pro plurali. Quidam vertunt : *Ut non sit homo qui requirat*, etc. Alii : *Ne non inveniret homo opus*, etc.

A principio usque ad finem. Ad verbum : *A capite et usque ad finem*, id est, perfecte. (Biblia Vatabli.)

Cuncta fecit pulchra in tempore suo, etiam seculum posuit in corde eorum (hominum relativum sine antecedente), ut non inveniat homo, etc.; id est, quamvis Deus omnia pulchra fecerit, et que hominem ad amorem sui allicere videantur, tamen impressit animo ejus tantam aternitatis cupiditatem (hoc enim significat quod dicit, etiam seculum, aut עוֹלָם aternitatem posuit in corde eorum), ut non inveniat homo ullum opus Dei, in quo ejus possit animus conquiescere. Huic alinis est Augustini sententia : *Feci tamen nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec veniamus ad te*. Alius potest esse sensus : Impressit Deus aternitatem in animo eorum, ut non invenirent, etc.; id est, quamvis Deus dederit homini cupiditatem querendi aliquid aternum, tamen non poterit invenire in operibus ejus à principio usque ad finem. (Maldonatus.)

Omne fecit pulchrum in tempore suo, scilicet Deus, qui nominativus è versu precedente, vel ex fine hujus versus repetendus est. *Omne*, id est, quodcumque vel ipse facit, vel homines facere permittit. Verbum præteriti temporis פָּעַל hoc loco, cum sententia sit generalis, capiendum est de actu continuo aut consueto : *facit seu facere solet*. פָּעַל Pulchrum, id est, apte, convenienter rerum et personarum rationibus. *In tempore suo*, id est, opportuno, commodo, justo. Ita Deut. 11, 14 : *Pluvia in tempore suo*, id est, tempestiva. Vid. et Psal. 1, 5, et 104, 27. In verbis que sequuntur explicandis interpretes in varias partes

trahit nomen עוֹלָם . Id enim cum proprie *longum tempus* significat, deinde, cujus terminus et quoad initium et quoad finem occultus (עוֹלָם) est; seniores Hebræi de hac rerum universitate, quam *mundum* vocamus, usurpant. Huic Vulgatus nostrum locum sic reddidit : *Itam mundum tradidit de potentia eorum*, id est, tradidit Deus hominibus propensionem rerum mundanarum causas et rationes pervestigare. Hieronymus quamvis Hebræa sic reddat : *et quidem seculum dedit tibi corda eorum*, tamen *seculum*, ut ali sui temporis scriptores christiani, pro *seculo* caput, ut inde apparet, quod in Commentario sensum ita exponit : Dedit quoque Deus mundum ad inhabitandum hominibus, ut fruatur varietatibus temporum, et non querant de causis rerum naturalium, quomodo creata sint omnia, quare hoc vel illud ab initio mundi usque ad consummationem fecerit crescere, manere mutari. Verum cum perquam incertum sit, eo quo hic liber scriptus est tempore, nomen עוֹלָם mundi significatione in usu fuisse, illudque cæteris omnibus quibus adhibetur hujus libri locis, 1, 4, 2, 16, hoc cap. vers. 14, 9, 6, 12, 5, *aternalitatis* significatum obtinet, nec hoc loco aliter capiendum erit. Verba autem *aternalitatem*, id est, aternitatis sensum *indidit animis eorum*, in hujus disputationis serie vix aliud quid significare possunt nisi hoc, indidisse Deum homini propensionem et facultatem tam que longè antea evenerunt quam que futuris temporibus evenitura sint perpendendi, eorumque causas et rationes pervestigandi, *absque eo tamen quod inveniat homo opus quod facit Deus ab initio usque ad finem*, id est, neque tamen perspicere valet que Deus fecerit inde a principio hujus rerum universitatis, neque qui sit facturus ad ejus usque finem, neque cur aut quomodo hoc aut illud fecerit : utut unum forsitan aut alterum Dei opus per transannam veluti intueatur, non tamen perspicit illud exacte, cum neque finem, neque initium operis habeat exploratum. Eadem sententia recurrit infra 8, 17. Bene Doederlein sensum declaravit hisce verbis : *In omnibus mundi vicissitudinibus semper enumerat aut sapientem ordinationem divinam, eaque sepe veri, ut si quis naturæ facultate divinitus impressa animo, longius temporis intervallum, quod עוֹלָם dicitur, expendendi, repetendi antiqua, futura præstigendi, regimini divini deus et majestatem cognoscat, nullo tamen modo eam nobis concedi cognitionis amplitudinem, ut immense divine gubernationis ideam et schema uno quasi obtutu formare liceat. Latet acutum illud Lockii dictum : *Videmus aliquam tantum partem, non verò totam*; quæ sententia nihil reperitur efficacius contra imoderatas de sorte nostrâ miseris que humanis querelas.*

(Rosenmüller.)

Tout ce qu'il a fait est bon en son temps, et il a livré le monde à leurs disputes, sans que l'homme puisse reconnaître les ouvrages que Dieu a créés depuis le commencement du monde jusqu'à la fin.

Tout ce que Dieu a fait est bon, pourvu qu'on en use au temps et en la manière que Dieu l'ordonne. Tout est bon pour les bons, comme saint Paul dit que *tout est pur pour ceux qui sont purs*. Lorsqu'on n'use pas bien d'une bonne chose, elle devient mauvaise, non en elle-même, mais à l'égard de celui qui en use mal. Dieu a fait le monde au commencement, afin que l'homme, qu'il avait rempli de son amour, y reconnût et y adorât partout sa grandeur suprême. Mais, voyant que les hommes depuis le péché ne regardent plus le monde qu'avec des yeux superbes et curieux, et *La charité que à leurs disputes*, et il les abandonna à eux-mêmes à cette ardeur inquiète qu'ils ont de raisonner sur toutes choses, sans qu'ils puissent comprendre cette admirable sagesse qui reluit

ET MUNDUM TRADIDIT DISPUTATIONI EORUM, id est, hominum.

UT NON INVENIAT, etc., ipsum perfectè cognoscendo.

AB INITIO USQUE AD FINEM, id est, dato quòd viveret per tempus longissimum ; ideò concludit :

VERS. 12. — ET COGNOVI QUOD NON (1), etc. Decenter vivere et virtuosè, secundùm cursum naturæ, ita quòd sit contentus termino vitæ, quem dedit sibi natura.

VERS. 13. — OMNIS ENIM HOMO (2), etc. Honestè vivendo et sine curâ superflûâ.

ET VIDET BONUM, etc., ea quæ acquisivit, partim liberaliter, partim misericorditer tribuendo.

VERS. 14. — DIDICI QUOD OMNIA (3), etc. Quia illa quæ sunt de integritate mundi, quantum ad partes principales, manent eadem numero : sicut corpora quæ sunt incorruptibilia simpliciter, et elementa quæ, licet corrumpantur secundùm aliquas partes, non tamen secundùm se tota.

NON POSSUMUS EIS QUIDQUAM ADDERE. Sicut nec ipse

et qui relinquit dans tous les ouvrages du Créateur depuis le commencement du monde jusqu'à la fin. « Car, comme a dit un ancien Père, rien n'est plus à Dieu que la raison, RES DEI ratio. Il a tout fait avec une sagesse et une raison souveraines ; mais il ne la découvre qu'à ceux qu'il a rendus dignes d'être ses amis. »

(Sacy.)

(1) *Novi quod non est bonum in illis, seu penes eos, homines, quorum vers. 10 mentio facta. Nisi latari, hilariter et tranquillè bonis à Deo concessis frui. Et facere bonum in vitâ suâ, tantisper dùm vivit. Quod nonnulli, Aben-Esram secuti, jucundè vivere interpretantur, quod supra 2, 24, suæ animæ bonum ostendere dicitur. Sed facere bonum infra, 7, 20, Psal. 34, 15, 37, 27, est rectè facere, non peccare, à malo recedere, et idem quod 12, 15, timere Deum et præcepta ejus observare. Dicit igitur optimum in hac vitâ esse et bono tranquilloque animo præsentibus frui, et bonitatis factorum, seu vitæ integritati studere. (Rosemuller.)*

(2) *Car tout homme qui mange et qui boit, et qui retire du bien de son travail, reçoit cela par un don de Dieu.*

J'ai reconnu qu'il n'y a rien de meilleur que de se réjouir dans un usage modéré des biens de la terre, au lieu de se tourmenter comme font tant de personnes pour amasser des richesses, dont ils n'usent ni pour les autres ni pour eux-mêmes, ou dont ils abusent pour satisfaire leurs passions. Tout homme qui se sert ainsi des biens de ce monde pour le soutien de son corps et pour les nécessités de cette vie, et qui travaille en cet exil dans l'espérance des biens qui nous ont été promis, a reçu cela par un don de Dieu.

Saint Jérôme donne à ces paroles un sens plus spirituel. « C'est un grand don du ciel, dit ce saint, lorsqu'un homme reconnaît que JÉSUS-CHRIST est le véritable pain de son âme, et qu'un des plus grands fruits qu'il puisse retirer de ses travaux, c'est de se rendre digne de manger son corps et de boire son sang précieux, qui est pour nous un trésor de grâce. » Le Sage a marqué auparavant la joie du cœur et les bonnes œuvres qui en naissent, lorsqu'il dit : *Qu'il n'y a rien de meilleur que de se réjouir, et de bien faire pendant sa vie ; pour montrer que la bonne vie et le travail intérieur et extérieur est la meilleure disposition pour s'approcher d'un sacrement si divin. C'est pourquoi la manne cachée n'est promise qu'à celui qui se rend victorieux de lui-même. Vincenti dabo manna absconditum, Apoc. 2, 17. » (Sacy.)*

(3) *Sic sentio, quidquid suscepturus est Deus, id semper erit ; id est, effectum dabit : nihil illi addetur, ei nihil detrahetur : efficit Deus, ut ipsum homines reverentur.* (Jacob. Cappellus.)

addit, postquam cessavit à novis operibus condendis, et eodem modo debemus esse contenti termino vitæ nostræ, nec sollicitari de additione per longævitatē.

VERS. 15. — QUOD FACTUM EST (1) à Deo, incorruptibile.

IPSUM PERMANET, ut dictum est de corporibus cælestibus et elementis. Alia autem, quæ corruptibilia sunt, licet non sic maneant eadem numero, manent tamen eadem specie per successionem generationis ; ideò sequitur.

QUE FUTURA SUNT, JAM FUERUNT. Et patet littera ex dictis.

VERS. 16. — VIDI SUB SOLE (2). Hic removetur secunda objectio, quæ posset fieri : scilicet si processus hujus mundi melioraretur, quia sic longævitas esset appetenda, ut sic viderentur fieri majora bona ; sed hoc excludit dicens : *Vidi sub sole*, id est, in hominum habitatione.

IN LOCO JUDICII IMPIETATEM, id est, ubi solebat dari rectum judicium, datur impium.

ET IN LOCO JUSTITIÆ INIQUITATEM, quia pro habitu justitiæ in multis partibus successit habitus nequitie et adhuc plus succedet in futuro tempore. Unde dicit Salvator, Matth. c. 24, v. 12 : *Abundabit iniquitas, et refrigescet charitas multorum.*

VERS. 17. — ET DIXI IN CORDE MEO : JUSTUM ET IMPIUM JUDICABIT DOMINUS (3), quia cum sit justissimus, non permittit aliquid bonum irremuneratum, nec ali-

(1) *Requirit tempus præteritum ; quæret quod propositum est, id est, quod abiit. Alii, instaurabit, id est, id quod fecit Deus, etiam nunc facit, et facturus est postea. Quærere, sive requirere, pro instaurare positum est ; et similis locutio legitur Job, 5, 4 : Dies illa sit tenebræ : non requirat illam Deus, id est, ne instauret. Chaldæus paraph. : Et Deus requirit eum qui passus est persecutionem, id est, ulcisci eum solet, ut legimus de Esau et Jacob, et de Israelitis. Ita etiam quidam Hebræorum, et Septuaginta Interp. Alii, requirit consecutum, sive consecutionem, id est, quamvis diversa sint tempora, Deus exigit continuum ordinem, et colligabit præteritum cum futuro. (Biblia Vatabli.)*

(2) *Et amplius vidi sub sole, id est, inter ea quæ sub sole fieri solent. Græcus Alexandrinus et Vulgatus : Et adhuc vidi sub sole locum judicii. Transit ad aliud vanitatis in rebus humanis genus, quod nos avertere debeat à tanto illarum studio. Locus judicii est, sive reperitur locus in quo jus exerceri debuit, ibi esse impietatem, iniquitatem. Quod iisdem ferè verbis in altero hemistichio repetitur. Sunt qui hic non tam eò referant, quòd ubi jus vigere debuerat, regnet potius injuria et iniquitas, quam eò quòd hoc ab hominibus emendari nequeat ; etsi bonus sit princeps et diligens magistratus, non tamen posse omnes facinorosos tolli, nisi det Deus ; itaque hoc committendum esse Deo. Hoc remotius videtur à mente scriptoris. Hieronymus in universum intelligit, initio occurrisse Salomoni quæstionem, quæ multos pios exagitavit, et tantùm non adegit ad dubitandum de divinâ providentiâ in hæc inferiora, quòd hic pii pessimè habeant, floreat impij ; Psal. 75, 1, seqq., Jerem. 12, 1, Job. 9, 22. Ideò subjungit se in hac dubitatione apud se cogitasse fore ut aliquando sua cuique sententiâ feratur. (Rosemuller.)*

(3) *Quia tempus, etc. Est enim ibi (in loco judicii) tempus opportunum pro omni re, atque pro omni opere. Alii : Illic e in (apud Penn) tempus est quo relictati omni et omnibus factis, sub. præmium condignum rependetur. (Deo ita providente ut etiam in hac vitâ*

quod malum impunitum. Videntur autem in presenti mali usque ad mortem esse in prosperitate; et e contrario multi justii in adversitate; et ideo ex divina ju-

seriis, oclis, bonis bene et malis inde saepe sapius cedat.) Alii: *Quia est tempus omni rei, idque parva omnia opera illic.* Parenthesi includentes priorem partem, ut legas, iudicaturus est justum et impium iuxta omnia opera illic, id est, in die iudicii, nam loquitur de re certa, ut Job. 1, 21: *Et nudus revertar illuc*, id est, in sepulchrum, ad quod scilicet omnes reverti solent; et tamen de sepulchro antea non fuerat locutus, quod res esset satis nota. Observa autem nomen quod voluntatem significat, usurpari pro re et negotio.

(Biblia Vatabli.)

Cum ita iniquè multa hic geri viderem, dixi ego in corde meo: *Iustum et impium iudicabit Deus*, id est, illud me ad hanc adduxit cogitationem, fore ut quæ iniqui illi iudices peccassent, Deus, strenuus iustitiæ administrator, aliquando sit emendaturus, et cuique pro merito repensurus. *Nam tempus est omni negotio et omni operi ibi*, seu illic, in futuro iudicio: *«Ibi dicens, inquit Mercerus, occultè innuit extremum iudicium, quod interdum solet Scriptura, relativo innuens antecedens occultum, quod facile tamen intelligi possit ab intelligente, ut Psal. 2, 5. Tunc loquetur ad eos in ira sua; et Job. 1, 21: Nudus exii ex utero materno, nudus illic revertar, non haud dubiè in matris utero, sed in terram, unde sumptus est, ut innuatur status post mortem, ut hoc loco.»* Rectè Gejerus verba observat ita esse ordinanda; *quia omni instituto omnique operi illic suum erit tempus opportunum, quo iudicetur.* Datur hic ratio cur partim tam iniqua facta hæc in vitâ permittantur, partim non statim puniantur; nimirum quia tempus certum à Deo est destinatum, quo omnia hominum studia et facta ad iudicium vocabuntur. Sensus antecedentis et hujus versus bene declaravit Hieronymus: *«Arbitratus sum aliquid iustitiæ in presenti seculo geri, et vel pium pro suo nunc merito recipere, vel impium pro suo scelere puniri; et è contrario reperi, quam putabam. Vidi enim et iustum multa mala hic perpeti, et impium regnare pro scelere. Postea verò cum corde meo colloquens et reputans, et intellexi, non per partes Deum et per singulos nunc iudicare, sed in futurum tempus reservare iudicium, ut omnes pariter iudicentur, et secundum voluntatem et opera sua ibi recipiant. Ibi, id est, in iudicio, quando Dominus cœperit iudicare.»* Posterius hujus versus hemistichium Doederlein sic interpretatur: *«Nam omnia periodum habent, post breve tyranni imperium surgit nova progenies; et ille (Deus) de omni opere humano disponit; itaque optimum erit reliqua Deo committere.»* Pro $\text{וְיָ} \text{וְיָ}$ legendum censet וְיָ per sin, significatu *legem dandi, disponendi*, ut est Exod. 15, 2 Sam. 15, 52. Quod probat Van der Palm, qui totum versum ita vertit: *Cogitavi mecum ex Dei constitutione fieri ut sint justii et injustii, siquidem is cuilibet consilio ac studio suum tempus constituerit.* Sed hunc sensum Hebræa vix ferant. Nec est cur pro וְיָ legamus וְיָ , contra codicum et veterum interpretum fidem. Menzi (Progres. p. 9, not. 1) integrum versum sic exponit: *«Id me in sententiam adduxit, iustum pariter atque injustum iudicaturum esse Deum (num fortè in vitâ post mortem futurâ?), quod cuique actioni tempus (iudicandi) esset constitutum, et de quovis facto tunc (scilicet decreturus esset Deus. Aposiopesis emphatica).»* Nolo recensere contortas aliorum interpretationes, qui agi hoc versu de extremo iudicio agnoscere nolunt. Illius notionem verò cur hujus libri auctori abjudicemus nulla idonea est causa, cum illam expressam reperimus à libri Danielis scriptore, qui nostro auctore tempore haud multum inferior fuerit. Hæc enim Dan. 12, 2, leguntur: *Multi coram qui obdormiverint, humatiq. fuerint, expergiscentur, alii ad vitam æternam, alii ad dedecus et miserrimam æternam.*

(Rosenmuller.)

stitiâ concluditur, aliam vitam esse expectandam, in quâ injustii hic impuniti puniantur à Domino, et justii præmiantur; ideo subditur:

ET TEMPUS OMNIS REI TUNC ERIT, quia multa quæ nunc videntur inordinata ad ordinem divinae iustitiæ reducentur.

IUSTUM ET IMPIUM, etc.; quasi dicat: Licet ad tempus innocens et pauper potentiorum violentiâ opprimatur, at tandem omnes divino tribunalî sistendi sunt, et divino iudicio iudicandi, qui unicuique reddet id quod meritis fuerit.

TEMPUS OMNI REI TUNC ERIT. Tunc planè satisfiet iustitiæ, et res omnes componentur, et exigentur ad normam divini iudicii. Italice dicemus: *In quel tempo s'aggiustaranno tutte le partite.* Verti potest ex Hebræo: *Quæcumque aut cogitantur nunc, aut fiunt.*

Tunc, nempe in iudicio, *erit tempus omnis rei ex æquo et justo dijudicandæ et remunerandæ; q. d.* Præjudicent homines quantum possunt et lubet, non effugiet tamen quisquam supremi iudicis justissimum examen.

VERS. 18. — DIXI IN CORDE MEO DE FILIIS (1). Hic removetur tertia objectio, quæ primò ponitur, et secundò tollitur, ibi: *Quis novit.* Objectio autem procedit ex errore eorum qui negaverunt vitam aliam, cujusmodi fuerunt Sadducei, qui negaverunt spiritum, et angelum, et resurrectionem, ut habetur Act. 25, et plures alii ante ipsos, ex quorum personâ dicitur hic: *Dixi in corde meo de filiis hominum*, id est, quod nullam excellentiam respectu alterius vitæ haberent magis quàm bestiae: quarum nihil remanet post mortem; et secundum hoc patet littera sequens. Si autem hoc dictum esset verum, longævitas esset homini maximè appetenda, ut sic acciperet, quantum posset de bonis presentis vitæ, ex quo non expectaretur vita alia, in quâ pena aliqua, seu præmiatio esset reddenda (2).

(1) Hic versus variè vertitur et exponitur à diversis interpretibus: Ego, ut sensus conveniat, sic vertendum puto: *Dixi in corde meo*, id est, reputavi apud me conditionem filiorum hominis, quæ creavit eos Deus, et ostendit quod similes sint bestiis; quasi dicat: Consideravi nihil interesse inter hominem et bestiam, si utrius ortum atque interitum spectes, ut declarat statim vers. 19. Reddit enim causam cur in eam cogitationem adductus sit. Hæc autem omnia dicit sumpta persona impij. (Maldonatus.)

(2) *Accidens*, eventus. Quid intelligat per *accidens*, vel *eventum*, mox declarat. Quidam vertunt: *Eadem enim solent hominibus et bratis animalibus evenire.*

Sicut moritur. Potest esse infinitivus, *sicut mori*, sub. *accidit*. Potest et nomen esse: *sicut mors istius*, sub. *animalis*.

Spiritus idem omnibus; et aura vitalis eadem est omnibus, id est, tam homines, quàm bestiae fruuntur aurâ spirabilî.

Et amplius homini, etc., q. d.: humana ratio sola non deprehendit excellentiam hominis supra belluas, quia quæquid videt oculo rationis in homine, est vassimum. (Biblia Vatabli.)

VENUS EST INTERITUS HOMINUM ET JUMENTORUM, etc. Intelligitur hæc verba tantum de conditione corporum. Sequitur enim: *De terrâ facta sunt, et in terram pariter revertentur.* Nec aliud vult Salomon quam pater ejus David, dicens. Psal. 48: *Homo, cum in ho-*

VERS. 21. — QVIS NOVIT. Hic removetur dicta objectio, quia procedit ex carnalitate hominum vitam

nore esset, non intellexit, nimirum quod peccatum mortem corporis incurrerit. Paulò majorem difficultatem habent verba illa hic subjecta : *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendit sursùm*, etc. Ubi etiam de animà agitur. Sed sensus est : Quotusquisque est hominum, qui seriò recogitet quòd spiritus filiorum Adam post hanc vitam immortalitatem assequantur? Atque hunc sensum tradit Hieronymus in Commentario. Sanè Salomonem immortalitatem animæ credidisse patet, cap. ult. cum dicit : *Spiritum hominis redire ad Deum*; videlicet ab eo judicandum. Unde et retributionis post hanc vitam ibidem in fine capitis meminit. Vide etiam quæ dicta sunt c., præced., v. 16, item quæ de immortalitate animæ diximus in 4 Sent., distinct. 43. (Estius.)

Nam eventus, casus, filiorum hominis, scilicet par est. Sic paria conjunguntur passim, cap. 5, Prov. 25, 25. *Aqua frigida animæ lassæ, et nuntius bonus è terrâ longinquâ*, scilicet paria sunt. Ita hic : *eventus hominis* haud alius est ac *eventus bestie*, uti declarat subdend et *eventus unus est illis*. בִּיכֶם possit pro conjunctione quòd sumi, ut hic versus à superiore pendeat hoc modo : Cogitavi Deum dilucidam reddere hominum conditionem; et ipsos cognoscere se ut homines nil habere insignium jumentis et belluis, et videre quòd paria sint hominum et belluarum eventa. Sed præstat בִּי hoc loco ut *causale* capere, ut ratio reddatur ejus quod in versu antecedente dixerat, homines sibi videri jumentis similes, quia iisdem casibus et eventibus subjacent utriusque. « V. g., uni jumento in silvis nato contigit libertas, alterum domi natum servire cogitur; et quidem unum plures ac duriores, alterum penè nullos ferre labores, ut sunt equi aulici et canes, ad voluptatem magis quàm ad necessitatem aliti. Sic unum sustentatur lautè ac largè, alterum, pauperem durumve dominum nactum, vix vitam trahit. Pares casus ac eventus reperias in homine : horum enim unus liber, alter servus nascitur, unus lautè, alter miserè vicitat, hic durum magistratum, alter benignum nactus est. » GEFERUS. בִּיקְרָה in codicibus longè plerisque et in libris editis omnibus per segol scribitur, quòd cum sit forma nominis in statu absoluto positi, Hebræi verba ferè sic interpretantur : Quia homines sunt res fortuitæ, item bestie; quod prorsus alienum est. Non dubium scribendum esse בִּיקְרָה, per zere, quomodò, referente J. H. Michaelis, scriptum reperitur in duobus codicibus Erfurtensibus, formâ statûs constructi. *Juxta mortem hujus, sic mors illius*; nam הוּי geminatum respondet Latinorum *hic, ille*, ita quidem, ut prius respiciat nomen propinquius, posterius verò respiciat nomen remotum. Vid. 6, 5, 7, 14, 18, 41, 6. Morti uterque subjacet. *Et spiritus unus, idem omni, utrisque, hominibus et brutis*. Spiritum intellige vitalem, *halitum vitæ*, Genes. 2, 7. Cum itaque hominibus et brutis spiritus idem sit vitalis, et vitales in utroque eadem sint facultates, et eadem vitæ functiones, esus, potus, somnus, generatio et cætera externa, *hinc præstantia hominis præ jumento est nulla*. Quod apertè declarat subjunctâ ratione : *Quia omnia sunt vana, tam homines quàm bruta, eorumque conditio mutationi et interitui sunt obnoxia*.

(Rosenmuller.)

Tout est soumis à la vanité, et tout va en un même lieu. Ils ont tous été tirés de la terre, et ils retournent tous dans la terre.

Ces paroles sont obscures si on les considère toutes seules. On sait qu'il y a des impiés qui en abusent. Mais il n'est pas difficile d'en découvrir le sens, si on les lie avec celles qui précèdent. Car avant même que d'avoir démêlé tout ce qu'elles peuvent avoir de moins clair, il est contre toutes sortes d'apparence de s'imaginer qu'elles puissent affaiblir en la moindre chose la certitude que la foi nous donne de l'immortalité de l'âme.

présentem tantummodò considerantium; et hoc est quod dicitur : *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursùm* (1), tanquàm immortalis? quasi diceret, pauci valdè; et accipitur hic *si pro quia*; quasi diceret quia verum est quòd ascendit. Et dictio Hebr. quæ ponitur hic est æquivoca ad significandum *si* et *quia*, et littera Hebr. planior est quæ sic habet :

« Le Sage vient de dire que lorsqu'il voit les injustices qui se commettent dans le monde, il dit en lui-même que Dieu jugera le juste et l'injuste, et que ce sera alors le temps de toutes choses. » Il y a donc, selon lui, une autre vie après celle-ci, et les âmes des bons et des méchants seront vivantes et immortelles après leur mort, pour être punies ou récompensées selon le bien ou le mal qu'elles auront fait. Il établit cette vérité dans toute la suite de ce livre, et particulièrement dans les dernières paroles, lorsqu'il dit : *Ecoutez tous ensemble la fin de ce discours. Craignez Dieu, et observez ses commandements; car c'est là le tout de l'homme. Et Dieu fera rendre compte en son jugement de toutes les fautes, et de tout le bien et le mal qu'on aura fait*. Eccli. 12, 13.

Après cela ne faut-il pas avoir une hardiesse qu'il n'y a que l'impie qui puisse inspirer, pour prétendre que le Saint-Esprit se contredise si visiblement, qu'aussitôt qu'il a dit que Dieu jugera les hommes après cette vie, il soutienne deux lignes après que les âmes meurent avec le corps, et qu'il n'y aura point d'autre vie après celle-ci?

J'ai dit en moi-même, dit Salomon, des enfants des hommes, que Dieu les éprouve, et qu'il fait voir qu'ils sont semblables aux bêtes. Cette pensée du Sage n'est point une chose extraordinaire, qui ne puisse s'accorder avec les autres vérités qu'il nous enseigne, David l'avait eue avant lui. C'est ce qu'il marque dans l'un de ses psaumes par ces paroles : *Lorsque l'homme était dans l'honneur de sa première création, il ne l'a pas compris; c'est pourquoi il a été comparé aux bêtes, et il est devenu semblable à elles*. Ps. 48, 15.

Que l'homme donc ne se glorifie point dans cette profonde misère où il s'est réduit. Dieu l'avait créé semblable aux anges; il a voulu par son orgueil se rendre semblable à Dieu, et il est devenu semblable aux bêtes; il naît comme elles; il respire comme elles; il meurt comme elles. Leur condition est égale, dit Salomon; ou plutôt on peut enchérir encore au-dessus de cette expression, et dire que leur condition en quelque chose est inégale : car il y en a plusieurs d'entre les bêtes, qui selon le corps ont de l'avantage au-dessus de l'homme. Elles naissent avec moins de peine et moins de faiblesse. Leurs sens sont plus vifs, leurs corps plus sains, leur nourriture plus aisée. La nature les a pourvues de toutes choses. Elles ont la vitesse pour fuir le péril, ou des armes nées avec elles pour s'en défendre. Et les hommes sont obligés d'emprunter d'elles ces peaux précieuses qu'elles ont reçues de Dieu, pour se garantir du froid et des injures de l'air.

La raison de ceci est bien visible, parce que les bêtes sont demeurées dans l'état où Dieu les avait créées, et que l'homme au contraire est dans celui où son péché l'a réduit. Ainsi elles sont dans le monde comme dans leur lieu naturel, et l'homme y est comme dans une prison. Sa vie est sa peine. Il naît pour souffrir : *Natura ipsa pœnalis est*, dit saint Augustin. *Tout est soumis à la vanité, à l'inconstance et à la misère. Les hommes et les bêtes, selon le corps, vont au même lieu. Ils ont été tirés de la terre, et ils y retournent*. La mort, qui était naturelle à la bête, est devenue la peine de l'homme. C'est le juste arrêt que Dieu prononça contre Adam après sa désobéissance : *Vous êtes terre, et vous retournerez en terre*. Genes. 3, 19.

(Sacy.)

(1) Id est, an permaneat, sicut cœlestia. (Grotius.)

*Quis nascens quia spiritus filiorum Adam ascendens sursum, id est, ascendit? Hebræi enim non habent præsens tempus indicativi modi, sed pro eo nuntitur participio præsentis temporis, unde glossa Hebr. sic habet: *Quis ascendit*, etc., id est, quis ponit cor suum ad cogitandum quod spiritus hominis adducitur ad divinum iudicium, ad rationem reddendam, scilicet de his que sunt per liberum arbitrium?*

ET SI SPIRITUS JUSTI TORUM DESCENDAT FLORISUM ET? Id est, quia non adducitur ad divinum iudicium, quia non agit per liberum arbitrium, ideo mortalis est simul cum corpore. De immortalitate vero animæ clariùs dicit infra, cap. 12, dicens de morte hominis: *Revertatur pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

VERS. 22. — ET DEPREHENDI (2). Hic inferitur conclusio intenta in hoc capitulo: et primò inferitur con-

(1) Pereat, ut ipsa corpora sub humum defossa? Homo soli nativa ratione nihil de eo comperti habet: ostendunt id Socratis, Tullii, Senecæ, dubitationes. (Grotius.)

(2) Rien ne prouve dans ce verset que l'auteur s'y montre épicurien, comme le veulent quelques incrédules. Son but paraît être de nous prévenir contre une avarice sordide et la passion de rechercher les richesses, en nous disant qu'il vaut mieux passer sa vie à jouir avec modération des fruits de ses travaux

CAPUT IV.

1. Verti me ad alia, et vidi calumnias que sub sole geruntur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.

2. Et laudavi magis mortuos quàm viventes:

3. Et feliciorem utroque iudicavi, qui necdùm natus est, nec vidit mala que sub sole fiunt.

4. Rursùm contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi; et in hoc verbo vanitas et cura superflua est.

5. Stultus complicat manus suas, et comedit carnes suas, dicens:

6. Melior est pugillus cum requie, quàm plena utraque manus cum labore et afflictione animi.

7. Considerans reperi et aliam vanitatem sub sole.

8. Unus est, et secundum non habet, non filium, non fratrem, et tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi ejus divitiis: nec recogitat, dicens: Cui laboro, et frando animam meam bonis? In hoc quoque vanitas est, et afflictio pessima.

9. Melius est ergo duos esse simul, quàm unum: habent enim enodamentum societatis suæ.

10. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Vix soli! quia cùm ceciderit, non habet sublevantem se.

11. Et si dormierint duo, convalebunt mutuo; unus quomodò caletet?

12. Et si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei; funiculus triplex difficile rumpitur.

13. Melior est puer pauper et sapiens, rege senæ et stulto, qui nescit providere in posterum.

ausio: secundo removetur quodam objectio, ibi: *quis enim cum adducet?* Conclusio vero intenta est, quod longævitas non sit multum appetenda, ideo dicitur prædictis. *Et deprehensum erat esse me*, in spatio vite præsentis concessio.

QUAM LITETUR HOMINEM IN OPERE SUO, id est, in operibus virtuosus, que proprie dicuntur humana; hæc enim opera magis dicuntur bestialia.

ET HANC ESSE PARTEM ILLIUS, id est, quod termino vite sibi concessio sit contentus, sicut parte debita in presenti.

QUIS ENIM. Hic removetur objectio. Posset enim aliquis objicere dicens: Imo longævitas est multum appetenda, ut homo provideat filis suis, dicens: *quis enim adducet*, scilicet, hominem ad talem notitiam?

ET POST SE FUTURA COGNOSCAT, id est, ut sciat filios post se victuros, et, si vivant, qualiter bonis sibi de-relictis sint usuri, quasi dicitur: Nullus adducet eum ad hanc notitiam: et ideo ex hac causâ non debet esse multum sollicitus de longævitate.

comme d'autant de dons du Createur, que de s'en priver pour se consumer dans ses soucis inmoderes et dans une vaine poursuite des faux biens de ce monde. Voy. Menochius, et Janssens, *Hermeneut. sacr.*, t. 2, p. 224, Paris, 1855. (Bible de Gloire.)

CHAPITRE IV.

1. J'ai porté mon esprit ailleurs; j'ai vu les oppressions qui se font sous le soleil; les larmes des innocents, sans qu'il y ait personne pour les consoler, et l'impuissance où ils se trouvent de résister à la violence, abandonnés qu'ils sont du secours de tout le monde.

2. Et j'ai préféré l'état des morts à celui des vivants:

3. Et j'ai estimé plus heureux que les uns et les autres celui qui n'est pas encore né, et qui n'a point vu les maux qui se font sous le soleil.

4. J'ai considéré aussi tous les travaux des hommes; et j'ai reconnu que leur industrie est exposée à l'envie des autres, et qu'ainsi cela même est une vanité et une inquiétude inutile.

5. L'insensé met ses mains l'une dans l'autre, et il mange sa propre chair, en disant:

6. Un peu dans le creux de la main vaut mieux avec du repos que plein les deux mains avec travail et affliction d'esprit.

7. En considérant toutes choses, j'ai trouvé encore une autre vanité sous le soleil:

8. Tel est seul, et n'a personne avec lui, ni enfant ni frère, qui néanmoins travaille sans cesse; ses yeux sont insatiables de richesses; et il ne lui vient point dans l'esprit de se dire à lui-même: Pour qui est-ce que je travaille, et pourquoi me priver moi-même de l'usage de mes biens? C'est là encore une vanité et une affliction d'esprit bien malheureuse.

9. Il vaut donc mieux être deux ensemble que d'être seul: car ils tirent de l'avantage de leur société.

10. Si l'un tombe, l'autre le soutient. Malheur à l'homme seul! car, lorsqu'il sera tombé, il n'aura personne pour le relever.

11. Si deux dorment ensemble, ils s'échauffent l'un l'autre; mais comment un seul s'échauffera-t-il?

12. Si quelqu'un a de l'avantage sur l'un des deux, tous deux lui résistent; un triple cordon se rompt difficilement.

13. Un enfant pauvre, mais qui est sage, vaut

14. Quòd de carcere catenisque interdùm quis egrediatur ad regnum; et alius natus in regno, inopiâ consummatur.

15. Vidi cunctos viventes, qui ambulat sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo.

16. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum; et qui postea futuri sunt, non lababuntur in eo; sed et hoc vanitas et afflictio spiritûs.

17. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. Multò enim melior est obedientia quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — VERTI ME. Quartum quod solet ab hominibus desiderari tanquàm summum bonum in vitâ præsentis, est auctoritas domini. Ideò hoc excludit in hac quartâ parte hujus libri, ostendens quòd non sit hominibus appetenda. Et primò ostendit hoc ex defectibilitate humanâ; secundò ex sublimitate divinâ, ibi: *Custodi pedem tuum*. Prima in duas, quia primò ostendit propositum rationibus sumptis ex parte plebis: secundò ex parte principis, ibi: *Melior est puer*. Prima adhuc in duas, scilicet in partem principalem et incidentalem; secunda ibi: *Stultus*. Prima in duas, secundùm duas rationes quas inducit ad propositum; secunda ibi: *Rursim*. Prima ratio accipitur ex injuriis et violentiis quæ innocentibus inferuntur, et à superioribus non corriguntur, aut quia non possunt, aut quia nolunt; et sic continuè anxiantur, vel suâ potestate abutuntur; talis autem status non est appetendus; ergo, etc.; et hoc est quod dicitur. *Verti me ad alia*, et patet ex dictis littera usque ibi.

VERS. 2. — ET LAUDAVI MAGIS MORTUOS QUAM VIVENTES(1), id est, statum eorum, eò quòd subtracti sunt à vitâ præsentis, antequàm haberent experientiam tanti mali.

VERS. 3. — ET FELICIOREM, id est, minùs miserum.

UTROQUE, scilicet malo homine mortuo, et malo homine vivente.

JUDICAVI, QUI NECDUM NATUS EST, id est, abortivum, qui non habet experientiam aliquam mali pœnæ, aut mali culpæ actualis, et sic non sustinet aliquam pœnam sensibilem, sed habet vitam magis delectabilem quàm possit haberi in vitâ præsentis, secundùm omnes doctores, qui loquuntur de morientibus in solo peccato originali.

VERS. 4. — RURSUM. Hic ponitur secunda ratio ad idem. Statim enim eum aliquis ascendit ad statum domini, insurgunt invidiæ contra ipsum, et per consequens odia, rancores et insidiæ; talis autem status non est appetendus; ergo, etc.; et hoc est quod dicitur.

(1) Dictum hoc fuisse Satyri narravit Aristoteles. Id sic expressit Chalcidamas:

Optima sors homini non edi in luminis oras,

Aut natum subito penetrata ditis adire.

Posidippus vero his verbis:

Nil igitur satius quam nunquam cernere lucem; Vel modò conspectâ luce repente mori. (Grotius.)

mieux qu'un roi vieux et insensé, qui ne saurait rien prévoir pour l'avenir.

14. Car quelquefois tel est dans la prison et dans les chaînes, qui en sort pour être roi; et tel est ne roi, qui tombe dans une extrême pauvreté.

15. J'ai vu tous les hommes vivants qui marchent sous le soleil s'attacher au jeune prince qui tient le second rang et qui doit se lever après le roi.

16. Tous ceux qui ont été avant lui sont un peuple infini en nombre, et ceux qui doivent venir après ne se réjouiront point en lui. Mais cela même est une vanité et une affliction d'esprit.

17. Considérez où vous mettez le pied lorsque vous entrez dans la maison du Seigneur, et approchez-vous pour écouter; car l'obéissance vaut beaucoup mieux que les victimes des insensés, qui ne connaissent pas le mal qu'ils font.

tur: *Rursim contemplatus sum labores hominum et industrias*, quibus ascendunt ad domini statum.

ANIMADVERTI PATERE INVIDIÆ PROXIMI (1). Et hoc patet ad sensum.

ET IN HOC VERBO VANITAS, id est, in statu domini acquirendo est vanitas superba.

ET CURA SUPERFLUA EST: In acquirendo enim et conservando requiritur magna cura et anxietas animi.

VERS. 3.—STULTUS COMPLICAT MANUS SUAS (2). Hæc est pars incidentalis, in quâ reprobat duplicem modum fugiendi dominium, quia vituperabile est utriusque motivum. Secundus removetur ibi: *Considerans*. Circa primum sciendum, quòd in acquisitione domini requiritur labor magnus, ut dictum est, quem refugit piger non virtuosè, quia benè vellet dominari, sed desidiosè, quia vult otiari, et hoc est quod dicit: *Stultus*, id est, piger, *complicat manus suas*, tanquàm otiosus.

(1) Nam ut umbra corpus, ita invidia virtutem comitatur. Unde Ipallus Pythagoricus interrogatus *quid ageret*, respondit: *Nondum nihil: nondum enim mihi invidetur*. Usque adeò verum est illud: *Rectè facta sequitur invidia*. Quâ peste nihil nocentius. Similis locutio: *Copia cibi novalis pauperum, pro novali*. (Drusius.)

Rursim industrias animadvertit patere invidiæ proximi. Stultus complicat manus suas. Totum quod disserit, hoc est, ut ostendat, et eum qui laborat et habet aliquid in mundo, patere invidiæ; et rursim eum qui vivere vult quietus, inopiâ opprimi, et esse utrumque miserabilem; dùm alius propter opes periclitatur, alius propter inopiam egestate conficitur.

(Hieronymus.)

(2) Sed quomolò stultum vocat, qui alias vocatur, sapiens, et laudatur, juxta illud: *Benè qui latuit, benè vixit?* Respondeo: Damnatur magis evangelicus servus, qui acceptum talentum involvit sudario, et defodit in terram, id est, occultavit in quiete et otio hujus vitæ, operiens illud cupiditate rerum terrenarum; fugiens laborem et afflictionem spiritûs, quæ ferè conjuncta sunt cum dispensatione talenti cœlestis in proximos. Huic scilicet aliquando dicitur illud Matth. 25: *Serve nequam, sciebas quia homo durus essem, etc. Nonne ergo oportuit te pecuniam meam dare ad usuram?* Meritò ergo stultus vocatur. Potest etiam dici, non simpliciter damnari, neque reprobari illam sententiam: *Melior est puillus cum requie, sed tantum ipsum stultum, qui abutitur hæc sententiâ et parabola, ad velamen ignaviae suæ et inutilis otii*. Nam etsi vera, tamen indecens est in ore stultorum parabola, Proverb. 26. Et, *ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo*. (Estius.)

ET COMEDIT CARNES SUAS, quia propter pigritiam laboris non habet panem ad comedendum, et sic attenuantur carnes ejus.

VERS. 6. — MELIOR EST (1), etc., ad excusationem suae pigritiae.

VERS. 7. — CONSIDERANS REPERI, etc. Hic removetur secundus modus vitiosus, scilicet per avaritiam; ad statum enim domini oportet magnas expensas fieri, quod refugit avarus, non per virtutem, sed per avaritiam. Et hoc est quod dicitur: *Considerans reperi et aliam vanitatem*, scilicet miseriam avari de quo subditur.

VERS. 8. — UNUS EST (2), etc., quia refugit habere familiaritatem et amicitiam cum quocumque, ne oporteat ipsum aliquid expendere, et tamen non cessat acquirere cum magna et animi et corporis afflictione; ideo concluditur quod est afflictio pessima. Et patet littera, propter quod ex opposito concluditur.

VERS. 9. — MELIUS EST ERGO (3), etc., id est, plures conjunctos amicitia et societate.

HABENT ENIM EMOLUMENTUM SOCIETATIS SUAE, scilicet quia communicant invicem bona sua.

VERS. 10. — SI UNUS CECIDERIT (4), in aliquod infortunium.

AB ALTERO FULCIETUR, quia ab eo juvabitur et consolabitur.

(1) Ainsi l'homme, quelque chose qu'il fasse, est toujours malheureux; car s'il acquiert du bien par son travail et son industrie, il est exposé à l'envie des autres; et si, pour éviter leur jalousie, il mène une vie oisive, il se trouve bientôt accablé de misère et tombe dans la pauvreté.

— La conjunction *cum* manque également dans les deux membres du texte hébreu. (Bible de Vence.)

(2) Solus. Supra irriserat eum qui certi haereditatis causâ seipsum stultè exhereditavit: nunc invenit stultiorum eum qui haerede nullo, haud secius defraudat genium. NEC SATIANTUR OCELLI EJUS DIVITIIS: Nihil quidquam ex tot opibus usurpare ausus, praeter insatiabilem videndi libidinem, ut habetur infra, vers. 10. NEC RECOGITAT, DICENS: positum elucidationis gratiâ; deest enim Hebr. Septuaginta in Latinâ etiam versione hujus capitis apud Ambrosium, et apud Hier. Comm. ad Paulam. (Bossuet.)

(3) MELIUS... DUOS ESSE... VAE SOLI! Merito haec subnectit avaritiæ; quippe avarus, omnis humanitatis expertus, incubat divitiis, nullum amicitiae fulcimentum quaerit. (Bossuet.)

(4) Si in morbum, errorem, inopiam, peccatum laboris, te levabit amicus, docebit, juvabit, arguet. Si solus sis, nemo opem feret: *Vae soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.* Sancti homines, quos condidit Deus, divinoque spiritu abundè cumulavit, ut cæteros ad subliorem sanctimoniam statum per solitudinis ac recessus iter ducerent, communis vitae comoda, et societatis suavitatem cum solitudinis quiete ac silentio conjungere, secretisque à multitudine discipulis, atque in cæterorum fratrum eodem sanctimoniam desiderio flagrantium societate constitutis, exempla legesque dederunt, quibus majorem in dies morum castimoniam, et sanctitatem sibi compararent. Ita veteris Testamenti prophetae, ita in novo religiosiorum coetuum institutores consueverunt. Monasteria ita haberi possunt, veluti loca sint religionis exercitio destinata, ubi plures simul pii homines ad eandem metam cursum instituunt, ac mutuam sibi opem ferunt, ut bello diaboli petant, ac vim aeternae beatitudinis inferant, (Calmet.)

VAE SOLI, id est, societatem et amicitiam cum aliquo non habenti.

VERS. 11. — ET SI DOMINI ERIT BUD, etc., contra malum frigoris. Per hoc metaphorice intelligitur quietatio plurimum in una delectatione. Ideo subditur.

UNUS QUOMODO CECIDERIT? scilicet charitate. Unde dicit Greg. hom. 29: «Charitas semper in alterum tendit, ut esse charitas possit.»

VERS. 12. — ET SI QUISPIAM, etc. Hoc patet in corpore et animâ, quia amicus juvatur ab amico, non solum in tribulatione mundi, sed etiam in tentatione diaboli.

FUNICULUS TRIPLEX DIFFICILE REMITTITUR (1), id est, quanto plures et boni sunt amicitia conjuncti, tantò status eorum melioratur.

VERS. 13. — MELIOR EST PUER. In principio hujus capituli ostendit dominium non esse appetendum, rationibus sumptis ex parte plebis. Hic idem ostendit ex parte principis; et ponuntur hic tres rationes: Prima ratio est, quia frequenter contingit quod rex ætate proventus est sapientiâ destitutus; quia deliciosè nutritus fuit, et in deliciis vivit, quae impediunt acquisitionem sapientiæ, et ideo melioris conditionis est juvenis pauper, qui est ad acquirendam sapientiam dispositus; quia, sicut dicit secundus philosophus, paupertas est sapientiæ reparatrix, propter quod Socrates philosophus, et multi alii divitias contempserunt; et hoc est quod dicitur: *Melior est puer pauper.* Hoc patet in Joseph et Pharaone, Genes. 41: Prævidit enim Joseph famem futuram, et remedium prævidit contra ipsam, quod rex facere nescivit.

VERS. 14. — QUOD DE CARCERE. Hic ponitur secunda ratio, quæ talis est: Illud, quod frequenter terminatur ad magnam miseriam, non est appetendum, tanquam hujus vitae summum bonum: sic est de dominio temporali; unde Sedechias rex Juda finaliter exoculatus, et captivus in Babylonem ductus, et sic miserabiliter mortuus, 4 Reg. ult. Potestas etiam temporalis aliquando casualiter et subito venit ex magnâ miseriâ: sicut de Joseph, qui eductus de carcere, statim fuit factus princeps Ægypti, et secundus ad regem. Quod autem sic à casu provenit, non est summum hominis bonum, ideo subditur: *Quod de*

(1) Proverbiale dictum ad fœdera gentium et privatorum etiam amicitiam commendandam. (Bossuet.)

Adagium. Dacuit mox melius esse cum altero esse quam solitarium; addit multò utilius esse, si tres uno amicitia vinculo jungantur; et si duorum societas suavior est, validior et jucundior, quam solitudo, profectò trium hominum conjunctionem multò jucundior fore ac fortiorum, ut diaboli comatus, peccatum ac tedium cohibeat. Pierumque tunc ex duplici licio est; at si è triplici constet, multò validior erit. Haec genuina est hujus loci sententia. Vana hic mysteria de triplici hoc funiculo Patres et interpretes comminiscuntur. Sunt qui sanctæ Trinitatis mysterium hic vident; qui theologicas tres virtutes, fidem, spem, charitatem; qui animam, corpus, et habitum, qui tres poenitentiae sacramenti partes, contritionem, confessionem, satisfactionem; qui Christi humanitatem, ubi simul junguntur caro, anima, et verbum; qui denique tria religionis vota, Nullus erit hujusmodi mysticis modus, si velis. (Calmet.)

carcere catenisque, sicut dictum est de Joseph.

ET ALIUS NATUS EST (1), sicut dictum est de Sedechiâ, qui fuit filius regis.

VERS. 15. — VIDI CUNCTOS VIVENTES (2). Hic ponitur tertia ratio. Frequenter enim accidit quòd, senescente rege, populus et maximè juvenes adhærent filio ejus, qui pro eo est regnurus, et aliquando regnum usurpat sibi vivente patre, sicut Adonias voluit facere, 5 Reg., 1; et eodem modo fit de ejusdem filio, quando senescit, et filius ejus ad ætatem adultam venit. Quòd autem rex in fine vitæ sic contemnatur, vel de eo parùm curetur, est sibi doloris materia, propter quod talis dignitas non est appetenda; et hoc est quod dicitur: *Vidi cunctos viventes*, id est, multos. Est enim hyperbolica locutio, sicut dicitur: *Omnes de civitate currunt ad tale spectaculum*, ad denotandum multitudinem currentium, licet aliquando major pars remaneat.

QUI AMBULANT SUB SOLE, id est, in vitâ præsentis.

CUM ADOLESCENTE SECUNDO (3), id est, cum filio regis, qui est secundus ab eo, eò quòd regnurus est post eum; ideò subditur:

QUI CONSURGET PRO EO, scilicet, in regno.

VERS. 16. — INFINITUS NUMERUS EST POPULI (4),

(1) Sic Telephum mendicantem in tragœdia introduxit Euripides. In ejusdem Helenâ sic Menelaüs:

*Malum meis hoc deerat extremum malis,
Reges ut alios, ipse rex olim, prece
Alimenta peterem.* (Grotius.)

(2) En produisant des choses semblables à celles qui ont été.

Hebr. autr.: Mais Dieu recherchera celui qui est persécuté; il vengera ceux qui sont injustement affligés et opprimés; car j'ai vu aussi sous le soleil, etc. Quoique ce sens soit fort différent, ce n'est pourtant qu'une différente manière d'interpréter les expressions du texte; et saint Jérôme l'avait lui-même ainsi traduit dans son commentaire: *Et Deus quæret eum qui persecutionem patitur.* (Bible de Vence.)

Vidi maximo numero homines sequi adolescentem illum qui seni in regno successurus est. Non minor fuit numerus eorum qui senem hunc olim sequebantur, cum regno præficeretur, quàm nunc est qui novum hunc ambiunt. Et sicut gravis illis superioribus visa est potestas regia illius qui nunc contemnitur, ita et hujus, qui nunc tantoperè placet, gravis videbitur. Quare et ambitus ille suam habet vanitatem et animi tædia. (Clarius.)

(3) Secundum hic intellige hæredem regni. Sensus est idem qui in dicto vetere, quod Pompeius usurpavit, deinde Tiberius, à plerisque adorari solem orientem. Papinius:

Et qui mos populis venturus amatur.

Ita in regnis quoque sunt tormenta et metus. (Grotius.)

(4) Non evenit hoc regis culpa, nam ab omni ætate populi eo fuere ingenio:

— Nec impositos unquam cervice volenti

Ferre duces,

ut ait Papinius.

Tous ceux qui ont été avant lui, etc.

Cette parole est très-obscure. Il y en a qui l'expliquent de Salomon même, comme s'il disait: la grandeur des rois est bien fragile, parce que l'affection des peuples est très-inconstante. Les hommes semblent aimer plutôt un jeune prince qui doit succéder à la couronne. Une infinité de gens témoignent avoir de l'inclination pour lui, et néanmoins ceux qui viendront après n'aimeront plus ce jeune prince lorsqu'il sera arrivé à la couronne. Cette pensée a dû causer à Salomon

id est, valdè magnus; et est hyperbole sicut et supra.

OMNIUM QUI FUERUNT ANTE EUM, adhærentes primò patri, et postea sibi, modo dicto.

ET QUI POSTEA FUTURI SUNT (1), isto filio senescente.

NON LÆTABUNTUR, id est, parùm curabunt de eo, sed magis adhærebunt filio ejus, ut dictum est.

SED ET HOC VANITAS, quòd rex senior dimittitur sic pro juvene. ET AFFLICTIO, etc., rege sic demisso.

VERS. 17. — CUSTODI. Superiùs ostendit dominium terrenum non esse appetendum, rationibus sumptis ex defectibilitate humanâ: hic consequenter idem ostendit ex sublimitate divinâ; Deus enim est summè venerandus et timendus, ut supponitur ab omnibus, quia quilibet reputat Deum id quo majus esse, vel cogitari non potest, ut dicit Anselmus, sed potestas terrena retrahit à divino timore et reverentiâ, ut patet non solùm de regibus infidelibus Deum verum contemnentibus, scilicet Pharaone, Sennacherib, Nabuchodonosor; sed etiam de fidelibus, sicut de David, qui ex potestate regiâ non timuit Deum offendere in adulterio Bathsabee, et homicidio Uriæ, de Salomone in templorum pro idolis fabricatione et adoratione; ergo talis potestas non est appetenda. In hâc ratione sic procedit, quia primò ostendit Deum esse summè venerandum, secundò timendum, quod est hujus rationis fundamentum. Secunda ibi: *Tu verò*. Prima in duas, quia primò ostendit Deum summè esse venerandum in se; secundò in ministris suis ibi: *Ne dicas*. Prima adhuc in duas, quia primò ostendit Deum venerandum opere, et secundò ore, ibi: *Ne temerè*. Circa primum dicit: *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei*, ut non ingrediaris pompaticè et superbè, et sicut solent facere potentes hujus seculi suâ potestate nimis elevati.

ET APPROPINQUA (2), sacerdotibus et legis doctoribus, une douleur d'autant plus juste et d'autant plus grande, qu'il était très sage et que son fils ne l'était point. Il y en a qui donnent à ces paroles un autre sens plus spirituel, et qui les prennent pour une prophétie de l'avenir. J'ai vu tous les hommes qui sont sur la terre marcher avec le second homme, qui est Jésus-Christ, qui doit se lever comme l'homme nouveau et le nouvel Adam, pour réparer les ruines du premier. Une infinité d'Israélites qui composaient le peuple de Dieu, et qui semblaient n'attendre que ce Messie, ont été avant lui; et néanmoins ceux qui naîtront alors et qui le verront vivant parmi eux le rejeteront au lieu de le recevoir et de lui obéir.

C'est là une grande vanité des hommes; et c'a été une étrange affliction pour tous les Prophètes, qui ont vu par la lumière du Saint-Esprit, que les Juifs qui étaient les enfants de Dieu et les enfants du royaume, comme Jésus-Christ les appelle, « seraient chassés un jour, et abandonnés à leur aveuglement, parce qu'étant pleins de l'amour du monde, ils se figuraient un Messie conforme aux désirs de leur cœur, et que, voulant trouver en lui la grandeur du siècle, ils regarderaient avec mépris la pauvreté et l'humilité de Jésus-Christ. » *Contempsistis*, leur dit saint Augustin, *humilem adventum Filii Dei, quia in eo non vidistis pompam seculi.* (Sacy.)

(1) In illo quem nunc regem sibi optant, quem amant præ rege regnante. (Grotius.)

(2) Hieronymus supplevit id quod hic dicit: *Melior est enim, inquit, multò obedientia, quàm stultorum victimæ.* (Lud. Cappellus.)

ET AUDIAS, scilicet, Dei mandata ad ea fideliter adimplenda.

MULTO ENIM MELIOR EST OBIEDIENTIA, etc., in observatione mandatorum Dei.

QUAM STULTORUM VULGEBI, id est, transgressorum legis, qui per potestatem suam non tollunt Dei

CAPUT V.

1. Ne teneat quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo; Deus enim in caelo, et tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui.

2. Multas curas sequuntur somnia, et in multis sermonibus invenietur stultitia.

3. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis et stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde.

4. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere.

5. Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo: Non est providentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum.

6. Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates, et sermones innumeri; tu verò Deum time.

7. Si videris calumnias egenorum, et violenta iudicia, et subverti justitiam in provinciâ, non miseris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii.

8. Et insuper universae terrae rex imperat servienti.

9. Avarus non implebitur pecuniâ, et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis; et hoc ergo vanitas.

10. Ubi multae sunt opes, multi et qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis?

11. Duleis est somnus operanti, sive parùm, sive multum comedat; saturitas autem divitis non sinit eum dormire.

12. Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: divitiae conservatae in malum domini sui.

13. Pereunt enim in afflictione pessimâ; generavit filium, qui in summâ egestate erit.

14. Sicut egressus est nudus de utero matris suae, sic revertetur, et nihil auferet secum de labore suo.

15. Miserabilis prorsus infirmitas; quo modo venit, sic revertetur. Quid ergo prodest ei, quod laboravit in ventum.

16. Cunctis diebus vitae suae comedit in tenebris et in curis multis, et in aerumnâ atque tristitiâ.

17. Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis, et bibat, et fruatur letitiâ ex labore suo, quo laboravit ipse sub sole, numero dierum vitae suae, quos dedit ei Deus; et haec est pars illius.

18. Et omni homini, cui dedit Deus divitias atque substantiam, potestatemque ei tribuit ut comedat ex eis, et fruatur parte suâ, et letetur de labore suo; hoc est donum Dei.

19. Non enim satis recordabitur dierum vitae suae, eo quod Deus occupet deliciis cor ejus.

mandata transgredi, astimantes eum placare oblationibus et sacrificiis.

QUI NESCIT QUI QUAE FACIENDI SUNT. LA HOEC ENIM QUOD SUNT SUPERBIA EXCITATI, COGNOSCITE GRAVITATEM NECESSITATIS SUI PECCATI.

CHAPITRE V.

1. Ne dites rien inconsidérément, et que votre cœur ne se hâte point de prodire des paroles devant Dieu; car Dieu est dans le ciel, et vous sur la terre: c'est pourquoi peu de paroles.

2. Les malices des songes produisent les songes, et l'imprudence se trouve dans l'obéissance des paroles.

3. Si vous avez fait un vœu à Dieu, ne différez point de vous en acquiescer, car la promesse infidèle et impudente lui displice, mais accomplissez tous les vœux que vous avez faits.

4. Il vaut beaucoup mieux ne faire point de vœux que d'en faire et ne les pas accomplir.

5. Que la légèreté de votre bouche ne soit point à votre chair une occasion de tomber dans le péché; et ne dites pas devant l'ange: il n'y a point de providence, de peur que Dieu, étant irrité contre vos paroles, ne détruise tous les ouvrages de vos mains.

6. Où il y a beaucoup de songes, il y a aussi beaucoup de vanité et des discours sans fin; mais, pour vous, craignez Dieu.

7. Si vous voyez l'oppression des pauvres, la violence qui règne dans les jugements, et le renversement de la justice dans une province, que cela ne vous étonne pas; car celui qui est élevé en a un autre au-dessus de lui, et il y en a encore d'autres élevés au-dessus d'eux.

8. Et de plus il y a un roi qui commande à tout le pays qui lui est assujéti.

9. L'avare n'aura jamais assez d'argent, et celui qui aime les richesses n'en recueillera point de fruit. C'est donc là encore une vanité.

10. Où il y a beaucoup de bien, il y a aussi beaucoup de personnes pour le manger. De quoi donc sert-il à celui qui le possède, sinon qu'il voit de ses yeux beaucoup de richesses?

11. Le sommeil est doux à l'ouvrier qui travaille, soit qu'il ait peu ou beaucoup mangé; mais la satiété ne laisse pas dormir le riche.

12. Il y a encore une autre maladie bien fâcheuse que j'ai vue sous le soleil, des richesses conservées avec soin pour le tourment de celui qui les possède.

13. Il les voit périr avec une extrême affliction; il a mis au monde un fils qui sera réduit à la dernière pauvreté.

14. Comme il est sorti nu du sein de sa mère, ainsi il s'en retournera, et n'emportera rien avec lui de son travail.

15. C'est là vraiment une maladie bien digne de compassion. Il s'en retournera comme il est venu: de quoi lui sert donc d'avoir tant travaillé en vain?

16. Tous les jours de sa vie il a mangé dans les ténèbres; dans un embarras de soins; dans la misère et dans le chagrin.

17. J'ai donc cru qu'il est bon qu'un homme mange et boive, et qu'il se réjouisse dans le fruit qu'il tire de tout son travail qu'il endure sous le soleil pendant les jours que Dieu lui a donnés pour la durée de sa vie, et que c'est là son partage.

18. Et quand Dieu a donné à un homme des richesses, du bien, et le pouvoir d'en manger, de jouir de ce qu'il a en en partage, et de trouver sa joie dans son travail, cela même est un don de Dieu.

19. Car il se souviendra peu des jours de sa vie, parce que Dieu remplit son cœur de délices.

COMMENTARIUM.

VERS 1. — NE TEMERE. Hic consequenter ostendit Deum venerandum esse ore, et primò in affectu, secundò in gustu, ibi: *Ne dederis*. Prima in duas, quia primò docet eum venerari à verbis indecentibus cavendo, cùm dicitur:

NE TEMERE QUID LOQUARIS, de Deo vel ejus judiciis, ea in aliquo reprehendendo.

DEUS ENIM IN COELO, id est, excellentior est sine aliquà mensurà.

INDIRCO SINT, etc., loquendo de Deo, ne peccatum incurras, ex multiloquio; ideò subditur:

VERS. 2. — MULTAS CURAS. Quia sicut multas curas in vigilià sequuntur somnia in somnò sequenti, eò quòd in somno formantur phantasmata similia præcedentibus curis in vigilià; propter quod dicit Philosophus, 1 Eth., quòd somnia studiosorum, id est, virtuosorum, sunt meliora quàm quorumcumque: sic in multis sermonibus, et maximè de divinà excellentià, frequenter admiscetur stultitia.

VERS. 3. — SI QUID VOVISTI DEO. Hic consequenter ostenditur quòd Deus venerandus sit ore, verificando promissa, cùm dicitur:

SI QUID VOVERIS DEO, NE MORERIS REDDERE, quia ex tali tardatione fit homo impotens ad reddendum, sicut voventes ingredi religionem, aliquando tantùm tardant, quòd sunt inepti ad receptionem.

DISPLICET ENIM EI INFIDELIS, etc. Dicitur autem *infidelis promissio*, votum in articulo necessitatis factum, et cessante necessitate, statim mutatur propositum. Dicitur autem *stulta*, quando est de re illicità, vel etiam indifferenti, ut si quis voveat levare festucam de terrà, quia hoc in nullo cedit ad honorem Dei, vel etiam si sit de bonà, tamen impossibili voventi (1).

VERS. 5. — NE DEDERIS OS TUUM. Hic consequenter ostendit Deum venerandum in gustu, dicens: *Ne dederis os tuum*, nimis ipsum aperiendo gulæ.

UT PECCARE FACIAS CARNEM TUAM, per vitium luxuriæ: quia, sicut dicit Hieronymus, venter et genitalia sunt membra vicina. Ex vicinitate membrorum, designatur propinquitas vitiorum.

NEQUE DICAS CORAM ANGELO (2), à Deo misso in ministerium.

NON EST PROVIDENTIA, quia Deus non solùm honorandus est in se, sed etiam in ministris suis. Ideò subditur:

NE FORTE IRATUS. Non solùm enim punit peccata

(1) Quia non est voluntas in stultis, ad verbum; id est, non placent Deo stulti: vocat autem stultos impios, qui Deum putant se posse deludere, vota non persolventes, quales hodiè sunt Calviniani hæretici. (Maldonatus.)

(2) Sive ministro, Dei scilicet, hoc est, sacerdote (qui est Dei minister) coram quo vota tua nuncupas, noli apud eum te excusare, quòd per ignorantiam votum nuncupaveris majus tuis viribus. Sic Hieronymus, *coram angelo*; at Septuaginta, *coram rege*, sed minus benè, quia sermo est hic de votis, quæ non coram rege, sed coram sacerdote nuncupantur.

(Lud. Cappelhus.)

contra se directè facta, sed etiam contra ministros suos, quia redundant in eum. Cætera patent.

VERS. 6. — TU VERO. Hic consequenter ostenditur quòd Deus sit summè timendus, quia judex est supremus, et ideò omnia errata, ab aliis quantumcumque magnis, suo judicio reservantur, per hoc ad lineam justitiæ reducenda; et hoc est quod dicitur: *Tu vero*, etc. Et subditur causa.

VERS. 7. — SI VIDERIS CALUMNIAS EGENORUM. Et patet.

QUIA EXCELSO EXCELSIOR (1), quia super præpositum est baillivus.

ET SUPERBOS QUOQUE, quia super baillivos sunt reges.

VERS. 8. — ET INSUPER UNIVERSÆ TERRÆ REX, id est, Deus.

IMPERAT SERVIENTI, id est, omni creaturæ subjectæ sibi (2).

VERS. 9. — AVARUS (3). Hic incipit capitulum, se-

(1) Hic videtur sensus: Isti minuti satrapæ alios vexant, ipsos verò majores alii, ut Seneca ait:

Quidquid à vobis minor extimescit,

Major hoc vobis dominus minatur:

Omne sub regno graviore regnum est.

At postremum illud rectiùs verteris: *Et excelsus excelsiorum super eos*. Nam, sicut dicunt Hebræi defectivè, *deorum pro Deus deorum*, et *doctrinarum pro doctrina doctrinarum*, et *ferarum pro fera ferarum*; ita hic dicitur *excelsorum*, pro *excelsio excelsorum*. Sensus est, *Deum esse supra omnes summates hominum*.

(Grotius.)

(2) *Et insuper universæ terræ* (seu totius regionis) *rex* omnibus præsit, et subjectas potestates in ordinem cogat. Postremus versus in Hebr. sic habet: *Et excellentia (sive emolumentum) terræ est in omnibus; rex ipse agro servit; à quâ interpretatione non abhorret Hier. ad Paulam*. Sensus est: Cùm sint aliæ aliis subditæ potestates, inest tamen quædam rebus æqualitas, communisque alitrix omnium tellus: rex ipse agro servit, atque inde victum accipit, nec à communi conditione eximitur. Hunc potestatum invicem subjectarum ordinem, alii cum Hieronymo referunt ad Deum et angelos regum regnorumque præsidēs, qui injuriam prohibere, vel præsentem poenā ulcisci possent, nisi Dei judicium ad futurum seculum servaretur, missis angelis messoribus qui colligant de regno ejus omnia scandala, ut est Matth. 15, 50, 41, supra, 5, 16, 17.

(Bossuet.)

(3) Jam ad vanitates reddit, ac primùm avaritiæ et opum; quòd animum non expleant. Quòd nullus ex illis dignus fructus: vers. 9. Quòd utcumque sis dives, non tamen ipse tu plus cateris capias, sed tantùm importunos atque otiosos ventres accersas: vers. 10. Quòd nec ipse utare, sed tanquàm à sacris abstineas, solà tibi intuendi facultate relicta: ibid. Quòd utcumque utare, teque cibus ingurgites, id tantùm lucrere, ut somni suavitate cruditate turbes: 11. Quòd tibi quoque malè vertant, cùm potentioribus præde futurus sis: 12. Quòd pereant, teque destituant, in afflictione (sive occupatione: Hebr.) *maximè*, cùm iis maximè indigeas: 15. Quòd, etsi vel maximè in re splendida vivas, non eò tibi liberi fortunatiores futuri: ibid. Quòd denique divites æquè ac cateri mortales nudi atque egeni et nascantur et intereant: 14, 15; atque omninò se execrunt atque conficiant inanibus curis: 15, 16. Nota autem hanc sententiam: *dulcis somnus operanti*, vers. 11, ne otio torpescas: *sive parum, sive multum comedat*: ut non in copià sed in sufficienti sit quies, somnique, atque adeò totius vitæ suavitas. Ex quo efficitur istud. (Bossuet.)

eundem quotationem Hieronymi, in quo à felicitate humanâ excluduntur divitiæ temporales, in quibus aliqui, licet falsò, posuerunt felicitatem hominis. Ad quod excludendum, ponuntur hic plures rationes, quarum distinctio videbitur proseguendo. Prima ratio est quasi duplicata, et est talis. In illo non consistit felicitas hominis, quòd non satiat ejus appetitum, et frequenter est ad bonum. Ista propositio per se patet, quia de ratione beatitudinis est, quòd sit bonum habenti, et terminans ejus appetitum, aliter non esset ultimus ejus finis, quod est de ratione beatitudinis. Divitiæ autem temporales non satiant hominis appetitum, sed magis excitant, quia qui plus habet, plus cupit. Quod verum est saltem de avaro, de quo est hic sermo. Similiter divitiæ non sunt ejus bonum, quia anxietur in acquirendo, nec inde delectatur fruendo præ avaritiâ suâ. Ergo, etc. Hujus rationis ponit minorem, primò quantum ad primam partem dicens: *Avarus non impletur pecuniâ*. Unde poeta:

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Secundò quantum ad partem secundam, cum dicitur:

ET QUI AMAT DIVITIAS (1), eo modo quo avarus.

FRUCTUM NON CAPIET EX EIS, id est, utilitatem, quia avaritia non permittet eum uti; ideò concludit:

ET HOC ERGO VANITAS. Supple est, et non felicitas.

VERS. 10. — UBI MULTÆ SUNT OPES. Hic ponitur secunda ratio, ad ostendendum quòd divitiæ non sunt hominis summum bonum, etiamsi eis utatur ad statum magnificum, dicens: *Ubi multæ, etc.*

QUI COMEDUNT EAS. Inter quos sunt multi inutiles et ribaldi; ideò concludit:

ET QUID PRODEST POSSESSORI (2), etc. Scilicet, expendit inutiliter.

VERS. 11. — DULCIS EST. Hic ponitur tertia ratio quæ sumitur ex nocimento corporis ex divitiis contracto, quia tales divites vivunt frequenter deliciosè et lautè, et sic accipiunt nutrimentum ultra convenientiam naturæ. Ex quo frequenter causantur torsiones affligentes et infirmitates. Propter quod dicitur: *Dulcis est somnus operanti*, quia labor et lassitudo corporis inducunt ad quietem somni.

SATURITAS AUTEM DIVITIS, etc., primò quia reformidat ire ad lectum, donec per spatium temporis vigilaverit post cibum; secundò, quia in lecto existens, aliquando ex nimio cibo sentit dyserasias somnum impediendes.

VERS. 12. — EST ET ALIA INFIRMITAS. Hic ponitur

(1) Hebræum *multitudinem* significat, et ex vi subjectæ materiæ hic de *multitudine pecuniarum* debet intelligi. At Gemara explicat: *Qui amat turbas*. Alii legunt: *Et qui amat societatem, proficiet*, scilicet in lege. (Grotius.)

(2) Hoc per Midæ fabulam ostendunt poëtæ. Pecunia, nisi erogetur, nulli est usui.

Martialis de villis et agris longinquis:

O janitores villicique felices!

Domini parantur ista, serviunt vobis. (Grotius.)

quarta ratio et dividitur in duas partes, quia primò ratio ponitur, secundo corollarium concluditur, ubi: *Hoc itaque*. Ratio vero ista accipitur ex concupiscentiâ illorum qui frequenter invadunt vel interficiunt hominem pro suis divitiis rapiendis. Et hoc est quod dicitur: *Est et alia infirmitas pessima*, id est, magnum malum.

DIVITIÆ CONSERVATÆ, etc., quia per hoc raptores et cupidi insidiantur sibi; ideò subditur:

VERS. 13. — PEREUNT ENIM, etc., propter divitiis suas.

IN AFFLICTIONE PESSIMA, quia aliquando jugulantur; et sic filii eorum, quibus custodiebant divitiis, illis privantur; ideò subditur:

GENERAVIT FILIUM, etc. Bonis paternis privatus, et ad laborandum pro victu acquirendo non est assuetus.

VERS. 14. — SICUT EGRESSUS EST NUDUS, etc., bonis omnibus spoliatus.

ET NIHIL AUFERET, etc., nec etiam filiis dimittet; ideò concluditur:

VERS. 15. — QUID ERGO PRODEST EI, etc.; q. d.: Nihil, quia labor suus non profuit sibi nec filiis.

VERS. 16. — CUNCTIS DIEBUS, etc., id est, in tristitiâ et anxietate mentis pro acquisitione temporalium, quibus privatus est cum filiis, ut dictum est.

VERS. 17. — HOC ITAQUE (1). Hic ex prædictis infert corollarium, videlicet quòd vita deliciosa, licet non sit hominis bonum simpliciter, ut dictum est, c. 2. tamen præligenda est tali vitæ laboriosæ. Et hoc est quod dicit: *Hoc itaque visum est mihi bonum*, et patet littera ex dictis usque ibi.

HOC EST DONUM DEI. Eo modo loquendi, quo omne bonum est à Deo datum, etiam temporalia bona, licet inter bona Dei sint minima. Sanitas autem corporis, et hujusmodi, sunt media, bona verò gratiæ et virtutis sunt majora in præsentî vitâ (2).

VERS. 19. — NON ENIM SATIS RECORDABITUR (3), id est, multum recordatur.

DIERUM VITÆ SUE, etc. Ita quòd videatur sibi longa vel tædiosa; ideò subditur:

Eo QUOD DEUS, etc. Et sic non habet materiam vel occasionem reducendi ad memoriam mala præterita, sicut habent illi qui vixerunt diù in tribulationibus et in angustiis.

(1) Ad comparisonem ejus qui tanto cruciatu ac tædio peritura comparat, meliorem dicit esse eum qui presentibus fruitur. (Bossuet.)

(2) ET FRUATUR PARTE SUA. Quod Horatius dicit:

Di tibi divitiis dederunt, artemque fruendi.

(Grotius.)

(3) Labentis ac tædio plenæ: ut tota hujus vitæ suavitas in oblivione sui posita videatur. (Bossuet.)

Ad verbum: *Non multum recordatur dierum vitæ suæ*; hoc est, non cogitavit vitæ suæ breviter, et mortis cogitationem longè ab animo et mente suâ repellit. Tales sunt qui opibus abundant, et deliciis in hac vitâ fruuntur, juxta illud Ecclesiastici: *O mors, quam amara est recordatio tui ei qui pacem habet in rebus suis!* (Lud. Cappellus.)

CAPUT VI.

1. Est et aliud malum quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines :

2. Vir cui dedit Deus divitias, et substantiam, et honorem; et nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat; nec tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud : hoc vanitas, et miseria magna est.

3. Si genuerit quispiam centum liberos, et vixerit multos annos, et plures dies ætatis habuerit, et anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat; de hoc ego pronuntio quòd melior illo sit abortivus.

4. Frustra enim venit, et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen ejus.

5. Non vidit solem, neque cognovit distantiam boni et mali.

6. Etiamsi duobus millibus annis vixerit, et non fuerit perfructus bonis, nonne ad unum locum properant omnia?

7. Omnis labor hominis in ore ejus; sed anima ejus non implebitur.

8. Quid habet amplius sapiens à stulto? et quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita?

9. Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias : sed et hoc vanitas est, et præsumptio spiritûs.

10. Qui futurus est, jam vocatum est nomen ejus : et scitur quòd homo sit, et non possit contra fortiorem se in judicio contendere.

11. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

CHAPITRE VI.

1. Il y a encore un autre mal que j'ai vu sous le soleil, et qui est ordinaire parmi les hommes.

2. Un homme à qui Dieu a donné des richesses, du bien, de l'honneur, et auquel il ne manque rien pour la vie de tout ce qu'il peut désirer; et Dieu ne lui a point donné le pouvoir d'en manger, mais un étranger dévorera tout. C'est là une vanité et une grande misère.

3. Quand un homme aurait eu cent enfants, qu'il aurait vécu beaucoup d'années, et qu'il serait parvenu à une extrême vieillesse, si son âme n'use pas des biens qu'il possède, et qu'il soit même privé de la sépulture, je ne crains pas d'avancer de cet homme qu'un avorton vaut mieux que lui.

4. Car en vain il est venu; il s'en retourne dans les ténèbres, et son nom sera effacé par l'oubli;

5. Il n'a point vu le soleil, et il n'a point connu la différence du bien et du mal;

6. Quand il aurait vécu deux mille ans, s'il n'a point joui de ses biens, tous ne vont-ils pas au même lieu?

7. Tout le travail de l'homme est pour sa bouche; mais son âme n'en sera pas remplie.

8. Qu'a le sage de plus que l'insensé? Qu'a le pauvre, sinon qu'il va au lieu où est la vie?

9. Il vaut mieux voir ce que l'on désire que de souhaiter ce que l'on ignore. Mais cela même est une vanité et une présomption d'esprit.

10. Celui qui doit être est déjà connu par son nom; et l'on sait qu'il est homme, et qu'il ne peut pas disputer en jugement contre un plus puissant que lui.

11. On discourt beaucoup, on se répand en beaucoup de paroles dans la dispute, et ce n'est que vanité.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EST ET ALIUD. Hic ponitur ad propositum quinta ratiocinatio, quia frequenter contingit quòd homo dives subtrahitur de vitâ præsentis, ita quòd non potest uti divitiis; et hoc sive per infirmitatem, sive per gladium. Et differt hæc ratiocinatio à præcedenti, quia illa præcinit de eo qui propter divitias suas occiditur, ista verò de eo qui moritur infirmitate vel aliâ causâ; et quantum ad hoc dicitur : *Est et aliud magnum*, differens à præcedenti, modo dicto.

VERS. 2. — VIR CUI DEDIT DEUS DIVITIAS, artificiales, ut aurum et argentum, et consimilia.

ET SUBSTANTIAM, divitias naturales, ex quibus vita hominis sustentatur, ut bladum, vinum, et talia.

ET HONOREM, id est, statum honorificum.

ET NIHIL DEEST ANIMÆ SUÆ, de pertinentibus ad vitam jucundam.

NEC TRIBUIT EI POTESTATEM, quia subtrahit eum de vitâ præsentis subito, sicut in Evangelio, Luc. 12, dicitur de illo cujus ager uberes fructus attulit, et dicebat : *Anima mea, habes multa bona reposita in multos annos : quiesce, bibe, epulare*; et subditur ibidem : *Dixit ad illum Dominus : Stulte, hæc nocte repetent animam tuam à te : quæ autem congregasti, cujus erunt?* q. d. : Alieni habebunt; ideò subditur : *Sed homo extraneus vorabit*. Ideò concluditur : *Hoc vanitas, etc.*

VERS. 3. — SI GENUERIT (1). Hic ponitur sexta ratio quæ sumitur ex defectu usûs divitiarum, et duplicatur secunda, ibi : *Omnis labor*. Circa primum ostenditur

(1) Ad verbum : *Si genuerit vir* (vel *quispiam*), *centum* subaudi *liberos*, quod faciliè intelligitur (Mercerus). Verbalè hoc latet in verbo suo *genuerit*. Similes accusativi ellipses Psal. 3, 7, *posuerunt*, sub. *aciem*, et 103, 9, *servabit*, sub. *iram*; et 1 Sam. 20, 16, *pepigit*, sub. *fœdus*. Numerus certus (*centum*) pro incerto. Diviti hoc versu addit tum πολυτεκνίαν, tum longævitate; quæ tamen omninò vanitatem non tam minuunt quàm augent. (Gejerus.)

ET VIXERIT MULTOS ANNOS. Ut opes suas et cumulet et mudiât. (Gejerus.)

ET PLURES DIES, etc., et *satis sit illi id quod erunt dies*, etc., id est, sit contentus spatio vitæ suæ, aut, vivat quamdiu volet (Vatablus). Et *quamvis satis multum fuerit tempus quo sunt*, vel duraverunt, *dies*, etc. Non est tautologia; priori enim membro numerum tantum, hic illius sufficientiam simul, designat (Gejerus). Vel, hoc addit, de longævitate loquens, et seipsum corrigit, et *multos* potius *dies*, quàm *annos*, dicit. Vide Gen. 47, 9. *Non satiatur*, etc., vel, propter inexplebilem ejus cupiditatem, vel propter maledictionem Dei. *Anima* autem hic appetitum significat, ut Gen. 34, 8, 1 Sam. 29, 4, Psal. 150, 6. (Anglicæ annotationes.)

SEPULTURAQUE CAREAT, quia ipse sumptibus parcere voluit, vel quia hæres ingratus ei denegat; vel ob concivium aliorumque justum adversus illum odium. *Sepultura asini* pena erat gravissima, Jer. 22, 19. Vide et Isai. 14, 19, 20. (Gejerus.)

quod talis defectus ex avaritiâ procedens facit hominem miserum, etiamsi cum divitiis habeat multa alia quae desiderantur in praesenti vitâ; et hoc est quod dicitur: *Si genuerit quispium centum*. Inter desiderata in hoc seculo sunt proles magna, et vita longa.

ET ANIMA ILLIUS, etc., id est, ipse non utatur in personâ propriâ. Accipitur enim hic *anima* pro ipso homine, eo modo loquendi quo totum denominatur à nobiliori parte.

SEPULTURA CAREAT. Sicut contigit de Joachim, filio Josiâ, cujus cadaver fuit projectum extra portas Jerusalem, sicut praedixerat Jer. 22. *Sepulturâ asini sepelietur*, putrefactus, et projectus extra portas Jerusalem.

DE HOC EGO. Qui non est expertus aliquod malum praesentis vitae, et habet mortem magis delectabilem, quam sit vita praesens, ut dictum est supra, cap. 3; ideò subditur:

VLRS. 4. — FRUSTRA ENIM (1), etc., scilicet ad ortum, cum jam sit mortuus.

ET PERGIT, id est, ad sepulcrum.

ET OBLIVIONE DELEBITUR, etc., quia de talibus non remanet aliqua memoria.

VERS. 5. — NEQUE COGNOVIT, etc., per experientiam in vitâ praesenti, et ideò melioris conditionis est (quantum ad hoc) praedicto, qui in totâ suâ non experitur nisi malum et anxietatem; de quo subditur:

VERS. 6. — ETIAMSÍ... ET NON FULRIT PERIRUITUS BONIS, sed semper malis; q. d.: nihil proficit sibi vita longa, sed magis ollicit.

NONNE AD UNUM LOCUM PROPERANT OMNIA? Scilicet, corruptibilia, quae per mortem properant ad terram, unde sumpta sunt.

VERS. 7. — OMNIS LABOR (2). Hic ponitur secunda ratiocinatio procedens ex defectu usûs divitiarum, quae talis est: omnia factibilia hominum ordinantur ad necessitatem vitae praesentis seu decentiam ejus, sicut patet de omnibus artibus humanis, exceptis liberalibus, quae magis ordinantur ad contemplationem; sed talis avarus non utitur divitiis ad hunc finem, ad

(1) Subaudi *iste*; id est, vel avarus, cum quo abortivus comparatur: vel potius abortivus, cui solum competit non *vidisse solem*, Psal. 58, 9, non item avaro. *In vanum* (frustra) *venit*, scilicet in mundum, ex utero matris, id est, nascitur, quia nullum planè usum vel fructum sentit, etc. *Venire* idem quòd *nasci*: sicut et *abire* (quod sequitur) idem quòd *decessi*. *Et pergit, in tenebras*, id est, obscurè discedit, citra hominum notitiam: ut res tenebris tectae in aspectum hominis non cadunt. *In tenebris*, id est, tenebrosè, obscurè: id malo quàm *in tenebras*: nam 2 post 777 non locum seu terminum eundi, sed vel modum, vel comitatum designat. Quia nihil erat, in nihilum redit. *Et tenebris* (ut 2 notet instrumentum), *nomen ejus tegitur*, id est, ipse, vel corpus ejus, sepulero; vel, oblivione deletur nomen ejus, quod nullum fuerat; q. d.: Perit ejus mentio. Nec eò melior est avarus, quippe qui ad miseriam natus est, ignominiosè sepultus, et oblivioni traditus: sed in eo quod sequitur deterior est.

(2) Iesus omnis in victu est: natura autem paucis contenta est.

quem sunt ordinate; et sic habet eas frustra: illud enim esse dicitur frustra, quod non attingit finem debitum, sicut medicina quae non inducit sanitatem. Hujus autem ratiocinationis ponit majorem, cum dicit: *Omnis labor hominis in ore ejus*, id est, propter convenientem sustentamentum vitae humanae. Consequenter ponit minorem, dicens:

SED ANIMA EIUS, scilicet avari praedicti.

NON IMPLEBITUR (1), quia non utitur suis divitiis.

VERS. 8. — QUID HABET AMPLIUS. Haec est sexta pars primae partis hujus libri, in qua excludit à vera felicitate notitiam occultorum, quam multi valde desiderant in hac vitâ, in tantum quod propter hoc ponunt se ad artes magicas, non solum in anime praedictum, sed etiam in corporis periculum. Et dividitur in duas partes, quia primo proponit quod aliquorum occultorum notitia sit appetenda et aliquorum spernenda; secundo propositum de secundâ, ibi: *Qui futurus est*. Circa primum sciendum quod occulta sunt nobis premia futura, et poene per viam rationis; tamen eorum notitia habetur per viam revelationis in sacrâ Scripturâ, et haec notitia est bona, propter quod dicit: *Quid habet amplius stulto sapiens?* Instructus in sacrâ Scripturâ, quae proprie dicitur sapientia, saltem quantum ad notitiam salutis necessariam.

Et quid pauper, etc., scilicet, à divite.

Nisi ut pergat illuc, scilicet, ubi est vita, id est, ad futuram beatitudinem, ubi mors non habet locum. Sapiens enim cognoscit viam, et pauper desiderat illuc venire; quia non impeditur amore delectabilium hujus vitae, quae non habet; et ideò quando ista duo simul concurrunt, scilicet, sapientia et paupertas, in uno homine, ille est dispositus per notitiam et desiderium ad attingendum summum bonum. Notitia verò occultorum, quae tantum est curiositatis et superstitionis, illa est spernenda; ideò subditur:

VERS. 9. — MELIUS EST VIDERI QUOD CUPIAS (2), id est, vitam beatam per fidem.

QUAM DESIDERARE QUOD NESCIS, id est, quam desiderare notitiam futurorum contingentium, quae non deceat te scire; ideò subditur:

SED ET HOC VANITAS (3), id est, inutile.

ET PRESUMPTIO SPIRITUS (4), scilicet conari ad notitiam indecentem

VERS. 10. — QUI FUTURUS EST (5), hic consequenter

(1) Cupiditas est inexplabilis. Solon:

Divitiis nullus modus est nec finis habendi.

(Grotius.)

(2) In Hebraeo: *Melius est visio ocellaris quam cursus anime*. Id est, praestat frui quam sperare. (Grotius.)

(3) Tamen et hoc, frui scilicet, res est non permanentes. (Grotius.)

(4) In Hebraeo, *afflictio spiritus*. Nam quò quis hie sibi videtur letior, eò magis mortem metuit.

(Grotius.)

(5) In Hebraeo: *Quod est, vocatum est nomen ejus*; id est, id quod existit, notum jam est: quod speratur, ignotum. (Grotius.)

Id quod fut, vel potius, id quod est, *jam ante vocatum fuit nomen ejus*: hoc est, jam ante simile quid illi exiti: nempe, nihil novum est sub sole, uti supra dictum est cap. 1. Vel, jam ante Deus illud pra-

probat propositum de notitiâ vanâ et superstitiosâ, quia de aliâ patet quòd est desideranda, et inducit ad hoc quatuor rationes. Prima accipitur ex Dei proprietate, cujus proprium est contingentiâ futura per certitudinem scire, unde dicitur, Isai. 42 : *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos* : propter quod non est homini conandum ad notitiam talium ; et hoc est quod dicitur : *Qui futurus est, in rerum naturâ.*

JAM VOCATUM EST NOMEN EJUS, in Dei præscientiâ.

ET SCITUR QUOD HOMO SIT (1), et non Deus, ad cognoscendum futura contingentiâ.

scivit et præcognovit, nomenque rebus omnibus ab æterno in præscientiâ suâ veluti imposuit, quale habituræ sunt. Hier. *qui futurus est*, ad hominem restringit id quod in genere de rebus omnibus dictum videtur. Fortè ex eo quod sequitur : *Notum est quòd sit homo*, quasi dicat : Satis planum est istud de homine dici, nam Adam primus omnium fuit, et ab eo reliqui omnes sunt procreati ; ut sensus sit : Quotquot jam sunt homines, alii his similes jam olim ab ipso principio fuerunt, putâ Adam ejusque posteri. Sed prior sensus simplicior videtur. (Lud. Cappellus.)

(1) In Hebræo : *Scitur quòd sit homo, et quod non possit contendere cum fortiori se.* Id est, non posse ab

CAPUT VII.

1. Quid necesse est homini majora se querere, cum ignoret quid conducat sibi in vitâ suâ, numero dierum peregrinationis suæ, et tempore quod velut umbra præterit ? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit ?

2. Melius est nomen bonum, quàm unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatibus.

3. Melius est ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivii : in illâ enim finis cunctorum admo-netur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit.

4. Melior est ira risu, quia per tristitiâ vultûs corrigitur animus delinquentis.

5. Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi lætitia.

6. Melius est à sapiente corripî, quàm stultorum adulatione decipi :

7. Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub ollâ, sic risus stulti ; sed et hoc vanitas.

8. Calumniâ conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius.

9. Melior est finis orationis, quàm principium : melior est patiens arrogante.

10. Ne sis velox ad irascendum : quia ira in sinu stulti requiescit.

11. Ne dicas : Quid putas causa est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt ? Stulta enim est hujusmodi interrogatio.

12. Utilior est sapientiâ cum divitiis, et magis prodest videntibus solem.

13. Sicut enim protegit sapientiâ, sic protegit pecunia : hoc autem plus habent eruditio et sapientiâ, quòd vitam tribuunt possessori suo.

14. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille desuperit.

ET NON POSSIT CONTRA FORTIOREM, etc., id est, contra Deum.

IN JUDICIO CONTENDERE, id est, rationabiliter allegare quòd deceat ipsum talia cognoscere.

VERS. 41. — VERBA (1). Hic ponitur secunda ratio, et sumitur ex talis conatûs inutilitate. Multi enim conati sunt talem notitiam inquirere, ut per aspectus siderum, responsa dæmonum, et consimilia ; et de talibus disputaverunt docendo et scribendo multa quæ inventa sunt inutilia, quia rarissimè contingit quod sic prædicatur ; et ideò magis attribuendum est casui et fortunæ quàm arti ; et scientia et ars non sunt nisi de his quæ contingunt semper, vel saltem ut frequenter. Minor hujus rationis ponitur, cum dicitur : *Verba sunt plurima*, etc., de divinationibus circa talia ; et patet ex dictis sententia.

eo superari agnatas rebus viceis. (Grotius.)

(1) In Hebræo : *Multæ sunt res quæ augent vanitatem* (id est, incertitudinem rebus futuris additam) : *quid ergo utilitatis homini ?* nempe à spe. Nam hæc postrema verba quæ Latini capiti sequenti annectit, finem hujus capitis in Hebræo faciunt. *Spem pretio non emo*, ait Terentius ; et alter : *Nescis quid serus vesper vehat.* (Grotius.)

CHAPITRE VII.

1. Qu'est-il nécessaire à un homme de rechercher ce qui est au-dessus de lui, lui qui ignore ce qui lui est avantageux en sa vie, pendant les jours qu'il est étranger sur la terre et durant le temps, qui passe comme l'ombre ? Ou qui pourra lui découvrir ce qui doit être après lui sous le soleil ?

2. La bonne réputation vaut mieux que des parfums précieux, et le jour de la mort que celui de la naissance.

3. Il vaut mieux aller à une maison de deuil qu'à une maison de festin ; car dans celle-là on est averti de la fin de tous les hommes, et celui qui est vivant pense à ce qui doit lui arriver un jour.

4. La colère vaut mieux que les ris, parce que le cœur de celui qui pèche est corrigé par la tristesse qui paraît sur le visage.

5. Le cœur des sages est volontiers où se trouve la tristesse, et le cœur des insensés est où se trouve la joie.

6. Il vaut mieux être repris par un homme sage, que d'être séduit par les flatteries des insensés ;

7. Car le ris de l'insensé est comme le bruit que font les épines, lorsqu'elles brûlent sous un pot ; mais cela même est une vanité.

8. La calomnie trouble le sage, et elle abattra la fermeté de son cœur.

9. La fin d'un discours vaut mieux que le commencement. L'homme patient vaut mieux qu'un présomptueux.

10. Ne soyez point prompt à vous mettre en colère, parce que la colère repose dans le sein de l'insensé.

11. Ne dites point : D'où vient que les premiers temps ont été meilleurs que ceux d'aujourd'hui ? Car cette demande n'est pas sage.

12. La sagesse est plus utile avec les richesses, et elle sert davantage à ceux qui voient le soleil ;

13. Car, comme la sagesse protège, l'argent protège aussi ; mais la science et la sagesse ont cela de plus, qu'elles donnent la vie à celui qui les possède.

14. Considérez les œuvres de Dieu, et remarquez que nul ne peut corriger celui qu'il méprise.

15. In die bonâ fruere bonis, et malam diem præcave; sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum justas querimonias.

16. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: Justus perit in justitiâ suâ, et impius multo vivit tempore in malitiâ suâ.

17. Noli esse justus multum; neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.

18. Ne impiè agas multum, et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.

19. Bonum est te sustentare justum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam, quia qui timet Deum, nihil negligit.

20. Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis.

21. Non est enim homo justus in terrâ, qui faciat bonum, et non peccet.

22. Sed et cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accomodes cor tuum; ne fortè audias servum tuum maledicentem tibi.

23. Scit enim conscientia tua, quia et tu crebrò maledixisti aliis.

24. Cuncta tentavi in sapientiâ: dixi: Sapiens efficiar; et ipsa longiùs recessit à me,

25. Multò magis quàm erat: et alta profunditas, quis inveniet eam?

26. Lustravi universa animo meo, ut scirem, et considerarem, et quærerem sapientiam et rationem, et ut cognoscerem impietatem stulti, et errorem imprudentium.

27. Et inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capiatur ab illâ.

28. Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unum et alterum, ut invenirem rationem,

29. Quam adhuc quærit anima mea, et non inveni; virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

30. Solummodò hoc inveni, quòd fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis ut sapiens est? et quis cognovit solutionem verbi?

15. Jouissez des biens au jour heureux, et tenez-vous prêt pour le mauvais jour; car, comme Dieu a fait l'un, il a aussi fait l'autre, sans que nul homme ait aucun juste sujet de se plaindre de lui.

16. J'ai encore vu ceci pendant les jours de ma vanité: le juste perit dans sa justice, et le méchant vit long temps dans sa malice.

17. Ne soyez pas trop juste, et ne soyez pas plus sage qu'il n'est nécessaire; de peur que vous n'en deveniez stupide.

18. Ne vous affermissiez pas dans les actions criminelles, et ne devenez pas insensé, de peur que vous ne mouriez avant votre temps.

19. Il est bon que vous souteniez le juste; mais ne retirez pas aussi votre main de celui qui ne l'est pas, parce que celui qui craint Dieu ne néglige rien.

20. La sagesse rend le sage plus fort que dix princes d'une ville.

21. Car il n'y a point d'homme juste sur la terre qui fasse le bien et qui ne pêche point.

22. Mais aussi que votre cœur ne se rende point attentif à toutes les paroles qui se disent, de peur que vous n'entendiez votre serviteur parler mal de vous;

23. Car vous savez en votre conscience que vous avez vous-même souvent mal parlé des autres.

24. J'ai tenté tout pour acquérir la sagesse; j'ai dit: Je deviendrai sage; et la sagesse s'est retirée loin de moi,

25. Encore beaucoup plus qu'elle n'était auparavant. Oh! combien est grande sa profondeur! et qui pourra la sonder?

26. Mon esprit a porté sa lumière sur toutes choses, pour savoir, pour considérer, pour chercher la sagesse et les raisons de tout, et pour connaître la malice des insensés et l'erreur des imprudents.

27. Et j'ai reconnu que la femme est plus amère que la mort, qu'elle est le filet des chasseurs, que son cœur est un rets, et que ses mains sont des chaînes. Celui qui est agréable à Dieu se sauvera d'elle; mais le pêcheur s'y trouvera pris.

28. Voilà ce que j'ai trouvé, dit l'Écclésiaste, après avoir comparé une chose avec une autre, pour trouver une raison,

29. Que mon âme cherche encore sans avoir pu la découvrir. Entre mille hommes j'en ai trouvé un; mais de toutes les femmes, je n'en ai pas trouvée une seule.

30. Ce que j'ai trouvé seulement, c'est que Dieu a créé l'homme droit et juste, et que lui-même s'est embarrassé dans une infinité de questions. Qui est assez sage pour ceci, et qui connaît l'éclaircissement de cette parole?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUID NECESSE EST HOMINI (1). Hic ponitur tertia ratio ad hoc, et procedit ex impedimento notitiæ magis necessariæ; quia in acquisitione talium inutilium, ponitur tempus magnum, et hinc impeditur homo à cognitione sibi necessariorum. Et hoc est quod dicitur: *Quid necesse est homini majora se quærere!* Id est, notitiam intellectum suum exacuentem; ejusmodi est cognitio futurorum contingentium, cum ignoret per talem occupationem inutilem,

QUID CONDUCAT, etc., id est, quid sibi utile est in vitâ præsentî, quæ est quædam peregrinatio ad patriam cælestem.

(1) Torquere se questionibus quæ captum exsuperent: alia ratio quæscientiarum patescat vanitas: aliorum scrutari, obvia et necessaria ignorare. (Bossuet.)

ET TEMPORIS, q. d.: Temporis brevitatis debet eum retrahere à vanitate tali, quia non est expendenda in vanis, sed tantum in necessariis.

AUT QUIS. Hic ponitur quarta ratio, et sumitur ex talis cognitionis impossibilitate, quia cum talis cognitio sit propria Deo, ut prædictum est, non potest haberi nisi ab ipso, sicut habuerunt prophætæ ex Dei revelatione. Isti autem quærunt per alium modum, et ideò conantur in vanum, et hoc est quod dicitur: *Aut quis ei poterit indicare*, scilicet futura contingentia, quasi diceret, solus Deus. Ergo, etc.

VERS. 2. — MELIUS EST NOMEN, etc. (1). In parte

(1) Bonum est nomen, scilicet bonum præ oleo bono, id est, unguento. Nomen simpliciter hic positum denotat nomen bonum, famam honestam, ut Prov.

præcedenti hujus libri tractavit Salomon de felicitate falsâ; hic incipit tractare de verâ. Et dividitur in duas partes, quia primò inducit ad ejus acquisitionem; secundò ad ejus acquisitionis accelerationem, cap. 12. Circa primum, considerandum quòd vera felicitas in solo Deo consistit objectivè, formaliter autem in ejus clarâ visione et fruitione; dispositivè verò in merito opere. Est enim spes, certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratiâ et meritis proveniens. Et de beatitudine sic acceptâ tractat principaliter Salomon; est enim quædam inchoatio perfectæ beatitudinis, sicut dispositio est quædam formæ introducendæ inchoatio. Sic ergo procedit, quia primò inducit ad opera meritoria generaliter; secundò, ad opera pietatis specialiter, eò quòd pietas habet specialem rationem merendi, *promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ*, ut est ad Tim. 4. Secunda incipit cap. 11. Prima adhuc in duas: primò ad actum meritorium inducit; secundò, ab actu elationis reprimit, cap. 9. Prima adhuc in duas, quia primò facit propositum, secundò removet impedimentum, ibi: *Cuncta tentavi*. Prima in quatuor, secundum numerum quatuor cardinalium virtutum, et patebunt partes prosequendo. Primò igitur ducit ad actus prudentiæ, eò quòd est auriga virtutum. Actus verò prudentiæ propriè est eligere ea quæ sunt meliora. Primò igitur inducit ad præeligendum bonum delectabile, quia melius est simpliciter, et quantum ad hoc dicit: *Melius est nostrum bonum*, quod consurgit ex honestâ vitâ.

QUAM UNGUENTA PRETIOSA, quæ solùm valent ad sanitatem corporis, et frequenter inducunt ad lasciviam carnis; secundò ad præferendum vitam futu-

22, 1, quemadmodum, Prov. 18, 22, *uxor* simpliciter dicitur pro uxore bonâ. *Oleum bonum* est unguentum bene olens et pretiosum, cujus ad ornatum et in conviviis frequens erat usus. Observa paronomasiam Hebræis elegantem in *ושׁ* et *ושׁן*. Sicut hic ait etiam unguentis pretiosis, quæ in præcipuis deliciis erant, longè potiorem esse honestam famam, quam quis sibi vitæ probitate, atque virtutis et sapientiæ studio comparaverit, ita, Prov. 22, 1, bona fama auro amplissimo et opibus præfertur. Aben-Esra hoc cohære existimat cum eo quod, 6, 8, dixerat de paupere intelligente, cui longè majori laudi ducatur et gloriæ, quòd rectè factorum famâ conspicuus et sibi conscius sit, quam si unguentis optimè fragrantibus esset delibutus totus. Alii quia sub finem superioris capitis dixerat, nescire hominem quid in hac vitâ bonum ipsi sit, ratis ærumnis et miseris, quibus hæc vita subjacet, à quibus omnibus mors liberat; si quis moriens cum famâ moriatur, id ei potiùs est, quam cum natus est, et in hanc lucem venit, ingrediens in multas miseras et anxietates, quibus nunc cum bonâ conscientiâ defungitur. Van der Palm sensum hujus versus ita declarat: Præstat bene vixisse, quam lautè, ut, bonam famam virtute partam relinquendo, potiùs sit dies mortis quam dies natalis. Quæ omnia nimis artificiosa videntur. Nobis quidem nihil ob stare videtur quominus hic versus duas seorsas sententiâs contineat, eo sensu quem supra dedimus.

(Rosenmuller.)

Cùm tam brevis sit, ut sæpè antea memoratum, hortatur ut faciat famam vitâ longiorem: Hier. *Melior dies mortis die natalis*, non tantum propter vitæ ærumnas, verum etiam quòd nascentis incerta studia, mortui laus in tuto sit posita. (Bossuet.)

ram, quæ æterna est, vitæ præsentis, quæ est transitoria. Et hoc est quod dicitur.

ET DIES MORTIS, scilicet justorum, melior est supple.

DIE NATIVITATIS (1), quia die mortis incipiunt bene vivere, propter quod dies mortis sanctorum, vocatur eorum natale. Tertiò inducit ad præferendum luctum jucunditati, dicens:

VERS. 3. — MELIUS EST IRE AD DOMUM LUCTUS, in quâ planguntur mortui, QUAM AD DOMUM CONVIVII, in quâ frequenter committitur peccatum gulæ, et ex consequenti luxuriæ.

IN ILLA ENIM, etc., id est, domo luctus.

FINIS CUNCTORUM, etc., id est, futura mors ipsorum.

ET VIVENS COGITAT QUID, etc. (2), id est, de securo transitu suo ex hac vitâ. Quartò inducit ad præeligendum iram per zelum, risui, qui est per contemptum, cum dicitur:

VERS. 4. — MELIOR EST IRA RISU. Pater enim filium diligens, cum videt eum agere fatuè, irascitur; extraneus autem, qui non curat de eo, ridet de ejus fatuitate et lætatur; ideò subditur:

QUIA PER TRISTITIAM VULTUS (3), diligentis.

CORRIGITUR ANIMUS DELINQUENTIS (4), quando percipit quòd talis tristitia procedit ex ejus amicitia. Et quia omnis sapiens dolet de fatuitate alterius, ideò subditur:

VERS. 5. — COR SAPIENTIUM UBI TRISTITIA EST; ET COR STULTORUM, etc. (5), quia de fatuitate cujuscumque lætantur; propter quod subditur:

(1) Valerius Maximus, 11, 6: «Thraciæ verò illa natio meritò sibi sapientiæ laudem vindicaverit, quæ natales hominum flebiliter, exsequias cum hilaritate celebrans, sine ullis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum pervidit.» Mela de iisdem Thracibus: «Lugentur apud quosdam puerperia, natiq; deflentur; funera contra festa sunt, et, veluti sacra, cantu lusuque celebrantur.» De iisdem Solinus: «Apud plurimos luctuosa sunt puerperia; denique recens natus fletu parens excipit; contra transversum læta sunt funera, adeò ut exemptos gaudiis prosequantur.» Hanc sententiam Euripides in Cresphontem suam sic transtulit:

Nam nos decebat celebre cum cætu modò

Lugere genitum, tanta quæ intraret mala;

At qui labores morte finisset graves

Hunc laude amicos atque lætitiâ exsequi. (Grotius.)

(2) Et vivens ponit in corde suo, id est, cogitabit apud se moriendum sibi esse. Nihil enim homini utilius assiduè mortis meditatione. Eccl. 7, 40: *Memorare novissima tua, et in æternum non peccabis*. Quòd si tota, ut quidam dixit, philosophorum vita meditatio mortis est, quid esse debet vita Christianorum, nisi non solum meditatio, sed etiam exercitatio mortis, quam Scriptura mortificationem appellat.

(Maldonatus.)

(3) Ad verb., in malitiâ faciei, sub. unius, vel ejus qui præest alteri.

(4) *Exhilarabitur cor*. Ad verbum, *bonum fiat cor*, aut uno verbo *bonificabitur*, si ita loqui liceat ad exprimenda vocabula Hebraica; id est, dirigetur sive emendabitur animus delinquentis. (Vatablus.)

(5) Cor sapientium in domo luctus; cor stultorum in domo convivii (sive lætitiæ): Hebr., Septuaginta. Lætitia enim dissolvit sapientiam, luctus superbiam stultitiamque comprimit. (Bossuet.)

VERS. 6. — MELIUS EST A SAPIENTI CORRIPI, CUM VERBORUM ASPERITATE.

QUAM STULTIORUM ADULATOSI RECIPIT, QUI GRATITUDINEM IN MALO SUO.

VERS. 7. — QUIA SICUT SONITUS STRIDENTIS ARBORIS SUB OLA, QUAE FACIUNT MAGNUM SONITUM ET IURIBEM, IUSO AD SUI CONSUMPTIONEM.

SIC RISES STULTI, ID EST, EJUS APPLAUSUS IN MALO ALTERNIS; NOCET ENIM UTRIQUE, SCILICET ADULATORI.

VERS. 8. — CALUMNIA. HÆC EST SECUNDA PARS, IN QUÀ INDUCIT AD ACTUS FORTITUDINIS SEU CONSTANTIAE. ET DIVIDITUR IN DUAS PARTES, QUIA PRIMÒ FACIT QUOD DICTUM EST, SECUNDO REMOVET QUODDAM DICTUM TEMERARIUM, IBI: *Ne dicas*. Circa primum dicit: *Calumnia*, id est, gravis injuria illata.

CONTRIBUAT SAPIENTEM; NON TAMEN STATIM DEJECIT E VIRTUTE CONSTANTIAE.

ET PERDET ROBOR CORDIS EIUS, ID EST, CONSTANTIAM VIRTUTUM, SI MULTUM INVALESCAT; q. d.: Propter hoc sapiens debet se armare contra impetum hujus invalescentiae, ad quod maxime facit divinum adiutorium per orationem impetratum; idèò subditur:

VERS. 9. — MELIOR EST FINIS ORATIONIS QUAM PRINCIPIUM, QUIA INCIPIT À TRISTITIÀ PROPTER ILLATAM SIBI CALUMNIAM, ET TERMINATUR IN CONSOLATIONEM À DEO DATAM, PER QUAM FIT HOMO PATIENS IN ADVERSIS; idèò subditur:

MELIOR EST PATIENS ARROGANTE, QUI EX IMPATIENTIÀ JACTAT SE VINDICARE, QUIA IRA EST APPETITUS VINDICTAE, QUÆ EST PER PATIENTIAM REPRIMENDA; idèò sequitur:

VERS. 10. — NE SIS VILLOX AD IRASCENTIAM, QUIA TALIS VELOCITAS IMPEDIT RATIONIS USUM; idèò sequitur:

QUIA IRA IN SINE STULTI RIQUIESCIT, ID EST, IN CORDE IPSIUS.

VERS. 11. — NE DICAS. Hic quoddam temerarium dictum removetur. Circa quod duo sunt consideranda, scilicet qualiter sit intelligendum, et quare inducatur ad propositum. Circa quod considerandum, quod prius et posterius possunt accipi dupliciter: Uno modo secundum diversa tempora, quorum unum est prius altero, sicut tempus naturae lapsae fuit prius tempore legis datae, et tempus datae legis tempore gratiae. Et hoc modo exponit passum istum sanctus Bonaventura quondam episcopus Albanensis, dicens: Et verum est quod tempus legis datae melius fuit precedenti tempore: quia tunc data fuit lex divina et multa talia beneficia, ut patet in Exodo, ad hoc quod homines magis promoverentur in Dei cognitionem et amorem, et adhuc multa plura majora exhibita sunt tempore gratiae. Et idèò secundum ipsum querere quare priora tempora fuerunt meliora quam sequentia, est stultum, quia talis questio supponit manifestè falsum, scilicet, quod tempora priora sequentibus fuerunt meliora. Et inducitur hoc in proposito ad refellendum dictum aliquorum, qui defectum suae patientiae et constantiae, suo tempore, volebant attribueri malitiae temporis, et non malitiae suae mentis. Alio modo accipitur prius et posterius in eodem tempore, secundum diversas sui partes, et sic R. Salomo dicit,

et verum est quod prima pars temporis naturae lapsae fuerit melior, postea vero tempore Noe carperunt mala multiplicari in terra secundam quod dicitur, *Gen. 6*: *Carupta est autem terra, et repleta iniquitate*; propter quod Ioseph invenit divitum. Similiter prima pars temporis legis datae, vivente enim Moyse, Aaron et Josue et aliis scribis, qui viderant miracula Dei in deserto, populus Israel, de quo principaliter loquitur Salomon, stetit in curia divina; sed post curiam mortem declinavit ad idololatram, ut patet in libris Judicum et Regum, et ultimo negaverunt Christum. Et similiter est de tempore gratiae dicit de Christo R. Salomo non loquitur, quia in primitiva Ecclesia fuerunt plura miracula et Dei beneficia, et homines meliores quam modo, et adhuc peiorabantur circa Antichristi tempora; propter quod dicit Salvator: *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeret charitas multorum*. Et secundum hoc: *tempora priora meliora fuerunt, quam nunc sunt*, id est, quam sequentia, comparando partes anteriores tertiae temporum ad posteriores, in eisdem tamen temporibus. Quare ergo prohibet causam hujus veritatis inquirere, dicens: *Ne dicas*, et quod postea subditur:

STULTIA ENIM EST, etc. Dicendum quod hoc est, quia illi sic querentes propriam malitiam et suam inconstantiae defectum volebant retorquere in Deum, qui est auctor temporum, quod erat blasphemia contra ipsum; idèò dicit Salomon: *Ne dicas*, etc.

VERS. 12. — UTILIOR EST SAPIENTIA CUM DIVITIIS, etc. Hæc est tertia pars, in qua inducit Salomon ad actus temperantiae. Sciendum tamen quod temperantia non accipitur hic strictè prout est reformativa luxurie et gula; sed accipitur magis large, prout est moderativa actuum humanorum; eo modo loquendi quo homo moderatus dicitur temperatus. Et dividitur in duas partes, quia primo inducit ad moderamen erga proximum, secundò erga seipsum, ibi: *Et tunc bona*. Prima adhuc in duas, quia primo inducit ad moderamen in bonis propriis dispensandis; secundò, in malis aliorum corrigendis, ibi: *Considera*. Circa primum dicit: *Utilior est sapientia cum divitiis*, quam sine divitiis, hoc est intelligendum ceteris paribus. Sapiens enim habens pecunias potest ex eis exercere opera pietatis et liberalitatis, quod ita non posset carens divitiis; propter quod dicit Ambrosius super Lucam: Sicut divitiarum impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt et adjuncta virtutis. Idèò subditur:

VERS. 13. — SICUT ENIM PROTEGIT SAPIENTIA, CONTRA HOSTES VISIBILES ET ETIAM INVISIBILES.

SIC PROTEGIT PECUNIA, QUIA MINISTRAT EXPENSAS CONTRA HOSTES VISIBILES, ET CONTRA HOSTES INVISIBILES; PROTEGIT PER OPERA MERITORIA PIETATIS ET LIBERALITATIS PROXIMI IMPENSA. TAMEN NE FORTÈ ALIQUIS CREDERET EX DICTIS QUOD SAPIENTIA ET PECUNIA AEQUITER VALERENT HOMINI, PROPTER HOC ISTUD REMOVET, DICENS:

HOC ACTEM PLUS HABET ERUDITIO ET SAPIENTIA, etc. Est autem idem habitus varè nominatus, quia dicitur sapientia, in quantum vocat divinis; eruditio, in quantum dirigit in agendis.

QUOD VITAM, gratiæ et gloriæ.

TRIBUUNT POSSESSORI SUO, id est, sapienti etiam sine divitiis; sed divitiæ non possunt hoc tribuere sine sapientiâ.

VERS. 14. — CONSIDERA. Hic consequenter inducit ad moderamen circa proximum in malis corrigendis. Circa quod sciendum quòd correctio fraterna ordinatur ad meliorationem fratris; et ideò si quis percipiat ex suâ correctione fratrem magis pejorari quàm meliorari, debet cessare à tali correctione, et hoc est quod dicitur: *Considera opera Dei*, id est, diligenter attende sua judicia mirabilia.

QUOD NEMO POSSIT CORRIGERE QUEM ILLE DESPEXERIT. Ipsum finaliter reprobando, cujus reprobationis signum est obstinatio in malo; q. d.: In tali easu cessandum est à correctione. Judex tamen non propter hoc debet cessare, quia ejus correctio non solum ordinatur ad emendationem fratris, sed etiam ad bonum communitatis; et ideò si videat aliquem obstinatum in malis, non tamen debet cessare à punitione, sed taliter eum punire, etiam per mortem, si malum suum hoc requirat, ne per ipsum turbetur commune bonum, sicut justè suspenduntur latrones et homicidæ pacem communem turbantes.

VERS. 15. — IN DIE BONA FRUERE BONIS (1). Hic consequenter inducit ad temperantiam circa se. Circa quod sciendum quòd in veteri et novo Testamento in restringendo se et laxando in cibis et potibus considerandum est tempus, quia in aliquibus diebus solemnibus licitum est lautius uti, sicut dicitur, *Nehem. 8: Ite, comedite pinguia, et bibite mulsum, et mittite pates*, etc.; et aliquo tempore debent se homines affligere per restrictionem cibi et potus, et consimilium, sicut, *Levit. 25*, dicitur de die expiationis: *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis*, et hoc est quod dicitur: *In die bonâ fruire bonis*, id est, vive lautius.

ET MALAM DIEM PRÆCAVE, id est, cave à deliciis tempore ordinato afflictionibus et jejuniis.

SICUT ENIM HANC, SIC ET ILLAM FECIT DEUS; id est, utrumque statuit causis rationabilibus.

UT NON INVENIAT HOMO CONTRA EUM JUSTAS QUERIMONIAS, quæ non possunt fieri contra illud quod est benè ordinatum.

VERS. 16. — HÆC QUOQUE. Hæc est quarta pars, in quâ inducit ad actus justitiæ. Et dividitur in duas partes, quia primò ostendit justitiæ fructum; secundò inducit ad ejus actum, ibi: *Noli esse*. Circa primum dicit: *Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ* (2), id est, præsentis vitæ, quæ transitoria est, et sic non est nisi quædam vanitas.

(1) Præcedentis sententiæ corollarium, ne obloquaris Deo aut rebus humanis, sed omnia excipias prout veniunt; æquè enim fecit Deus bonos dies, malosque, prosperos et adversos; neque quidquam fortè, aut eade necessitate fit, sed Dei sapientiâ.

Hebr.: *Ut non inveniatur homo justas querimonias*, et non inveniatur homo post eum quidquam, post Deum scilicet, ne te exercuaveris emendandis Dei operibus.

(Bossuet.)

(2) Hujus vitæ vanissime.

(Bossuet.)

JUSTUS PERIT IN JUSTITIA SUA (1); id est, aliquando justus morti traditur propter justitiam suam, sicut *Isaias* fuit serratus, et *Amos* propheta vecte per tempora transfusus, et in novo Testamento clarius patet in multis martyribus.

ET IMPIUS MULTO VIVIT, sicut patet in novo et veteri Testamento de multis pessimis hominibus et tyrannis. Ex quo concluditur, quòd præmium justitiæ et poena injustiæ reservantur in vitâ futurâ, quæ est æterna, quia ad Deum, cum sit justus judex, pertinet, quòd non permittat aliquod bonum irremuneratum, et malum impunitum; et sic est appetenda justitia cujus præmia sunt æterna.

VERS. 17. — NOLI ESSE (2). Hic consequenter inducit ad ejus actum. Et dividitur in tres partes, quia primò hoc facit in mali punitione; secundò in boni defensione, ibi: *Bonum est*, etc.; tertio in utriusque inquisitione, ibi: *Sed et cunctis*, etc. Circa primum sciendum quòd justitia corrumpitur per excessum et defectum, sicut liberalitas per prodigalitatem excedendo, et per avaritiam in deficiendo. In liberalitate tamen defectus, qui est per avaritiam, pejor est excessu per prodigalitatem, ut declarat *Philosophus*, 3 *Ethicorum*; è converso in justitiâ excessus pejor est, quia vergit ad crudelitatem, quàm defectus per nimiam remissionem, quæ vergit ad pusillanimitatem; et ideò inducendo ad actum injustitiæ circa malum puniendum retrahit ab excessu, qui pejor est, dicens: *Noli esse justus multum*; nimis acriter puniendo. Et quia hoc communiter procedit, eò quòd aliquis de suâ justitiâ nimis sentit, ideò subditur:

NEQUE PLUS SAPIAS, scilicet, de tuâ justitiâ.

NE OBSTUPESCAS, crudelem sententiam dando, et non justam; ideò subditur.

VERS. 18. — NE IMPIË AGAS MULTUM (3), quia crudelitas est magna impietas. Et quia facit hominem errare, et inimicitias mortales sibi acquirere, ideò subditur:

ET NOLI ESSE STULTUS, etc., mortem inimicitias accelerando.

VERS. 19. — BONUM EST. Hic consequenter inducit ad actum justitiæ in defensione boni. Et dividitur in duas partes, quia primò facit propositum; secundò removet quoddam oppositum, ibi: *Sapientia*. Circa primum dicit: *Bonum est te sustentare justum* (4),

(1) Virtutis studium non prohibet acceleratam mortem: quæ querela passim in sacris libris, præsertim *Jer. 12, 1*, etc. Sed hujus rei causa, his diebus vanissimis, procul submovetur ab hominum aspectibus. Vide infra, 8, 11, 12, 15, 9, 2. (Bossuet.)

(2) Sicut *Saül*, qui contra pietatem voluit esse pius, et parcere melioribus; ob quam causam ante tempus suum mortuus fuit. Rursim non oportet desperare si quis labatur, modò *non multum impiè agat*. *Non enim est homo in terrâ qui semper benè agat*, et non peccet. (Munsterus.)

(3) Id est, diu, nec peccata peccatis addas. Debeamus enim nos statim erigere post ruinam; non imitari eos qui, semel deserta regulâ, tradunt se vitiis desperantes, *Ephes. 4, 19*. (Bossuet.)

(4) *Istam*, Hebr., Septuaginta: nempe justum, de quo vers. 17. (Bossuet.)

SED ET AB ILLO NE SUSTENDIAS MANUM IUSTI: nempe ab impio, de quo vers. 18. Bonum est justis benefa-

eum in suâ justitiâ protegendo. Et subditur causa :

QUIA QUI TIMET DEUM (1), conservationem justitiæ præcipientem in veteri ac novo Testamento.

NIHIL NEGLIGIT, id est, nihil omittit de contingentibus ad justitiâ conservandam.

VERS. 20. — SAPIENTIA. Hic removet quoddam quod posset objici. Et primò ponitur quod dicitur : *Sapientia confortavit sapientem*, in adversis existentem.

SUPER DECEM PRINCIPES, id est, plus quàm quælibet potestas humana ; et ideò per hoc concluderet aliquis, quòd non indiget eâ, et ideò hoc removet, dicens :

VERS. 21. — NON EST ENIM HOMO JUSTUS, id est, tam justus.

IN TERRA, etc. (2), quin peccet in aliquo, et per cere ; sed peccatoribus benefacere non est malum ; bonum domesticis fidei benefacere, sed et omni petenti tribuere : Hier. (Bossuet.)

(1) Cum omnibus exhibit (Hebr., Septuaginta) prospero eventum, cum Deum diligentibus omnia cooperentur in bonum, Rom. 8, 28. (Bossuet.)

(2) Hebr. : *Non peccabit*, id est, qui nunquam sit peccaturus. Thaumât. : *Et quis est qui non impingat alicubi?* Cajetanus hanc gnomen necit præcedenti dupliciter : Primò referendo eam ad decem principes civitatis ; q. d. : Hiscæ robustior est sapiens, quia hi ut homines subinde errant et peccant ; at sapiens confortatus à sapientiâ, dum eam sequitur, errare et peccare nequit. Secundò, referendo eam ad *totam sapientiâ* ; q. d. : Sine sapientiâ, vel seclusâ sapientiâ, non est homo justus in terrâ, qui faciat bonum et non peccet ; q. d. : Quòd justus faciat bonum et non peccet, id habet à sapientiâ : quare si eam secludas, vel si justus eam deserat, illicò bonum deseret et peccabit. Hoc est, quod dicitur, Sap. 9, 19 : *Persapientiam sanati sunt, quicumque tibi placuerunt ab initio.*

Planius eam referas ad vers. 19, ut ibi dixi ; cum eo enim optimè cohæret, ejusque dat causam ; q. d. : Sustenta justum ne labatur, vel ut lapsus resurgat, quia non est justus, qui ita constanter bonum faciat, ut ex innatâ fragilitate aliquando non peccet. Eget ergo sustentatore, qui eum fulciat, ne cadat absolutè, aut certè ne in peccatum gravius cadat, vel si in illud corruerit, lapsum erigat. Hoc est quod ait S. Jacob cap. 3, vers. 2 : *In multis offendimus omnes ; et : Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*, 1 Joan. 1, 8. Vide utrobique dicta.

Excipe ex communi totius Ecclesiæ sensu et consensu, Christum et B. Virginem. Hi enim nunquam peccaverunt, sed semper bonum operati sunt. Quocirca ex hoc loco docent concilia Milevit., Trident., totaque Ecclesia, justos non posse vitare omnia peccata venialia. Esto enim singula seorsim sumpta vitare queant, non tamen universa simul sumpta. Quare necessarium est ut aliquando venialiter peccent, non definitè hic et nunc, sed indefinitè. Sicut sagittarius, licet peritissimus sit, non potest centies continuo sagittando scopum configere, sed necessum est, ut fatigatus, deficiente attentione, aliquando ab eo aberret.

Porrò impia et stolidâ est explicatio Calvinii et novatorum, qui ex hoc loco contendunt hominem etiam justum, eò quòd concupiscentiâ sit infectus, in omni opere bono aliquid concupiscentiæ et peccati admiscere, ut in omnibus emineat quedam ἀναξία, inordinatio, labes et confusio. Hoc enim dogma admittit homini mentem, consilium, prudentiam, bonitatem, virtutem, sanctitatem et omne bonum, atque hominem non tantum in bestiam, sed et in dæmonem transformat. Solutus enim dæmon cum damnatis, ex desperatione, et odio ac furore, quo flagrat in Deum, non potest velle quidquam boni, adeoque nihil potest agere nisi

consequens erret ; et sic homo quantumcumque sapiens indiget humano auxilio in presenti vitâ, in quâ non est sine errore aliquo.

VERS. 22. — SED ET CUNCTIS. Hic invitât ad actum justitiæ circa seipsam, cavendo ab inquisitione, quæ potest eum à justitiâ dejicere ; et hoc est quod dicitur : *Sed et cunctis sermonibus qui dicuntur de te* (1).

NE ACCOMMODES COR TUUM, id est, ad illos investigandum. Et sciendum, quia boni sermones prolati de aliquo, si ipsos audiat vel sciat, de facili elevat eum in superbiam ; et si mali, dejiciunt eum a justitiâ per iram et odium contra proferentem, et maxime si proferantur ab homine debente eum diligere. Ideò subditur :

NE FORTE AUDIAS, etc., id est, malum tibi imprecantem, vel de te detrahentem, cum tamen debeat de te bona dicere, et bona tibi imprecari.

VERS. 23. — SCIT ENIM CONSCIENTIA TUA, etc. ; quasi diceret : Sicut nolles maledicta tua investigari, sic nec aliorum debes investigare.

VERS. 24. — CUNCTA TENTAVI. Hic removet impedimentum circa prædicta. Circa quod sciendum quòd, secundum Aug. 1 Soliloq., nihil est quod animum hominis magis dejicit ex arcâ justitiæ, quàm blandimenta feminae, corporumque ille contactus, sive quo uxor haberi non potest ; quia vir tenetur reddere debitum uxori, propter quod tendentes ad perfectionem religionis, vovent castitatem. Et adhuc multò magis actus venerei per adulterium vel fornicationem, impediunt virtutis perfectionem. Et ideò Salomon inducit ad hoc fugiendum. Promittit autem diligentem investigationem ad sapientiâ, dicens : *Cuncta tentavi in sapientiâ*, id est, pro sapientiâ acquirendâ.

superbire, irasci, invidere, furere et peccare. Vide Bellarm., lib. 4 de Justificatione. Argutè Hugo cardinalis assertit non esse qui faciat bonum simul et non peccet : quia pueri, inquit, non peccant quidem, sed non faciunt bonum ; adulti verò esto faciant bonum tamen aliquando peccant. Solidius S. Athanasius, tract. de Incarnat. Verbi contra Paulum Samosat., et S. Hieronymus cap. 2, ad Ephes., hanc gnomen accipiunt de peccatis, non tantum venialibus, sed et mortalibus, quòd scilicet ea omnia nemo suis viribus vitare possit, ut verè sit justus. Indeque evincunt necessariam fuisse Christi incarnationem, ut Christus suis meritis nos justificaret, ac gratiam ad vitandum omne peccatum mortale nobis impetraret et conferret. (Corn. à Lap.)

(1) Prudentis est negligere ac dissimulare, quæ perniciose nobis feruntur. Id si negligamus, nullâ quiete fruamur. Intra nostras ipsorum ades nostri familiares nostris de vitis obloquantur ; omnia observant, dissimulant nihil. Prohiberi non potest quin quilibet pro arbitrio cogitet aut loquatur. Obloquantur, inquit, imperator quidam, dum non obstat. Antigonus Macedonum rex cum in tentorio esset, ac milites aliquot in regem maledicta congerentes audiret, virgâ tentorii vela diducens : *Flebitis*, inquit, ni longius semoti de me malè loquamini. Sapiens et liberalis homo contentus esse debet conscientie et piorum testimonio, inquit S. Ambrosius, et quæ ceteri humilioris conditionis homines de se aut loquantur aut cogitant, aspernari. Hebræus : *Omibus verbis que dicuntur, ne accommodes cor tuum : ne audias servum tuum tibi malè imprecantem.* Vel ex Vulgatâ et Septuaginta : *Ne fortè audias servum tuum maledicentem tibi.* (Calmet.)

DIXI : SAPIENS EFFICIAR (1), in cognitione divinorum, quæ propriè dicuntur sapientia.

ET IPSA LONGIUS RECESSIT A ME, secundùm æstimationem meam. Frequenter etenim contingit, quòd homines studiosi circa divina, credunt in principio acquisivisse demonstrationes, de quibus postea percipiunt, quòd sunt magis topicæ vel sophisticæ rationes.

VERS. 25. — ET ALTA PROFUNDITAS (2), supple, est natura divina, quantum ad proprietatem personarum.

QUIS INVENIET EAM? q. d.: Nullus per investigationem humanam. De humanis autem, quæ homo experitur, potest habere certam notitiam, de quibus subditur :

VERS. 26. — LUSTRAVI UNIVERSA. Et patet littera ; et subditur :

UT SCIREM, per viam scientiæ.

VERS. 27. — ET INVENI (3), per experientiam.

AMARIOREM MORTE, quia separat animam suam à suo Creatore ; mors autem à solo corpore. Prima autem separatio amarior est, quia separat à bono infinito.

QUE LAQUEUS VENATORUM EST, id est, dæmonum, qui venantur animas, et muliere quasi laqueo utuntur ad ipsas capiendas. Unde Proverb. 7 : *Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio, preparata ad capiendas animas.*

ET SAGENA COR EJUS ; quia sicut sagenà capiuntur pisces magni, parvi et mediocres, sic mulier de quolibet statu hominum decipit plures.

(1) *At illa* (sapientia nimirum) *longè à me fuit, longius quàm fuerat, et profundo profundius, quis inveniet illud?* Quamvis Salomon sapientissimus fuerit, non omnia tamen sciebat, imò multa procul dubio ignorabat, nam et in eum quadrare potest illud dictum : *Quæ novimus minima sunt pars eorum quæ nescimus.* Id quod considerans attentè Salomon, agnoscit sapientiam à se fugisse cum eam inquireret, hoc est, fatetur se multa adhuc ignorare, quæ tam occulta sunt ut nemo possit ea eruere, enarrare aut explicare.

(Lud. Cappellus.)

(2) Hebr. : *Longinquum id quod fuit.* Non solum futura incerta sunt, sed etiam quæ priùs à Deo facta usque adeò à nobis remota sunt ut assequi ea non possimus. *O altitudo*, inquit Apostolus Rom. 11, 33, *divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei ! quàm incomprehensibilia sunt ejus judicia !* Hunc locum alii aliter interpretantur. Septuaginta : *Longè supra quàm erat.* Hos secutus videtur Hieronymus, qui vertit : *multo magis quàm erat.* Hebr. : *Profundum profundum id est, altè profundum, alta profunditas, ut noster.* Tralatio ab aquis sumpta ; ut Prov. 20, 5 : *Aquæ profundæ consilium in corde viri ; vir autem intelligens hauriet illam.* Hebr. : *Quis inveniat illud ?* Id est, nemo. Itaque Symmachus, edidit : *Nemo inveniat illud.* Tale est : *Quis tui similis inter deos ?* Osee, 14, 9 : *Quis sapiens, et intelliget hæc ?* (Drusius.)

(3) *Lustravi universa... et inveni.* En egregium tot inquisitionum atque experimentorum fructum : *Inveni amariorem morte mulierem*, quæ nihil nisi suavia, measque voluptates præ se ferebat. Quæ enim non morte amarius aut tetrius, impiæ dominæ servire libidinibus atque erroribus, et Deum colere quemcumque decerneret, ut Salomoni contigit ? quasi diceret : Cum de omnibus hominum erroribus diligentissimè quærerem, nihil certius reperi, quàm istud de muliere, quòdque ea sit, *laqueus, sagenà, vinculum*, quo te nec volens nitensque extricare possis, tam foedà quàm miserà servitute : quæ expertus dicere, et ab insanià suà respiscere videtur : Hieronymus.

(Bossuet.)

VINCULA SUNT MANUS ILLIUS, quia ligat hominem mente et corpore suis amplexibus.

QUI PLACET DEO, EFFUGET ILLAM, et sic expeditus poterit tendere ad virtutem.

VERS. 28. — ECCE HOC. Postquàm Salomon induxit ad virtutem acquirendam, hic consequenter ostendit difficultatem. Et primò hanc difficultatem ostendit ; secundò hujus difficultatis originem dicit, ibi : *Solummodo.* Difficultas autem ostenditur per hoc quòd valdè pauci attingunt ad virtutem, et hoc est quod dicitur : *Ecce hoc inveni* ; id est, diligenter investigavi.

UNUM ET ALTERUM, id est, singulis applicando intellectum meum. Per talem modum loquendi dicitur de diligenti investigatore circa multa : *Talis inquisivit hæc et illa.*

UT INVENIREM RATIONEM, quia quantò quis plus studet in aliquà scientià, tantò desiderat acquirere perfectiùs.

VERS. 29. — ET NON INVENI (1), scilicet usque ad perfectum ; quia nulla res, quantum ad omnem ejus conditionem, potest perfectè sciri per humanam investigationem, sicut fuit dictum supra, cap. 1, super illud : *Cunctæ res difficiles, nec potest homo eas explicare sermone.* Consequenter descendit ad propositum, ostendens quod invenit de virtute, dicens :

VIRUM DE MILLE UNUM (2), scilicet virtuosum ; et

(1) *Quam adhuc quærit anima mea*, in quâ adhuc laboro, animumque excrucians ac perturbans, non possum hujus rei, hoc est, muliebris nequitia; assequi causam ; sed hoc, inquit, unum comperi : *Virum de mille unum reperi*, qui saperet ; mulierem verò nullam ; sive ut habet textus : *Mulierem ex omnibus non inveni.* « Omnes enim me ad luxuriam, et non ad virtutem deduxerunt : » Hieronym. hic. (Bossuet.)

(2) Salomon déclare qu'il a longtemps cherché la raison d'une chose qu'il n'a pu trouver. Et ceci nous devrait apprendre à nous humilier dans notre ignorance, et à ne prétendre pas donner des raisons de tout, principalement lorsqu'il s'agit des secrets de Dieu et de sa conduite sur les âmes ; puisque le plus sage de tous les hommes déclare qu'il s'est efforcé de trouver une raison que toute sa lumière n'a pu découvrir. Mais voici ce que le sage nous assure qu'il a trouvé : *Entre mille hommes j'en ai trouvé un.* Cette parole est fort obscure. Il semble qu'en considérant la liaison qu'elle a avec ce que Salomon vient de dire de la femme, on y peut donner ce sens qui est autorisé par S. Jérôme : *Entre mille hommes j'en ai trouvé un dont la sagesse et la conversation m'a pu être utile.* Mais entre toutes les femmes je n'en ai pas trouvé une seule qui ne m'ait été dangereuse, parce que toutes m'ont porté plutôt au dérèglement qu'à l'amour de la vertu : *Omnes me ad luxuriam, non ad virtutem induxerunt.*

Ceci nous fait voir :

1^o Que cette parole est attachée à la personne de Salomon, et qu'elle a un rapport particulier avec ce qu'il dit lui être arrivé.

2^o Que lorsqu'il dit qu'entre toutes les femmes, il n'en a pas trouvé une seule, cela peut marquer avec combien de réserve on doit s'approcher des femmes, lors même qu'on trouve en elles toute l'honnêteté et la modestie qu'on peut souhaiter. C'est en ce sens qu'il est dit dans l'Écclésiastique : « que l'iniquité de l'homme vaut mieux qu'une femme qui est réglée dans toutes ses actions. » On ne compare pas alors la personne avec la personne, mais le péril avec le péril ; et le Sage veut dire, que la conversation avec

est sensus, quod de viris valde pauci inveniuntur virtuosus respectu deficientium à virtute, sicut est supra, cap. 1: *Stultorum infatus est numerus*, etc. Per talem modum loquendi, dicitur communiter de conditione reperta in aliqua specie, de mille vix inveniatur una res talis.

Mulier ex omnibus, etc., scilicet aliquam virtuosam. Non est tamen per hoc intelligendum quod nulla sit virtuosa, sed quia paucæ sunt virtuose respectu hominum. Sicut dicitur communiter nullum esse in Ecclesiâ, quando valde pauci sunt ibi respectu multitudinis, quæ solet convenire. Et per quasi nihil computantur.

VERS. 50. — SOLUMMODO HOC INVENI (1). Hic consequenter ostendit unde provenit difficultas attingendi virtutem. Secundò ex hoc infert quandam conclusionem, ibi: *Quis talis*. Circa primum dicit Salomon: *Solummodo hoc inveni*, scilicet de causâ dictæ difficultatis.

QUOD FECERIT DEUS HOMINEM (2), etc. In primâ

un méchant homme est souvent moins dangereuse que celle qu'on aurait avec une femme très-modeste, parce qu'il peut y avoir un péril secret dans cette seconde, qui ne se trouverait pas dans la première.

5° On ne doit pas prendre ces paroles en général, comme si Salomon avait cru qu'il n'y eût jamais aucune femme vertueuse. Car il est certain qu'avant lui, Sara, Rebecca, Rachel, Abigail et plusieurs autres ont été des modèles de chasteté et de toutes les vertus, et que les Apôtres mêmes et les saints Docteurs, les proposent comme des exemples que tous les Chrétiens doivent imiter. Salomon marque assez dans les Proverbes, qu'il y a des femmes d'une sagesse et d'une pureté si rare, qu'elles sont la *couronne de leurs maris*, le *soutien de leur maison*, et la gloire de leur sexe.

Cette vérité a paru avec encore beaucoup plus d'éclat dans la religion chrétienne. On a vu des vierges faibles soutenues par l'ardeur de leur foi, disputer du prix de la vertu et du courage avec les hommes les plus fermes et les plus saints. Elles ont aimé les autres par leur exemple à mourir pour Jésus-Christ, et après avoir donné des preuves publiques d'une magnanimité plus qu'humaine et d'une patience presque incroyable, elles ont mérité le nom, non seulement de martyrs, mais de *mères des martyrs*.

C'est ainsi que Dieu a voulu confondre l'orgueil du démon, qui a perdu l'homme en trompant la femme; afin d'honorer le sexe de celle qui, devenant la mère d'un Dieu en demeurant vierge, a changé en gloire le déshonneur de la femme, et est devenue la médiatrice du salut du monde. (Sacy.)

(1) Tanquam diceret: Quærenti cogitantique, cur humanum genus ac præsertim femineum sexum cui et viri serviunt, insipientia pervagata corruerit, unum illud occurrit, nempe quod Deus hominem non talem, qualis nunc est, fecerit; imò *quod fecerit Deus hominem rectum*; neque illa, quam vidimus, perveritas et obliquitas, sit natura instituti hominis, sed poena damnati, ut præclare Augustinus. (Bossuet.)

(2) Recta sententiam, recta diligentem, scilicet æquum Deo subditum; et ipse se distortum jam inde

enim hominis conditione Deus fecit Adam perfectum in sensibus et virtutibus; curavit enim eum in justitia originari et in perfectione quæ convenire potest humane nature in præsentis vitæ, tum autem si fuissent ab eo progeniti in statu alio; non fuissent nati sic perfecti in corpore, nec in conditionibus anime, tamen fuissent nati in rectitudine naturæ, per quam nulla rebellio esset in virtutibus sensitivis ac rationali, et sic acquisivissent scientias et virtutes sine difficultate.

Et nisi se insentis misceret questionibus (1), id est, difficultatibus circa acquisitionem scientiarum et virtutum, quia, ipso peccante, in partem hujus subtracta est originalis justitia à tota natura humanâ, ex qua subtractione secuta est rebellio corporis ad animam, et omnium virtutum inferiorum ad partem anime superiorem; et ex hoc causatur difficultas acquirendi scientias et virtutes.

QUIS TALIS. Hic infert conclusionem ex dictis. Quia ex quo tanta est difficultas attingendi virtutes intellectuales et morales, ille qui attinget est valde excellens inter homines, ideo dicit: *Quis talis*, id est, sic apprehendendus inter homines.

UT SAPIENS EST, id est, virtuosus virtute morali et intellectuali.

ET QUIS COGNOVIT SOLUTIONEM VERBI, scilicet occulti; quasi dicat: Nullus, nisi sapiens isto modo. Sicut patet de Daniele qui exposuit Nabuchodonosor somnia, et ipsi Balthasar scripturam in pariete exaratam. Dan. 5. Et quia dispositio mentis magis refulcet in facie in quâ vigent omnes sensus; ideo subditur in eodem versu in Hebr.: *Sapientia hominis luget in vultu ejus*, etc.

ab initio fecerit. Quomodo autem distortum, nisi quod ipse se infinitis misceret questionibus; vel, ut habent Hebræi, Septuaginta, ipse Hieronymus ad Paulam, eodem planè sensu: et ipsi quæsierunt cogitationes multas; in varia ac pessima se studia ac dubia distraxerunt. Cujus rei tons est, quod cum homini veritas divine legis decisione constaret, huic definitioni non steterit, ac de præcepto ipso quæsiverit, parandumque esset; audiveritque libens femina questionem temerariam: *Cur præcepit vobis Deus?* Gen. 3, 4. viroque persuaserit ut eadem de re anceps quæreret. Sic alia ex aliis orta quæstiones, dubitatumque de Deo, de providentiâ, de legibus, deque certis ac de incertis; abique prorsus ex humano genere illa rectitudo, quam Deus fecerat; exstiteruntque cogitationes, sive, ut Hieronymus hic elegantissime verit, quæstiones ac fluctuationes, quibus ipse se homo conturbaret atque perverteret. (Bossuet.)

(1) Ergo multitudo et perplexitas questionum ex peccato. Nam in statu innocentiæ, ubi intellectus erat clarus et statim ex uno multa videns, non fuisset illa questionum infinitudo que nunc est. Item multe matres nunc moventur quæstiones. Item cæcitas et ignorantia ex peccato; hinc quæstiones et inquisitiones plurimæ. Lectur multa rationes sunt cur in statu nature corrupte potius quam integre locum habeat quæstionum infinita multitudo. (Læsius.)

CAPUT VIII.


1. Sapientia hominis luget in vultu ejus, et potentissimus faciem illius commutabit.

2. Ego os regis observo, et præcepta juramenti Dei.

CHAPITRE VIII.

1. La sagesse de l'homme luît sur son visage; et le Tout-Puissant le lui change.

2. Pour moi, j'observe la bouche du roi et les préceptes que Dieu a donnés avec serment.



5. Ne festines recedere à facie ejus, neque permanes in opere malo; quia omne quod voluerit, faciet:

4. Et sermo illius potestate plenus est; nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis?

5. Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit.

6. Omni negotio tempus est et opportunitas, et multa hominis afflictio:

7. Quia ignorat præterita, et futura nullo scire potest nuntio.

8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque salvabit impietas impium.

9. Omnia hæc consideravi, et dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum.

10. Vidi impios sepultos; qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum; sed et hoc vanitas est.

11. Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.

12. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, et per patientiam sustentatur, ego cognovi quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus.

13. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus; sed quasi umbra transeant, qui non timent faciem Domini.

14. Est et alia vanitas quæ fit super terram; sunt justi quibus malaveniunt, quasi opera egerint impiorum; et sunt impii qui ita securi sunt, quasi justorum facta habeant; sed et hoc vanissimum judico.

15. Laudavi igitur lætitiã, quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet et biberet, atque gauderet: et hoc solum secum auferret de labore suo, in diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.

16. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam et intelligerem distentionem quæ versatur in terrâ; est homo qui diebus et noctibus somnum non capit oculis.

17. Et intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole, et quantò plus laboraverit ad quærendum, tantò minùs inveniat: etiamsi dixerit sapiens se nôsse, non poterit reperire.

3. Ne vous hâtez point de vous retirer de devant sa face, et ne persévérez point dans l'œuvre mauvaise, parce qu'il fera tout ce qu'il voudra.

4. Sa parole est pleine de puissance; et nul ne peut lui dire: Pourquoi faites-vous ainsi?

5. Celui qui garde le précepte, ne ressentira aucun mal. Le cœur du sage sait ce qu'il doit répondre, et quand il est temps de le faire;

6. Toutes choses ont leur temps et leurs moments favorables; et c'est une grande misère à l'homme,

7. De ce qu'il ignore le passé et qu'il ne peut avoir aucune nouvelle de l'avenir.

8. Il n'est pas au pouvoir de l'homme d'empêcher que l'âme ne quitte le corps, il n'a point de puissance sur le jour de la mort; il ne peut avoir de trêve dans la guerre qui le menace, et l'impie ne sauvera point l'impie.

9. J'ai considéré toutes ces choses, et j'ai appliqué mon cœur à discerner tout ce qui se fait sous le soleil. Un homme quelquefois en domine un autre pour son propre malheur.

10. J'ai vu des impies ensevelis, qui, lors même qu'ils vivaient, étaient dans le lieu saint, et qui étaient loués dans la cité, comme si leurs œuvres eussent été justes; mais cela même est une vanité;

11. Car, parce que la sentence ne se prononce pas sitôt contre les méchants, les enfants des hommes commettent le crime sans aucune crainte.

12. Mais néanmoins cette patience même avec laquelle le pécheur est souffert, après avoir cent fois commis des crimes, m'a fait connaître que ceux qui craignent Dieu et qui respectent sa face seront heureux.

13. Que les méchants ne réussissent point! que les jours de leur vie ne soient pas longs! et que ceux qui ne craignent point la face du Seigneur passent comme l'ombre.

14. Il se trouve encore une autre vanité sous le soleil. Il y a des justes à qui les malheurs arrivent, comme s'ils avaient fait les actions des méchants; et il y a des méchants qui vivent dans l'assurance, comme s'ils avaient fait les œuvres des justes. Mais je crois que c'est là encore une très-grande vanité.

15. C'est ce qui m'a porté à louer la joie. J'ai cru que le bien que l'on pouvait avoir sous le soleil était de manger, de boire et de se réjouir; et que l'homme n'emportait que cela avec lui de tout le travail qu'il avait enduré en sa vie pendant les jours que Dieu lui a donnés sous le soleil.

16. J'ai appliqué mon cœur pour connaître la sagesse, et pour remarquer cette dissipation de l'esprit des hommes qui sont sur la terre. Tel se trouve parmi eux, qui ne dort et ne repose ni jour ni nuit.

17. Et j'ai reconnu que l'homme ne peut trouver aucune raison de toutes les œuvres de Dieu qui se font sous le soleil, et que, plus il s'efforcera de la découvrir, moins il la trouvera. Quand le sage même dirait qu'il a cette connaissance, il ne pourra la trouver.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.— SAPIENTIA HOMINIS LUCET IN VULTU EJUS. Unde dicitur, Eccles. cap. 19: *Ab occurso faciei cognoscetur sensatus.*

ET POTENTISSIMUS, etc., scilicet in resurrectione, quando sibi dabit faciem gloriosam (1).

(1) *Quis est sicut sapiens? quis est hominum dignitate et præstantiã cum sapiente conterendus? Sunt qui huic versum pro epiphonemate præcedentium habeant, et novum caput versu demùm sequenti inchoent. Ita Mercerus, qui per admirationem superio-*

ribus hoc subjunctum capit, hoc modo: Quis est qui pro sapiente haberi et censeri possit? Et quis scit verum expositionem? sanè nullus hominum ad perfectum hunc sapientiæ gradum conscendit. Sed cum in alterâ versùs parte encomium sapientiæ sequatur, patet hunc versum præmitti iis, quæ statim sequuntur, sapientiæ præceptis tanquam breve præmium. Est vertendum: Et quis est ut sciens interpretationem verbi, id est, rei explicationem, quasi dicat: Et quis est ei par et tanti faciendus, quam is, qui rerum naturam et rationem novit, qui propositas questiones novit solvere, et res dubias exponere. Significat, maxi-

VERS. 2. — EGO OS REGIS OBSERVO (1). Postquam Salomon induxit ad virtutem, hic consequenter inducit ad mandatorum Dei observationem, quia disponit ad beatitudinem, Matth. 19 : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Et dividitur in duas partes, quia primo inducit ad observandum mandata; secundo, circa hoc removet impedimentum, ibi : *Omnia*. Prima in duas, quia primo inducit ad mandatorum observationem; secundo, ad hujus observationis accelerationem, ibi : *Omni negotio*. Prima in duas, secundum duas rationes quas ad propositum inducit. Prima accipitur ex auctoritate præcipientis, propter quam est sibi obediendum; et ideo in personâ hic obedientis dicit : *Ego os regis observo*, id est, mandata ab ejus ore prolata, cujusmodi sunt Decalogi præcepta, ut patet Exod. 20.

mam esse et incomparabilem sapientis dignitatem, ut nullus alius mortalium, quantumvis multis dotibus aliis præcellat, ei sit æquandus. Hinc facit illud Hebræorum proverbium in Buxtorfii Florileg. hebr. p. 514 : *Scientiam si possides, quâ re eges? scientiâ si cares, quid possides?* Hieronymus : « Supra docuerat, « dillicite bonum hominem invenire, et venientem « contra eliserat quæstionem, à Deo bonos homines « conditos, sed sponte suâ ad peccata delapsos. Nunc « quid boni homini dederit Deus, quasi gloriabundus « enumerat, sapientiam scilicet, atque rationem et « providentiam, occulta Dei nôsse mysteria, in arcana « ejus corde sensus intrare. Obliquè autem de se lo- « quitur, quòd nemo ita fuerit sapiens, ut ipse, et « nullus sic scierit problematum solutiones, et sapien- « tia ejus à cuncto laudata sit populo. » *Sapientia hominis illuminat vultum ejus*, faciem ei quasi præfert, ut clarissimè videat quæ sibi sint agenda, quæ fugienda. Eodem sensu Psal. 19, 9, lex divina oculos illuminare dicitur. Alii : *Serenum hilaremque reddit ejus vultum*, ut Esdr. 9, 8 : *Ut illuminaret oculos nostros Deus noster*, id est, ut mæstos et afflictos nos exhilararet. *Et robur faciei ejus mutatur*, id est, pertinacia omnis et feritas per sapientiam homini eximuntur. Comes enim sapientiæ est modestia et humanitas, vid. Prov. 9, 2. *Gejerus* verba Hebræa sic interpretatur : *Robur faciei ejus instauratur*, id est, etiamsi repetitæ semper adversitates sapientem videantur attenuare, viresque tum animi, tum corporis obtundere, atamen sapientiæ panacæa instructus, novas subinde vires suggeri sibi persentiscit, ita ut animus constans et immotus magis magisque augeatur. (Rosenmuller.)

(1) Quod ait : *Ego os regis observo*, dictum est in personâ cujusvis sapientis et justi hominis, q. d. : Quilibet sapiens meritò debet os regis observare, id est, statutis et legibus regum, principum et magistratum obedire : quæ vocantur os regis, quia ab ore regis procedunt. Septuaginta Interpretes hanc sententiam imperativè verterunt, idque clariùs, hoc modo : *Os regis custodi, vel observa*, id est, obtempera præcepto regis. Quin et ex Hebræo quidam sic verterunt : *Equidem moneo ut os regis observes*. Porrò quod sequitur, *et præcepta juramenti Dei*, similiter subaudiendum vult, *observo*, vel, secundum Septuaginta, *observa*. Et sensus est : Quilibet verè sapiens diligenter observat præcepta de juramento Dei, id est, per Deum; sensus est : Sedulo cavet ne nomen Dei assumat in vanum, nec aliter juret quàm quomodo præcepta ejus jurandum esse præscribunt. Quidam etiam præcepta juramenti Dei intelligunt omnia præcepta legis, ad quæ servanda populus Israeliticus, interposito juramento, se obstrinxerat, quando fuit ei data lex à Moyse; ut dicantur præcepta juramenti Dei, quæ Deo jurata sunt præstari. (Estius.)

ET PRÆCEPTA JURAMENTI DEI, id est, *juramenti Dei facti*, sicut habetur, Exod. 24, ubi respondit populus Moysi : *Cuncta quæ locutus est vobis Dominus, faciemus*. Et tunc Moyses assumpsit de sanguine victimæ, et sparsit super populum, ad firmationem hujus dicti; et erat unus modus jurandi.

VERS. 5. — NE FESTINEMUS RECEBERE A FACIE EJUS, transgrediendo mandata affirmativa.

NEQUE PERMANEAS IN OPERE MALO, transgrediendo negativa.

QUIA OMNE QUOD VOLUERIT, FACIET, id est, quia tantæ auctoritatis et potestatis est quod non potest ei resisti.

VERS. 4. — NEC DICERE ET QUISQUAM POTEST. In verbis enim ejus et operibus nihil irrationabile potest inveniri.

VERS. 5. — QUI CUSTODIT PRÆCEPTUM. Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex utilitate obedientis, cum dicitur : *Qui custodit præceptum*, scilicet divinum.

NON EXPERIETUR QUIDQUAM MALI, scilicet in futuro. In præsentem enim bene experitur malum pænæ ad exercitium suæ patientiæ, et augmentum suæ gloriæ, sicut patet de sancto Job. Et cum dicit : *Non experietur quidquam mali*, minus dicit, et plus significat, scilicet quòd experietur multum boni; ideo subditur :

TEMPUS ET RESPONSIONEM COR SAPIENTIS INTELLIGIT. In Hebræo habetur : *Et judicium*. Sapiens enim attendit tempus judicii, ubi oportebit de omnibus reddere rationem; et sic cavet divinorum præceptorum transgressionem.

VERS. 6. — OMNI NEGOTIO (1). Hic consequenter inducit Salomon ad dictæ observationis accelerationem, et ad hoc inducit duplicem rationem. Prima accipitur ex temporis opportunitate, quia præcepta divina post mortem non sunt implenda, quia tunc cessat tempus meriti et demeriti; sed nunc implenda sunt quandiù durat tempus merendi; et hoc est quod dicitur : *Omni negotio tempus est et opportunitas*, quæ in omni opere attenduntur, et per consequens maxime debent attendi in opere meritorio, quantum ad impletionem divini præcepti, quod est maxime necessarium ad salutem.

ET MULTA HOMINIS AFFLICTIO. In Hebræo habetur : *Quia ignorat quid erit*; q. d. : Futura præmia non potest scire per se, vel per alium humanâ investigatione, et hoc causat afflictionem aliquam in impletionem præceptorum. Si enim sciret præmia futura, non esset ei aliqua afflictio in impletionem præceptorum, sed magis consolatio. Ad idem potest trahi littera nostra, cum dicitur (2).

(1) Statuit namque Deus tempus quo de omnibus judicaturus est; et priusquam illud adveniat, variis et periculosus malis expositi sumus; *nec scire cuquam datur quid illi contingat. Quis enim id possit nisi tudicare?* (Clarius.)

(2) QUIA IGNORAT PRÆTERITA, etc. : *Magis*, inquit (Hieronymus), *afflictio generi humano, ut poeta ait* : *Nescia meos hominum fati sortisque fut erit.* *Aliud sperat, aliud evenit; de altero loco expectat hostem, et alterius jaculo vulneratur.* Quævis præterita

VERS. 8. — NON EST (1). Hic ponitur secunda ratio, quæ accipitur ex humanæ vitæ brevitatem, propter quod non est in vacuum transeunda, sed in operibus mandatorum Dei expendenda; propter quod dicitur: *Non est in hominis ditione*, id est, potestate.

PROHIBERE SPIRITUM, animam suam ab exitu de tempore.

NEC HABET POTESTATEM IN DIE MORTIS, eam differendi.

NEC SINITUR QUIESCERE INGRUENTE BELLO, scilicet infirmitatis et naturæ, in quo bello tunc succumbit natura.

NEQUE SALVABIT, à morte.

IMPIETAS IMPIUM, sicut aliqui qui credunt aliquando mortem differri per artem magicam, vel aliqua superstitiosa.

VERS. 9. — OMNIA HÆC. Postquam Salomon indixit ad observandum Dei præcepta, hic circa hoc removet certa impedimenta in tribus partibus, quæ patebant

et futura hic accipi possunt, propriè tamen ea significantur, quæ spectant ad dandam congruam Deo vel regi responsonem, de quâ dixi vers. 5. et ad negotia quæ homini incumbunt opportuno tempore prudenter expedienda; licet enim nonnulla præterita sciat homo tamen illa pauca sunt, et sæpè ad rem non pertinentia, quia longè plura sunt quæ ignorat, præsertim quæ ad rem ejus faciunt. Dionysius accipit præteritam sanctorum patientiam, æquè ac supplicia de impiis sumpta.

Pro præterita Hebraicè est futura, et sic vertunt Septuaginta: *Quia*, inquit, *non est qui cognoscat quid futurum sit; sicut enim erit, quis annuntiabit eis?* Arab.: *Quoniam non reperitur qui cognoscit evitandum; nam quis ei commemorabit rem ut erit?* Chald. Costi: *Nullus scire unquam potuit, quis eum exitus consequatur? Cum enim ita Domino visum fuerit, ut illum ad supplicium deponat, quis eum certior faciet?* Syrus verò vertit in præterito: *Quia non est qui cognoscit ad quid est factus; et quid fiet post se, quis ostendet illi?* Quare Syrus æquè ac noster pro שׂוֹמְרֵי סֵבְעָא, id est, *quid erit*, videtur legisse שְׂבִיעָא, id est, *quid fuit*, vel quid factum et præteritum est; aut potius ex textu nexuque sententiæ sagaciter conjecit prius *ihe* opponi posteriori, ideòque prius vertendum pro præteritum (quasi Ψ includeat vau conversivum, quod vertit futurum in præteritum), posterius propriè per futurum. Sic ergo ad verbum ex Hebræo veritas: *Nam non ipse sciens quod factum est, quia quod erit, quis annuntiabit ei?* Sicque sensus rectè cohæret, q. d.: afflictio magna incumbit sapienti, ut congruam Deo, aut regi interroganti vel examinati det responsonem, utque actiones et res omnes congruè et opportunè peragat, ac negotia quæ illi incumbunt suo tempore prudenter expediat, eò quòd ignoret præterita quæ illum edocere queant, quid facto sit opus, æquè ac futura, quis scilicet suæ actionis vel consilii sit futurus exitus. Prudentia enim consistit in præteritorum memoriâ, præsentium consideratione, et futurorum provisione; ideòque sapientis cor intelligere tempus, id est, differentias temporis, quid scilicet præteritum sit, quid futurum.

(Corn. à Lap.)

(1) Hebr.: *Non est homo qui habeat potestatem in spiritum*, id est, in vitam, qui possit vivere quamdiu vult, neque potest prohibere spiritum, id est, animam quominus migret e corpore; neque habet potestatem in die mortis, id est, non potest prorogare diem quo moriturus est. *Et non est gladius in bello*, id est, sicut in bello, aut, belli; hoc est, non potest se homo armis à morte defendere, sicut defendit se ab hoste in bello.

(Maldonatus.)

prosequendo. Primum autem impedimentum procedit ex abusu humanæ potentie, quâ aliqui sic abutuntur, quòd præcepta sua præponunt divinis: sicut improperat Salvator sacerdotibus Judæorum et legisperitis, Marc. 7: *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*. Ad hoc autem removendum præmittit Salomon suam considerationem circa hunc abusum, dicens: *Omnia hæc*, scilicet quæ sequuntur (sic enim copulatur in Hebr.), *consideravi*; et subditur:

INTERDUM DOMINATUR HOMO HOMINI IN MALUM SUUM, id est, malum ipsius dominantis, quando per hoc elevatur contra Deum modo prædicto, de quibus subditur.

IN CUNCTIS OPERIBUS, ad opera omnia consideranda.

VERS. 10. — VIDI IMPIOS SEPULTOS (1), id est, post mortem impios nominari.

QUI ETIAM CUM ADHUC VIVERENT, id est, adhuc vitæ superessent.

IN LOCO SANCTO ERANT (2), sicut sacerdotes et prin-

(1) Honorificè et magno funeris sumptu. (Tirinus.)

Un homme quelquefois en domine un autre pour son propre malheur. Le Sage détermine cette vérité à ceux qui commandent dans l'Eglise, puisqu'il ajoute aussitôt après, « qu'il a vu des hommes qui vivaient dans le lieu saint, qui étaient loués comme si leurs œuvres étaient justes, et qui néanmoins étaient des impies. » Cette parole doit faire trembler ceux qui se trouvent engagés dans un ministère saint. Car cette réflexion du Sage ne semble pas regarder proprement ceux qui abusent de leur pouvoir, et qui, selon l'expression des conciles, gouvernent les fidèles, non par l'autorité des saints Canons, mais par une puissance tyrannique: Non auctoritate canonicâ, sed potestate tyrannicâ. Elle regarde plutôt ceux qui sont loués dans l'Eglise et dans le lieu saint, comme si leurs œuvres étaient justes, parce qu'en effet elles peuvent être justes au-dehors, et dans tout ce qui en paraît aux yeux des hommes. Mais si on examine la manière dont ils se sont élevés au rang qu'ils tiennent, et la fin qu'ils ont dans tout le bien qu'ils peuvent faire, on trouvera souvent que leur état est plus digne de compassion que d'envie, et qu'il devrait plutôt attirer les larmes que l'estime de ceux qui les louent.

C'est ce que saint Grégoire Pape nous représente en ces termes: « Il y a des personnes, dit ce Saint, qui après avoir vécu dans de grands désordres passent tout d'un coup dans un état qui paraît saint, sanctitatis habitum sumunt. Aussitôt qu'ils ont commencé d'entrer dans une vie plus réglée, ils ne pensent plus à faire pénitence de leurs dérèglements passés. Ils aiment qu'on les loue de leurs bonnes œuvres, et ils souhaitent de commander à des personnes qui sont plus éclairées et plus justes qu'eux. Et comme Dieu exauce les secrets désirs du cœur, ils sont élevés au lieu où ils désirent de monter, et ils deviennent beaucoup pires qu'ils n'étaient auparavant, quoique tout ce qui les environne paraisse saint. De sanctitatis habitu pejores fiunt. Car étant plongés dans une multiplicité d'occupations et de soins, ils conçoivent une opinion avantageuse d'eux-mêmes; et au lieu de pleurer leurs fautes passées, ils en ajoutent toujours de nouvelles. On peut donc dire, selon la pensée du Sage, que les hommes louent ces personnes, et que Dieu les condamne, parce que les hommes ne voient que le dehors, et que Dieu pénètre le fond du cœur. (Sacy.)

(2) Per locum sancti, vel sanctum, intelligunt, vel, 1^o Hierosolymam, quæ sancta erat Domino, sive regionem Israeliticam, cujus incolæ, rectum facientes, religiosius debebant observari eorumque fama sem-

cipes mali qui tenent in terris locum Dei : isti in spiritualibus, et illi in temporalibus.

ET LAUDANTUR IN CIVITATE, quasi iustorum operum, partim adulatione, et partim timore.

SED ET HOC VANITAS EST, quia talibus vergit in eorum demerendum.

VERS. 11. — **ELEGER.** Hic removetur secundum impedimentum, quod procedit ex abusu patientiæ divinæ. Ex hoc enim quod tolerat peccatores, dans eis spatium penitendi, ex hoc è contrario frequenter absque timore incipiunt transgredi mandata Dei : et hoc est quod dicitur : *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia*, divinæ punitionis.

ABSQUE TIMORE ELLO FILII HOMINUM, id est, nutriti in carnalitate, qui sunt filii hominum, et non Dei.

PERPETRANT MALA, transgrediendo Dei præcepta. Consequenter hoc removet, dicens :

VERS. 12. — **ATLAMEN PECCATOR (1)**, etc., id est, Dei patientia circa peccatores.

EGO COGNOVI QUOD ERIT BONUM, in futuro.

TIMENTIBUS DEUM, timore filiali, qui cavet offensam Dei, quia, cum Deus sit optimus, deest cura dare meliora melioribus; et ideo ex quo tolerat peccatores in vitâ præsentî, dans eis vitam, quæ est bonum naturæ, concluditur quod benè remunerabit justos in futuro. Et quia peccator divinâ patientiâ abutitur, et multiplicat peccata in augmentum suæ damnationis; ideo subditur :

VERS. 13. — **NON SIT BONUM**, id est, prosperitas temporalis.

IMPIO, eò quod abutitur ipsâ.

NELC PROLONGENTUR DIES EI, eò quod est sibi occasio multiplicationis peccatorum.

VERS. 14. — **EST ET ALIA VANITAS.** Hic consequenter ponitur tertium impedimentum, quod provenit ex defectu nostræ scientiæ. Ex hoc enim quod homines attendunt tantum bona sensibilia et præsentia, et frequenter vident justos in adversitate, et injustos in prosperitate, ex hoc moventur ad sequendum injustos transgrediendo mandata Dei. Sic ergo proceditur in parte istâ, quia primò ponitur effectus transgressionis; secundò, defectus nostræ cognitionis,

per florens conservari. Hujus meminit exaggerationis causâ, quod non solum talis perversitas et ingratitude inter gentiles obtineat, sed etiam in Judæa. Vel, 2º tribunal, sive solum judicii, in quo sedent vicem Dei parentes, *Exod.* 22, 9, *Psal.* 82, 4, *Rom.* 15, 4; item *Deut.* 1, 17, 2 *Par.* 19, 6. Hæc descriptione innuit quales esse debent qui tribunalibus præficiuntur. Et oblivioni traditi sunt. Sculpturâ carcerunt, et in oblivionem venerunt. Intergunt et hoc, vel, 1º de impiis : Nec tantus sepulture honor eos ab oblivione vindicavit; nec familiarum nobilitas, nec adulationes amicorum, nec splendor monumentorum, ab eorum nominibus putredinem arcerè poterant. Vel, 2º de bonis magistratibus, qui pro dignitate non celebrantur.

(Synopsis.)

(1) Si enim tanta est etiam erga malos Dei indulgentia ac misericordia, ut eorum supplicia differat ut corrigantur; quam putemus ejus esse benignitatem erga justos, ut mercedem præstet? simile argumentum, 5, 16, 17.

(Bossuet.)

ibi : Et apposit. Circa primum dicit : *Est et alia vanitas*, à precedentibus.

SUNT IUSTI, sicut patet de sancto Job.

ET SUNT IMPII, sicut patet de multis regibus infidelibus et tyrannis.

SED ET HOC VANITAS, id est, irrationabilissimum, et loquitur in personâ carnalis hominis, qui non cogitat futuras penas et præmia. Ideo concludit :

VERS. 15. — **LALAVI UTQUE LITAVI (1)**, id est, vitam voluptuosam. Et patet littera usque ibi.

ET HOC SOLVM SICVM ACCIDERET, non expectans aliud in futuro. Ex quo etiam patet, quod loquitur in personâ hominis carnalis, cogitantis de præsentî vitâ tantum.

VERS. 16. — **ET APPOSUI.** Hic consequenter circa hoc ostenditur defectus humane cognitionis. Quod enim Deus permittit in præsentî justos tribulari, et injustos prosperari, pertinet ad Dei judicium justa, sed nobis occulta. Et ideo talia non sunt in particulari investiganda, sed sufficit in generali cognoscere per fidem et Scripturam sacram, quod talia quæ hic contingunt, per Dei sapientiam ordinantur ad ejus gloriam et ejus electorum, propter quod in omnibus est glorificandus, et obediendum est mandatis ejus. Dicit igitur : *Et apposui cor meum, ut scirem sapientiam*, de divinis.

ET INTELLIGEREM (2) DISTENTIONEM QUÆ VERSATUR IN TERRA, circa tribulationem justorum, et prosperitatem impiorum.

EST HOMO QUI IN DIEBUS, etc., plures homines sunt qui sollicitantur, inquirendo talia nimis curiose descendendo ad particularia.

VERS. 17. — **ET INTELLEXI**, etc., ex occultis ejus judiciis procedentium.

NULLAM POSSIT HOMO, etc., id est, certam in particulari cognitionem.

ET QUANTO PLUS, etc., curiosè.

TANTO MINUS INVENIAT, quia ex tali curiosâ inquisitione frequenter incidit aliquis in errorem.

ETIAMSI, etc., id est, ille qui videtur inter homines sapiens.

SE NOSSE, etc., quæ dicta sunt.

NON POTERIT REFERRERE, id est, verbis explicare, ex quo patet eum se falsò jactasse (5).

(1) Et personâ impiorum, qui, quod omnia in futurum sperantur incerta, nihil melius facti arbitrantur, quam ut voluptati se dedant. (Bossuet.)

(2) Et intelligerem distentionem, negotium, negotiorum, occupationem, supra, 1, 15. Curam superfluum, supra, 11, 26. *Est homo qui dicitur ac tacetibus somnum non capit*: qui seipsum excruciat querentis rerum et eventuum causis; cur alius cecidit, et delictis, alius videns ac sanus; . . . iste nascatur et sit nobilis, ille inglorius, nihil aliud proficit, nisi in suâ tantum questione torqueri, et disputationem pro tormento habere, nec tamen invenire quod querit. Hier. hic. (Bossuet.)

(5) Nullam possit homo invenire rationem, exactam, accuratam, perspicuam, neque omnino ullam, nisi Dei lege insistantis, aut lumine collustratis. Quæ tò plus laborat, etc., etiam si dixerit se nosse et nosse. Duo tradit verissima; primum, quò plus conere Dei arcana persequi, eo magis te ambagibus ac dilutatio-

nibus involvas ; alterum , sapientiam humanam nihil esse nisi jactantiam ; quod etiam sequentia ostendunt. (Bossuet.)

Didici, sic interpretatur Symmachus. Alii, *cognovi*, *observavi*, *animadverti*.

Omne opus Dei, omnia opera Dei ; occulta Dei judicia , et mirabiles effectus providentiæ ipsius , qui sapientissimis quibusque negotium exhibent.

Sane non potest homo, etc. Rectius fortasse : *Vidi quoddam omnium operum Dei non possit homo invenire opus unum*, etc. *Opus*, rationem operis Divini.

CAPUT IX.

1. Omnia hæc tractavi in corde meo , ut curiosè intelligerem : sunt justî atque sapientes , et opera eorum in manu Dei , et tamen nescit homo utrùm amore an odio dignus sit :

2. Sed omnia in futurum servantur incerta , eò quòd universa æquè eveniant justo et impio , bono et malo , mundo et immundo , immolanti victimas , et sacrificia contemnti. Sicut bonus , sic et peccator ; ut perjurus , ita et ille qui verum dejerat.

3. Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt , quia eadem cunctis eveniunt ; unde et corda filiorum hominum implentur malitiâ , et contemptu in vitâ suâ , et post hæc ad inferos deducuntur.

4. Nemo est qui semper vivat , et qui hujus rei habeat fiduciam ; melior est canis vivens leone mortuo.

5. Viventes enim sciunt se esse morituros : mortui verò nihil noverunt ampliùs , nec habent ultra mercedem : quia oblivioni tradita est memoria eorum.

6. Amor quoque , et odium , et invidiæ simul perierunt : nec habent partem in hoc seculo , et in opere quod sub sole geritur.

7. Vade ergo , et comede in lætitiâ panem tuum , et bibe cum gaudio vinum tuum : quia Deo placent opera tua.

8. Omni tempore sint vestimenta tua candida , et oleum de capite tuo non deficiat.

9. Perfruere vitâ cum uxore quam diligis , cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ , qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ ; hæc est enim pars in vitâ , et in labore tuo , quo laboras sub sole.

10. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare : quia nec opus , nec ratio , nec sapientia , nec scientia erunt apud inferos , quò tu properas.

11. Verti me ad aliud , et vidi sub sole , nec velocium esse cursum , nec fortium bellum , nec sapientium panem , nec doctorum divitias , nec artificum gratiam , sed tempus casumque in omnibus.

12. Nescit homo finem suum ; sed sicut pisces capiuntur hamo , et sicut aves laqueo comprehenduntur , sic capiuntur homines in tempore malo , cum eis extemplo supervenerit.

13. Hanc quoque sub sole vidi sapientiam , et præbavi maximam :

14. Civitas parva , et pauci in eâ viri : venit contra eam rex magnus , et vallavit eam , extruxitque munitiones per gyrum , et perfecta est obsidio.

15. Inventusque est in eâ vir pauper et sapiens , et liberavit urbem per sapientiam suam , et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

Quod fit sub sole. Multò minùs opera quæ fiunt supra cælum. Culpandi ergò graviter qui eis investigandis oleum et operam perdunt. Benè Socrates monebat : *Quæ supra nos, nihil ad nos*. Nunc reperias qui se scire arbitrantur quod Deus Pater Filio in aurem dixerit.

Nec invenit, nec assequitur.

Futurum est ut cognoscam. Quidam : *Potero cognoscere (aut dabo operam), ut cognoscam*. Vulg. *si dixerit se nôsse*. (Drusius.)

CHAPITRE IX.

1. J'ai agité toutes ces choses dans mon cœur , et je me suis mis en peine d'en trouver l'intelligence. Il y a des justes et des sages ; et leurs œuvres sont dans la main de Dieu : et néanmoins l'homme ne sait s'il est digne d'amour et de haine :

2. Mais tout est réservé pour l'avenir , et demeure ici incertain , parce que tout arrive également au juste et à l'injuste , au bon et au méchant , au pur et à l'impur , à celui qui immole des victimes et à celui qui méprise les sacrifices ; l'innocent est traité comme le pécheur , et le parjure comme celui qui jure dans la vérité.

3. C'est là ce qu'il y a de plus fâcheux dans tout ce qui se passe sous le soleil , de ce que tout arrive de même à tous. De là vient que les cœurs des enfants des hommes sont remplis de malice et de mépris pendant leur vie. Et après cela ils seront mis entre les morts ;

4. Il n'y a personne qui vive toujours , ni qui ait même cette espérance ; un chien vivant vaut mieux qu'un lion mort ;

5. Parce que ceux qui sont en vie , savent qu'ils doivent mourir ; mais les morts ne connaissent plus rien , et il ne leur reste plus de récompense ; car leur mémoire est ensevelie dans l'oubli.

6. L'amour , la haine et l'envie ont péri avec eux ; et ils n'ont plus de part à ce siècle , ni à tout ce qui se passe sous le soleil.

7. Allez donc , et mangez votre pain avec joie , buvez votre vin avec allégresse , parce que vos œuvres sont agréables à Dieu.

8. Que vos vêtements soient blancs en tout temps , et que l'huile qui parfume votre tête ne défaille point.

9. Jouissez de la vie avec la femme que vous aimez pendant tous les jours de votre vie passagère , qui vous ont été donnés sous le soleil pendant tout le temps de votre vanité ; car c'est là votre partage dans la vie et dans le travail qui vous exerce sous le soleil.

10. Faites promptement tout ce que votre main pourra faire , parce qu'il n'y aura plus ni œuvre , ni raison , ni sagesse , ni science , dans le tombeau où vous courez.

11. J'ai tourné mes pensées ailleurs ; et j'ai vu que sous le soleil le prix n'est point pour ceux qui sont les plus légers à la course , ni la victoire pour les plus vaillants , ni le pain pour les sages , ni les richesses pour les plus habiles , ni la faveur pour les meilleurs ouvriers , mais que tout se fait par rencontre et à l'aventure.

12. L'homme ignore sa fin ; et , comme les poissons sont pris à l'hameçon et les oiseaux au filet , ainsi les hommes se trouvent surpris par le mauvais moment , lorsque tout d'un coup il fond sur eux.

13. J'ai vu aussi sous le soleil une action qui m'a paru d'une très-grande sagesse.

14. Une ville fort petite , où il y avait peu de monde , un grand roi est venu pour la prendre : il l'a investie , il a bâti des forts tout autour , et il l'a assiégée de toutes parts.

15. Alors s'est trouvé dedans un homme pauvre , mais sage , qui a délivré la ville par sa sagesse , et après cela nul ne s'est plus souvenu de cet homme pauvre.

16. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine; quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt audita?

17. Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos.

18. Melior est sapientia quàm arma bellica; et qui in uno peccavit, multa bona perdet.

16. Je disais alors que la sagesse est meilleure que la force. Comment donc la sagesse du pauvre a-t-elle été méprisée? et comment ses parabes n'ont-elles point été écoutées?

17. Les paroles des sages sont écoutées dans le silence et avec plus de fruit que les cris du prince parmi les insensés.

18. La sagesse vaut mieux que les armes des gens de guerre, et celui qui manque en un seul point perd de grands biens.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OMNIA HÆC. Hic incipit capitulum novum, quia illud quod subditur: *Sunt justi*, etc., ubi communiter signatur capitulum, est de isto versu in Hebr. Postquàm autem Salomon induxit ad beatitudinem prout habetur in spe per opera virtutum, et impletionem mandatorum; hic consequenter reprimit elationis motum, qui aliquandò ex bonis operibus insurgit. Et dividitur in duas partes, quia primò facit hoc ex incertitudine humani status; secundò ex facilitate casus, capite sequenti. Prima in quatuor, secundùm quadruplicem incertitudinem circa ipsum hominem: primà contingit circa bonum gratiæ; secunda, circa bonum fortunæ ibi: *Verti me*; tertia, circa bonum naturæ, ibi: *Nescit homo*; quarta, circa bonum gratitudinis humanæ, ibi: *Hanc quoque vidi*. Prima in quatuor, quia primò ponitur prædicta incertitudo; secundò incertitudinis ratio, ibi: *Eò quòd*; tertio inferitur quædam conclusio ibi: *Hoc est pessimum*; quartò, malorum comparatio, ibi: *Nemo est*. Circa primum dicitur: *Omnia hæc*, scilicet quæ sequuntur; sic enim in Hebræo conjungitur.

TRACTAVI IN CORDE MEO, diligenter considerando vel potiùs admirando.

SUNT JUSTI ATQUE SAPIENTES (1), scilicet plerique inter homines.

(1) Idem argumentum de bonis malisque in præsentè vitâ pari modo habitis, miris versat modis. Vide autem Hebr. ex Hier., quem ipse sic exponit: Etiam in hoc dedi cor meum, et scire volui quos Deus diligeret, quos odisset; et inveni justorum quidem opera in manu Dei esse, et tamen utrum amentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse et ambiguo fluctuare, utrum ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad supplicium: in futuro igitur scient et in vultu eorum sunt omnia; id est, antecedit eos, cum ex hæc vitâ decesserint, notitia istius rei, quia tunc est judicium, nunc certamen, et quicumque adversa sustinent, utrum per amorem Dei sustineant ut Job, an per odium, ut plurimè peccatores, nunc habetur incertum. Rectè omnimò; idque apertè evincit Ecclesiastes, adeò ambigua esse omnia, ut nemo nec de aliis, nec de seipso sciat an amore, an odio sit dignus, quòd et nos latere possint occulta peccata: *Delicta enim quis intelligit?* Ps. 18, 15, et Deus quid de quoque sentiat, nedùm ullo indicio prodat, involvat magis. *Opera eorum in manu Dei*: solum ipse novit; et tamen nescit homo, et quidem charitatem (Dei erga se) et quidem odium non est cognoscens homo: Hier. ex Hebr., Septuag. Quòd cum sit universim traditum, inde profectò efficitur, ut nec de aliis quisquam, nec de seipso liquidò sciat amorine an odio Deo sit. *Omnia in futurum*: omnia ante facies eorum: Hebr., Septuag., sive, ut vertit Symm. apud Hier.: *Omnia coram eis incerta, ut Deo soli id constet, quemadmodum supra dictum est: Opera eorum in manu Dei.* (Bossuet.)

Omnia sunt ante eos. Intelligunt quidam Hebræi sapientes ac justos quorum meminerat, quòd videlicet ipsi sciant: *Nisi enim homines, iniqui, sint justi et*

ET OPERA FORUM IN MANU DEI, quantum appetet humilitio sensui.

ET TAMEN NESCIT HOMO, quantumcumque justus videatur.

UTRUM AMORI AN ODIO, scilicet Dei.

DIGNUS SIT: SED OMNIA IN FUTURUM SERVANTER INCERTA. Tunc enim manifeste videbitur, quos diligit, et quos odit. Et licet homo non possit scire certitudinaliter de se ipso, et multo minus de alio via humanâ, utrum sit dilectus à Deo, an non, potest tamen habere aliquam conjecturam, utpote si non sit peccati mortalis sibi conscius, et ad implendum Dei mandata sit voluntarius. Potest etiam scire certitudinaliter revelatione divinâ, sicut revelatum est aliquibus sanctis ex speciali gratiâ ad eorum consolationem.

VERS. 2.— Eò QUOD. Hic incipit versus in Hebræo, ubi ponitur dictæ incertitudinis ratio, cum dicitur: *Eò quòd universa æquè eveniunt justo et impio*, etc. Sicut enim injusti aliqui prosperantur in præsentè, ita aliqui justi in divitiis, honoribus et consumibus, et sicut aliqui injusti tribulantur et ejiciuntur, ita similiter aliqui justi, et ideò non potest distingui acceptus Deo, ab eo qui non est ei acceptus, per aliquod quod contingat hominibus. Dicit autem.

JUSTO ET IMPIO, quantum ad ea quæ fiunt erga primum modo contrario.

BONO ET MALO, quantum ad hoc quod respicit vitium et virtutem.

MUNDO ET IMMUNDO, quantum ad id quod respicit honestatem et inhonestatem.

IMMOLANTI VICTIMAS ET SACRIFICIA CONTEMNENTI, quantum ad id quod respicit erga Deum devotionem et indevotionem.

SICUT BONUS SIC ET PECCATOR, quantum ad bonitatem et malitiam operis generaliter.

UT PERJURUS, id est, qui multum assertivè jurat, sicut dicitur 1 Reg. 20: *Addit Jonathas dejerare*; et hoc dicitur quantum ad id quod respicit peccatum et meritum oris, specialiter in vero et falso juramento.

VERS. 5. — HOC EST (1). Hic ex dictis inferitur

sapientes, non advertunt nun diligantur aut odio habeantur à Deo. Omnia videntur sunt ante eos, hoc est, justi omnia hæc considerant. Alii sic: In quæ advertit homo, et id quod essecuratur, in manu Dei est, qui vel illud tribuat, vel auerit, et homo ipse sensu id percipere nequit; cion hoc sit ante ipsam, hoc est, cum illud adhuc expectet. Alii ex usdem Hebræis referunt ad prædestinationem. (Clarius.)

(1) Thaumât, et Olympiâd, censent hæc esse verba stultorum et impiorum. Meliùs S. Hieronymus et alii censent esse ipsius Ecclesiastis. Iterat enim et confirmat quod dixit vers. præced., q. d.: Res pessima,

quædam conclusio, et secunda malorum comparatio, scilicet quòd multi assuescunt committere peccata, eò quòd inter justos et impios non videtur aliqua distinctio facta à Deo; et hoc est quod dicitur: *Hoc est pessimum*, et patet littera usque ibi.

ET POST HÆC AD INFEROS, etc. Quasi diceretur: licet in præsentî vitâ eadem contingant justis et injustis, tamen in futuro non erit ita, quia soli impii ad gehennam deducuntur.

HOC EST PESSIMUM, difficillimum intellectu, molestissimum, et etiam pericolosissimum, cùm ex eo multi ansam arripiant non agnoscendæ divinæ providentiæ.

MALITIA, omni genere peccatorum.

CONTEMPTU, scilicet divinæ justitiæ; cùm gladium vindictæ à Deo exeri non videant.

ET POST HÆC, etc. Quasi dicat, quòd illis occasio est ruinæ et præcipitis casûs in infernum.

id est, valdè noxia et molestissima est, quòd eadem obviant piis et impiis, indeque homines impleantur malitiâ et contemptu, ut pietatem quin et Deum contemnant, itaque ad inferos detrudantur. *Pessimum* ergo hic propriè accipi potest; q. d.: Pax piorum et impiorum eventus, multorum scelerum est occasio. Ita S. Hieron., Bonavent., Hugo, Dion. et alii, vel impropriè *pessimum*, id est, molestissimum, quod pius valdè affligit. Sic Matth. 6 ait Christus: *Sufficit diei malitia*, id est, molestia et afflictio, sua.

Pro contemptu Hebr. est *holelot*, id est, *insaniâ*, ut vertit Pagnin., *vesaniâ*, ut Vatabl. *tricus*, ut Cajetan.; Septuag. περιφρεσίς, id est, *circumlatione*, hallucinatione, vitâ errabundâ, erratione ac turbatione mentis ob externas cogitationes et curas, ait Budæus. *Thaumat.*, *erroribus et fraudibus*. Olympiod.: *Huc et illic in circuitu ambulant, nec desistunt fatigari*. Aquila πλάγη, id est, *errore*, Symmach. ἀθάδεξις, id est, *procacitate*, ait S. Hieronym. Alii, *vanâ exultatione et gloriatione*. Vide dicta cap. 1, 17. Notat impietatem et stultitiam hominum usque ad insaniam, qui lætantur cùm malè fecerint, et exultant in rebus pessimis. Prov. 2, 14, et excusant, *excusationes in peccatis*. Psal. 140, 4, qui procaciter malum operantur, in eoque gloriantur, quasi numinis contemptores.

Hebr.: *Post hoc ad mortuos*, id est, ad statum locumque mortuorum, puta ad inferos; ad illos enim tempore Salomonis omnes mortui descendebant; q. d.: Impii vivunt adeò insolenter, ut de morte non cogitent quasi semper victuri, et nunquàm morituri, itaque cùm minimè cogitant imparati morte abripiuntur, descenduntque ad inferos, ut malitiæ suæ dent pœnas in gehennâ. Ita Chald.: *Et post, inquit, dies hominis servatur ei, ut corripatur cum mortuis juxta judicium peccatoris*.

(Corn. à Lap.)

Hoc malum est, id est, *durum, molestum, acerbum*, sic Aben Ezra. Editio Lat.: *Hoc est pessimum*. Loquitur autem ex opinione hominum, non ex rei veritate. Homines enim *mala* vocant etiam quæ Deus justè facit, nempe quia ipsis talia videntur. *Quòd eventus unus idemque*: durum sapienti, durum justo, iisdem eventibus subjacere cum stulto et improbo. *Plenum est malo*, id est, malis cogitationibus et omni iniquitate, vel tristitiâ. Nam hoc malè habet homines, præsertim cordatos et pios. *Cor malum*, id est, mœstum, triste; contra, *cor bonum pro læto* sumitur. Alia expositio: *cor hominum impletur malo*. Vult dicere: Licenter in mala ruit; liberius peccandi occasionem huic sumit. *Insania*, Septuag. *circumlatio*. Aquila, *error*, Symmachus *præsumptio*, Editio Lat. *contemptus*. Dolor animi quem inde concipiunt tantum non ad insaniam eos adigit. *In vitâ ipsorum*, dum adhuc in vivis existunt. *Postea ad mortuos*, sub. *tendit homo*.

(Lestius.)

VERS. 4. — NEMO EST. Hic consequenter ponitur malorum quædam comparatio; et dividitur in duas partes, quia primò ponitur hæc comparatio; secundò infertur ex hoc quædam conclusio, ibi: *Vade ergo*. Comparatio talis est, scilicet quòd mali viventes videntur melioris conditionis, licet sciant se certitudinaliter morituros; ideò dicit: *Nemo est qui semper vivat*, quia compositus est ex contrariis, et originali justitiâ destitutus.

ET QUI HUIUS REI, scilicet semper vivendi.

HABEAT FIDUCIAM, quia nullus videtur evadere mortis sententiam.

MELIOR EST CANIS VIVUS; per canem mordacem et leonem voracem intelliguntur homines mali, secundum tamen magis et minus, sicut leo est cane magis nocivus; et sic Salomon loquitur hic metaphoricè, sicut etiam communi sermone homo iracundus dicitur canis. Est igitur sensus, quòd peccator vivus melioris conditionis est quàm mortuus (1). Et subditur ratio:

VERS. 5. — VIVENTES ENIM SCIUNT SE ESSE, et hoc certitudinaliter, ut dictum est; et ex hæc consideratione possunt à malis pœnitere, et ad bonum reverti.

MORTUI VERÒ NIHIL NOVERUNT AMPLIUS (2), scilicet aliquid, unde possint ad bonum reverti, licet sciant multa alia.

NEC HABENT ULTRA MERCEDEM, quia sunt extra statum merendi.

QUIA OBLIVIONI TRADITA EST, etc., coram Deo, scilicet quantum ad hoc quòd det eis pœnitentiæ locum, licet sint in memoriâ ejus ad puniendum.

VERS. 6. — AMOR QUOQUE, quem habuerunt ad malos in præsentî vitâ.

ET ODIUM, ET INVIDIÆ, contra bonos.

SIMUL PERIERUNT, quia non possunt ultra malos juvare, nec bonis nocere.

NEC HABENT PARTEM IN HOC SECCULO, id est, in suffragiis quæ vivi faciunt pro defunctis, quæ non valent eis.

VERS. 7. — VADE ERGO (5). Hic ex dictis concluditur

(1) *Ille tamen qui societatem habet cum omnibus viventibus, spem habet*. Alii: *Nam quis est qui adjungat se socium mortuo? in omnibus vivis est spes*. Hoc est: *Quis est ex vivis qui se possit adjungere ac sociare mortuo, ut beneficio illius respiscat? Vel: Quis est ex vivis qui eligat sibi pro socio unum ex mortuis, cujus admonitione respiscere possit?* Ergo deteriori sunt conditione mortui vivis hæc in parte, vivis, inquam, etiam pessimis, quia etiamsi pessimi sint, tamen respiscere possunt. (Anonymus.)

(2) Loquitur de damnatis, quibus non prodest quòd Deum aliquando dilexerunt, aut vitia odio habuerunt, etc., ob id quòd non perseveraverunt usque in finem. (Munsterus.)

(5) Age igitur. Hæc sententia pendet à præcedentibus. Quasi dicat: Cùm nullus sit commodorum externorum sensus post mortem, presentibus fruire, etc. Præcedenti vanitati opponit conveniens remedium. *Comede in lætitiâ panem tuum*. Notanter dicit, *tuum*, non alienum, q. d., à Deo tibi datum, laboribus tuis partum. Omissis istis vanis et animum corrodentibus curis, et questionibus de Deo, fruire oblati et partis. *Quia*, etc. Itaque non est quòd tete afflictes, certus de Dei in te et opera tua faveat. Gra.

quædam conclusio, scilicet quod homo debet in presenti honeste vivere, et ad vitam beatam continuè se preparare, et sic exponit R. Salomô partem istam. Dicit igitur: *Vade ergo, tu, iuste.*

ET COMEDE IN LËTITIA PANEM TUUM. Vive in iucunditate mentis ex testimonio bonæ conscientie procedente. Et quod sic hic debeat intelligi, patet per hoc quod subditur.

QUIA DEO PLACENT OPERA TUA, quod dicitur magis conjecturaliter, quàm certitudinaliter, ut supra dictum est.

VERS. 8. — OMNI TEMPORE SINT VESTIMENTA TUA CANDIDA (1). Hic dicit R. Salomô quod istud est simile regi invitanti aliquem ad festum, et non dicit sibi diem determinatum; et ideò sic invitatus si sit sapiens, sic se parat et ornat, quod omni horâ sit paratus, quia Deus vocat electos ad festum futurum, et non dicit eis tempus determinatum, quod est tempus mortis, quo nihil est incertius; et ideò homo semper debet esse paratus, ut recipiatur ad Dei festum, quæ preparatio est per vitam sanctam et honestam, et significatur hic per candidam vestem; et sic Salomô loquitur hic metaphoricè, sicut in pluribus aliis locis.

ET OLEUM, divinæ gratiæ.

DE CAPITE TÛO, id est, de mente tuâ (quæ est caput in viribus animæ).

NON DEFICIAT (2), id est, sic vive, quod Deus gratiam suam à te non subtrahat.

tum est Deo ut comedas et bibas, etc. Congruit cum Coh. 2, 24. Vel, particula causalis, quia, accipienda est pro conditionali, si Deo placent opera tua; id est: Si quævisisti primum regnum Dei, etc., adijce insuper ex Dei dono fructum aliquem voluptatis ex cibo et potu, etc. Deo placet quod labore tuo partis hilariter fruaris, etc. Non tibi fluctuandum est, ô homo, de Dei circa hanc tuam hilaritatem animo; jamjam enim Deus opera officii tui mandavit, et facta approbavit, usque benedixit, et tibi hoc lætitiæ donum largitus est, Coh. 2, 24. Vide et Psal. 105, 15, 14, et 127, 1, 2. *Tam enim propitiis Deus largitur tibi frui operibus tuis.* Verto: *Quia Deus juvet laboribus tuis;* nempe, cum eos ita prosperavit, ut cuncta que vitam delectant abundè tibi suppetant. Ita Piscator, Annotationes Anglicæ, Gejerus, Mercerus, Grotius.

(1) Duplici plerumque utebantur veste Judæi, alterâ interiori, scilicet tunicâ, quæ fermè linea erat; alterâ exteriori, seu pallio, ut plurimùm ex lanâ. Frequenter lavari solebat tunica; atque albus color festus lætusque habebatur, uti ater funebris ac nefastus. Cum populus ad sacram aliquam religionis celebriatam pararetur, corpus vestesque preluabat; eademque purgatio iterabatur, cum quis legali aliqua sorde pollutus fuisset. Ingens Hebræis erat munditiæ cura, quique inter ipsos honestissimi erant, nitidis lotisque vestibus nunquam non utebantur. Mulieris fortis vir in cæteribus vestium nitore ac magnificentia conspicuus erat; et apud Homerum, Pææcum rex, ejusque liberi vestibus nitidis lotisque semper ornantur. Proceres ac magnos viros Hebræi albus, seu vestibus albis indutos nominant. (Calmet.)

(2) Hoc inter veterum delicias erat, ut capiti ungerent, cupus rei monumenta apud Scripturam et profanos plura supersunt. Aruere Picastrum videtur Christus veluti inurbanum, quod sibi caput non unxisset, cum aliena mulier unguento sibi pedes linitet et capillis tergeret. (Calmet.)

VERS. 9. — CUM TÛOVI QUAM BIBIS, id est, cum sapientia divinæ legis, ut exponunt hic Hebræi, secundum quod dicitur Sap. 8. *Homo amara a peccatore mœta, et quod non possam cuncta cum astringere.*

CUNCTIS DIEBUS VITÆ, id est, vite presentis, quæ est instabilis, quæ expendenda est in exercitio divinæ legis.

HIC EST ENIM PARS, id est, ista locum per dies de presentis vitæ, et non temporalia bona; ideo subditur:

VERS. 10. — QUODCUMQUE POTEST FACERE MANUS TUA, INSTANTER OPERARE; id est, quantum potes, operibus meritoris insua.

QUIA NEC OPUS, scilicet exterius.

NEC RATIO, id est, mentis meditatio.

NEC SCIENTIA, de humanis.

NEC SAPIENTIA, de divinis.

ERUNT APUD INFEROS, id est, in limbo patrum, ubi descendebant omninò purgati ante Christi passionem, de quo tempore loquitur hic Salomô; et in purgatorio, ubi descendebant, et adhuc descendunt, qui descendunt in aliquibus purgandi. Ista enim duo loca à doctoribus esse dicuntur in parte inferni; et ibi non est opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia, scilicet ad merendum, licet ibi sint ad alia.

QUO TU PROPERAS, quia omnes, quantumcumque iusti, descendebant ad alterum istorum dictorum ante Christi adventum.

VERS. 11. — VERTI ME. Hic consequenter ponitur incertitudo hominis circa bona fortuna; cum dicitur: VIDI SUB SOLI, in hominum habitatione.

NEC VELOCIUM ESSE CURSUM (1), quia aliquando contingit, quod velocior cursor non venit prior ad terminum, eò quod aliquo casu impeditur, et sic ab alio prævenitur.

NEC FORTIUM BELLUM, quia aliquando fortior à minus forti vincitur.

NEC SAPIENTIUM PANEM; sed aliquando sunt in egestate magnâ, sicut patet de sancto Job et pluribus aliis.

NEC DOCTORUM DIVITIAS, philosophi enim apud gentiles contempserunt divitias, ut patet de Socrate et Diogene, et pluribus aliis. Similiter prophetae, qui fuerunt doctores tempore veteris Testamenti, et Christus et Apostoli tempore novi.

NEC ARTIFICUM GRATIAM, melior artifex in mechanicis, non semper habet majorem gratiam principis.

SED TEMPS, id est, incertitudinem, quæ ab elationis motu debet reprimere hominem.

VERS. 12. — NESCIT HOMO. Hic ponitur incertitudo hominis circa bonum naturæ, quod est ipsa vita, cujus terminus est omninò incertus; ideo dicitur: *Nescit homo finem suam.*

(1) Hoc est: Non semper in hac vitâ, qui in stadio cursum, gravium repant, nec fortes in bello victoriam, etc.; sed sæpe hæc vincuntur contingere hominibus casu et fortuna. Sic nempe sentiunt homines carnales hanc presentis vitæ æmulationem, cum reverentiam sapienti Dei consilio, et occultâ, sed justâ tamen Dei providentia istant.

(Iud. Cappellus.)

SED SICUT PISCES CAPIUNTUR HAMO, id est, ex insperato, quando aestimant accipere escam.

SIC CAPIUNTUR HOMINES IN TEMPORE MALO, id est, tempore mortis, quod malum dicitur, in quantum privat vitâ.

CUM EIS EXTEMPO, id est, repenti.

SUPERVENERIT. Et talis incertitudo debet hominem retrahere ab elatione.

VERS. 13. — HANC QUOQUE. Hic consequenter ponitur incertitudo respectu gratitudinis humanæ, quia frequenter privatur beneficiis. Et dividitur in duas partes, quia primò propositum ostenditur, secundò circa hoc questio movetur et solvitur, ibi : *Quomodo ergo*. Circa primum dicitur : *Hanc quoque sub sole vidi sapientiam ; gratitudine tamen privatâ.*

VERS. 14. — CIVITAS PARVA ; ideò poterat de facili obsideri.

ET PAUCI IN EA VIRI ; ideò malè poterat defendi.

VENIT CONTRA EAM REX MAGNUS, qui poterat eam suo exercitu circumdare et machinas contra eam erigere, et sic eam capere.

VERS 15. — INVENTUSQUE EST IN EA VIR PAUPER ET SAPIENS, etc. ; tamen nullus reddidit sibi gratitudinem.

R. Salomo exponit hoc tanquam fuerit sic ad litteram ; verumtamen non dicit quæ fuerit illa civitas, et ille pauper eam liberans, sicut nec hic exprimitur. Potuit tamen sic esse, quia sapiens mulier liberavit Abelam ab imminente excidio, ut habetur 2 Reg. 20 ; sapientia autem magis viget in viris quam in mulieribus (1).

VERS. 16. — ET DICEBAM EGO (2), ex facto pauperis sapientis,

(1) ET NULLUS DEINCEPS RECORDATUS EST HOMINIS ILLIUS PAUPERIS. Hebraicè non est *deinceps*. Itaque aliqui interpretantur : nemo recordatus est illius, id est, nemo illum noverat, cum esset ignobilis. Quomodo aliis locis sæpè vocat sapientiam vanitatem, hic autem laudat. Quando vanitatem vocat, comparat illam cum æternâ sapientiâ. *Quod enim stultum est Dei, sapientius est hominibus*, 1 Cor. 1, 25. Et non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Hoc autem ioco comparat sapientiam humanam cum humanis viribus, ut declarat statim vers. 16. (Maldonat.)

(2) Cette image de la sagesse d'un homme si avantageuse à toute une ville, et en même temps si méprisée, est assez claire par elle-même ; et elle est encore une grande preuve de cette injustice des hommes, et de la misère de ceux qui espèrent aux récompenses du siècle, dont le Sage vient de parler.

Les Saints y donnent un autre sens plus spirituel. Cette cité est l'Eglise. Elle est petite en comparaison de la Babylone qui enferme presque tout le monde. Ou elle est petite encore, parce qu'elle est la cité des humbles et des petits. Un grand roi est venu pour la prendre et il l'a assiégée de toutes parts. Ce roi est le démon, que Jésus-Christ appelle le prince du monde, et dont il est dit dans Job : *Qu'il n'y a point de puissance sur la terre qui puisse être comparée avec la sienne*. Il attaque l'Eglise, ou par les erreurs de ses ennemis déclarés, ou par la corruption des mœurs de ses ministres et de ses propres enfants. Il se trouve dedans un homme pauvre et sage, qui délivre la ville par sa sagesse. Cet homme est sage parce qu'il est pauvre. Il est pauvre parce qu'il est humble, et que se considérant comme un néant devant Dieu dont il a tout reçu, il ne veut vivre que pour lui seul, et ne plaire qu'à lui seul.

Saint Athanase, saint Chrysostôme et plusieurs au-

MELIOREM ESSE SAPIENTIAM FORTITUDINE (1), quia belatores civitatis non poterant hoc facere.

QUOMODO ERGO (2). Ille ex prædictis movetur questio, unde processit tanta ingratitude erga pauperem sapientem ; respondet ad hoc, cum dicitur :

VERS. 17. — VERBA SAPIENTUM, id est, procedentia ab ore sapientis, et sapientibus proposita ; ideò dicitur sapientium in plurali ;

AUDIUNTUR IN SILENTIO, id est, attentè.

PLUSQUAM CLAMOR PRINCIPIS INTER STULTOS. Et per hoc solvitur questio. Quod enim verba pauperis sapientis fuerunt contempta, processit ex populi stultitiâ. Et quia stultorum infinitus est numerus, ut dictum est supra cap. 1, ideò frequenter contingit talis contemptus et ingratitude. Expositores verò catholici communiter dicunt, quod Salomon hic loquitur metaphoricè, per civitatem intelligens Ecclesiam, et per regem eam obsidentem, diabolum et ejus militiam, per pauperem sapientem, ipsum Christum, qui duxit pauperem vitam, et suâ sapientiâ liberavit populum suum, quantum est in se, ex dæmonis potestate ; et nullus deinceps recordatus est, quia pauci valdè sunt grati respectu ingratorum, et maximè de Judæis, qui negant Christum ; et talis ingratitude ex humanâ stultitiâ procedit ; et ad hunc intellectum potest littera de facili applicari. Aliqui verò Hebræi dicunt similiter, quantum ad hoc, quod Salomon loquitur hic metaphoricè, et per civitatem parvam intelligit corpus humanum ; per viros existentes in eâ, corporis membra ; per regem obsidentem ipsum, fomitem ad malum inclinantem, qui dicitur rex magnus, eò quod multi obediunt ei ; per virum sapientem pauperem, synderesim vel rationis dictamen ad bonum inclinantem ; et dicitur pauper, quia pauci obediunt ei. Liberatio autem ab impulsu fomitis fit per dictamen rationis, et quod contemnitur procedit ex stultitiâ hominis. Et ad

tres Saints après les Apôtres, ont été ces pauvres et ces sages, auxquels Jésus-Christ a dit comme à ce saint Evêque qu'il console dans l'Apocalypse : Je sais que vous êtes affligé et pauvre, mais vous êtes riche. Ils ont été méprisés et traités même indignement et outrageusement, par une injustice aussi grande que barbare et inhumaine. Mais si leurs ennemis ne se sont souvenus d'eux en leur temps que pour faire détester leur nom et leurs personnes, ils ont été néanmoins révéérés ensuite comme les libérateurs de l'Eglise, et leur mémoire sera éternellement en gloire devant Dieu, et en bénédiction parmi les justes. (Sacy.)

(1) Hoc idem sæpè docuit ; ejusque rei argumentum est hoc quod mox tradidit de urbe obsessâ, sapientis viri arte liberatâ. Simile quid in libris Regum legimus, quo hæc veritas comprobatur. Abelam Joabi armis obsessam sapiens mulier liberavit ; Bethuliam Judith ; Archimedes diu Syracusas adversis Romanos defendit.

(2) Hebræus planitè fert : *Dixi : Melior est sapientia fortitudine ; et sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non audita*. Quamvis nemo sapientiam cæteris rebus præstare neget, illam homines contemnere non verentur, ubi cum paupertate jungatur. *Dives locutus est, et omnes tacuerunt*, inquit Ecclesiasticus ; *pauper locutus est, et dicunt : Quis est hic ? Omnis vir, ait Theognis, paupertate domitus, neque quidquam dicere nec facere potest ; lingua vero ei ligata est.* (Calmet.)

istum intellectum potest similiter littera de facili applicari : prima tamen expositio videtur magis litteralis.

Vers. 18. -- *Melior est* (1). Postquam Salomon repressit motum elationis ex incertitudine humani status, hic consequenter idem facit ex facilitate sui casus, propter quod semper debet timere, et non presumere. Et dividitur in duas partes, quia primò ostendit facilitatem casus ex impulsu interioris fomitis, secundò ex defectu exterioris regiminis, ibi : *Væ tibi, terra*. Circa primum sciendum quòd fomes impellit ad malam actionem, et ad ejus occasionem, et etiam ad inordinatam locutionem. Primò ergo ostenditur propositum in primo, scilicet in peccati actione ; secundo in peccati occasione, ibi : *Qui fodit foveam* ; tertio in malà locutione ibi : *Si mordeat serpens*. Prima adhuc in duas, quia primò ostendit Salomon damnum peccati ; secundò monet resistere fomiti, ibi : *Si spiritus*. Prima adhuc in duas, quia primò ostenditur propositum ; secundò infert duplex corollarium, ibi : *Pretiosior*. Circa primum dicit, continuando se ad præcedentia : *Melior est sapientia quàm arma bellica*, quia priùs locutus fuerat de sapientià pauperis civitatem liberantis, quod fieri non poterat armis. Est enim continuatio ad sequentia, quia per sapientiam resisti-

(1) Sensus hunc et suprâ habuimus 7, 20. Tractat eundem et Aristoteles Polit. 7, 13 et 14. Cicero de Officiis lib. 1 : *Sed cum plerique arbitrentur res bellicas majores esse quàm urbanas, mimenda est hæc opinio.*

Melior est sapientia instrumentis belli, est velut epiphonema, quod ex superioribus conficitur.
(Rosenmuller.)

CAPUT X.

1. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti ; pretiosior est sapientià et glorià parva et ad tempus stultitia.

2. Cor sapientis in dexterâ ejus, et cor stulti in sinistrâ illius.

3. Sed et in viâ stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

4. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris : quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis :

6. Positum stultum in dignitate sublimi, et divites sedere deorsum.

7. Vidi servos in equis, et principes ambulantes super terram quasi servos.

8. Qui fodit foveam, incidet in eam ; et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

9. Qui transfert lapides, alligetur in eis, et qui scindit ligna, vulnerabitur in eis.

10. Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut priùs, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuatur ; et post industriam sequetur sapientia.

11. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.

12. Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis præcipitabunt eum.

tur fomiti ; quæ est optima victoria, et multò melior quàm illa quæ acquiritur per arma bellica.

ET QUI IN UNO PECCAVERIT, MULTA BONA PERDIT (1). Sicut enim in bellis ex medico defectu in primo congressu debellatur aliquando totus exercitus ; sic ex uno peccato mortali proditur totus cumulus præcedentium meritorum, qui stante illo peccato non proficere ad salutem, et ad hoc inducitur exemplum cum dicitur : *Muscæ morientes*.

(1) *At peccator unus perdit bonum multum*, quasi dicat : Unus vir sapiens, ut superiori exemplo patuit, non se tantum, verum et multos alios è periculis liberat, ac potior est quibusvis armis bellicis. At homo unus malus et insipiens non solum sibi periculum creat, sed et multos alios, et multa atque amplissima bona perdit. *Peccans* hic intelligitur is qui a rectâ sapientiæ regulâ aberrat, qui insipiens et rudiis est circa ea quæ vel ad corporis vel ad animæ salutem spectant, uti et alias, præsertim in Proverbiis, *peccatores stultos eosdem esse vidimus*. Hisce verbis ostenditur magnum illud periculum sapientiæ, in uno tantum negotio vel casu neglectæ, quod adeò facile sic possit multum boni perdi. Sed prior sensus, quem et Græcus Alexandrinus et Chaldaeus exprimit, ut simplicior, et is quæ sequuntur initio capitis proximi accommodus, est præferendus. (Rosenmuller.)

Videtur huc alluisse Jacobus cum ait cap. 2 : *Qui in uno offenderit, factus est omnium reus*. Sensus autem est : *Qui unum crimen aut scelus admisit, amittit fructum omnium quæ bona operatus est, sive mercedem æternam spectes, sive famam bonam et gloriam apud homines*. Huc pertinet quod sequitur ; *Muscæ morientes perdunt*, id est, vitiant, corrumpunt, *suavitatem unguenti, dum immoriuntur* : unguenti autem odor famam bonam in Scriptura significat, 2 Cor. 2. (Estius.)

CHAPITRE X.

1. Les mouches qui meurent dans le parfum en gâtent la bonne odeur ; de même une imprudence légère et de peu de durée l'emporte sur la sagesse et la gloire.

2. Le cœur du sage est dans sa main droite, et le cœur de l'insensé est dans sa main gauche.

3. L'imprudent même, qui marche dans sa voie, étant insensé lui-même, croit que tous les autres sont insensés.

4. Si l'esprit de celui qui a la puissance s'élève sur vous, ne quittez point votre place, parce que ce remède fait éviter de grandes fautes.

5. Il y a un mal que j'ai vu sous le soleil, qui semble venir de l'erreur du prince :

6. L'imprudent élevé dans une dignité sublime, et les riches assis en bas.

7. J'ai vu les esclaves à cheval, et les princes marcher à pied comme des esclaves.

8. Qui creuse la fosse y tombera ; et qui rompt la haie sera mordu du serpent ;

9. Qui transporte les pierres en sera meurtri ; et qui fend le bois en sera blessé ;

10. Si le fer est emoussé, et qu'on ne l'aiguise point pour le remettre dans son premier état, mais qu'on l'emoussé encore, on aura de la peine à l'aiguiser dans la suite : ainsi la sagesse ne s'acquiert que par un long travail.

11. Celui qui médit en secret est comme un serpent qui mord sans faire de bruit.

12. Les paroles qui sortent de la bouche du sage, sont pleines de grâces : mais les paroles de l'insensé le feront tomber dans le précipice.

13. Initium verborum ejus stultitia, et novissimum oris illius error pessimus.

14. Stultus verba multiplicat; ignorat homo quid ante se fuerit; et quid post se futurum sit quis ei poterit indicare?

15. Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in urbem pergere.

16. Væ tibi terra, cujus rex puer est, et cujus principes manè comedunt.

17. Beata terra, cujus rex nobilis est, et cujus principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, et non ad luxuriam.

18. In pigritiis humiliabitur contignatio, et in infirmitate manuum perstillabit domus.

19. In risum faciunt panem et vinum, ut epulentur viventes; et pecuniæ obediunt omnia.

20. In cogitatione tuâ regi ne detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia et aves cœli portabunt vocem tuam, et qui habet pennas, annuntiabit sententiam.

13. Ses premières paroles sont une imprudence et les dernières qui sortent de sa bouche sont une erreur très-maligne.

14. L'insensé se répand en paroles. L'homme ignore ce qui a été avant lui; et qui pourra lui découvrir ce qui doit être après lui?

15. Le travail des insensés les accablera, parce qu'ils ne savent pas seulement le chemin pour aller à la ville.

16. Malheur à toi, terre dont le roi est un enfant et dont les princes mangent dès le matin.

17. Heureuse est la terre dont le roi est d'une famille illustre, et dont les princes ne mangent qu'au temps destiné pour se nourrir, et non pour satisfaire leur sensualité.

18. La charpente du toit se gâtera peu à peu par la paresse, et les mains lâches seront cause qu'il pleuvra partout dans la maison.

19. Les hommes emploient le pain et le vin pour se divertir, et pour passer leur vie en festins; et toutes choses obéissent à l'argent.

20. Ne parlez point mal du roi dans votre pensée, et ne médisez point du riche dans le secret de votre chambre, parce que les oiseaux mêmes du ciel rapporteront vos paroles, et ceux qui ont des ailes publieront ce que vous avez dit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—MUSCÆ MORIENTES, id est, languidæ et debiles, quæ de facili cadunt in illa quæ conficiuntur ab apothecariis.

PERDUNT, etc., id est, destruunt.

SUAVITATEM UNGUENTI, id est, ejus bonitatem, quando cadunt ibi. Et sicut per muscam, quæ est res parva, perditur res benè pretiosa, sic per unum peccatum cumulus meritorum. Hic infertur primum corollarium, cùm dicitur:

PRETIOSIOR EST SAPIENTIA (1), quia locutus fuerat de valore sapientiæ. Et secundùm expositores nostros communiter: *Sapientia et gloria parva sunt nominativi casus, et stultitiâ ablativi*; et est sensus: *Sapientia cum honore parvo pretiosior est quàm stultitia cum honore magno, ut dictum est supra cap. 4: Melior est puer pauper et sapiens rege sene et stulto.* Sed hæc expositio secundùm litteram Hebraicam stare non potest, quia in Hebr.: *Sapientia et gloria sunt ablativi casus, stultitia verò nominativi.* Item τὸ *parva* non est adjectivum hujus substantivi *gloria*, sed hujus scilicet *stultitia*, quia ponitur immediatè post ipsum. Est igitur secundùm Hebr. hæc littera: *Ponderosior est sapientia et gloria stultitiâ parvâ.* Et est sensus, quòd defectus parvus in moribus, qui dicitur hic parva stultitia, ponderosior est sapientiâ et gloriâ

(1) Id quod pretiosum ex sapientiâ et gloriâ, stultitia parva, Hebr., supple, corrumpit. Sicut exiguæ muscæ optimum unguentum, sic paululùm stultitiæ excellentem sapientiâ et gloriâ virum corrumpit; cavendumque omninò ne leves defectus multitudine gravent.

(Bossuet.)

Sensus est: *Prudentia simplex et recta, minimèque callida, aut ostentatrix, quæ passim pro stultitiâ reputatur, est pretiosior sapientiâ et gloriâ, hoc est, quàm gloriosa et ambitiosa prudentia, quæ est prudentia hujus seculi, injuriarum impatiens prætextu famæ et honoris, et ambitioni studens prætextu honestatis.* Malè in quibusdam codicibus pridem legebatur: *Pretiosior est auro sapientia.* Nam illud auro additum ab imperito quodam qui sententiam putavit esse incompletam, et ablativum desiderari. (Estius.)

quia frequenter facit eam vilescere in personâ aliquâ notabili. Et secundùm hoc hæc littera est confirmatio præcedentis sententiæ in quâ dictum est quòd muscæ, quæ sunt res parvæ, vilescere faciunt unguentum pretiosum. Ratio autem diversitatis inter translationem nostram et dictum Hebraicum, circa hoc nomen *pretiosior*, est, quia nomen Hebraicum hic propositum est æquivocum ad pretiositatem et ponderositatem, et frequentius accipitur pro pretiositate, sicut accipit translatio nostra, et ideò potest aliter exponi littera nostra, et sequendo Hebr. veritatem, quantum ad hoc quòd *sapientia et gloria* sunt ablativi casus, et *stultitia parva*, nominativi, ut sit sensus: *Stultitia parva, id est, stultitia ad horam simulata pretiosior est, id est, utilior quàm sapientia et gloria, ut patet de David 1 Reg. 21, qui simulando stultitiâ coram Achis rege Geth, pro hoc evasit mortem.*

VERS. 2.—COR SAPIENTIS (1). Hic ponitur secundùm corollarium, de sapientiâ et stultitiâ sibi oppositâ, cùm dicitur:

COR SAPIENTIS IN DEXTERA EJUS, quia dirigitur in bonum moris, per dexteram designatum.

ET COR STULTI, quia semper tendit in malum, per sinistram designatum.

SED ET IN VIA (2), scilicet vitæ præsentis, in quâ omnes sunt viatores.

STULTUS AMBULANS, per vitia et peccata.

CUM IPSE INSUPIENS SIT, secundùm veritatem.

OMNES, à suâ viâ declinantes.

STULTUS ÆSTIMAT (3), quia non sequuntur delecta-

(1) Dextera est via virtutis, sinistra via vitiorum, ut in litterâ Pythagoræ. Apparet id collatis locis Deut. 1, 59, et Jonæ in fine. (Grotius.)

(2) In Hebræo: *Etiam cùm per vias incedit stultus, cor ei abest, dicitque omnibus: En stultum; id est,*

Vultu morbum incessuque fatetur. (Grotius.)

(3) *Omnibus quòd stultus sit; id est: Palam præ se fert omnibus stultitiâ; q. d.: Dissimulari non potest stultitia, ne foris quidem, sed semper suo se indicio prodit.* (Vatablus.)

bilia hujus mundi, quæ sola reputant bona, et propter hoc homines vani et mundani, viros sapientes et religiosos, reputant stultos.

VERS. 4. — **SI SENATUS** (1). Postquam ostendit damnum peccati ad quod fomes impellit, hic consequenter monet resistere fomiti. Et primo ponitur hæc monitio; secundò, refertur quædam conclusio, ibi: *Est et malum*. Circa primum dicitur, *spiritus*, id est, impulsus.

POTESTATEM HABENTIS, id est, fomitis, qui dicitur hæc *potestatem habens*, eo quod multi obediunt ei ut potestatem habenti. Potest etiam dici dæmon, de quo dicitur Job 41: *Non est potestas super terram, quæ ei comparetur*. Et frequentes impulsus fomitis et dæmonis simul concurrunt in tentatione, quia dæmon excitat fomitem, et eo utitur tanquam instrumento ut dejiciat hominem à virtute.

ASCENDERIT SUPER TE, impellendi te ad peccatum.

LOCUM TUM NE DIMISERIS, id est, stabilitatem virtutis, in quâ tanquam in loco stabili debet homo permanere. Et subditur causa:

QUIA CURATIO FACIET, etc. Licet enim resistendo fomiti, non auferatur fomes totaliter in præsentî vitâ, tamen per talem resistantiam, ejus potestas diminuitur, et virtus moralis firmatur et augetur, quæ dicitur quædam sanitas animæ, et per consequens *curatio* ab infirmitate. Et hoc facit cessare peccata ad quæ impelleret fomes, nisi esset talis sanitas vel *curatio*.

VERS. 5. — **EST ET MALUM** (2), etc. Hic inferitur quædam conclusio; ex hoc enim quòd pauci resistunt fomiti modo prædicto, et multi sequuntur ejus impulsum, idèò homines fiunt ambitiosi potestatis mundanæ et honoris, et sic homines defectuosi ad talia promoventur, et virtuosî sine honore dimittuntur. Et hoc est quod dicitur: *Est et malum quod cædi sub sole*. Et quod sic illud subditur: *Quasi per errorem egrediens à facie principis*.

VERS. 6. — **POSITUM STULTUM** (3), etc. Princeps ipse

(1) Sensus est: Si per sapientiam tuam pervenisti ad gradum altum, non obliviscaris prioris tuæ humilitatis sortis; sic enim medeberis tibi, cavebis à malis peccatis. Alii verò exponunt: Si quispiam deseruerit gradum sublimem, ille dimittet peccata grandia. Sunt alii apud Hebræos qui hunc versum sic reddunt: *Si spiritus potentis alicujus contra te fuerit concitatus, non deseras stadium tuum sapientiæ, etc.* (Munsterus.)

Si apud regem in magnâ fueris gratia, serva priorem modestiam. Propertius ad Mæcenatem:

Mæcenæ eques Hetrusco de sanguine regum,

Intra fortunam quæ capis esse tam. (Cicilius.)

(2) *Quasi per errorem* (aut ignorantiam, Hebr., atque involuntariè, Septuag.) *egrediens à facie principis*: adeò absurdum, ut nonnisi imprudenti excidat principis. Vide autem quam multa peccent principes per ignorantiam, quæ tamen respublica pessumdat.

(Bossuet.)

(3) Regibus multis suspecti qui excellent sive sapientiâ, sive nobilitate, aut opibus. *Ubi a illis virtus formidolosa est*, ut ait Sallustius. *Palant ergo sapientiarum professores, et omnes bonas artes in calliam agunt*. *Sinistra illis erga emittentes interpretatis, nec minus vericulum ei magnâ famâ quam cæ melli*. *Vol vitas, opes pro crimine*; quæ omnia habet Lætitus. Exemplum in Roboamo.

(Grotius.)

Stultum in dignitate... et divites (sive optimates) se-

Deus est, qui nullo modo potest errare secundam veritatem, sed tantum secundam hominum insipientium estimationem, qui ex pernicitate malorum ad magnas dignitates frequentiter deiciunt Deum dormire, vel desipere. Tamen se autem eo finem sine sapientiâ et justitiâ nobis occulta, permittit aliquando malos sublimari, et bonos humiliari, et idèò non dicitur hic *per errorem peccata* absolute, sed *quasi per errorem*, quia sic videtur laicis et simplicibus (1).

VERS. 8. — **QUI FACIT FORCAM** (2), etc. Hic consequenter ostendit malum fomitis, in quantum inclinat ad peccati occasionem, dicens: *Qui facit forcam, incidit in eam*; sic enim contingit aliquando corporaliter, et per hoc intelligitur quod querens peccati occasionem incidit in illud, sicut videns spectacula inhonesta cadit in peccatum luxurie, et querens familiaritatem latronum, in furti peccatum. Ad idem inducit quod subditur:

ET QUI DISSIPAT SEMEN, id est, honestatis disciplinam à sapientibus traditam.

MORDET ET MOCER, id est, diabolus, qui vocatur serpens, Genes. 4. Et ad idem facit quod subditur:

VERS. 9. — **QUI TRANSIERT LAPIDES** (3), etc. Sicut enim transiens lapides, et scindens ligna, patitur corporale detrimentum; sic et ille qui exponit se occasionibus peccatorum, detrimentum animæ.

VERS. 10. — **SI RITUSUM FUERIT FERRUM** (4). Hic *dere deors m*, magnâ rerum perturbatione, quam et sequens indicat, ubi servi dominantur, principes humi reput.

(Bossuet.)

(1) *Vide servos super eos, et non erò neque ubi em, neque rugosam, nec libertatem quædam armis preponere, regia utilitas est*. Sic Tacitus in Germania.

ET PRINCIPES AMBULANTES SUPER TERRAM QUASI SERVOS. *Præcipue* intellige viros nobiles. (Grotius.)

(2) *Qui facit forcam* sine necessitate, vel in alterius damnum, *cadet in eam*; hoc est, justo Dei judicio dæmonum quod alteri procurare studeat, et insidiâ quas illi servit, in illius caput incidit. Idem est sensus sequentis *Leviticus*: *Qui arripit serpentem, vel mæceriam et parietem inter viciniam later se et proximum suum, sine necessitate, non habet rem vestram in eo latens, imprudenti et incauto evenit ei magnum malum*.

(Lud. Cappellus.)

(3) *Qui amovet lapides, dolore afficitur per illos*: qui grandia provolvit saxa, is facile ipsorum pondere superates senectusum lædit. Sunt qui hoc de lapidum terminalium translatione intelligant, quæ fit ab alienorum bono tum capitis. Quod ab hoc loco alienum est. Significatur et hoc et proximo adagio, nonnisi hoc, imprudentem illi multa mala accedere, quæ per circumspectionem et prudentiam cavere potuisset. *Qui ligam fudit, periclitatur is*: qui artem findendi ignorat, aut secum hebetatâ utitur, vel alioquin ineptus est, is facilè sumpsit securi, vel scædhis assulisque è ligno resultatibus, lædere potest.

(Rosenmüller.)

(4) *Si hebetatum* (nomen largo saty ac rubigine) fuerit ferrum, et ipse omnium a rem ejus (pridem) non teneat, non vices suas et revabit id est, omni vi nitetur auerere vitium mollium; et plus multo repletionis id est, polituræ sanæstia, requirit scilicet. Hæc est interpretatio Maimonide longe optima.

(Grotius.)

Hunc versum Hebræi legunt et interpretantur ad hunc modum: *Si detensus fuerit ferrum, et non exa-*

removet circa prædicta quamdam æstimationem falsam, quâ aliqui æstimant hominem de facili de vitiis redire ad virtutes, et ideò quærunt facilius peccatorum occasiones. Ideò hoc removet per exemplum ferri acuti, quòd si inde repercutiatur lapis, ejus acies perditur, nec de facili recuperatur, sed cum magno labore. Et similiter declinans de virtutibus ad vitia, non de facili, sed cum multâ difficultate redit ad virtutem. Et patet per experientiam, et per philosophiam, 1 Eth. Ideò subditur :

ET POST INDUSTRIAM, id est, magnam diligentiam, ad recuperandum virtutem.

SEQUETUR SAPIENTIA, per quam intelligitur status virtuosi.

VERS. 12. — VERBA ORIS SAPIENTIS GRATIA, quia reddunt eum coram Deo et hominibus gratiosum.

ET LABIA INSIPIENTIS PRÆCIPITABUNT EUM, quia reddunt eum Deo et hominibus odiosum. Et quia, sicut sapiens procedit de virtute in virtutem augmentando, ita stultus de malo in pejus loquendo, ideò subditur :

VERS. 13. — INITIUM VERBORUM EJUS STULTITIA, minor.

ET NOVISSIMUM ORIS ILLIUS ERROR PESSIMUS, quia aliquando prorumpit in blasphemiam contra Deum, quòd est pessimum ; et unde procedit hoc, statim ostendit.

cuatur ejus acies, etiam exercitus roborabitur, et amplius rectum faciet sapientia, id est : Ubi est sapientia quâ exercitus gubernatur, quamvis non benè sit instructus armis vincit hostes ; plus enim sapientia rectum facit, id est, plus valet ad corrigendum armorum defectum, quam valerent arma ipsa ad victoriam, sicut cap. 9, 18 : Melior est sapientia quam arma bellica. Alii sic, ut loquatur de eo qui ligna scindit, cujus ferrum (securis) si fuerit hebetatum, et ipse (scindens) non acuerit illud, superabit (ferrum hebetatum) vires (ejus qui ligna scindit). Excellentia autem industriæ est sapientia, id est, hoc excellit sapientia securi, quòd illa hebetatur usu, hæc magis acuitur. Quare illa quo magis exercetur majorem utenti laborem affert, hæc minorem. (Maldonatus.)

Si nous laissons émousser et même rebrousser cette épée que Jésus-Christ dit qu'il est venu apporter sur la terre, qu'il explique ailleurs la séparation et le retranchement que nous devons faire de tout ce qui est en nous d'humain et de charnel, en nous renonçant nous-mêmes, et en nous faisant la guerre à nous-mêmes, nous éprouverons après ce relâchement combien il nous sera pénible de recommencer ce combat, et de nous faire cette violence, qui seule ravit le ciel.

Saint Jérôme considère cette sentence en elle-même, sans la lier avec celle qui précède, et il l'explique en cette manière : « Il arrive quelquefois, dit-il, qu'un homme qui avait commencé de chercher à connaître Dieu se ralentit tout d'un coup, et qu'il tombe dans la paresse et dans la langueur. Et cette tiédeur qui possède son esprit le rend comme un fer qui se rouille et qui se gâte : *Desidia quasi quædam rubigo sapientiæ*. Mais alors, ajoute ce Saint, il ne faut point perdre courage : car comme en ziguisant un fer qui est émoussé on peut le remettre dans son premier état, ainsi, en s'appliquant avec une ardeur nouvelle à ce que Dieu nous commande, on peut recouvrer ce que l'on avait perdu, et rentrer ainsi peu à peu dans le chemin de la vérité et de la sagesse. Cela ne peut se faire qu'avec travail : mais la peine est heureuse lorsqu'elle est payée d'un si grand prix. »

VERS. 14. — STULTUS VERBA MULTIPLICAT, quia multiplicando verba fatua, finaliter venit ad verba pessima. Et quia omne malum procedit ex aliquâ ignorantia, secundum quod dicit philosophus : *Ignorat omnis malus*, ideò subditur :

IGNORAT HOMO, scilicet stultus.

QUID ANTE SE FUERIT, quia facta præcedentium sapientium considerare negligit, quæ sunt quædam directiones respectu agendorum.

ET QUID POST SE FUTURUM SIT QUIS POTERIT INDICARE ? q. d. : Solus Deus, sed stultus non est hæc revelatione dignus, et quia talis errat per diversa vitia, in quibus est magnus labor, non solum animæ, sed etiam corporis ; secundum quod in personâ damnatorum dicitur Sap. 5 : *Lassati sumus in viâ iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles*, ideò sequitur :

VERS. 15. — LABOR STULTORUM AFFLIGET EOS QUI NESCIUNT IN URBEM PERGERE (1), id est, ad sanctorum requiem, de quâ civitate dicitur Ezech. ult. : *Et nomen civitatis, Dominus ibidem*.

VERS. 16. — V.E TIBI, TERRA (2). Postquam Salomon ostendit labilitatem hominis ex inclinatione fomitis, hic consequenter idem ostendit ex defectu exterioris regiminis, et primò facit propositum, secundò removet quoddam periculum, ibi : *In cognitione*. Prima in duas, quia primò ponitur boni et mali regiminis comparatio, secundò mali prosecutio, ibi : *In pigritiis*. Circa primum dicit : *Væ tibi terra, cujus rex puer est*, moribus et sensu, quia ex hoc subditi insolescunt, et vitia multipliciter increscunt.

ET CUJUS PRINCIPES MANÈ COMEDUNT (3), id est, inordinatè, et per hoc designantur alia vitia, in quibus principii conformantur, eò quòd sunt sibi magis propinqui, et ei placere nituntur, et per oppositum dicitur :

VERS. 17. — BEATA TERRA, CUJUS REX NOBILIS EST (1),

(1) Multi quæstionibus arduis se fatigant, cum ne obvia quidem norint, quale est iter ad urbem.

(Grotius.)

(2) Multa mala evenire in regnis solent ubi successio ad puerum devoluta est. Tutores enim sæpè non ex fide rem gerunt, aut inter se discordant ; neque puero satis auctoritatis est ad retinendos in officio populos. Exemplum in Joasi temporibus 2 Reg. 11, et post Ancum Martium Romæ, Arcadii et Honorii ætate in imperio Romano.

(Grotius.)

Sic apud Isaiam, 3, 4 : *Dabo pueros principes eorum*, neque tantum ætate, sed sensibus.

(Bossuet.)

(3) Luxuriâ, non necessitate, ut seq. vers. ; sic idem Isaias, 5, 11 : *Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam*. Chald. de iis accipit qui ante juge sacrificium manè comederent.

(Bossuet.)

Convivia intempestiva agitant ; nam

corpus omustum

Hesternis vitiis animum quoque prægravat.

(Grotius.)

(1) Benè tibi terra, id est, regio. Nam terra nomen in his locis pro regione ponitur, ut apud A. Gellium, ubi nominantur terra Italia, terra Græcia. Cujus rex tuus, pleonasmus Hebraicus. Filius nobilium, filius ingenuorum, id est, ingenuus, ut *filii medicorum* appellentur ipsi medici. *Herum, heroes*, ut Arias autumat. Sunt qui putant nobiles *herum* dictos à colore vestium quas olim gestabant ; nam ferè candidis induebantur.

(Drusius.)

moribus et genere. De hâc enim duplici nobilitate dicit Greg. : *Quando alterum alteri copulatur, quasi gemma carboniculi in ornamento auro sociatur.* Talis enim rex studet sollicitè in terrâ extirpare vitia et virtutes nutrire.

ET CIBUS PRINCIPES VESCENTUR IN TEMPORI, SUO (1), id est, tempore competenti sustentationi naturæ; et hoc tempus est completâ præcedenti cibi digestionem; ideò subditur :

AD REFICIENDUM (2), quia cibus sic sumptus reficit naturam, dum tamen non accipiatur in immoderatâ quantitate, vel cum nimîâ voluptate; ideò subditur : *Et non ad luxuriam*

VERS. 18. — IN PIGRITIS. Hic consequenter ponitur mali regiminis prosecutio quantum ad mala inde consequentia, quia (ut prædictum est) homines ex hoc efficiuntur carnales, et maximè principes; et ex hoc sequitur pigrizia circa bona opera, ex quâ dimittuntur pejorari ædificia, et hoc est quod dicitur : *In pigrizia humiliabitur contignatio*, id est, summitas ædificiorum in quâ conjunguntur tigna, quia sic domus disponitur ad casum.

ET IN INFIRMITATE MANUM, etc., id est, in remissione manuum à bonis operibus.

PERSTILLABIT DOMUS, pluviis et nivibus intra cadentibus. Secundò ex carnalitate principum sequitur, quòd volunt habere magnam familiam et splendidam mensam; ideò subditur :

VERS. 19. — IN RISU, id est, in lætitiâ ineptâ.

FACIUNT PANEM ET VINUM, id est, disponunt super mensam. Hoc enim verbum *facere* in Hebræo aliquando accipitur pro *disponere*; unde Deut. 21 dicitur de muliere gentili accipiendâ in matrimonium à Judæo, quòd *radet cæsariem, et circumcidet unguis suos* : in Hebræo habetur *faciet unguis suos*, id est, componet, et eodem modo accipitur hic. Et quia ad magnam familiam et amplam mensam indigent multâ

In Hebræo, *filius candidorum*, id est, illustrium; nam familiæ vetus splendor multum dignitatis addit regi.

Est in juvenis, est in equis patrum
Virtus.

Euripides Temenisi :

Proh ! quanta res est, quàm valens ad gratiam
Claro parente ducere excelsum genus.

Et in Hecuba :

Egregia, si qua est genere in humano, nota est
Bonis creari. (Grotius.)

(1) In aureo carmine est :

Est modus, hunc serva, potius, dapis, atque laborum :
Quem si nösse cupis, modus est nocitura cavere.

(Grotius.)

Quando tempus est sumendi cibi, videlicet horâ sextâ, aut, secundum quosdam, quartâ, aut septimâ. Vide Appendicem Fulvii Ursini, pag. 78. Thargum hoc loco : *Principes tui post iuge sacrificium, comedant panem tempore horæ quartæ de labore manuum suarum.* De sextâ horâ, quæ in meridiem incidit, testatur alibi Josephus.

(2) *Ad robur, ad corporis refectionem, vel ad reficiendum vires, sive ad corpori robur conciliandum*; nam id præstat cibus. Unde David ait : *Et panis cor hominis corroborat, aut sustentat.* Alius, *virium, non potationis, gratiâ.* (Drusius.)

pecuniâ, inde sequitur quòd subvertunt iudicium propter divitum numera, ideò sequitur : *Et pecuniæ obediunt omnia.*

VERS. 20. — IN COGITATIONE TUA, etc. (1). Hic re-

(1) *In cogitatione tuâ regi ne detrahas*, id est, ne occultissime quidem, et in secreto cubitali tui ne maledixeris dicitur : dicitem hic vocat vitam summam : quia et aves celi portabant vocem tuam, ut Ilyci aves note in Græca historia. Verum hic per *aves* intelliguntur delatores, aves vere infamste. (Grotius.)

Ne per cogitationem quidem regi majestati multa regum aures.

Cohæret aptè hæc gnome præcedenti; q. d. : Esto reges et principes convivis vacent, nonpublicam negligant, cives vexent et opprimant, tamen caveat subditus ne eis detrahat : facile enim ejus detractio ad aures principis perveniet, qui eum puniet et plectet. **Jubet, inquit S. Hieronymus,** « ne irâ et furore superbrati, in maledictum et in detractionem regum et principum prorumpamus, quia contra spem interitum eventit ut his quibus malediximus nuntietur, et incurramus periculum immoderatione linguæ. Quod autem ait : *Volucres celi auferent vocem tuam, et habens pennas annuntiabit verbum,* hyperbolicè intelligendum, quomodo solemus dicere etiam ipsos parietes, quibus consens loquimur, que audierunt non celaturos.

IN COGITATIONE TUA. Hebr. : *In scientiâ tuâ*; Septuag. : *In conscientiâ tuâ*; S. Hieron. : *In mente tuâ*; Syrus : *In intellectu tuo*; Chald. : *Ne tacitus apud te in intimis et abditis cordis regi pravè impreceris.* Ergo in cogitatione tuâ, id est, ne occultissime quidem, vel te solo conscio, ut vertit Thaum. Unde Arabs vertit : *Inlecto tuo*; Cajet. : *In separatione tuâ.* Est Catachresis. Cogitatio enim sumitur pro summè occulto. Ita Lyran., Cajet., Vatabl. Adde propriè in cogitatione et mente non esse maledictivum regi, quia quod sæpè cogitamus et mente volvimus, hoc per os, id est, per verba et gestus foras erumpit, ut sentiri et ab audientibus ad regem delerri possit. Ita Lyranus. Unde Campens. vertit : *Ne ausus fueris vel cogitare semel, ut hujusmodi in rege vel principe reprehendas.* Et Thaum. : « **Jubet, inquit,** regni principibus et magistratibus per omnia parandum, ita ut ne dicto quidem quis illis adversetur, aut ad verbum aliquod triste obmurmuret. »

REGI NE DETRAHAS. Hebr. : *al tekallel*, id est, ne vilipendas, ne extenues, ne leviter loquaris, velut de vili et abjecto, ne vituperes. Septuag. : *Ne maledicas, ne execreris.* Symmach. : *Ne conviciis incessas.* Alludit ad præceptum Mosis : *Dis* (id est, iudicibus et magistratibus) *non detrahes, et principi populi non maledices,* Exodi 22, 18.

DIVITI, id est, potenti, principi, præsidi. Ita Vatabl., Cajet., Titelm. et alii, imò et S. Hieron. In Scripturâ enim sæpè dives notat potentem et principem; quin et apud poetas. Divitiæ enim faciunt potentes et principes, ac quasi deos; unde Deus et divus dicitur quasi dives, quòd abundet et det omnibus, sicut pecuniâ obediunt omnia. Audi Horatium 2 serm., satyrâ 5 :

Omnis enim res

Divitiis paret, quas qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam et rex.

Deos æternos dicimus, divos verò qui ab hominibus fiunt, ait Servius. Divus enim dicitur quasi *divus*, id est, *ἀπὸ θεῶν*, id est, à Jove genus ducens; aut *divus*, quasi *divinus*. Hinc ditio, quæ est divitum et ditiorum, vocatur potestas et imperium. Unde Cicero 2 de Legib. : « Ditio etque numine deorum geruntur res. » Et Act. 5 in Verrem : « Sub imperium ditionemque populi Romani urbes aliquas subungere. »

QUIA ET AVES CÆLI PORTABANT VOCEM TUAM, ET QUI HABENT PENNAS Aquila alata) ANNUNTIANT SENTENTIAM, Hebr. : *tesbaari*. Tigur. : *maledictioem tuam.* Idem dicit posteriori hemistichio per elegantiam quòd dixit priore : aves enim et volatilia habent pennas,

movet quoddam periculum. Ex hoc enim quod dicit de malo regimine regis et principum, posset aliquis

Proverbium vulgare est : *Nisi si qua vidit avis*; significans rem esse valde occultam. Unde Aristophanes in Avibus :

Nemo vidit meum thesaurum, nisi si qua avis usquam.
Et Suidas ex Aristophane :

Nemo me contuetur, nisi prætervolans avis.

Est ergo hæc parœmia hyperbolica significans rem occultissimam, putâ maledicentiam et detractionem secretam, occulto quodammodo præferendam ad regem, qui multos habet oculos et aures, putâ multos Corycæos et exploratores. Unde illud :

An nescis longas regibus esse manus ?

Simili modo et proverbio dicimus sylvas et sepes habere aures, quia quæ ibidem quasi in loco deserto et secreto dicuntur, sæpè ab aliquo ibidem latitanti vel eminus spectante, videntur, audiuntur et cognoscuntur. Rursùm cum dicimus *scelus nullis parietibus posse abscondi*; et : *Si tacuerint, lapides clamabunt*. Litterale exemplum est in Ibyco musico, ideòque divite, qui cum à latronibus ob opes occideretur, grues prætervolantes testes et vindices necis suæ appellans, per ipsas auctores necis detecti pœnas dederunt. Unde illud Ausonii in Monosyllabis.

Ibycus ut perit, vindex fuit altivolans grus.

Unde Proverbium : *Ibyci grues*, in eos qui insolito casu proditi sceleris pœnas exsolvunt. Ita Plutarch. lib. de serâ Numinis Vindictâ, qui addit simile de Besso, cujus parricidium hirundines proderunt. De Porphyrione ave tradunt nonnulli ipsam adulterium uxoris marito detegere. Sic picas loqui doctas, domi maledicta et facta puerorum vel famulorum, absentî patrifamiliâs suâ voce et gestu detexisse, sæpius audivimus. Notum est ex Porphyrio, Philostrato, et aliis, Melampium, Tiresiam et Apollonium Thyaneum se jactasse, quod voces garritusque hirundinum aliarumque avium intelligerent, et ex iis secreta dicta factaque cognoscerent. Hûc facit illud Juvenalis Satyr. 9 :

*O Corydon, Corydon secretum divitis ullum
Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur,
Et canis et postes et marmora : claude fenestras,
Vela tegant rimas, junge ostia, tollito lumen
E medio : clamant omnes propè, nemo recumbat;
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundî,
Proximus ante diem caupo sciet.*

Et Cicero : « Omnis ferè sermo, inquit, ad forensem famam à domesticis manat auctoribus. » Quocirca sapienter S. Eucherus Epist. ad Valerianum ita præcipit : « Etiam in secretis tuis, quod velis homines nescire, ne feceris, quod Deum, ne cogitaveris. »

Per *aves cœli* ergo notat delatores, ut veritè Vatabl., et exploratores; aves enim sunt perspicaces, celeres, garrulæ, leves, inconstantes; tales sunt et delatores et curiosi corycæi, qui omnia secretissima explorant, et ut ait Comicus in Trinum : « Id quod in aurem rex reginæ dixerit sciunt, quod Juno fabulata sit cum Jove. » Porrò Olymp. et ex eo Pineda per aves intelligit famam : « Maledicta, ait, fama excurrrens deferret ad illius aures, cui malum imprecatus fueris. » Fama enim à poetis pingitur alata, vigil, loquax, velox. Audi Virgil. & Eneid. hoc famæ ænigma vel hieroglyphicum proponentem :

*Cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi, subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, et magnas territat urbes
Tam ficti falsique tenax, quam nuntia veri.*

Adde (ut ad aves redeam) solere epistolas per aves mitti, cum quid secretè et celeriter absentî et remoto nuntiandum est. De columbis asserit Plinius lib. 10, 37 : « Internuntias in rebus magnis fuisse, epistolas

prorumpere in verba contra famam ipsorum; ideò prohibet hoc, tanquàm periculosum, dicens : *In cogitatione tuâ regi ne detrahas*. Illa enim quæ in cogitatione revolvuntur, de facili verbo proferuntur, etiam præter intentionem proferentis.

« annexas earum pedibus obsidione Mutinensi, in castra consulum D. Bruto mittente. Quid vallum et vigil obsidio, atque etiam retia amne prætensa « profuere Antonio, per cœlum eunte nuntio? » Quâ de re plura dixi in Oseam. Denique veteres auguria et divinationes rerum arcanarum captabant ex avibus.

Porrò principi et magistratui expedit habere veraces et probæ fidei exploratores, qui ea quæ ubilibet fiunt, præsertim secreta, rimentur : sed cavendi sunt leves et fallaces, qui adulationis, odii vel lucri causâ crimina confingunt et innocenti impingunt. Unde sapienter Mecænas Augusto Cæsari de iis ita scribit apud Dionem lib. 52 : « Quoniam auscultatores et exploratores habere te oportet, quorum ope omnes imperii tui res cognoscas, ne quid custodiâ aut emendatione indigens te fallere possit, memento non omnino statim, quæ ab eis referuntur credenda, sed diligenter considerationem adhibendam esse. Permultum enim eorum, vel odio aliorum, utpote bona eorum affectantes, vel in gratiam quorundam vel irati ob postulata et non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicujus facti vel dicti improbi eos onerant. Quòd si enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno : festinando autem fieri potest, ut peccatum aliquod irreparabile admittas. »

Mysticè, aves cœli sunt angeli (unde Tigr. *angeli veloces et alati*) boni vel mali, qui res nostras ad Deum et subinde ad homines deferunt, mali ut excusent et gratiam impetrent. Angeli enim cognoscunt cogitationes subinde etiam secretas, non ex se, sed ex signis et conjecturis, vel ex revelatione Dei. Minus verè Hugo censet angelos cognoscere quidem cogitationes ab ipsismet nobis immissas, an illis consentiamus, non verò cognoscere eas quas nobis caro vel mundus suggerit; minus verè, inquam; nam utrasque æquè cognoscunt vel ignorant, utrarumque enim eadem est ratio, et idem indagandi modus. Ita Olympiod., Thaumata., Hugo et alii. Porrò Olympiod. per aves quoque accipit conscientiam propriam, quæ, ut vulgò dicitur, est instar mille testium, et Spiritum sanctum. Sed hæc huic loco incongrua sunt. Porrò S. Hieron. mysticè per principem accipiens Christum et sanctos, per aves angelos, sic exponit : « Mandat, inquit, non solum contra Christum temerè nihil loquendum, verum etiam in arcanis cordis, quamvis variis tribulationibus coarctemur, nihil blasphemum, nihil impium sentiendum. Et quia dilectionem, quam Christo exhibemus, debemus et proximo; diliges quippe Dominum Deum tuum, sed et proximum tanquam teipsum; etiam nunc jubemur, ne post regem de sanctis quoque facile detrahamus, et eos quos viderimus sapientiâ, scientiâ, virtutibusque dotatos linguæ mordacitate rodamus, quia angeli qui terram circumeunt et sunt administratorii spiritus, et in Zachariâ loquuntur : *Circuivimus terram, et ecce omnis terra habitatur et silet*; ad instar avium nostra verba et cogitationes ad cœlum perferunt, et quod clam cogitamus Dei scientiam non latet. » Porrò Chald. per aves accipit angelum Razealem et Heliam. Unde sic veritè : « Tu autem ne tacitus apud te, in intimis et abditis cordis regi pravè impreceris, neque in penetrâli thalami tui sapienti maledixeris. Razel enim angelus omni die super montem Horeb clamat, et in universum orbem vox ejus pervagatur. Elias quoque sacerdos magnus, velut aquila summis alis prædita volans aerem et cœlos perustrat, et quæ occultè facta sunt omnibus terram inhabitantibus defert et denuntiat. » Verum hæc sunt figmenta Judaica et Cabalistica.

ET IN SECRETO CUCULLI TUI, tibi credis à nullo audiri.

NE MALUDINERIS DIVITI, quia potest præter scitum tuum audiri ab aliquo, et reportari: ideo subditur:

QUIA ET AVES CÆLI, id est, relatores verborum, qui dicuntur hic *aves celi*, eo modo loquendi quo demones dicuntur aves cæli in parabola seminantis, Matth. 14.

CAPUT XI.

1. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa invenies illum.

2. Da partes septem, necnon et octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

3. Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent; si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

4. Qui observat ventum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metet.

5. Quomodo ignoras quæ sit via spiritûs, et quâ ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

6. Mané semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit.

7. Dulce lumen, et delectabile est oculis videre solem.

8. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum; qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Lætare ergo, juvenis, in adolescentiâ tuâ, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ; et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum; et scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

10. Aufer iram à corde tuo, et amove malitiam à carne tuâ. Adolescentia enim et voluptas vana sunt.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MITTE PANEM TUUM (1). Superius Salomon induxit ad opera virtutum generaliter; hic con-

(1) *Emitte, projice, panem tuum super faciem aquarum, in aquarum superficiem, tanquam periturum, nam in multitudinè dierum, post longi tandem temporis intervalum, invenies eum.* Quod dicitur quid sibi velit, interpretes dissentiunt. Sunt qui *panem* significari putent *opes*, quas committendas pelago noster suadeat mercatori, magno cum fenore illas posthæ recepturo. Quo consilio mercator vivere egeat. Sed Hebræi consentiunt, hortari Salomonem, ut beneficis demereamur nobis alios. Ita et Hieronymus: « Ad elemosynam cohortatur, quòd omni petenti sit dandum, et indiscretè faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua seminat, fructum sementis expectat; ita qui largitur egentibus, non granum seminis, sed ipsum panem serit, tenore quodam illius multiplicationem præstolans. *Panem* cepit pro *semine tritici*, è quo panis paratur, quomodo וְיָבִישׁ Isai. 28, 28, usurpatur. *Super faciem aquarum* intellexit *iuxta aquas*, id est, in locis irriguis, ut Isai. 52, 20. *Beatus vas qui seritis iuxta aquas*. Sed quod nostro loco positum, *super faciem aquarum*, eadem superficiem denotare necesse est. Quod cum bene intelligeret Lowthus (*de S. Hebræor. poesi*, præf. 10.

PORTABUNT VOCUM TEAM, ad tuam accensationem.

ET QUI HABET DENARIOS, id est, quocumque relatores verborum, velox ad audire verbum. Id est repetitio ejusdem sententiæ ad majorem affirmationem.

ANNUNTIABIT SENTENTIAM, id est, verba tua ad tuam condemnationem. *Vox per habentem peccatis* intelligitur malus iudeus, qui nimis velox est ad proferendum contra simplices, de facti loquens, duram sententiam.

CHAPITRE XI.

1. Répandez votre pain sur les eaux qui passent, parce que vous le retrouverez après un long espace de temps.

2. Faites-en sept parts et même huit, parce que vous ignorez le mal qui doit arriver sur la terre.

3. Lorsque les nuées se sont remplies, elles répandent la pluie sur la terre. Si l'arbre tombe, au Midi ou au Septentrion, en quelque lieu qu'il sera tombé, il y demeurera.

4. Celui qui observe les vents, ne sème point, et celui qui considère les nuées, ne moissonnera jamais.

5. Comme vous ignorez par où l'âme vient, et de quelle manière les os se lient dans les entrailles d'une femme grosse, ainsi vous ne connaissez point les œuvres de Dieu, qui est le créateur de toutes choses.

6. Semez votre grain dès le matin, et que le soir votre main ne cesse point de semer, parce que vous ne savez lequel des deux lèvera le plus tôt, celui-ci ou celui-là; que si l'un et l'autre levent, ce sera encore mieux.

7. La lumière est douce, et l'œil se plaît à voir le soleil.

8. Si un homme vit beaucoup d'années, et qu'il se réjouisse dans tout ce temps-là, il doit se souvenir de ce temps de ténèbres et de cette multitude de jours qui, étant venus, convaincront de vanité tout le passé.

9. Réjouissez-vous donc, jeune homme, dans votre jeunesse; que votre cœur soit dans l'allégresse pendant votre premier âge; marchez selon les voies de votre cœur et selon les regards de vos yeux; et songez que Dieu vous fera rendre compte en son jugement de toutes ces choses.

10. Bannissez la colère de votre cœur; éloignez le mal de votre chair; car la jeunesse et le plaisir ne sont que vanité.

sequenter inducit ad opera misericordiæ specialiter, quia speciali modo faciunt ad consecutionem beatus-

p. 107, not., edit. Lips.), cepit quidem וְיָבִישׁ et ipse *fume-ti* significatu, sed ita vertit: *Fac sementem tritici tui super facies aquarum*, id est, fac sementem ubi nulla spes messis; benedicite etiam his in quos collatum beneficium periturum putas. Ita Theognis (Gnom. vers. 405) et Phocylides (vers. 142) indignis et ingratis benefacere, idem esse dicunt, ac proutum serere. « Largo, addit Lowthus, et gratuita liberalitatis præceptum, et promissio præcepto addita: *nam post multos dies id invenies*, id est, tandem aliquando, si non in hoc, in altero certe seculo mercedem feres. » Sed in altero seculo scripturam in hoc loco cognovisse vix putem. וְיָבִישׁ verò hoc usitato suo stulto diu *panem* capendus est, ut Isai. 58, 7: *Fragum insertum panem tuum*. Cogitandus vero panis, quem Orientales habent, planus et tenuis, placente in modum. Talis igitur in aquam projectus, cum bene natat et destertur. Quod igitur *panem committentem aquæ* hortatur, hoc vult: quocumque præteritis beneficis demerere, etiam eos in quos collatum beneficium periturum putas. Rationem addit: *Nam in multitudinè dierum*, id est, post multos dies, cum projecti tui panis fueris obtutus, *invenies eum*, in præterito; non peribit tibi, sed cum

dinis futuræ, secundum quod dicitur Matth. 25: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esuriri enim, et dedistis mihi manducare*, etc. Et dividitur in tres partes, quia primò inducit ad opus pietatis, secundò ad accelerationem hujus operis, ibi: *Mandè semina*; tertio inferi conclusionem suæ intentionis, ibi: *Lætare ergo*. Prima in duas, quia primò inducit ad pietatis actum, secundò removet impedimentum, ibi: *Qui observat ventum*. Circa primum dicit: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas*, largiendo cibum et potum indigentibus, et maximè peregrinis transeuntibus, qui dicuntur hic *aquæ*, eo modo loquendi quo dicitur, Apoc. 17: *Aquæ multæ, populi multi*; et *aquæ transeuntes*, quia peregrini transeunt ad terram suam, sicut aquæ ad mare.

QUIA POST MULTA TEMPORA INVENIES ILLEM, recipiendo inde mercedem non solum in futuro, sed etiam aliquando in præsentem: sicut Jetro vocavit Moysen ad comedendum panem, credens eum esse peregrinum Ægyptium, Exod. 2; et ex hoc postea receptus est in populo Israel, et ut filii sui haberent partem in terrâ promissionis, quia pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est et futura, 1 Tim.

VERS. 2. — DA PARTES SEPTEM (1), id est, abundanter da de bonis tuis indigentibus.

QUIA IGNORAS QUID FUTURUM SIT, etc., id est, in vitâ præsentem, et ab illo liberari poteris per opera pietatis impensa indigentibus, quia, sicut prædictum est, pietas non solum habet promissionem vitæ futuræ, multo fœnore tibi rependetur. Simile adagium: *Benefac, projice panem tuum in aquam, aliquando tibi retribuetur*, usurpare Arabes in eadem rem, docuit H. F. de Diez, atulitque è libro *Kabusi* bellam narrationem, quæ ad illud illustrandum facit.

(Rosenmuller.)

Parabolica locutione hortatur ad eleemosynam. Panis autem nomine omnis cibum intelligitur. Porrò illud, *super transeuntes aquas*, Hebraicè et Græcè sonat, *super faciem aquarum*, id est, liberaliter et profusè, perinde atque si opes tuas in aquas profunderes. Ne autem existimaret quis eleemosynam sic liberaliter effusam perire, sicut perit, quod in aquam dejecit, ideo addit Sapiens, quia post tempora multa invenies illum, quasi dicat: Nihil inde tibi peribit, sed quidquid contuleris in pauperes, tandem, etiam post longissimum tempus, cum fœnore ad te redibit. Hoc est quod in Evangelio Dominus dicit Luc. 14, ubi hortatur ad invitandum pauperes et eos qui retribuere non possunt. *Retribuetur enim tibi*, inquit, *in resurrectione justorum*. Hieronymus sic annotat: Ad eleemosynam cohortatur, quod omni petenti sit dandum, et indiscretè faciendum bene. Sic ille. Ubi neminem offendat, quod ait *indiscretè*: non enim significat imprudenter faciendum eleemosynam; neque discretus et indiscretus hoc apud Latinos significant, quod prudens et imprudens, sed indiscretè benefacere est passim omnibus sine discrimine et nullo excepto benefacere. Sicut enim omnes diligere jubemur, ita et quantum licet, omnibus benefacere. (Estius.)

(1) Ad verb. : *Da portionem septem*, sub. *pauperibus*, id est, cuique pauperi suam portionem. Numero septenario multos intelligit, ut actionario universitatem. Quidam vertunt: *Da partem per dies septem*.

(Vatablus.)

sed etiam præsentem. Vel aliter potest exponi; q. d. : Fortè eveniet mortalitas hominum per pestilentiam, aut gladium, in quâ tolleris de vitâ præsentem, et tunc opera pietatis valebunt tibi, quia sola pietas comes est defunctorum, ut dicit Aug. Ad hoc etiam inducit exemplum sensibile dicens: *Si repletæ fuerint nubes exhalationibus humidis*.

VERS. 5. — IMBREM SUPER TERRAM EFFUNDENT; q. d. : Sic homines divitias habentes debent eas reddere indigentibus. Ad hoc etiam inducit motivum ex hominis statu post mortem, quia tunc cessat meritum et demeritum; ideo dicit:

SI CECIDERIT LIGNUM, id est, homo qui dicitur arbor eversa à philosophis; unde lib. 2 de Animâ dicit philosophus quod radices in arboribus sunt similes ori in hominibus, quoniam per illas accipitur arboris nutrimentum. Dicitur ergo lignum cadere, quando homo per mortem abscinditur à statu præsentem vitæ.

AD AUSTRUM, id est, ad partem electorum, vel reproborum, quæ nomine aquilonis designatur, eo quod dicitur Jerem. cap. 1: *Ab aquilone pandetur omne malum*.

IBI ERIT (1), id est, immutabiliter remanebit, propter quod in vitâ præsentem debet homo de operibus pietatis sollicitari, quamdiu potest mereri.

VERS. 4. — QUI OBSERVAT. Hic removet quoddam impedimentum: impeditur enim homo ab operibus pietatis ex nimia dilatione, cogitans quod veniet tempus magis opportunum ad distribuendum pauperibus bona sua; et interim auferuntur ei bona, vel etiam vita, et sic privatur intento; et hoc est quod dicit per simile: *Qui observat ventum* (2), quia rarò aut nunquam est aer sine vento aliquo.

ET QUI CONSIDERAT NUBES (3), dimittens metere propter apparentiam nubium.

NUNQUAM METET, quia rarò contingit quod aer sit sine nubibus; et in tali dilatione aliquando irruunt hostes terræ nascentia sibi colligentes, remanentia devastantes. Secundum impedimentum provenit ex aestimatione longitudinis vitæ propriæ; et sic impedi-

(1) Poteris, inquit, benefacere quamdiu vivis, sicut arbor quamdiu frondescit tert fructum. In morte constitueris vel ad dexteram, vel ad sinistram, sublata omni facultate bene operandi. Alii legunt pluraliter, ut sit sensus: Ubi ceciderit fructus arboris, ibi sunt qui colligunt fructus illos; sic ubique locorum inveniantur pauperes, in quos poterunt collocari beneficia. (Munsterus.)

(2) Veteres rei rusticæ auctores præceperunt ne seminarentur agrî nisi cum terra pluvii permaduisset. Qui exspectat hunc aut illum ventum antequam sententem faciat, nunquam seret, quia venti sæpè fallunt, et non est ventus observandus, sed tempus idoneum sationi, quod pro ratione cæli et soli variat. Videatur Columella de Re rust. lib. 2, cap. 8. *Non seminabit, rarò seminabit*. Admonet futuri metu aut propter ingratitudinem quorundam non esse claudendam beneficentiam.

(3) Qui inspicit nubes, qui nubes considerat, semper metuit pluviam, ac proinde adduci non potest ut messem insituat, quæ faciendâ tempore siccò minimeque humido aut pluvioso; nubes autem quæ omnino steriles non sunt ferè imbrem gignunt.

(Drusius.)

tur homo ab operibus pietatis, quia credit se indigere in futuro bonis suis; hoc removetur cum dicitur :

VERS. 5. — *Quomodo ignoras* (1), id est, per quem modum anima infunditur corpori.

ET *QUA RATIONE*, id est, per quem modum.

COMPINGANTUR, id est, formentur.

Ossa, scilicet pueri.

IN *VENTRI PREGNANTIS*, id est, matris. Ista enim sunt totaliter occulta nobis.

SIC *NESCIS OPERA DEI*, quia statim potest te tollere de vitâ præsenti; propter quod Luc. 12 dicitur diviti diu vivere speranti : *Stulte, hâc nocte repentent animam tuam à te; quæ autem congregasti, cuius erunt?*

VERS. 6. — *MANE SEMINA SEMEN TUUM* (2). Postquam Salomon induxit ad pietatis exercitium, hic consequenter inducit ad hujus exercitii festinum principium, et etiam profectum continuum, dicens : *Mane semina*, id est, pietatis opera incipe à tempore juventutis.

ET *VESPERE*, scilicet in senectute, in quâ solent homines fieri tenaces.

NE *CESSET*, facere pietatis opera.

QUIA NESCIS QUID MAGIS ORIATUR, id est, Deo acceptius efficiatur.

(1) *Via spiritus, venti* : ipso Domino dicente : *Nescis unde veniat, aut quò vadat*, Joan. 5, 8; quâ similitudine sancti quoque Spiritus operatio designatur, spirantis ubi vult, ibid., atque, ut vult, dona singulis dividit, 1 Cor. 12, 11. Nec desunt qui *viam spiritus* eam intelligant quâ anima corpori se infundat, propter sequentia de fœtu. *Sic nescis opera Dei*, nec quâ ratione tibi pro benefactis atque eleemosynis bona retribuat.

(Bossuet.)

« Qui peut comprendre, dit saint Jérôme, la manière en laquelle la main toute-puissante de Dieu forme le corps et l'âme d'un enfant dans les entrailles de sa mère? Qui peut concevoir cette prodigieuse variété, et en même temps cette parfaite union de tant de parties? Et qui n'admirera que de la même manière dont le corps se forme, une partie s'amollit dans la chair, une autre se durcit dans les os, une autre coule dans les veines, une autre se lie dans les nerfs? »

Que si la formation même et la structure de notre corps est pour nous un mystère incompréhensible, combien devons-nous encore plus ignorer ce qui se passe dans notre cœur, et cette manière secrète dont Dieu rétablit et sanctifie les âmes par une seconde création? Ainsi, que l'ordre même de la nature nous apprenne à révéler celui de la grâce, et à ne pas entreprendre de sonder les profondeurs de Dieu, comme parle saint Paul, qui ne peuvent être pénétrées que par son Esprit. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*.

(Sacy.)

(2) *MANE SEMINA SEMEN TUUM, ET VESPERE NE CESSET MANUS TUA, QUIA NESCIS QUID MAGIS ORIATUR* (utrum citius oriturum sit) *HOEC AUT ILLUD; ET SI UTRUMQUE SIMEL* (quòd si utrumque simul oriatur), *MELIUS ERIT*, vel nescis an utrumque aequè bonum futurum sit. Pergit suadere eleemosynam et munificentiam. Beneficia plenâ manu sparge, quâlibet diei horâ semen jace : oriente sole incipe, et ad vesperam usque ne cesses. Beneficia tua uberrimè in omnes fluant, qui illis egent : nescis enim cui beneficio è multis major merces futura sit; utrum primo, an ultimo, an omnibus æqua. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*, inquit S. Paulus, *maximè autem ad domesticos fidei. Mane et vespere* pro quolibet tempore, vel pro adolescentiâ et senectute usurpatur. (Calmet.)

ET SI UTRUMQUE SIMEL, id est, æqualiter Deo acceptum.

MELIUS ERIT, in fructu præmii.

DULCE LUMEN. Hic removet hujus accelerationis quoddam impedimentum, quod procedit ex consideratione vitæ præsenti tantum; et sic impeditur homo ab operibus pietatis, quia non considerat tempus suæ mortis; ideo dicitur : *Dulce lumen*, id est, delectabile est homini perfrui vitâ præsenti; sed quia cum hoc debet de morte cogitare, ideo subditur :

VERS. 8. — *SI ANNIS MULTIS VIVERIT HOMO* (1), et,

(1) Coheret hæc gnome præcedenti, ejusque salubrem antithesim suggerit; q. d. : Dulce quidem est frui lucis usurâ, solemque contemplari. Dulce est vivere, vitæque voluptates degustare; at noli illis nimis te oblectare, noli ris securus incumbere, nec per eas Deum offendere, noli perpetuas aut diuturnas existimare, quia brevi succedent illis dies tenebrosi et mortis senectutis et mortis, qui cum venerint, reipsâ ostendent quam præteriti vitæ et voluptatum dies fuerint vani, id est, breves, pauci, fugaces, evanidi; tunc enim omnis lux desinet in caliginem, voluptas in ærumnas, lætitia in moestitiam, vitâ in mortem. Perinde enim ac sol, dum mane oritur splendidus est et fulgidus, crescitque in meridiem, mox post paucas horas decrescit, declinat, occumbit; sic prorsus et vitâ nostrâ, dum nascimur, splendet, crescitque in virilem ætatem; at post paucos annos decrescit, senescit, occidit. Dum ergo solem orientem, et occidentem quotidie intueris, vivum vitæ tuæ simulacrum accipe, in eoque ortum et occasum tuum metire et intuire. Esto annos Mathusalem vixisses, cum illi exacti fuerint, perinde erunt ac si non fuissent, juxta illud : *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternâ, quæ præterit*. Psal. 89, 4.

Hebr. : *Recordetur dierum caliginis, qui multi erunt*. Per quos primò, accipi possunt dies senectutis, qui licet pauci, quia tamen multis ærumnis referri, senescenti multi longique æque ac tenebrosi, id est, miseri tristesque videntur; sicuti infirmo nox alioquin brevis longa videtur. Adde, senibus caligant oculi, ut eis sol tenebrescere videatur, uti dicit e. 12, 2. Ibi enim fusè hosce dies senectutis tenebrosos describit. Secundò, dies mortis et sepulture; hi enim multi sunt, quia durabunt usque ad diem judicii, quo à morte resurgemus. Unde Chald. vertit : *Quoniam multi sunt dies quibus dormiet in domo sepultura, et pertinet ei judicium suscipere de celo omnia tempore, quæ venerit super eum malum, propter vanitatem quam fecit*. Tertiò, dies multi et tenebrosi sunt dies æternitatis, quos impij miserrimos et perpetuos agunt in tenebris gehennæ. Ita Olympod. : *Reputat inquit, animo tenebrarum dies, qui in futuro seculo sunt impijs comprehensuri, peccatoresque post rerum omnium vanitatem ad æterna venturos supplicia*.

Hebr. : *Omne quod venit est vanitas*; S. Hieron. : *Omne quod venturum est, vanitas*; alii : *Omne quod subsequitur, vanum erit*. Vatabl. : *Omnis qui nascitur est vanitas*; q. d. : Quicquid venit et event in hoc mundo, vanum est : sicut enim præterita evanuerunt, sic præsentia illicò transeunt et evanescent, ac futura transibunt et evanescent. Ex præteritâ enim rerum vanitate, licet certo conjicere et metiri præsentem et futuram, quod ut indicaret noster; solertè vertit : *Qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita*. Sapienter ergo S. Remachus episcopus Trejectensis moriturus, hoc ultimum suis dedit monitum : *Tota sapientis vitâ quædam debet esse commentatio mortis*. Quin et Plato ait : *Philosophia ethica non est aliud quam meditatio mortis*. Vitam S. Remachi scripsit Volgerus ejus successor. Exstat apud Surium die 5 Septembr.

(Corn. à Lap.)

Hoc est, indulge genio, et fac quidquid magis tibi libuerit. Concessio est ironica, et dicta sunt ista ex

in prosperitate, tamen *meminisse debet tenebrosi temporis*, id est, mortis, quod tempus vocatur frequenter nox in Scripturâ.

ET DIERUM MULTORUM, id est, temporis post mortem, quod non habebit finem.

QUI CUM VENERINT, VANITATIS ARGUENTUR PRÆTERITA, id est, hujus vitæ delectabilia, quæ transierunt ut umbra.

VERS. 9. — LÆTARE ERGO, JUVENIS. Hic infertur intenta conclusio, scilicet quòd homo ex consideratione divini judicii debet à malis retrahi, et in bonis exerceri. Dicit igitur : *Lætare ergo*. Et secundùm Hebræum est ironica locutio sicut aliquando pater dicit filio : *Vade ad tabernam, et bibe, et lude*; quasi diceret : Postea dolebis; et hoc patet ex sequentibus, cùm dicitur :

ET AMBULA IN VIIS CORDIS, id est, secundùm modum tuæ propriæ voluntatis.

sensu carnis, uti liquet ex eo quod sequitur : *Scito quòd propter ista Deus te in judicium adducet*. Hoc cùm non animadverterent Septuaginta affirmationem, verterunt in negationem. At Hieronymus sequitur hodiernam lectionem. (Lud. Cappellus.)

CAPUT XII.

1. Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni de quibus dicas : Non mihi placent :

2. Antequàm tenebrescat sol, et lumen, et luna, et stellæ, et revertantur nubes post pluviam.

3. Quando commovebuntur custodes domûs, et nutabunt viri fortissimi, et otiosæ erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina ;

4. Et claudent ostia in plateâ, in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris, obsurdescent omnes filiæ carminis.

5. Excelsa quoque timebunt, et formidabunt in viâ, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparîs; quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in plateâ, plangentes.

6. Antequàm rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam,

7. Et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

8. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et omnia vanitas.

9. Cùmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit quæ fecerat, et investigans composuit parabolas multas.

10. Quæsitit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos.

11. Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore uno.

12. His amplius, fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis : frequensque meditatio, carnis afflictio est.

13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum

ET IN INTUITU OCULORUM TUORUM, id est, sequendo concupiscentiæ impulsus, quod est valdè malum; ideò subditur :

ET SCITO QUOD, etc., te graviter quærendo, propter quod infert per oppositum : *Aufer iram à corde tuo*.

VERS. 10. — AUFER IRAM A CORDE TUO (1), vindictam de aliis non quærendo; ira enim est appetitus vindictæ, quam solent juvenes magis quærerere, quàm senes, propter caliditatem naturæ.

ET AMOVE MALITIAM, id est, luxuriam. Et subdit utriusque dicti causam :

ADOLESCENTIA, quærens vindictam.

ET VOLUPTAS, exercens luxuriam.

VANA SUNT, quia citò transeunt.

(1) In irâ omnes perturbaciones animi comprehendit; in carnis malitiâ universas corporis voluptates; Hier.; quo efficitur non jam in voluptate ducendam vitam, sed omnem ad divinum judicium traducendam esse cogitationem. *Adolescentia enim et voluptas vana sunt*: etiam ea quæ inter vitæ vanitates solatio erat voluptas, inter vana reputanda est: quo uno omnes impiorum argutationes corrumpunt. Pro *voluptate*, pubertatem, Heb., stultitiam Hier. et Septuag. habent: hoc est, procul dubio voluptatem ipsam quæ homines dementat. (Bossuet.)

CHAPITRE XII.

1. Souvenez-vous de votre Créateur, pendant les jours de votre jeunesse, avant que le temps de l'affliction soit arrivé, et que vous approchiez des années dont vous direz : ce temps me déplait ;

2. Avant que le soleil, la lumière, la lune et les étoiles s'obscurcissent, et que les nuées retournent après la pluie.

3. Lorsque les gardes de la maison commenceront à trembler, que les hommes les plus forts s'ébranleront, que celles qui avaient coutume de moudre seront réduites en petit nombre et deviendront oisives, et que ceux qui regardaient par les trous seront couverts de ténèbres ;

4. Quand on fermera les portes de la rue, quand la voix de celle qui avait coutume de moudre sera faible, qu'on se lèvera au chant de l'oiseau, et que les filles de l'harmonie deviendront sourdes,

5. On aura peur des lieux élevés, et l'on craindra en marchant; l'amandier fleurira, la sauterelle s'engraissera, et les câpres se dissiperont; parce que l'homme s'en va dans la maison de son éternité, et qu'on marchera en pleurant autour des rues.

6. Avant que la chaîne d'argent soit rompue, que la bandelette d'or se retire, que la cruche se brise sur la fontaine, et que la roue se rompe sur la citerne,

7. Que la poussière rentre dans la terre d'où elle avait été tirée, et que l'esprit retourne à Dieu qui l'avait donné.

8. Vanité des vanités, dit l'Ecclésiaste; tout est vanité.

9. L'Ecclésiaste, étant très-sage, enseigna le peuple; il publia ce qu'il avait fait, et dans cette étude il composa plusieurs paraboles.

10. Il recueillit des paroles utiles; il écrivit des discours pleins de droiture et de vérité.

11. Les paroles des sages sont comme des aiguillons et comme des clous enfoncés profondément; le pasteur unique nous les a données par le conseil des maîtres.

12. Ne recherchez rien davantage, mon fils; il n'y a point de fin à multiplier les livres, et la continuelle méditation de l'esprit afflige le corps.

13. Écoutez tous ensemble la fin de tout ce dis-

time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnino homo;

14. Et cuncta quae fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MEMENTO CREATORIS. Superius Salomon induxit multipliciter ad felicitatis humanae acquisitionem, hic consequenter inducit ad hujus acquisitionis accelerationem. Et dividitur in tres partes, quia primò ponitur hæc acceleratio, secundò quedam brevis recapitulatio, ibi: *Cinque esset*; tertio, intertur intenta conclusio, ibi: *His amplius*. Circa primum dicit: *Memento Creatoris tui*, qui te fecit de nihilo ad imaginem suam, Genesis primo: propter quod obligatus es totus ad ejus servitutem.

IN DILEXIT JUVENTUTIS TUE, quia tunc potes eis promptius et melius servire. Ideò subditur:

ANTIQUAM VENIAT TEMPUS AFFLICTIONIS, id est, senectutis, quia, sicut dicit Seneca, multa senem circumveniunt incommoda.

ET APPROPINQUENT ANNI, tuæ mortis.

DE QUIBUS DICAS. Omnes enim mortem refugiunt, et abhorrent incommoda senectutis; ita quod Salomon loquitur hic, metaphoricè secundum omnes expositores Hebræos et Latinos.

VERS. 2. — ANTEQUAM. Desumendum est quod dictum est in principio capituli: *Memento Creatoris tui*, in principio hujus clausulae, et etiam clausularum sequentium. *Antequam tenebrescat sol*, etc. Dicuntur autem sol et luna et stellæ obtenebrescere seni, et maximè ad mortem appropinquanti, quia deficit virtus ejus visiva, et sic non potest claritatem eorum bene videre, nec de die, nec de nocte.

ET REVERTANTUR NUBES POST PLUVIAM, id est, tribulatio mortis, post tribulationem senectutis; ita quod Salomon loquitur hic, metaphoricè secundum omnes expositores Hebræos et Latinos.

VERS. 3. — QUANDO COMMOVEBUNTUR CUSTODES DOMUS (1), id est, corporis, quod est domicilium animæ. Hujus autem domus custodes sunt sensus qui præcavent corpori à noxiis; et dicuntur hic commoveri, quando incipiunt deficere et hebetari.

ET NUTANT VIRI FORTISSIMI, id est, crura et tibiæ, quæ dicuntur viri à virtute, quia sustinent corporis pondus; sed *nutant*, id est, tremunt seu vacillant in senectute, deficiente naturali virtute.

ET OTIOSI ERUNT MOLENTES, id est, dentes, quibus

(1) *Quo die commovebuntur*, seu *tremunt custodes domus*: hoc est, manus et brachia, quibus homo utitur ad se tuendum adversus intrinsicè ingruentes injurias.

Et contorquebuntur viri fortes: hoc est, nervi, chordæ, musculi, in quibus vis et robur corporis consistit, quæque in senibus variè podagrâ, chiragrâ, morboque arthritico torquentur et contrahuntur.

Et cessabunt molentes, quia imminuta sunt. Sic notatur in senibus defectus dentium molarum, et aliorum, quibus manditur et commolitur cibus.

Et tenebrescat videntes per foramina: hoc est, obscurabitur et hebetabitur visus oculorum, qui collocati à naturâ in cavis suis, inde prospectant, tanquam in insidiis positi. (Lud. Cappellus.)

CUSTOS: Craignez Dieu, et observez ses commandements; car c'est là le tout de l'homme;

14. Et Dieu fera rendre compte en son jugement de toutes les fautes, et de tout le bien et le mal qu'on aura fait.

molitur cibus in ore: sed appropinquante morte non possunt hoc facere.

IN MINUTO NUMERO. Numerus enim dentium in communi cursu minuitur in senectute.

ET TENEBRESCENT, id est, oculi intra foramina capituli collati.

VERS. 4. — ET CLAUDENT OSTIA (1), id est, labia in plano faciei sita, quæ dicuntur claudi, quando non possunt bene loqui; ideò subditur:

IN HUMILITATE, id est, exilitate vocis, quod contingit in appropinquatione mortis.

ET CONSERGENT AD VOCEM, id est, galli: senes enim non possunt bene dormire, et sic excitantur in primo gallorum cantu, et hæc excitatio dicitur hæc resurrectio. Et quia ad litteram non possunt diu retinere urinam propter debilitatem organorum, et ideò oportet eos tunc surgere.

ET OESERDESCENT OMNES FILII CARMINIS, id est, aures, quæ dicuntur *filia carminis*, eò quod delectantur in melodiis.

VERS. 5. — EXCELSA QUOQUE TIMEBUNT, (2) id est, (1) *Extrinsecas, in plateâ, vel foris*. Labra intelligunt Hebræi.

Propter remissionem soni ipsius mole. Ad verb.: *In humilitate vocis ipseus molitur*, vel *mole*, aut potius *molitionis*, sub. *dentium*. Quisdam, et *homonata fuerit vox molentis*. Alii, *cum exili voce molentis*: id quia ultra digerere cibum non possint homines. Nam sono quodam solent molere cibum qui valent dentibus.

Et conserget, et excitabitur, sub. *homo*. *Et humiliabitur, et deprimentur*, vel, *et submissa erunt*, aut, *su. primentur*. *F. die cantici, filia vocis*, id est, resonantiæ. *F. lias vocis* vocat arterias et fibras vocales, quæ multum valent ad vocem efficiendam; q. d.: *Vox guitaris, quæ prius cantabat, erit submissa, adeò ut non audiat*. Ita docti inter Hebræos. Alii *filias cantici* exponunt cantores et cantatrices, qui humiles erunt, neque exaudientur à senibus, neque illis delectabuntur ut 2 Sam. 19, 55, de Berzellai senè: *Num audiam ultra vocem cantorum et cantatricum?* (Natalis.)

(2) *Ab alto timebunt*. Timebunt loca alta, nec audebunt ea descendere. *Terrores in viâ*. *Terrores eis erunt in viâ*, id est, terrebuntur ac trepidabunt per viam euntes. *Florebit amygdalus*. Veneranda quidem, sed mortis nuntia, canities caput ac tempora vestiet. Cæterum capilli cani fiunt propter imminutam caloris vim, quæ humores et excretionis satis concoquere non possit. *Quæritur erit locusta*: vel *locusta*, parva animans, si insidibit eis, oneri erit. *Dissolvetur, irrita fiet, concidet appetendi facultas*. *Appetentia*, Nathan Justus auctor Lexici Thaludici, *genus fructus*. Mercurus ad hunc locum: *Capparin aut huc non absimile fructus genus Rabbinii appetant, ut Baal Aruch docet*. Imò in Baal Aruch est *custos fructuum*. Ad domum senis sui, vel potius ad domum æternitatis suæ. Inuit autem sepulcrum, in quo æternum degimus. Dicitur et *domus tenebrarum*. Egyptii tumulos et sepulera domos æternas nuncupare solent. *Æterna nox pro morte* apud poetam. *Phlegones*. Præterea aut comites funis efferentes, qui funis comitantur. (Drusius.)

Hebr.: *Lutam in excelso timebunt*, id est, etiam cum in loco excelso et tuto fuerint, timere solent. Aut: *Etiam excelsa timere solent*, id est, ne excelsi et firmi

superior pars animæ, quia omnes naturaliter timent mortem propinquantem, etiam secundum partem superiorem corpori compatiens.

ET FORMIDABUNT IN VIA, quia timent exire viam præsentis vitæ.

FLOREBIT AMYGDALUS, id est, caput canescet.

IMPINGUABITUR LOCUSTA, id est, venter intumescet humoribus indigestis.

ET DISSIPABITUR CAPPARIS, id est, concupiscentia carnis, quæ sic nominatur, eò quòd capparitis est herba quæ luxuria excitatur.

Quoniam ibit homo, per mortem.

IN DOMUM ÆTERNITATIS SUE, quia inde nunquam revertetur ad vitam præsentem.

Et circuibunt, hominem jam defunctum.

VERS. 6. — ANTEQUAM RUMPATUR (1), resumatur.

parietes in se cadant. *Et contritiones* (aut pavores) *in viâ* (illis erunt), *id est*, solent præ lassitudine in viâ deficere. Ex timore et infirmitate senectutem depingit. *Florebit amygdalus*, id est, canebit caput: elegans metaphora. Ita R. Abraham et R. David. Comparavit autem senem amygdalo potius quàm alii arbori, ad significandam celerem et anticipatam senectutem; solet enim amygdalus prima omnium arborum ante tempus florescere. Alii, ut ait R. David, interpretantur *contemnet, reprobabit coitum*: significat enim קָפַץ *genitale membrum*, et נָשָׂא *contemnere ac rejicere*. Alii, inquit ille, dicunt קָפַץ esse *os femoris*, cui attribuitur generatio, quod in eandem sententiam redit: *Impinguabitur locusta*. Aliqui vertunt: *Et gravabitur locusta*, id est, tam infirmus erit senex, ut vel locusta, si ejus corpori insideat, oneri sit. Alii דָּבַר interpretantur *dorsum, gravabitur dorsum, id est, curvabitur*: solent enim senes curvi incedere. *Et dissipatur capparitis, id est, evanescet, extinguetur libido*, ut interpretatur R. David in lib. Rad. et R. Abraham. Dicunt enim בְּלִיָּה־בְּנֵי־אִשָּׁה significare desiderium coitus. Alii, ut ait R. David, dicunt esse epithetum membri genitalis, quod noster interpres honesto ac metaphoricò vocabulo capparim appellavit propter similitudinem glandis. *Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, seculi sui, id est, in sepulchrum, ubi habitabit usque ad finem seculi, id est, usque ad resurrectionem*, ut Psal. 48, 12: *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum*, et Thren. 5, 6: *In tenebris collocavit me, quasi mortuos sempiternos*. *Et circuibunt in plateâ plangentes, id est, lugent filii aut amici cum jam mortuum*.

(1) Hebr.: *Antequam abrumpatur argentea catena, et quassetur guttus aureus, et urna frangatur ad scatebram, et conquassetur ad foveam currus*. Hæc quatuor ego non intelligo. (Castalio.)

Funiculus argenteus. Intelligunt spinam dorsi, quæ ob candorem argentea vocatur; et per vittam seu fontem aureum accipiunt cerebrum, quòd includatur pelliculæ aurei coloris; seu medullam, quæ transit spinam dorsi, quæ vel minimum læsâ, necesse est homini mori. *Per hydriam* putant intelligendam cistam fellis; et per fontem epar; per rotam, cranium capitis, quod in sepulchro confringitur. Vel, *confringatur rota in foveâ*, hoc est, fractis rotis currus in foveam per præceps ruat, et revertatur pulvis in terram suam, etc.

(Clarius.)

Antequam rumpatur funiculus argenteus. Medulla spinalis, argentea propter colorem, incurvata, mox fatiscens. Item nervi ex eadem spinâ producti, tum soluti, ac flaccescentes. *Et recurrat vitta aurea*: frangatur lenticula aurea: Hebr. Vesicula fellis, quæ tabescente cibi concoctio cessat, et alvus incompositè solvitur aut astringitur, quod maximè in senibus; et *conteratur hydria*, quæ jam urinam non continet. *Super fontem*, vesica urinaria; et *confringatur, ruet, sive in catharos delinuat*. *Rota, sive sphaera, caput vo-*

Memento Creatoris tui, antequam rumpatur funis argenteus, id est, harmonia: quæ elementa colligantur in corpore viventis, quæ rumpuntur in morte.

ET RECURRAT VITTA AUREA, id est, vita futura, quæ secundum veritatem melior est justis quàm vita præsens, sicut aurum melius est argento.

ET CONTERATUR HYDRIA. Fons dicitur hic cor, à quo procedunt spiritus vitales, sicut aquæ vividæ ex fonte. Hydria, cum quæ hauritur aqua de fonte, dicitur hic compago cæterorum membrorum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur super fontem, quia moritur cum corpore.

ET CONFRINGATUR ROTA. Dicitur hic caput quia appropinquat ad figuram rotundam; *cisterna* verò dicitur ipsum cor, eò quòd inde accipitur vita, ut prædictum est: et sic rota confringitur super cisternam, quando omnes sensus, qui vigent in capite, deficiunt totaliter corde moriente.

VERS. 7. — ET REVERTATUR PULVIS (1), id est, cor-labile et rotundum, cranium, *galgal*: quæ vox pro capite sumitur: Exod. 16, 16; Num. 1, 2. *Super cisternam*: super cavum pectoris. Chald., et decurrat cranium ad sepulchrum tuum: quod planius videtur. (Bossuet.)

(1) *Et revertatur pulvis in terram suam unde erat*. Plana expositio ænigmatis, et plena solutio quæstionum, præsertim illius: *Quis novit, si spiritus filiorum Adam?* supra 3, 21. Et rectè in antecedentibus dissolutione corporis tam studiosè describitur, ut inter machinæ fatiscens ruinâ, animus integer ad Deum redire doceatur. *In terram suam; spiritus ad Deum*: subtiliter omninò, et ex ipsâ rerum origine quæstio deciditur. Ibi enim à Deo quidem, verum è limo terræ corpus fingitur: spiritus verò totus ex Deo, nullâ aliâ causâ, Gen. 2, 7; unde terra in terram, spiritus ad Deum, ad sua quæque revertuntur. *Ad Deum*: judicandus sanè, ut antecedentia et sequentia docent; et vel meritò repellendus, vel æterno federe conjungendus. Cave autem hic à pessimâ Grotii notâ, ubi refert Euripidis locum tanquàm huic geminum, in supplicibus: reverti res omnes eò unde ortæ: corpus quidem in terram, spiritum verò ad æthera. Qui locus parùm abest ab illo Virgilio:

Atque in ventos vita recessit.

Atqui Ecclesiastes disertè pronuntiat redire hominis spiritum, non ad æthera, sed ad Deum qui dedit illum. Æther autem profectò non Salomoni Deus, sed Stoicis, apud Ciceronem dicentibus:

Aspice hoc sublime candens quem invocant omnes...

Jovem.

Et apud Virgilium:

At pater omnipotens fecundis imbris æther.

Pari exemplo idem Grotius locum illum Sap. 2, 2: *Sermo scintilla est*, Empedoclis loco comparat, quo cogitationem, sive cogitandi vim docet esse sanguinem, cordi circumfusum. En viri theologiam inter oratorum ac poetarum lectionem natam, atque adultam in Socinianismi fœce. Hic sanè vult videri sua ad Job 54, 14, et Gen. 2, 7, quod loci errorem firmant. Et ad Jobum quidem; ita docet vitam omnium animantium à Deo esse, quam si revocaverit, intereant: ut hominis spiritus haud magis sit à Deo, vel redeat ad Deum, reliquarum animantium spiritu. Ad Gesesim autem rotundè docet, neque ibi, neque Eccl. 12, 7, agi de immortalitate animorum, quippe *quæ non prime, sed novæ creationis sit*; hoc est, non antiqui Testamenti, sed novi; atque idè in Apocalypsi passim, sanctorum animas Deo viventes introducit, post novi quidem Testamenti gratiam, non antea. Quin etiam ad hæc verba: *Omnes autem vivunt ei*, Luc. 20, 58, hæc habet: *Atqui mortui tunc erant, sanè; sed vivunt quoad*

pus humanum, quod pro majori parte factum est de elemento terræ.

ET SPIRITES, secundum merita ejus et demerita judicandus per ipsum.

VERS. 8. — VANITAS. Exponitur, ut supra cap. 4.

VERS. 9. — CUMQUE ESSET. Hic ponitur brevis recapitulatio de libris Salomonis, cum dicitur: *Cumque esset sapientissimus*, id est, Salomon, ejus sapientia præcedebat sapientiam omnium illius temporis, ut habetur tertio Regum 4.

DOCUIT POPULUM, verbo et scripto.

ET ENARRAVIT, supra 2 capite, et in pluribus aliis locis.

ET INVESTIGANS, sapientiam.

COMPOSITUIT PARABOLAS, scilicet tria millia, ut habetur 4 Reg. 4 (1).

Dei potentiam, quæ potest mortuos vitæ meliori reddere; ipse enim est vocans ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: quæ quidem nec veretur extendere ad patriarchas ipsos Abrahamum, Isaacum, Jacobum et horum, inquit, similes; ac proinde illi quoque eorum numero qui non sint, reponuntur. Quæ quàm à christianæ theologiæ placitis abhorreant, nemo non videt. Alia autem multa, quibus ille et ecclesiastica, et sua quoque meliora convellit, suo loco notari operæ pretium ducimus: ne plus æquo credant scriptori progredienti paulatim ad catholicam veritatem, sed non eam professo, multaque ex inolitibus erroribus retinenti; quod, etsi viro favemus, veritatis amore, ac fraterni periculi metu, tacere non possumus.

(Bossuet.)

(2) Sex postremis qui supersunt commatibus epilogus continetur, quo ad conciliandam huic libro auctoritatem, Salomonis, tanquam auctoris, laudatur sapientia, atque in concinnandis elegantique stylo tradendis salutaribus præceptis solertia. Hieronymus: « Sapientiam, quæ præcepit Salomon omne humanum genus, nunc quoque in fine opusculi sui proficitur, quod non fuerit veteris legis institutione contentus, sed in profundas se ultra demersit questiones, et ad docendum populum Proverbia et Parabolas composuerit. » Doederlein hanc appendicem additam arbitratur à collectore quodam, cui non hujus tantum libri compilatio, sed plurium debeatur, atque hunc epilogum adjectum esse cunctis veteris Testamenti libris moralibus et poeticis à quodam eruditorum viro nuncio concilio, explorandis colligendis libris popularibus et publicis intento, quale ab Hiskia ordinatum fuisse colligere est ex Prov. 25, 1. Sed verè monet Van der Palm non esse cur hunc epilogum totius libri auctori abjudicemus, cum dictionis et conceptuum similitudine hoc additamentum proximè accedat ad habitum et rationem Ecclesiastæ. « Deinde quæ habentur in commate 12, admonitus esto, mi fili, non videntur compilatoris esse, sed omninò Salomonis, qui in scriptis moralibus solebat ad filium sermonem dirigere. Præterea dubitari possit an hujusmodi additamentum, sine ulteriore admonitione, libro sacro adjici passus fuisset Judæorum superstitio. Ac tandem deesse videntur rationes satis validæ, quibus innititur opinio tam prorsus singularis. » Et residuum, hic ponitur adverbialiter, idem valens quod Latinis cæterum, quod reliquum est, inseriturque h. l. connectendo huic epilogo libro qui præcedit. *Quia fuit concionator, libri hujus auctor, aut potius cujus personam ille induit, Salomo rex, sapiens. Adhuc, id est, insuper docuit scientiam populum.* Quod sequitur verbum nonnulli, quasi sit denominativum ab *auris*, interpretantur *auscultavit*, ut Isai. 64, 5, Psal. 49, 5. Sed rectè monuit Kimchi, esse *perpendit* veluti *bilançibus* interpretandum, unde et Rabbini in Arithmetica usita-

VERS. 10. — QUÆ ESIVIT VERBA UTILIA, ad bonum regimen populi, et ad suadendam regnorum et provinciarum dominatoribus in sua potestate moderationem, ut populi quibus dominantur, per bonorum commendationem et malorum justam coercionem, per æquas et iustas leges, possint vivere in pace et tranquillitate.

ET CONSULPSIT SERMONES ELEGANTISSIMOS, quia nulla est in eis distortio à veritate, nulla propensio ad iniquitatem et rapinam, nulla suspicio iniquæ alicujus doctrinæ, nulla ambiguitas, vel ambiguitas, nihil denique quod lectorem à justo et æquo possit avertere.

AC VERITATE PIENOS, quia cum veritate literali, continent plures veritates mysticas, allegoricas, anagogicas, morales quia his omnibus sensibus solent applicari divinæ Scripturæ.

VERS. 11. — VERBA SAPIENTUM SICUT STIMULI (1), ad excitandum pigros in opere virtutis.

ET QUASI CLAVI IN ALIUM DEFIXI, id est, in profundum, sicut dicitur Joannis 4: *Puteus altus est*, id est, profundus. Et ideò sicut clavi in profundum ligni defixi sunt tibi quasi immobiles, sic verba prophetarum non possunt à veritate removeri. Sunt enim edocti et inspirati à Deo, qui est ipsa veritas, et nihil potest proferre nec docere, nisi congruum veritati.

QUE PER MAGISTRORUM CONSILIUM, id est, sapientium.

DATA SUNT A PASTORE UNO, scilicet ipso Deo, qui omnia regit et pascit. Magistri verò isti possunt dici tres persone in divinis, vel angeli, quibus primò revelantur divina secreta, qui sunt executores divinæ voluntatis, et per quos manifestatur hominibus sapientibus et justis, qui eam deinde populis, et etiam regibus et magistratibus faciunt innotescere.

VERS. 12. — HIS AMPLIUS (2). Hæc est ultima pars

tum valetque *probare, examinare veluti trutinâ*. Convenit enim Arabico significante *ponderavit, 7777 et persecutus est*, multa, sapientie beneficiis. Post hoc tantum loco legitur, significatione haud dubiè non diversum à kal, quod crebrum occurrit. Justè subtilitas Aben Esra ut dupliciter transitivum explicat: *fecit scrutari populum*, id est, cum docuit rationes quibus sapientiam inquireret. *Itemque aptavit, concinnavit, composuit parabolas multiplicando*, id est, multas insignes sententias; conf. 1 Reg. 4, 52. (Rosenmüller.)

(1) *Verba sapientum*. Postquàm stultas questiones et opiniones hominum dissolvit, ad veram sapientiam, verosque sapientes sectandos adhortatur. *Sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi*, quod debeant herere et pungere, non palpare, sed errantibus et tardis poenitentiae dolores et vulnus infigere: Hier. *Quæ per magistrorum consilium: valent enim verba sapientum*, si non auctoritate unius, sed consilio atque consensu magistrorum omnium proferantur: idem ibid. *Data sunt à pastore uno*, sive Salomone, antiquarum sententiarum diligentissimo collectore, vers. 10; vel quod unus magister sit Dominus, Hier., omniaque à Deo ejusque spiritu profecta. (Bossuet.)

(2) Præcepta quæ tibi tradidi, amplectere; alios magistros ne sequere: mihi penitus credo. Nemo aut me doctior, aut ingenia præstantior, aut studiosior fuit. Omnia tentavi, atque omnia undique expendi: quid bonum esset, quid malum, agnovi. Quamvis omnes ubique doctores librosque consulueris, nihilo plura ex his disces.

hujus libri in quâ ponitur intenta conclusio, et hoc quantum ad duo. Primum est quod homo non sit curiosus in investigatione Scripturarum, præterquam necessariorum, et quantum ad hoc dicitur: *His* (id est, sacræ Scripturæ libris, ut exponit R. Salomon) *amplius, fili mi, ne requiras*; per hoc tamen non excluduntur libri alii ad salutem necessarii. De quibus dicitur:

FACIENDI PLURES LIBROS (1), etc, quia semper emergunt novæ difficultates in talibus.

FREQUENSQUE MEDITATIO, circa talia.

CARNIS EST AFFLICTIO, scilicet affectivè et sine utilitate, cum sit sæpissimè de iis quæ non sunt necessaria ad salutem et vitam æternam consequendam, quibus dum quis inutiliter et variè occupatur, negligit ea quæ sunt necessaria, quia pluribus intentis minor est ad singula sensus, et qui est addictus alicui studio futili et inani, non potest facilè applicari ad studium rerum magis utilium et necessariorum. Secundum est, quod homo intendat totis viribus, necessariis ad salutem. Ideò dicit: *His amplius*, id est, meliùs.

VERS. 13. — DEUM TIME (2), timore filiali, per quem receditur à malo.

(1) Quamvis innumeros adhuc libros exararem, ac tu innumeros consuleres, eadem semper dogmata traderentur; monita mea amplectere. Pessimus est nostræ ætatis morbus, librorum copia, novosque scribendi libido:

..... Tenet insanabile multos

Scribendi cacoethes, et ægro in corde senescit.

Quod si ab ipsâ Salomonis ætate communis querela hæc fuit, quid nobis agendum est, qui libros habemus innumeros, at bonis libris rarissimos, si cum malis aut inutilibus conferantur? Vetus effatum est librorum copiam veræ scientiæ bonisque studiis nocere, optandumque esse ut pauciores sint, dum meliores. Quod ad mores spectat, si probè intelligerentur, ac sedulo studio versarentur ii quos Salomon cæterique canonicorum librorum scriptores reliquere, veterum omnium jacturam minimi faceremus: quibus si addas novi Testamenti volumina, cætera penitus contemnenda sunt. Eos qui bonis moribus ac religioni nocent, penitus omitto, quos prorsus perisse optandum est; eos etiam qui solummodò curiositati, nugis, historiis, fabulis, obscenisque carminibus serviunt. At prohi dolor! ingens adeo copia hujusmodi librorum est, ut fermè obruat, cum ii qui bonos mores ac religionem docent, nunquam nimii sint. *Patet omnibus veritas, nondum est occupata: multis ex illâ etiam futuris relictum est. Utile est*, inquit S. Augustinus, *plures à pluribus fieri libros, diverso stylo, non diversâ fide etiam de questionibus iisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic*. Si enim, uti Origenes ac denique S. Hieronymus animadvertunt, libros quos scribis, ad veritatem quæ una est, et ad eum qui omnium Scripturarum unus finis est, referas, plures libros exarare, aut plura dicere non accusaberis: una res, dicitur, unus liber scribitur, cum unus omnium librorum finis sit veritas.

Hebræus: *Faciendi libros multos nullus est finis; et lectio multa, nimia meditatio, labor carnis*. Libros ne multos scribas, neque nimiam operam studio dederis: nimis enim assidua librorum meditatio valetudini nocet. Septuaginta: *Fili mi, cave facere libros multos: non est finis; et meditatio multa, molestus labor carnis*. Contrarium planè suadere videtur Chaldæus: *Fili mi, monitus esto ut facias libros sapientie plurimos, adeò ut non sit finis, et ut studeas verbis legis, conspiciasque defatigationem carnis*. (Calmet.)

(2) Finem loquendi: dictorum summam, ad quam

ET MANDATA EJUS OBSERVA, exercendo te in bono. Et hæc sunt duæ partes justitiæ, quæ faciunt hominem perfectum in virtute. Ideò sequitur:

HOC EST OMNIS HOMO, id est, totus, sive perfectus homo, quia totum et perfectum sunt idem, 5 Metaph.; ita quod accipitur hic signum totius universalis pro signo totius integralis, quia in Hebr. pro utroque est una sola dictio æquivoca ad utrumque, et est sensus: *Hoc est omnis homo*, id est, istæ duæ partes justitiæ faciunt perfectum hominem in virtute; et subditur motivum ad ista duo, cum dicitur:

VERS. 14. — ET CUNCTA QUÆ FIUNT (1), scilicet ab

lectores omnes provocat, ut jam non necesse sit petere libros, qui per hominum manus nullo fine, aut operæ pretio circumferuntur, 9, 10, 11, 12, neque se meditationibus, studiis, Hebr., assiduâ lectione conficere, 12; sed unum id indigere animo, quod omnium caput est, librorumque omnium et cogitationum ipsiusque adeò vitæ summa: *Deum time: hoc est omnis homo*: ut alia, quibus se homo torquet, ne ad hominem quidem spectet. Clara ergo conclusio, quò omnia hujus libri dicta collant, ut quando omnia vana sunt sub sole, ad id convertamur quod sit æternum.

(Bossuet.)

(1) ET CUNCTA QUÆ FIUNT, ADDUCIT DEUS IN JUDICIUM PRO OMNI ERRATO, SIVE BONUM, SIVE MALUM ILLUD SIT. *Cuncta*, intellige quæ fecimus, vel omisimus. Operis enim boni, quod facile facere poteramus, omissionem exigit à nobis Deus; ita Olympiod. Hebr.: *Quia omne opus* (Septuag., *factum*) *venire faciet, vel introducet, Elohim in iudicium pro omni abscondito, sive bonum, sive malum sit*. Tò quia significat hic alteram causam stimulantem ad Dei timorem, et observationem mandatorum ejus, quod scilicet Deus omnes homines, et omnia opera hominum sit citaturus ad iudicium universale, quod fiet publicè coram omnibus hominibus et angelis, ac à singulis omnium operum, etiam secretissimorum rigidam rationem exacturus, ut bonis cœlestia gaudia, malis gehennæ tormenta retribuatur, idque sine acceptatione personarum vel munerum, justissimè et irrevocabiliter; ita ut ab eo nulla sit appellatio, nulla fuga, nulla latebræ, nulla evasio. *Pro omni errato*, scilicet scrutando, discutiendo, expendendo, iudicando, puniendo: hæc verba quasi parenthesi includenda sunt, ut patet ex eo quod sequitur, *sive bonum*; hoc enim cum errato coherere nequit, sed cum iudicio, quod præcessit, coherere oportet: ita Dion. et Titelm. Hebr. est *pro omni abscondito*; Vatabl., *occulto*; alii, *secreto* scilicet *errato*, id est, *peccato*, ut solerter vertit noster: hoc enim quia turpe est occultat se, queritque secretum et tenebras, cum virtus utpote honesta querat lucem; Symmach. et Septuag. ἐν παντί παρωραμένον, id est, *de omni contemptu, vel certè de omni ignoratu*: quod etiam de otioso verbo, et non voluntate, sed ignoranter prolato reddituri sumus rationem in die iudicii, ait S. Hier. Complut. vertit, *in omni neglecto*, id est, *de omni præcepto et virtute, quam homo exercere neglexit*. S. Aug. lib. 20 Civit. c. 5, legit: *In despecto, hoc est, in omni* (hominem) *etiam qui contemptibilis videbitur (et ideò nec videtur), quoniam Deus et ipsam videt, nec eum despicit, nec eum cum iudicat praverit*; q. d.: Deus iudicabit omnem hominem, quantumvis vilem et despectum. Arab. vertit, *de omni negotio, quo molestiam intulere*.

Mirum videtur nostrum vertisse, *pro omni errato* (malè aliqui legunt *reatu*, pejus alii *creato*) unde suspicatur Franc. Lucas in Notis hic legendum *pro omni celato*. Hoc enim significat Heb. נלמם *nelam*. Hinc Biblia regia, Complut. et nonnulla alia legunt *pro omni abscondito*, et sic se vertisse ait S. Hieron. in Comment. Et Chald.: *Quoniam*, inquit, *omnia quæ fiunt adducet Deus in die iudicii maqui, et futuram est*

hominibus, qui per liberum arbitrium possunt mereri et demereri.

ut manifestet omne verbum quod celatum à filiis hominum, sive bonum, sive malum.

Passim tamen Biblia Latina legunt, *pro omni errato*; unde hæc lectio, ait Franc. Lucas, non facile auferenda est ex versione Vulgatâ, nec omnino aliena est ab Hebr. *nelam*, id est, *celato*, vel *abscondito*: non enim est error, nisi circa occulta aut abscondita. Rursum, error notat ignorantiam, inconsiderationem et inadvententiam mentis minus attentâ ad opus quod agit, ut discipiat an bonum sit an malum; quin et opus bonum homo subinde agit minus attentè minusque studiosè, quàm par est, imò remissè, negligenter, oscitanter. Rursum, error vocatur vagatio mentis, vel corporis: sic vocantur errores Ulyssis, errores viarum, nemorum et labyrinthorum, errans luna, errantia sidera, quia scilicet non recto, ut stellæ, sed obliquo cursu incedunt: ita errat, id est, vagatur mens in oratione et opere bono. Hæc ergo errata discutiet Deus in iudicio, et hoc videntur voluisse Septuaginta diu vertunt, ἐν παντι παραρηγμένον, quia παραρῆν est incuriosè aspicere, vel per incuriam mentis minus attentis oculis præterire, seu per transitum aliquod respicere, negligere et contemnere, quod proinde ab oculis est absconditum et remotum. Hoc sensu Hebr. *nelam*, id est, *absconditum*. Græcum παραρηγμένον, id est, neglectum, et Latinum *erratum* idem denotabunt, scilicet id quod per incuriam et inadvententiam ignoranter, negligenter, et minus attentè factum est, uti sæpe fit ab hominibus fragilibus et incogitantibus: quare Deus hæc omnia adducet in iudicium et dijudicabit an bona vel mala fuerint ea quæ homo non satis dijudicavit, sed incogitantè et inadvententer egit. Tunc enim *illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium*, 1 Cor. 4, 5:

Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.

Hinc Septuag. Hebr. *אלאם* *alam*, id est, abscondere, sæpe vertunt præterire, negligere, despiciere, contemnere, ut Levit. 20, 4, Deut. 22, 4, Isaie 57, 41, Nahum 3, 41 et alibi, ac subinde vertunt, iniquè agere, ut Psal. 25, 4, quod quid est aliud quàm errare? Denique, abscondere oculos, aures, mentem, Hebreis idem est quod non attendere, præterire, negligere, errare, ut patet locis jam citatis.

Vide et mirare hic profundam solertiam et perspicaciam nostri interpretis, qui per abscondita intellexit significari errata homini negligenti celata et abscondita. Hinc Psalterio orat psal. 48, 15: *Ab occultis (erratis) meis munda me, Domine.* Et Jerem. 49, 10: *Revelavit abscondita (scelera ejus).* Sic et Daniel 2, 22, Abdias 1, 8, Habacuc 3, 14, et Job 9, 28: *Verbera omnia opera mea, sciens quid non parceres delinquenti*: multa enim videt Deus in actionibus hominis, præsertim internis, quæ homo ipse non videt. Quocirca *judicabit Deus occulta (errata) hominum*, Rom. 2, 17. *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere*, Ephes. 5, 12, ideòque *abdicamus occulta dedecoris*, 2 Cor. 4, 2. Atque hæc est origo et radix incertitudinis gratiæ, et prudentis sanctique timoris: quia enim homo suas actiones, cogitationes, intentiones intimè non pervidet, sed tantum obiter, et quasi in superficie: hinc nescit an bona vel mala sint, an Deo placeant, vel displiceant: ideòque timore percellitur, ac cum timore et tremore salutem suam operatur. Esto ergo omne peccatum sit erratum et error, juxta illud: *Errant qui operantur malum*, Proverb. 14. *Errant*, quia non satis considerant et ponderant, quale, quantum et quàm noxium sit malum quod operantur. Si enim hoc profundè perpenderent, uti rei gravitas exigit, utique non peccarent. Tamen non hæc sola Deus adducet in iudicium, sed et illa quæ speciem habent boni, hominique videntur bona, imò in se subinde bona sunt: examinabit enim illa, an debitâ attentione, intentione, contentione, et studio ea fecer-

ADDUCIT DEUS, etc. Generale.

PRO OMNI ERRATO. In Hebræo habetur: *Pro omni celato, quod illi manifestabitur.*

rimus, v. g., orationem, psalmodiam, meditationem, jejunium, elemosinam, etc., præterimus, ac multus dicit: *Mane, tichel, phares: Appone es in staterâ, et inventa ex utroque habess, Dan. 5, 5.*

Quare, hic insensis est stimulus pungens nos, ut singulis actibus et cogitationibus nostris acriter invigilemus, curemusque ut omni ex parte sint sincera, integra, perfecte: quia *omnes manifestabuntur ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*, ait Paulus 2 Cor. 5, 10. Porro, de forma, loco, tempore, personis judicandis et judicaturis, cæterisque circumstantiis judicii, vide exactè disserentem Franc. Suarez tom. 2, 3 p., disp. 57, sect. 6.

SIVE BONUM, SIVE MALUM ILLUD SIT. Hæc verba referri possunt ad *errato*, eo sensu quo jam exposui. Aptius tamen ex Hebræo referas ad *celata*: unde ex Hebræo, per hysterolegiam usitatum sic clare veritas, ordines, et explicos: *Et omne opus, vel factum, sive bonum, sive malum illud sit, adducet Deus in iudicium super omni abscondito*, ut videlicet exanimet opus, num in eo occulte absconditum sit aliquid errati, id est, negligentiae, inadvententiæ, omissionis et culpæ: omnia ergo in opere abscondita rimabitur, detegat et propalabit Deus in iudicio, cum scrutabitur Jerusalem in lucernis, Sophonia 1, 12. Sic scrutatus est occulta doctoris Parisiensis, qui publice habebatur vir probus, dum cum jam vita functum publice in templo, ex feretro proclamare jussit: *Iusto Dei iudicio accusatus, judicatus, et damnatus sum, quâ voce percussus S. Bruno vanitati mundi valedixit, et in eremum cum sociis se recipiens, ordinem Carthusianorum instituit, ut veritatem veramque felicitatem sibi assecuraret anno Domini 1092.*

Climacus gradu 7 narrat Stephanum Eremitam clarum miraculis in morte cum demonibus se accusantibus disputasse, ac subinde dixisse: *clia sane, sic reverè est; sed pro hoc tot annis jejunavi. Ab quando verò? Non certè, sed mentimini: hoc non feci. Deinde rursus: Ita verè est, hoc ita est; sed flevi, sed ministravi. Ac rursus: Verè me accusatis. In quibusdam aiebat: Ita sanè, et quid ad hæc dicam non habeo, ideò misericordia est.* Subdit Climacus: *Et erat protecto spectaculum horrendum ac terrificum invisibile illud sævissimumque iudicium, in quo cetiam (quod terribilius est) et quod non fecerat illi obijciabant.* Et post nonnulla: *Ille ipse tamen cum cædè intostè à se ratio repisceretur, carne solutus est; quod iudicium, quis terminus, quæ sententia, quis rationis illius finis fuerit, incertum penitus relinquens.* Quàm sapit ergo, qui cum S. Aug. in Confess. ex animo dicit: *Nec me revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, et futuri iudicii, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen recessit de pectore meo.* Idem S. August. in Psal. 49, ante finem: *Veniet, cinquit, et non silebit, et arguet quando correctioni nullus locus erit. Statuam te, inquit, ante faciem tuam. Modò ergo tu fac, quisquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te à tergo tuo, ubi te videre non vis, dissimulas à factis tuis, et constitue te ante te. Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torquent te timor, erumpat à te confessio, et dic Deo tuo: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et delictum meum ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te, ne tu ipse postea à Deo iudice has, ante te, et non sit quò fugias à te, ne quando rapiat sicut leo, et non sit qui eripiat.* Idem in Psal. 79: *In potestate tuâ est quomodo expectes venturum Christum; ideò differet venire, ut, cum veniet, non te damnet. Ecce nondum venit, ille in cælis est, tu in terrâ: ille differet adventum, tu noli differre consilium. Adventus ipsius durus est duris.*

SIVE BONUM SIT, ut remuneretur.

SIVE MALUM, ut puniatur. Ad hanc sententiam potest trahi quantum ad aliquid nostra litera, cum dicitur : Pro omni errato, id est, delato ex malitia vel ignorantia. Sive sit bonum, de genere, malum tamen ex circumstantia : sicut cum aliquis dat eleemosynam mu-

« mitis est piis. Vide ergo modò tu quis sis : si durus, licet tibi mitescere ; si mitis, jam gaude venturum. »

Narrat de seipso S. Hier. Epist. ad Eustochium de Custod. virg., se ob leve juventutis erratum, quod scilicet Ciceronem avidius legeret, quam S. Scripturam, raptum ad tribunal iudicis : « Interrogatus, ait, de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille qui præsidebat : Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus ; ubi enim thesaurus tuus, ibi et cor tuum Matth. 6. Illic obmutui : et inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illum meum versiculum reputans : *In inferno autem quis confitebitur tibi ?* Psal. 6. Clamare autem incepi : *Miserere mei, Domine, miserere mei.* Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsentis genua pro-voluti qui astabant, precabantur ut veniam tribueret adolescentiæ meæ, et errori locum poenitentia commo-derent ; exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum libros aliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam majora promittere, dejerare ceppi, et nomen ejus obstestans dicere : « Domine, si unquam habuero codices seculares ; si legero, te negavi. In hæc sacramenti verba dimissus, revertor ad superiores, et mirantibus cunctis, oculos aperio tanto lacrymarum imbri perfusus, ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. » Addit deinde : « Nec verò sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpè deludimur : testis est tribunal illud, ante quod Jacui, testis iudicium triste, quod timui. Ita mihi nunquam contingat in talem incidere questionem ; viventis fateor me habuisse scapulas, plagas sensisse post somnum et tanto dehinc studio divina legisse, quanto non ante moralia legerem. »

Si ob lectum Ciceronem in iudicio vapulavit S. Hieronymus, quantum vapulabunt gulosi, qui ventri et veneriserviunt ; avari, qui per vim vel fraudem aliena diripiunt ; superbi, qui proximis invident, indignantur, calumniantur, officium, famam, vitamque eripiunt ? Igitur ex hoc epologo Salomonis discamus iugiter mentis oculis proponere diem iudicii, ut ejus cogitatione et metu singulas nostras actiones ita honeste, sincere, cautè et exactè obeamus, sicut optabimus eas obivisse, cum tribunali Christi astabimus, ut rigidam iudicii earundem rationem reposcenti reddamus, ne quod ipse in eis erratum inveniat. Ibi enim jacietur alea, imò dictabitur sententia decretoria, eaque irrevocabilis totius aternitatis nostræ, vel beatissime, vel miserrimæ. Sive ergo comedas, sive bibas, sive dormias, sive studeas, sive quid aliud agas, semper cum S. Hieronymo auribus tuis insonet tuba novissima

lieri pauperulæ, ut eam pertrahat ad luxuriam. Sive malum, de genere, sicut furtum et homicidium : Punitio tamen talium cedit ad gloriam electorum, sicut dicitur Psal. 57 : *Lætabitur justus cum viderit vindictam,* et ad gloriam Dei. Cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

archangeli : *Surgite, mortui, venite ad iudicium.* « Quis enim, inquit S. Clemens Epist. 1, peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat, quod in fine mundi certum est agendum ? » Et Boeth. in fine Consolat. philosoph. : « Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. »

Hoc sapiebat qui dicebat :

Linqvo coax ranis, cras corvis, vanaque vanis :

Ad logicam pergo, quæ mortis non timet ergo.

O æterna veritas, vera charitas, chara felicitas, felix æternitas, Deus meus, et omnia ! Da ut nulla nos moveat mundi vanitas. Da ut qui hæc legunt sapere discant, ut transeat à vanitate ad veritatem, à terrâ ad cælum, à morte ad vitam, à tempore ad æternitatem, ab ærumnâ ad felicitatem, à mundo immundo ad te Dominum Deum nostrum, ut in te quasi in pace in idipsum dormiant et requiescant. Da nobis sapientiam hanc, Domine Jesu, quâ vana ut vana despiciamus, vera ut vera sectemur, quia tu es æterna Patris Sapientia : tu via, veritas et vita : donec aspiret dies veræ beatæque æternitatis, et inclinentur umbræ vanæ miseræque mortalitatis : « Tu via sanctæ conversationis, veritas doctrinæ divinæ, vita beatitudinis sempiternæ. Sequamur, Domine Jesu, te per te, quia tu es via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio ; » ut jucundissimâ tui visione fruentes in æternum vivamus, beemur et glorificemur, ac in abyssum veritatis deitatisque immersi, Trinitati perenne halleluia concinentes, totis cordium medullis jugiter jubilemus : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto : sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.*

O quantum est in rebus inane !

Sperne vanitatem, sectare veritatem ; sursum veritatis, deorsum vanitatis, S. Bernard. lib. 5 Vita, cap. 5.

VIVE ÆTERNITATI.

Quidquid in mortali moliris vitæ, æternitati geris, vel miseræ, vel beatæ. Hoc ævum horis et diebus fluens, imò fluctuans, cum inani rerum labentium flumine, tendit in vastum oceanum ÆTERNITATIS.

Memento te unam duntaxat habere animam, eamque immortalem, ac semel duntaxat te moriturum, nec à morte ad vitam esse regressurum : unam quoque tantum te habere vitam, illamque brevem, nec aliam quam illam, quâ modò uteris ; ac postea unam solum superesse gloriam, illamque æternam : illi ergo vivere satage. B. Teresia.

Unum necesse est, aut bonè æternum, aut malè.

(Corn. à Lap.)

Instructions et Mystères

QUE RENFERME LE LIVRE DE L'ECCLÉSIASTE.

Les instructions que ce livre renferme se réduisent toutes à ce grand principe : Tout est vanité dans ce monde, excepté la sagesse, qui consiste à craindre Dieu et à garder ses commandements ; et dès-lors il est aisé de comprendre combien seraient vaines les prétentions de ceux qui croiraient trouver dans ce

livre les principes d'une morale épicurienne, c'est-à-dire d'une morale qui ferait consister le bonheur de l'homme dans la jouissance des biens sensibles de cette vie ? Comment Salomon, si convaincu de la vanité de tout ce qui se passe, mettrait-il le bonheur de l'homme dans ces biens périssables ? Comment Sa-

lomon placerait-il dans la jouissance des plaisirs un bonheur solide, que lui-même assure ne pouvoir être que le fruit de la sagesse? Ce serait ne pas entendre la doctrine de ce prince, que de le mettre ainsi en contradiction avec lui-même; ce serait s'écarter entièrement du but qu'il se propose. Il ne montre la vanité des biens de ce monde que pour nous en détacher, et il ne veut nous en détacher que pour nous porter à la sagesse, qui seule conduit au vrai bonheur. C'est ce qui donne lieu à saint Augustin de dire que, comme on le voit assez, Salomon ne consacre tout ce livre à montrer la vanité de tout ce qui est sous le soleil, que pour nous porter à désirer cette vie où l'on trouve, non la vanité sous le soleil, mais la vérité sous celui qui a créé ce soleil : *Cui (vanitati), quantum satis visum est, intimanda, totum istum librum vir sapientissimus deputavit, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam desideremus, quæ vanitatem non habet sub sole, sed veritatem sub illo qui fecit hunc solem.*

Le même saint docteur croit aussi apercevoir un sens mystérieux dans les paroles mêmes dont l'homme charnel se scandalise. S'étant proposé de montrer que les trois livres de Salomon renferment au moins certains traits qui se rapportent à Jésus-Christ et à son Eglise, il cite, entre autres, du livre des Proverbes, ce trait manifestement allégorique : *La sagesse s'est bâti une maison; elle l'a soutenue de sept colonnes; elle a immolé ses victimes; elle a mêlé son vin dans sa coupe; elle a préparé sa table; elle a envoyé ses servantes dire: Qui est-ce qui manque de sagesse? Qu'il vienne à moi; et elle a dit à ceux qui étaient dépourvus de sens: Venez, mangez de mon pain, et buvez le vin que je vous ai préparé.* Ici, dit ce Père, nous reconnaissons certainement la sagesse de Dieu, c'est-à-dire le Verbe coéternel au Père; nous voyons qu'il s'est bâti une maison, en se formant un corps humain dans le sein de la Vierge; et qu'à ce chef il a joint des membres en y joignant son Eglise; nous voyons qu'il a immolé les martyrs comme autant de victimes, et qu'il a préparé une table qui porte le pain et le vin, où se montre aussi le sacerdoce selon l'ordre de Melchisédech; nous voyons qu'il a appelé ceux qui manquaient de sagesse et qui étaient dépourvus de sens; car il a choisi, comme dit l'Apôtre, ce qu'il y avait de faible dans ce monde pour confondre les forts; et c'est à ces hommes faibles qu'il a dit ce qui suit : *Quittez la folie, afin que vous viviez; et cherchez la prudence, afin que vous ayez la vie; car devenir participant de cette table, c'est commencer d'avoir la vie.* En effet, dans cet autre livre, que l'on appelle *Ecclésiastique*, où Salomon dit : *Il n'y a de bien pour l'homme que de manger et boire, que peut-on entendre de plus croyable, sinon qu'il parle de ce qui appartient à la participation de cette table que le prêtre même, médiateur de la nouvelle alliance, présente selon l'ordre de Melchisédech, en y offrant son corps et son sang? Car ce sacrifice a succédé à tous ceux de l'ancienne alliance qui s'immolaient comme l'ombre de celui qui devait*

être un jour offert; c'est pourquoi nous reconnaissons aussi dans le psaume 59^e la voix du même médiateur, qui dit, par l'esprit de prophétie : *Vous n'avez voulu ni sacrifice ni oblation; mais vous m'avez formé un corps; parce qu'au lieu de tous ces sacrifices et de toutes ces oblations, son corps est offert et administré à ceux qui y participent; car cet Ecclésiaste, en parlant ainsi du boire et du manger, comme il le fait souvent avec une force particulière, n'a certainement pas en vue des festins dignes d'une volupté charnelle; c'est ce que montre assez ce qu'il dit : Qu'il vaut mieux aller à une maison de deuil qu'à une maison de festin; et peu après : Le cœur des sages, dit-il, est en maison de deuil, et le cœur des insensés en maison de festin.*

Mais je crois, ajoute saint Augustin, devoir encore plutôt rappeler de ce livre ce qui appartient aux deux cités, l'une du diable, et l'autre de Jésus-Christ; et à leurs rois, le diable et Jésus-Christ : *Malheur à toi, dit-il, terre dont le roi est jeune, et dont les princes mangent le matin. Au contraire, vous êtes heureuse, vous, terre dont le roi est d'une famille noble, et dont les princes mangent au temps convenable pour prendre des forces, et non pour se couvrir de confusion.* Le jeune roi dont il parle est le diable, qu'il caractérise ainsi relativement à la folie, l'orgueil, la témérité, l'insolence et les autres vices qui ont coutume d'abonder dans cet âge. Au contraire, ce roi d'une famille noble est Jésus-Christ, issu des saints patriarches qui appartiennent à la cité vraiment libre, et desquels il est né selon la chair. Les princes de la cité du diable mangent le matin, c'est-à-dire avant l'heure convenable, parce que ceux-là désirant promptement de jouir de la béatitude en participant à la félicité du siècle présent, n'attendent pas la félicité du siècle futur, qui est la seule vraie et la seule digne de l'homme. Au contraire, les princes de la cité de Jésus-Christ attendent patiemment le temps de cette béatitude qui ne trompe point. C'est ce qu'il marque en disant : *Qu'ils mangent pour prendre des forces, et non pour se couvrir de confusion, parce qu'ils ne sont point trompés par cette espérance, dont l'Apôtre dit : Et l'espérance ne produit point de confusion; selon ce que dit aussi le psalmiste : Car ceux qui mettent en vous leur attente ne seront point confondus.*

Saint Jérôme a eu les mêmes vues que saint Augustin sur le sens profond qui peut se trouver couvert sous le sens littéral de l'Ecclésiaste. Ainsi dès le premier endroit où, selon sa pensée, Salomon dit qu'il n'y a rien de meilleur pour l'homme que de manger et boire, et de procurer à son âme l'avantage qui doit être le fruit de ses travaux; après avoir montré qu'en effet c'est une espèce de bonheur pour l'homme de jouir du fruit de ses travaux en cette vie, mais un bonheur très-vain, puisqu'il finit nécessairement à la mort, ce saint docteur ajoute : *Quelle espèce de bonheur est-ce que de goûter ainsi, comme du bout des lèvres, un plaisir qui s'entuit? Le vrai bonheur*

« est donc de prendre les vrais aliments et le vrai breuvage que les livres divins nous montrent dans la chair et le sang de l'Agneau. » Et parce que l'Ecclésiaste dit que *cet avantage est un don de Dieu*, saint Jérôme ajoute : « Car qui est-ce qui peut manger de cette divine nourriture, ou s'en abstenir, lorsqu'il n'est nécessaire, s'il n'est pas dirigé par l'Esprit de Dieu, qui ordonne de ne pas jeter le saint aux chiens, et qui enseigne comment les aliments doivent être distribués dans le temps convenable par ses ministres à ceux qui le servent avec eux ; et dans un autre sens, de ne manger de miel qu'autant qu'il en « faut ? »

Lorsque ensuite l'Ecclésiaste répète que *si l'homme mange et boit, et recueille le fruit de tous ses travaux, c'est un don de Dieu*, saint Jérôme, après avoir fait observer qu'il ne faut pas en conclure, avec les impies, que nous n'avons qu'à manger et boire, parce que nous mourrons demain ; mais seulement avec l'Apôtre, qu'ayant la nourriture et le vêtement, nous devons être contents, et employer le reste au soulagement des pauvres, saint Jérôme, dis-je, ajoute : « Mais parce que la chair du Seigneur est la vraie nourriture, et son sang le vrai breuvage, selon le sens anagogique, le seul bien que nous ayons dans le siècle présent, c'est de manger cette chair et de boire ce sang, non seulement dans la participation au sacrement, mais encore dans la lecture même des Écritures ; car la vraie nourriture et le vrai breuvage que nous recevons du Verbe de Dieu se trouve dans la science des Écritures. » C'est qu'en effet, comme le dit Jésus-Christ, *la chair seule ne sert de rien* par elle-même ; *c'est l'esprit qui vivifie*, et cet esprit vivifiant qui se trouve dans la divine Eucharistie se trouve également dans les divines Écritures.

Plus loin, lorsque Salomon répète que *le seul bien qu'il voie pour l'homme, c'est de manger et boire, et de jouir du plaisir, qui est le fruit de son travail* ; que *c'est là le partage de l'homme* ; que *c'est un don de Dieu* ; saint Jérôme, après avoir fait observer que c'est un bien en comparaison de la peine de ceux qui ne jouissent pas du fruit de leurs travaux, et qu'en effet cette espèce de bien est un don de Dieu, ajoute : « Mais il vaut mieux, selon l'Apôtre, l'entendre de la nourriture spirituelle et du breuvage spirituel qui nous sont donnés de Dieu, et de la jouissance du vrai bien, qui doit être le fruit de nos travaux ; car ce n'est que par de grands travaux et une forte application que nous pouvons parvenir à contempler les vrais biens. Voilà notre partage de trouver dans notre travail et dans notre application la source du vrai plaisir ; et quoique ce soit pour nous dès à présent un bien, cependant ce bien ne sera plein et entier que quand Jésus-Christ, qui est notre vie, se manifestera. »

Plus loin encore, lorsque Salomon revient à dire qu'il n'y a de bien pour l'homme sous le soleil que de manger, boire et se réjouir, saint Jérôme dit : « Nous avons expliqué ci-devant plus au long ; c'est pour-

« quoi maintenant nous dirons en peu de mots : Il est permis à l'homme de préférer le plaisir qu'il peut trouver à manger et à boire, plaisir si court et qui doit si tôt finir, de le préférer, dis-je, aux afflictions du siècle présent et à tout ce qui paraît injuste en ce monde ; parce que l'homme semble en effet ne pouvoir recueillir ici d'autre fruit de son travail que d'y jouir au moins d'un petit rafraîchissement. Mais cette interprétation, prise ainsi littéralement, va produire que ceux qui souffrent la faim et la soif, ou qui sont dans les larmes, et qui néanmoins sont appelés heureux par notre Seigneur dans l'Évangile, paraîtront, au contraire, malheureux. Nous devons donc prendre ici spirituellement cette nourriture et ce breuvage, et de plus cette joie que nous pouvons à peine goûter dans les travaux de notre vie. Le verset suivant prouve que l'on doit l'entendre ainsi, puisque Salomon ajoute : *J'ai appliqué mon cœur à connaître la sagesse et à suivre l'occupation qui nous est destinée, et qui ne laisse pas à l'homme le loisir de goûter le sommeil ni le jour ni la nuit*. C'est qu'en effet les hommes qui, sur la terre, s'occupent et s'appliquent jour et nuit à la méditation des saintes Écritures, y trouvent un tel travail, que souvent dans la recherche de la vérité le sommeil échappe à leurs yeux. »

Enfin, lorsque Salomon dit : *Allez et mangez avec joie votre pain, et buvez votre vin avec un cœur content, parce que vos œuvres plaisent à Dieu, etc.*, saint Jérôme, après avoir expliqué ces paroles en diverses manières, dit : « Il vaut mieux les entendre ainsi : Celui dont les œuvres plaisent à Dieu ne pourra manquer du vrai pain ni de ce vin que le pressoir fait couler de la vigne de Sorech.... Gardons les commandements, et nous pourrons trouver le pain et le vin spirituels.... Quant à ce que dans la version des Septante il est dit : *Venez, mangez votre pain dans la joie*, c'est la voix de cet Ecclésiaste qui parle dans l'Évangile en disant : *Que celui qui a soif vienne à moi, et qu'il boive* ; et dans les Proverbes : *Venez, mangez mon pain, et buvez mon vin.* »

De même, lorsque Salomon dit : *Malheur à toi, terre dont le roi est jeune, et dont les princes mangent dès le matin. Au contraire, vous êtes heureuse, vous, terre dont le roi est d'une famille noble, et dont les princes mangent dans le temps convenable pour prendre des forces, et non pour se couvrir de confusion* ; saint Jérôme, après avoir expliqué le premier sens qui se présente, ajoute : « Mais il me semble que la lettre couvre ici quelque sens plus sacré ; car l'Écriture appelle jeunes ceux qui s'écartent de l'ancienne autorité, qui, méprisant les vieux préceptes de leurs pères, et négligeant les commandements de Dieu, veulent y substituer les traditions des hommes..... Malheur donc à la terre dont le roi est le diable, qui, toujours avide de nouveautés, révolte Absalom même contre son père ; malheur à la terre qui a pour princes et pour juges ceux qui aiment les voluptés de ce siècle, et qui, avant que le jour de la mort vienne,

« disent : *Mangeons et buvons, car nous mourrons demain.* Au contraire, heureuse est la terre de l'Église, dont le roi est Jésus-Christ, fils d'une famille vraiment noble, descendant de la race d'Abraham, d'Isaac et de Jacob, des prophètes et de tous les saints, qui n'ont point été dominés par le péché, et qui, par cette raison, ont été vraiment des hommes libres... Ses princes sont les apôtres et tous les saints, qui ont pour roi ce noble Fils..., et qui ne mangent point dès le matin, ni avec empressement, car ils ne cherchent point de plaisir dans le siècle présent; mais ils mangeront au temps marqué, lorsque le temps de la récompense sera venu; et ils

« mangeront pour prendre des forces, et non pour se couvrir de confusion; car tous les biens du siècle présent ne produisent que la confusion, mais le bien du siècle futur produira une force éternelle. On trouve quelque chose de semblable dans Isaac, où il est dit : *Voici que mes serviteurs mangeront; et vous, au contraire, vous souffrirez la faim.* Et encore : *Voici que mes serviteurs seront dans la joie, et vous, au contraire, vous serez couverts de confusion.* » C'est ainsi que les saints docteurs remplis de Dieu cherchaient et découvraient des idées toutes spirituelles sous des paroles où l'homme charnel et terrestre ne voit qu'un sens terrestre et charnel. (Bible de Venise.)

BOSSUETHI VITA.

BOSSUETHIUS (Jacobus Benignus) Divione natus est 1627, ex antiquâ nobileque domo quæ in foro inclauerat. Futurum decus à teneris auspiciatus est præmaturâ ingenii excellentiâ. In foro munus illi parentes, uxoremque dignissimam quesiverant; utriusque autem valedixit Bossuethius, Lutetiaque 1642 vitam degens, totum se studiis absolvendis ad eò prosperè tradidit, ut anno 1652 Sorbonæ doctor evaserit. Divoduro canonicatu dotatus, revocandis Protestantibus in Ecclesiæ gremium incubuit, tam efficaciâ pertinaciâ et successu, ut famâ nominis præeunte, Lutetiam arcessitus fuerit à reginâ matre, Annâ Austria, et sacras conciones in Adventu 1661, Quadragesimâque 1662, præsentem regem habuerit. Ludovicus XIV concionatorem demiratus, per epistolam patrem ejus, Suessionum diocetem, congratulatus est quòd talem filium genuisset. In Quadragesimâ 1666, in Adventu 1668, fidem Turenii et neophytorum sermonibus novis confirmavit, quam ob causam Condomensem ad episcopatum evectus fuit. Mox Delphini Franciæ institutor à rege nominatus, solito se sacramento astrinxit 24 septembris 1670. Sequenti anno, episcopatum Condomensem repudiavit, ne absentis sponsa dote frui videretur. Tunc temporis orationum funebrium immortalis laude splenduit, ingentesque regum et optimatum luctus dignâ voce concinnit; dein, in alumni sui gratiam, *Orationem ad historiam universalem composuit*, in quâ religionem, philosophiam, politicam artes immensamque eloquentiam consocians, splendidissimas evoluit tabulas, Providentiæque consilia et actus, veluti propositorum ejus particeps, indigitat. Non gloriæ suæ imparem se præstitit, in scripto de *politica Arte è verbis Scripturæ sanctæ expressâ*, in quo rectam et altissimam politicam cum Christiani optimi officii quadrare posse demonstrat. Delphinæ primus eleemosynarius, 1680, in præmium perfectæ et curatissimæ institutionis Delphini nominatus est à rege memore laborum, et scientiæ remuneratore. Meldensis episcopus creatus est 1681, consiliarius regi 1697, et anno sequente primus eleemosynarius

ducessæ Burgundiæ constitutus fuit. Tunc temporis in se omnium oculos convertit, acerrimè Fenelonis, archiepiscopi Cameracensis, librum piis erroribus deformem insectando, in quo certamine magna laus fuit victoris, maximaque victi. In illâ controversiâ, quantam propositi tenacitatem inexpugnabilemque animi probationem attulerit, in testimonium adsunt verba à Bossuethio prolata Ludovico XIV interroganti : « Quid egisses, si Cameracensi episcopo auxiliatus fuisses? — Rex, ait Bossuethius, centuplicatâ clamorosiore voce personuissem; serius ociosæ, qui stat pro veritate, triumphat. Austeris moribus, sibi aliisque severus, continuis deditus laboribus, olliis indelesso zelo vacans, *Aquilæ Meldensis* cognomen meritis, obiit anno ætatis 77, 1704. Præter jam citata opera, edidit : *Expositionem Doctrinæ catholicæ*, mirandum opus, quo Turennius et Dangeau ad religionis portum freti appulère (1); *Historiam variationum Ecclesiarum Protestantium; Defensionem hujus Historiæ; Sex monita ad Protestantem; Controversiam cum Claudio ministro; Tractatum Communionis sub utràque specie; Confutationem Catechismi Pauli Ferri; Statuta synodalia; Monita pastoralia; Scripta in Quietismum; Appendix Historiæ Galliæ; Defensio declarationis cleri Gallici de potestate ecclesiasticâ; De propositione in unum conflandarum Ecclesiarum Lutheranorum confessionis Aquisburgæ cum Ecclesiâ Catholicâ; Tractatus adversus Simonem, du Pin et alios; Opuscula: Meditationes in Evangelia; Variationes Protestantium; Elevationes in mysteria; Commentarium in Cantica canticorum (infra subjunctum); Apocalypsis interpretationem, aliæque bene multa. Bossuethii panegyricam orationem Meldis P. Ruæus, Jesuita, suscepit, 25 julii 1706. Illustrissimum episcopum Academia suis adscripserat sociis. Cardinalis de Beausset historiam ejus luculentissimè nuper edidit.*

Bossuethium assentientibus doctoribus ac litterarum pietatisque cultoribus, Massilio sic delineat : « Vir

(1) Vide hoc opus à nobis editum, vol. 6 Theologiæ, col. 749-750.

« fuit sublimis optimique ingenti, candidissimus, ut
 « magnos decet animos et mentes altissimas; episco-
 « patûs ornaamentum, Gallici cleri æternum decus;
 « episcopus inter aulicos doctrinarum omnium con-
 « sultissimus; universarum Ecclesiarum doctor; cun-
 « ctarum hæresium expugnator; ultimis hisce tempo-

« ribus novus Ecclesiæ Pater, qui, si prioribus seculis
 « in lucem prodiiisset, synodorum sidus et fax splen-
 « duiisset, congregatos Patres allavisset, canones de-
 « crevisset, Nicænorum Ephesinorumque conciliorum
 « præses eminuisset, nullatenus tantis impar mune-
 « ribus. »

IN CANTICUM CANTICORUM

Præfatio.

I. *Christi cum Ecclesiâ, sanctisque animabus conjunctio, conjugalîs amoris figurâ ac sacramento adumbrata.*

Verbi Dei, seu Sapientiæ divinæ, atque Ecclesiæ, sublimiumque, quibus illa maxime constat, animarum miram conjunctionem, miros amores Scriptura prædicat. Verbum enim illius amoris vi pertractum in terras suscepit hominem, et sublimes animas adjuvit ita sibi, ut, teste Paulo, unus cum eo sint spiritus (1 Cor. 6, 17); Ecclesiam quoque, ac sublimiores animas, Verbo ad se accedenti, miram amoris rependere vicem, testantur illa Pauli: *Mihi vivere Christus est*, Philip. 1, 21, et illud Davidis: *Mihi autem adherere Deo bonum est*, Psal. 72, 28, et illud: *Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum*, Psal. 85, 5, aliaque ejusmodi. Hos ergo amores Salomon ille templi conditor, quo veram Ecclesiam adumbravit, et pacifici nomine Christum repræsentans, de quo item, ut speciali Christi figurâ, dictum est: *Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium*, 2 Reg. 7, 14; hos, inquam, amores Salomon in hoc Cantico, miris affectibus, mirâ varietate et concinnitate cecinit. Hujus autem Christi cum Ecclesiâ conjunctionis, in conjugali amore sancto illo, castoque, ac divinifus instituto, vivam expressit imaginem. Quo etiam sensu in Proverbiis: *Posside sapientiam . . . dilige eam, et conservabit te . . . arripe illam, et exaltabit te: glorificaberis ab eâ, cum eam fueris amplexatus*, Prov. 4, 5, 6, 8; quod interpretatus ille, qui Salomonis nomine ac spiritu, librum Sapientiæ scripsit: *Hanc amavi, inquit, et exquisivi à juventute meâ, et quasi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius*, Sap. 8, 2. Quare per omnia Scripturæ volumina hæc imago diffusa est; neque quidquam frequentius, quam sponsi et sponsæ nomine, Dei et Ecclesiæ æternam conjunctionem, amorem vehementissimum, firmam et incommutabilem fidem passim denotari. Unde etiam infidelis animæ, ad falsa numina deficientis, opprobrium, adulterii, fœdæque prostitutionis infamiam, propheta quidem omnes, Ezechiel verò, cap. 16, 25, omnium copiosissime et

vehementissime expressit; Osee etiam, cap. 1, 2, 3, famosâ muliere in uxorem ductâ. Manavit ea similitudo ad novum Testamentum; unde illud Joannis Baptistæ: *Qui habet sponsam, sponsus est*, Joan. 3, 29; et passim in Apocalypsi, Ecclesia procedit ut sponsa, Christo sponso, ornata, amore, fide dignissima; nuptiæque agni celebrantur; *et spiritus et sponsa dicunt: Veni*, Apoc. 22, 17: eo planè more, rituque, quo se in hoc libro sponsus et sponsa mutuò invitant; quin ipse Paulus apertis verbis docet, virum et mulierem, eorumque conjugium, jam inde ab initio fuisse à Deo institutum, ut esset sacramentum magnum . . . in Christo et in Ecclesiâ, Ephes. 5, 32, ipsamque corporum conjunctionem assumit ad exemplum conjunctionis animæ cum Deo, sive, quod idem est, cum verbo ac Sapientiâ Dei: *Membra enim, inquit, sumus corporis ejus de carne ejus, et de ossibus ejus: propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suæ, et erunt duo in carne unâ*, ibid. 50, 51. Et iterum: *Qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur; erunt enim, inquit, duo in carne unâ; qui autem adhaeret Domino, unus spiritus est*, 1 Cor. 6, 16, 17. Hæc si quis diligenter attendat, et ab opere Dei, quod est sanctum et castum, peccato inolitam fœdam concupiscentiæ labem separet, facile intelliget merito Salomonem, conjugalîs amoris et consuetudinis specie, sanctam castamque Ecclesiæ, animarumque fidelium conjunctionem expressisse. Ille autem pulcherrimus atque amantissimus Ecclesiæ sponsus, et multis seculis expectatus fuit, nec nisi multis votis expetitus, copiam sui fecit; et postquam ad nos venit, ac Verbum caro factum est, abiit ad Patrem, aliquando rediturus, ut nos ad se raperet; varioque respectu Ecclesia et ejus compos effecta est, et adhuc venturum expectat. Quod autem cum universâ Ecclesiâ gestum est, id quotidie geritur in fidelibus animis, ut ad eos Christus eat redeatque per admirabiles vias, sintque animæ perfectæ quadam, que in altissimam contemplationem evectæ, suo quodam modo Verbo potiri videantur: que vota ac suspiria, et expectantis animæ languorem, patientis fructum atque delicias, per amoris etiam humani mirificos incredibilesque

motus Salomon explicanda suscipit; nullum ut vitæ christianæ in Christum crescentis gradum prætermisisse videatur. Quo etiam factum est, ut sublimes animæ hoc canticum semper mirum in modum delectarentur, in eoque voluptatem Domini, ubertatemque degustarent.

II. *Salomonis ac filie Pharaonis casti amores, ad hujus mysterii figuram assumpti, ex Psal. 44, cum utriusque carminis discrimine.*

Et quidem Salomon se, castosque suos erga filiam Pharaonis affectus, in exemplum profert; dumque in verâ historiâ ea fingit, quæ flagrantissimo amori congruant, describit aptissimè, sub elegantissima fabulæ involueris, cælestes amores, Christique et Ecclesiæ conjunctionem canit. Unde Bernardus, Serm. 1 in Cant.: « Rex Salomon sapientiâ singularis, «sublimis gloriâ, rebus affluens, pace securus... divinitus inspiratus, Christi et Ecclesiæ laudes... et æterni connubii cecinit sacramenta... et epithalamii carmen, exultans in spiritu, jucundo composuit eulogio, figurato tamen, velans et ipse, instar Moysi, faciem suam... quòd rari erant eo tempore, qui revelatâ facie gloriam istam speculari sufficerent (1). » Quibus verbis ut totam Salomonis Christum figurantis dignitatem, ita totus hujus carminis rationem expressit. Suavissimo Cantico præluserat ipse sanctus David Psal. 44, prophetico spiritu, seu quisquis ille fuit, qui eodem spiritu plenus, eructavit sermonem optimum, Salomonique conjugium inituro epithalamium cecinit, eâdemque figurâ Christi et Ecclesiæ nuptias celebravit. Id tamen discrimen est, quòd ille victorias, prælia atque heroica prosecutus est; noster autem Salomon amoris vim, ac suavitatem carmine molliori complexus. Sed ne parùm congruè, regio nomine, in amatorios sensus, ac verba deflueret, majestate tantisper sepositâ, pastorem induit, et in idem vitæ genus Pharaonis traduxit filiam; ac sub eâ figurâ divinissimam fabulam lusit. Porrò Judæos delectabat innocentissimæ pariter atque occupatissimæ pastoralis vitæ commemoratio, quam ab initio generis humani optimus quisque, ipsique Patriarchæ cæteris prætulissent; neque illud indecorum, quòd rex pastorem egerit, recordatus reges in Scripturis passim pastores appellari, patremque Davidem ab ovibus, ad Dei populum pasendum, vocatum fuisse Psal. 77, vers. 70, 71; quin etiam instituto operi congruebat, ut velut è solio descendens, amatorem ageret, celebraturus eum, qui victus amore, è paterno sinu ad nostra delapsus est; neque mysterio vacat, quòd Ægyptiam à se ductam canit, quæ est imago Christi, Ecclesiam ex alienigenis ac gentibus congregantis: quò etiam pertinebat

(1) Le texte, qui est ici abrégé, porte: *Velabat et ipse, instar Moysi, faciem suam, non minus forsitan in hac parte fulgentem; eò quòd, illo adhuc in tempore, nemo, aut rarus erat, qui revelatâ facie gloriam istam speculari sufficeret.* Edit. Bened. tom. 4, serm. 1 in Cantica, n. 7 et 8, pag. 1269. (Edit.)

illud: *Audi, filia, et vide... et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet res decorum tuum, Psal. 44, 41, 42.* Hoc igitur Salomonici carminis institutum est.

III. *Nuptialis festivitas per septem dies: hinc hujus dramatis sive Eclogæ pastoralis constitutio; quæque personæ inducuntur.*

At postquam antiquos mores imitatus, pastorem eclogam canere aggressus est, eam in septem dies divisisse videtur. Neque enim diei ac noctis passim in hoc canticum recurrentis vices temere memoratas arbitrari nos decet. Quid enim illud semel bisque inculcatum: *Adjuro vos, ne evigilare faciatis dilectam*, Cant. 2, 7 et 5, 5, et illud: *Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ*, ibid. 2, 17 et 4, 6, haud minore studio repetitum? nonne perspicue indicant aliquot dierum ac noctium seriem? quid quod sponsus bis per noctem à sponsâ queritur, sponsa bis in custodum manus diversissimis circumstantiis incidit? ibid. 5, 4, 5, et 5, 2, 6, 7. An hæc temerè effluta, sponsaque nullo ordine dormitat aut vigilat? quis hoc de pulcherrimo atque artificiosissimo carmine crediderit? Apertè ergo indicat Salomon, hic distinguendos dies, eorumque initia, ubi obscurius latent, tamen esse inquirenda: neque enim omnia eodem tenore dici, artis ac variandi operis ratio sinebat. Cur autem has somni et vigiliæ, dieique ac noctium vices, ad septenum numerum revocaremus, causa in promptu fuit; quippe quòd antiquis Hebræis usitatum, ut nuptias per septem dies celebrarent: unde Laban Jacobo se delusum querenti, propter inductam loco Rachelis Liam: *Imple, inquit, hebdomadam dierum hujus copulæ; et hanc quoque dabo tibi*, Gen. 29, 27; et ab ipsâ origine mundi, propter requiem Domini, septem dierum circulus, multis quidem populis ac patriarchis maxime, eorumque posteris commendatus est; manavit enim ad universam gentem mos, omnia ferè solemnia per hebdomadam peragendi: hinc et luctus septem dierum, et festi dies ferè in hunc morem compositi, maxime verò nuptialis festivitas: sic Samson, ductâ uxore Philistæâ, Jud. 14, 12, 15, 17, septem dies convivii agitabat, dieque septimo finiebatur celebritas; et Raguel profecturum post nuptias Tobiam juniorem adjuravit, ut duas hebdomadas moraretur apud se; Tob. 8, 25, commorationis scilicet tempus ad hebdomadam revocans, duplicarique tantùm postulans à genero, nunquam ad se postea redituro. Hujus rei constans est apud Judæos traditio, expressa inprimis à Rabbi Eliezer in sententiis Patrum, Pircæ Abot. c. 46, adeoque hujus ritus tenaces esse memorantur, ut qui plures sponsas simul duceret, eum singulis singulas hebdomadas epulares impendere, easque cum æqualibus adolescentulis, choreis et lusibus peragere doceant. Congruum ergo Salomoni visum est, septem dierum spatio carmen nuptiale definire; quos dies, diligentissimè, quoad fieri poterit, certis notis distinctos, in iisque vitæ perfecte incrementa dabimus. Porrò Salomon hoc carmen, majoris

suavitatis ac varietatis gratiâ, dramaticum esse voluit. Collocutores, Sponsus, ipse Salomon, et in eo delitescens Christus; Sponsa, quæ et Ecclesia, et sublimiores animæ; Puellæ, sponsæ comites adolescentulæ, animæ infirmiores, quæ tamen nonnullo sponsi ac sponsæ amore teneantur; et hoc Salomon ex Psal. 44, ad suum carmen transtulit; sic enim Psalmi auctor ad Salomonem: *Astitit regina à dextris tuis*; et: *Adducentur regi virgines post eam: adducentur in templum Regis*, Psal. 44, 10, 15, 16; id etiam ex Hebræorum moribus, apud quos et juvenes et puellæ sponsis comites addebantur; quod etiam in Samsonis ac Dalilæ nuptiis factitatum, Jud. 14, 11, delectique juvenes triginta numero, qui cum Samsone essent (1). Neque puellis deerant æquæ virgines; unde etiam in Evangelio decem illæ memorantur, Matth. 25, 1. Memorantur et amicus sponsi, et filii sponsi, sive nuptialis festivitatis comites, Joan. 3, 29, Matth. 9, 15, prorsus ex antiquis ritibus. Legimus etiam apud Theocritum elegantissimum idyllium de Menelæi et Helenæ nuptiis, Epith. Hel. Id. 18, quo multa ex priscis illis moribus etiam ad Græcos traducta reperias. Certè coævæ virgines præstò sunt; quarum è numero selectæ duodecim, nobilissimo genere, ac Lacedæmonis decus, quæ ipso in vespere, ipso nuptiali thalamo, epithalamium canerent, festasque choreas ducerent: has igitur haud immeritò sponsæ comites dixeris, à Salomone toties memoratas. Sic interveniunt sacro dramati sponsus, sponsa, chorus comitum, sive aliarum quarumcumque puellarum, sive Hierosolymitanarum, sive etiam agrestium: chori enim variant interdum, nec unius sunt generis, neque desunt mutæ personæ, nempe amici sponsi.

IV. *A quibus et quo spiritu hoc canticum legendum; qualesve interpretes habuerit.*

Hos igitur sponsi et sponsæ castos amores, qui ad amorem divinum, propter quem hæc scripta sunt, referre velit, is necesse est, ut humanum amorem, divinumque complexus, hanc allegoriam exsequatur; neque enim aliter, quàm ex eorum nexu interpretatio apta consurgat. Quâ in re haud leve periculum est, ne amoris humani fluxâ licet gratiâ deliniti sensus, animum ab excelsâ sede dejiciant; neque immeritò ab hoc cantico arcebantur adolescentuli, proni ad voluptates, teste Origene, in Proleg. utriusque operis in Cant. Edit. Bened. Prolog. in Cant. Cantic. 3, p. 26, edit. 1740, et Hieronymo passim, Præfatione in librum 1 Comment. in Ezech., etc. Edit. Bened. tom. 3, p. 698. Procul ergo hinc illi, qui terrena sapiunt, animales, spiritum non habentes: adsint casti castæque, qui sanctum amorem spirent, Deoque, qui est charitas, adhærescant; accedant boni sanctique interpretes, qui non se immergant carnalibus, sed qui amorum humanorum sensus et voluptates, ut periti musici chordas, levi digito pulsant, tantum ut amoris

divini suavissimum sonum eliciant; qui, ut hoc quoque ex Canticis sumamus, caprearum cervorumque more, vix pede terram attingant, mox transiliant sensus humanos, atque ad excelsa se efferant. Tales dedit Christus Ecclesiæ suæ Cantorum interpretes; principem omnium Origenem, de quo hæc meritò Hieronymus, ejus Commentatorium fidus interpres: *Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico Cantorum ipse se vicit*, Præfat. in Orig. Cant. Edit. Bened. tom. 4, p. 2, epist. 41, de Error. Orig. p. 345. Hunc sequitur Philo Carpathius, quarti seculi episcopus, quos inprimis complexus est sanctus Bernardus, quanquam ipse habuit docentem se de omnibus coelestem unctionem. Hos maximè auctores secuti sumus; nec prætermisimus Theodoretum, Gregorium magnum (1), Aponium, Bedam, hisque accipientem sanctum Thomam Aquinatem; neque è recentioribus Gasparem Sanctium, Societatis Jesu theologum, aut Libertum Fromundum Lovaniensem; quique nostro ævo ex Augustinianâ familiâ Aloysius Legionensis, divinatorum librorum apud Salmanticenses interpres, Cantica Canticorum explanavit, pari pietatis, doctrinæ et elegantiae laude; nec defuit sanctus Ambrosius, apud instar, mellitissimâ oratione sanctum hunc librum depascens. Hos semel honoris causâ appellatos, nihil necesse erit ubique nominatim adducere; sed addere licebit, quæ sacri textus sensibus eruendis congrua videbuntur. Cæterum hæc Salomonis cantio tota scatet deliciis; ubique flores, fructus, pulcherrimarumque plantarum copia, veris amœnitas, agrorum ubertas, horti vernantes, irrigui; aquæ, putei, fontes; odora, sive arte confecta, sive quæ sponte suâ humus parturit; ad hæc columbæ, turturum voces, mella, lac, vina liquentia; postremò in utroque sexu formæ honestas ac venustas, casta oscula, amplexus, amores tam pudici quàm blandi; si quid horrescit, ut rupes, ferique montes, ac leonum cubilia, totum ad voluptatem, ac velut pulcherrimæ tabulæ ornatum, varietatemque compositum. Quorsum ista, nisi ut eorum specie delectati, sciamus quanto horum Dominator speciosior sit, Sap. 13, 3, divini quæ amoris Canticum ordiamur? cujus quidem Cantici, teste Gregorio, hæc ratio est, hæc vis, ut loquentes de corpore, extra corpus fiant, humanique amoris discant sermonibus, quâ virtute in divinitatis amore ferveant. Proem. in Cant. Non ergo prætermittendus amor humanus, sed danda opera, ut ad divinum velox sit transitus; ne machina, quæ ponitur ut levet, ipsa magis opprimat et aggravet, ibid. Hæc igitur præfati, jam aggrediamur divinissimum librum, quem qui legerint, eos legendi fructum hunc ferre volumus, ut quoties amoris vim incredibilem irrequietamque viderint, aut nullâ ex parte senserint, tantos animorum motus, indignos quocumque

(1) M. Bossuet s'est trompé ici en alléguant l'histoire des noces de Samson, et lui attribuant pour femme en cette occasion Dalila. C'était une Philistine qu'il épousait, etc. Voy. Jug. 14.

(1) Dans l'Edit. des Bénédictins nous ne trouvons pas de commentaire sur le Cantique des Cantiques; mais dans le quatrième tome on trouve: S. Paterii liber de exposit. veteris ac novi Testamenti de diversis libris S. Gregorii papæ concinnatus; et l'exposition sur le Cantique est en son rang, pag. 294, 2 part.

creato, ac fluxu bono, ad verum pulchrum, bonumque cogitent. Det autem ipse Christus, ut amatorum ac nuptiale carmen amore inflammati tractemus, acensisque lampadibus Sponsam ac Sponsam tantis vocibus prosecuti, intremus cum eis ad nuptias. Amen, amen. (Bossuetius.)

ROSENMULLER

IN SALOMONIS CANTICUM

Prooemium.

I. Libri inscriptio.

Tertius qui in sacrâ Hebræorum bibliothecâ Salomoni auctori tribuitur liber (1), inscribitur *Canticum canticorum*, quæ verba non, ut quidam voluerunt, de pluribus Salomoneis carminibus hoc unum superesse significant, nec *catenam* sive *speciem carminum* (2), nec carmen ex pluribus concinnatum idyllis (3), sed *Carmen præstantissimum*, eodem superlativum exprimendi modo, quo Ezech. 16, 7, *ornamentum ornamentorum* denotat *ornamentum pulcherrimum*; Genes. 9, 25: *Servus servorum servum vilissimum*; Num. 5, 52, et Dan. 8, 25, *princeps principum, principem summum*, et quæ sunt aliæ hujusmodi formulæ. Postrema inscriptionis verba, אשר לשלמה, sunt qui exponant, quæ carmina sunt *Salomonis*, quasi inter omnia Salomonis carmina mille et quinque, quæ scripsisse legitur 1 Reg. 5, 12. (al. 4, 52), hoc omnium præstantissimum sit, ideòque delectum ab iis qui libros sacros collegerunt, et dignum habitum, quod inter illos censeretur. Alii אשר quidem in singulari capiunt, et ad שר referunt, sed verba hoc dicere volunt, quod carmen respectum habet ad *Salomonem*, id est, de eo, de ejus amoribus agit, quemadmodum, Isai. 1, *carmen amici mei de vineâ suâ*, et Jerem. 48, 1, *vaticinium de Moabo*. Ple-riusque tamen, quibus et non accedimus, ה nomini שלמה præmissum est nota auctoris carminis, ut in multis Psalmorum inscriptionibus. Dicit igitur inscriptio, carmen hoc præstantissimum esse à Salomone compositum.

H. Continetur hoc libro unum continuum carmen.

Contineri hoc libro unum continuum ab eodem poetâ compositum carmen, à nemine in dubium vocatum est usque ad Richard. Simonem, qui plura minora variorum poetarum carmina hoc libro col-

(1) De vario quo libros Salomoneos ponunt et Hebræi et Christiani ordine vid. Carpovii *Introduct. ad libros Vet. Te-tam.* part. 2, p. 259.

(2) Ut Velthusen, שר collato cum Aramaico שר *catena, armilla*, in suâ hujus libri interpretatione.

(3) Ita Jos. Frid. Schelling in *Excursu I ad suam interpretationem* p. 259. « Quemadmodum, » inquit, « Theocra- ti carminibus ab ipso אהבה nomen est in- diatum, quod varia essent in illis poematorum *genera*, interprete Scapula; sic Canticum Canticorum hoc nomen acceptum videri possit, quod carmen sit ex pluribus quasi concinnatum canticis. »

lecta perlabuit, quorum vel auctores vel initia inter-rosi et distinguere vix commode queant, eo quod mus-quam eorum indici dantur (1). Post illum recentio-ribus temporibus plures existerunt, qui cum incertis contenderent esse personas mutuo colloquentes in hoc libro inductas, nec posse certum fieri disseren- tam consilium, sæpe præterea hanc nexum orationis, hancque sermonis e manibus elata interpretis, nec ita in unum conc. singulas libri partes, ut quomodo inter se apte cohercant, appareat, in eam perducti sunt sententiam, per totum librum plura spargi car-mina, nullo inter se nexu conjuncta, sed propter ar- gumenti similitudinem ac analogiam (anatoria enim sunt) in unum quasi fasciculum constipata, ut est in Psalmorum corpore et Salomonis sententia (2). Verum enim verò unum atque continuum ejusdem auctoris opus esse, totius libri nexus indivulsus et harmonia demonstrat, in quo, utut personæ varient alternis vi- cibus interloquentes, nulla tamen tumultuariæ con- gestionis vestigia comparent. Quod ut eò clarius elu- ceat, age hunc librum propius consideremus et sum- ma ejus capita ab initio ad finem persequamur.

Exhibet hoc carmen continua juvenis et puellæ sese amantium colloquia. Amator describitur ut *rex*, 1, 4, 12, *Salomo dictus*, 5, 11, coll. 7, 9, et 8, 11, idemque ut *sponsus*, ejus nuptiæ memorantur 5, 11. Idem sistitur ut *pastor*, 1, 7, et 2, 16, isque *socios habens*, 1, 7, et *agros vineasque colens*, 6, 4, 2. Complures habet uxores primi et secundi ordinis, 6, 7, 8, quibus adjunctæ sunt, ut *sociæ illarum*, innumera- biles virgines 6, 7. Inter uxores illas spectatur una aliqua singularis et præ reliquis omnibus dilecta, 6, 8, quæ *sponsa* dicitur 4, 8-12, et ipsa illa est quæ in hoc carmine cum regio sponso colloquens inducitur. Ei cura pastoritica peculiaris gregis, 4, 8, tribuitur. Ea- dem prælecta olim fuerat vineis, sed ne suam quidem vineam custodivit, 1, 6. Pulchra et ornata est, 6, 8, 9, 11, et 4, 1 seqq. Vocatur 6, 12 (al. 7, 1) *Sulamith*. Inducuntur quoque puellæ Hierosolymitanae, sponsæ comites, quæ scenæ semper interesse videntur, et suas etiam partes in dialogo gerunt, 2, 7, et 5, 5, et 5, 9, et 6, 1, et 8, 4. Sub carminis finem loquentes indu- cuntur Sulamithæ fratres, 8, 9, eorumque soror natu minor, 8, 10, 12. Fit item mentio juvenum sponsi ami-

(1) *Hist. crit. du Vieux Test.*, livre 1, ch. 5, p. 50: *Il y a beaucoup de confusion dans le livre des Cantiques, où l'on a de la peine à distinguer les auteurs, parce qu'ils n'ont pas été marqués.*

(2) Horum antesignanus est Joan. Gotter Herder, in suâ hujus carminis interpretatione. Eum primus se- cutus est Joan. Christoph. Doederlein in *Scholiiis in Vet. Test. libros poeticos* (Hal. 1779), qui p. 189 hoc libro contineri *oratoriam existimat*, quæ Græcis laudantur, id est, brevia de amore poemata, distincta carmina, urbana et rustica, dialogismos diverso tem- pore eleganter compositos, à Salomone aut composi- tos, aut in unum fasciculum existimatos. In eorum dumviroorum sententiam postea concesserunt J. F. Kleuker, Gail, Erd. Hutnagel in *teutonica sua hujus libri interpretatione notis illustratâ*, Erlang. 1784, H. E. G. Paulus, J. F. Gail, J. H. Pareau *Interpretatio interpretis Vet. Test.* p. 559, et nuper Joan. Car. Chr. Doepcke in *Commentar. super hoc libro teuton.* editos

corum, 1, 7, et 5, 1, et 8, 13, sunt autem mutæ personæ.

Colloquendi initium facit sponsa, quæ regis amplexum desiderat, eumque se in conclavia sua ducentem velle sequi profitetur, 1, 2-4. Puellis Hierosolymitanis excusat formam suam ab æstu solis subnigram, et peccatum suum confitetur, quòd negligens officii sui custodiendi vineas fuerit, et ne vineam quidem propriam custodiverit, vers. 5, 6. A dilectio instructionem pascendi sibi expetit, ab illius sociis contemni metuens. Ille jubetur eam vestigia parata sequi, laudatque ejus ornatum, vers. 7-11. Pollicetur sponsa, se benè paratam expectaturam esse sponsum, mentemque in eum prorsus delixam habituram esse, vers. 12, 13, 14. Quâ mente contentus rex sponsæ pulchritudinem, sinceritatemque et probitatem, illius vultu sese prodentem laudat, vers. 15. Sed illa vicissim magis prædicat sponsum, et mente præcipit suavem et splendidam unâ cum eo habitationem, vers. 16, 17. Comparanti se cum narcisso Saronio et lilio convallium, 2, 1, rex ita respondet, ut illud confirmet et amplifcet, vers. 2. Sponsa dilectum suum excellentiùs laudat, et, professa quanta ab eo acceperit beneficia, ejus accubitum vehementer desiderat, vers. 3-6. Cùm obdormivisset, rex adveniens eam excitari vetat, cum obstestatione, vers. 7. Mox ipsa expergiscens agnoscit vocem dilecti. Celeriter deinde per montes collesque obambulantem videt, mox adstantem conspicit ad suum habitaculum, vers. 8, 9. Audit ipsam excitantis evocantisque ad res suas agendas vocem, cùm jam tempus amœnitas advenerit, omniaque in flore constituta et fructibus ferendis propinqua sint, vers. 10-13. Eam in petrarum fissuris latentem vocat dilectus, ut ad ipsum veniat, vers. 14, simulque jubet vulpeculas vineis noxias capi, vers. 15. Jam gaudet sponsa, quòd propiùs dilecto potita sit, qui eodem loco pascat, vers. 16, cujusque adventum ad se sub vesperam expectat, vers. 17. Sed spe suâ, dilectum secum fore proximâ nocte, deceptam se ait noctu surrexisse et dilectum suum quæsisisse, rogâsseque civitatis custodes, num eum viderint. Paulò post cùm eum reperisset, gaudet, non dimissura eum, donec in matris suæ domum eam deduxerit, 3, 1-4. Cùm iterùm obdormivisset, vetat dilectus eam à somno excitari, vers. 5. Tum, post interjectum aliquod temporis spatium, Hierosolymitanæ puellæ admirandæ sponsam conspiciunt in solemnî pompâ è deserto deductam, vers. 6. Describitur lectus regius heroibus Israeliticis optimè custoditus, vers. 7, 8, et thronus regius portatilis pretiosissimus, in quo dum rex solemniter portatur invitantur Hierosolymitanæ puellæ ad contemplandum regem Salomonem nuptiali coronâ ornatum, vers. 9, 10, 11. Nunc rex laudat sponsam suam ejusque formæ præstantiam prædicat, generaliter primùm, deinde per singula membra, atque plures elegantes in ejus commendationem similitudines afferens, 4, 1, 15. Sponsæ invitanti dilectum ut ad se veniat, 4, 16, respondet ille se ejus votis annuere, 5, 1. Jam verò narrat sponsa quantum ipsa officio suo defuerit, cùm adveniente dilecto

noctu ipsa somno gravis et tædio molestiæ surgendi seque vestiendi, morata fuerit; sed amico manum per ostii foramen immitte se totam perturbatam fuisse; surrexisse se tandem, foresque aperuisse, sed dilectum interim abiisse, hinc se fermè exanimatam frustra eum quæsisisse et vocâsse, vers. 2-6. Tandem se in urbem perrexisse, sed verberatam, vulneratam, et detracto peplo, instar impudicæ mulieris ignominiosè tractalam esse à custodibus, vers. 7. Quare se obstetam esse puellas Hierosolymitanas, ut, ubicumque reperiant ipsius dilectum, ei dicant quantoperè ipsa ægra amore sit, vers. 8. Illis descriptionem dilecti sui poscentibus eam dedit, vers. 9-16. Rogant Hierosolymitanæ quorsum putet dilectum abiisse? se enim cum ipsâ cum quæsituras, 6, 1. Sponsa respondet eum in suum hortum descendisse, ut floribus pascatur, floresque colligat, vers. 2. Mox conspecto amico totam se ei dedit, vers. 3. Is verò ei occurrens delectatur ejus pulchritudine, quâ in ejus amorem ita abreptum se profitetur, ut inter tot reginas innumerabilesque virgines eam unam sibi amicam eligeret, vers. 3-10. Inde usque ad 7, 10, sponsæ pulchritudo denuò per singula membra à calce ad caput describitur, significatque dilectus, quanto illius amore ardeat. Quo sponsi erga se affectu Sulamith (7, 1) se beatam ducens locum et copiam petit promissis ejus amoribus fruendi, suosque illi reddendi, nempe inter visendas secum vineas, ubi ait ad gratam commorationem omnia à se parata esse, vers. 11-14. Tum ardentiori desiderio exoptat propiorem cum dilecto consuetudinem ejusque amplexum, 8, 1, 2, 5. Sponsam, quæ inter desideria obdormiverat, rex vetat excitari, v. 4. Mox conspicit dilecto suo innixa sponsa è deserto adducta, quæ illi semper proximè manere cupit, jamque amorem suum ardentissimum esse confirmat, vers. 5, 6, 7. Jam in scenam producuntur Sulamithæ fratres consilia inter se agitantes de sorore quâdam natu minore, nondùm nubili, quid ei faciendum sit, quo tempore ei sit nubendum? vers. 8, 9. Inducitur illa ipsa glorians se sorori parem esse factam, vers. 10, et promittit se vineam à Salomone suæ curæ concreditam diligenter custodire velle, vers. 11, 12. Rex cum comitatu sociorum adveniens exclamat sponsæ in hortis habitanti, ut sonorâ voce ipsum excipiat, vers. 13. Illa respondens precatur, ut dilectus summâ celeritate in montes aromatibus fragrantés se recipiat, vers. 14.

Vides omnes et singulas hujus libri partes inter se coherere, et mutuò sese respicere, eademque iterùm iterumque personas colloquentes redire. Præterea unus idemque per totum librum sonus regnat orationis, idem stylus, eademque subinde repetuntur loquendi formulæ huic tantùm libro propriæ, veluti adjuratio per cervas et capreas ad puellas Hierosolymitanas directæ, ne dilectam è somno excitent, 2, 7, 5, 8, 4, comparatio oculorum dilectæ cum columbarum oculis, 1, 15 et 4, 1 et 5, 12, compellat dilectæ nomine columbæ, 2, 14, et 5, 2, et 6, 9 (1).

(1) Alia nonnulla, quæ hunc librum unius ejus-

III. *Carminis argumentum et consilium.*

Ex illâ quam supra dedimus carminis descriptione patet illud suo in genere plane esse unicum, totque mira, insolentia et obscura ei inesse, quot carminum quotquot existant vix ulli alii. In scenam producitur rustica puella in regium gynæceum introducta quæ sese à rege amari gaudet. Mox verò eadem in rure conspicitur, ubi unâ cum dilecto greges pascit, 1, 7, 8, 9. Thorum suum virentem, id est, cespitem, simul verò domûs suæ tignos cedros esse ait, tabulataque cyparissea, qualia regio palatio conveniunt, 1, 16, 17. Tum dilectum conspicit super montes collesque salientem, 2, 8, 9. Noctu in lecto cubans, cum dilectum frustra quærat, consurgit, urbis plateas perlustrat, custodes interrogat an non ipsius dilectum vidissent, quem cum tandem inveniat, in matris domum deducere cupit, 3 1-4. Post aliquod temporis intervallum iterum dilectum in plateâ quærens, à custodibus verbera patitur et vulneratur, 5, 1, 7. Hæc et plura alia cum nullo modo nec Salomoni regi, nec feminae in primariam thori sociam ab eo electæ et in sua conclavia deductæ convenient, varii varios excogitarunt modos, quibus ἀσύστατα inter se conciliare et verisimilia reddere studerent. Qui tamen in eo ferè consentiunt, quòd puellæ dilectum alium esse à Salomone rege statuunt, eum verò puellam ab amore, quem juvenili cuidam pastori addixisset, ad suos abducere amores et pellicere conantem sisti putant, cujus illecebris puella fortiter resistens datam suo pastori fidem servet (1). Hi verò omnes alii alia fingere, et ut singulas carminis partes ex suâ hypothesi inter se connectant, interpretationi ex suo ingenio plura inferre necesse habent, de quibus poetam cogitasse haud constat. Quod etsi verè monuit qui recentissimus illi interpretum classi sese adjunxit, G. H. A. Ewald, tamen in eadem illam vituperationem et ipse cadit. Is enim sibi persuasum habet, Sulamitham cum aliquando in amœno Engedensi agro expatiata in regios currus incidisset, jussu regis, ejus amore incensi, in suum gynæceum vi fuisse abreptam. Id quis credat virum doctissimum sibi reperisse visum esse in his quæ 6, 11, 12, leguntur, quæque Sulamithæ verba esse putat, aliis ea sponso tributibus: *Ad hortum meum descendi, ut intuerer convallis virorem, ut viderem an geminaret vitis, an flores haberent malogranatæ arbores? Nescio qui... duxit me meum desiderium ad currus populi mei nobidemque auctoris opus esse arguant, attulit Ewald in Prolegom. ad suam interpretationem p. 9 seqq. et p. 43 seq.*

(1) Ita J.-C. Veltusen, in suâ hujus carminis interpretatione, Staudlin, Lindemann in Analectis à Keilio et Tschirnero edit. part. 5, Umbreit. Castos conjugum amores, quos Salomonis artes frustra dissolvere tentassent, hoc carmine describi existimârunt J. D. Michaelis in Not. 125 ad Lowthi de S. Hebræor. poesi Prælect. p. 610, edit. Lips., et J. F. Jacobi. In quam sententiam viros illos incidere potuisse, mirum est. Neque enim conjugum per aliquod tempus junctorum amores, sed amantium matrimonio nondum junctorum mutua desideria per totum carmen exprimi, legenti patet.

us. Quibus jungit hæc Sulamithæ verba 1, 4: *Trahe me post te! Curramus! In sua conclavia rex me ducit. Exsultabimus teque latabimur; amores tuos plus quam vicinum laudabimus. Jure merito amore te puella prosequuntur.* In quibus omnibus tam nihil est, quod puellam invitam in regium gynæceum raptam arguat, ut potius illam se regis amore gaudere prodant. Verba quibus 1, 9, 40, 41, rex virginis pulchritudinem laudat, Ewaldò sunt blandimenta, quibus rex illam ad se amandum pellicere studeat; vers. 12, 15, 16, verò Sulamitham regios amores detrectare, seque juvenis pastoris à se dilecti desiderio teneri testari putat. Quod in verbis illis vix reperiatur, qui ea sine præjudicatâ in opinione legat. Porro 2, 8, 15. Sulamitham ait in regio gynæceo versatam in mentem sibi revocare felices illos dies, quibus dilectus in vineâ ipsam subinde inviseret, et vers. 16, 17, eam optare, ut, priusquam vesper adveniat, dilectus ipsam e gynæceo eripere velit. Tum 5, 1, 4 et 5, 2 seqq. Sulamitham fidenter asserit narrare quæ sibi dormienti per somnia oblata fuerint. Talia si quis alius lectoribus suis persuadere vellet, is procul dubio acrem qualem ipse exercere amat, viri doctissimi censuram merito experturus esset. Cæterum carminis formam quod attinet, illud statuit esse *drama*; nec tamen tale quod in scenam esset proferendum. Quatuor illud actibus, quos dicunt, absolvi, quorum tres priores eadem redeunte obstestatione, 2, 7 et 3, 5 et 8, 4, terminentur. Verum nihil in carmine reperiri, quod fabulæ dramaticæ argumentum exhiberet, quâ res gesta quedam per variam eventuum seriem ad exitum aliquem deducitur, verissimè jam Lowthus (1) monuit. A principio usque ad finem idem esse videtur rerum status, idem color; nisi quòd amantium variantur affectus, eo præcipuè, quòd nunc absentes languent, nunc mutuo consortio fruuntur. Sponsa sponsum absentem desiderat, quærit, invenit, amplectitur, domum deducit; iterum insequitur fugientem, sed frustra; mœret, languet, comitibus mandata dat dilecto preferenda, et splendidam lusamque ejus formæ descriptionem subjicit. Nihil hic justæ actionis simile, nec quod magis accedat ad naturam legitimæ fabulæ, quam quæ habet quodvis è Theocriti aut Virgilio Bucolicis dramaticis, quibus pastores amores suos, lusus, aut certamina exponunt, quæ nemo temere in eadem classe cum Euripidis aut Terentii fabulis collocabit. Id itaque satis tutò statuere licet, canticum Salomonis ad minorem illam speciem dramaticæ poeseos pertinere, seu formam solummodò dramaticam habere, neutiquam justî dramatis titulo insigniri posse.

Cum, uti vidimus, Salomonis Canticum tot tantaque inter se repugnantia contineat, quæ probabili aliquâ ratione inter se conciliari non possunt, si non nisi proprium verborum sensum sequamur: eò deducimur, ut poetam *allegorico* dicendi genere usum

(1) De sacrâ Hebræor. poesi, p. 344, edit. Lips., ubi Bossuetum re edit, qui hoc libro pastorale drama per septem actus, quorum singulâ unius diei spatium occupent, distributum contineri existimavit.

esse statuamus. Quod ipsum antiquissimi et Hebræi (1) et christiani interpretes agnoverunt.

Atque illi quidem præeunte Chaldaico paraphraste, consentiunt ferè describi in hoc carmine mutuos Dei et populi Hebræi amores ejusdem allegoriæ involucre, quo sæpiùs sacri vates usi sunt. Eos enim constat Deum ad suum populum eandem rationem habentem sistere, quam sponsus aut maritus habet ad sponsam aut uxorem. Ita Isaias, 54, 5 : *Maritus tibi erit Creator tuus, nomen ei Jova exercituum.* Idem, 62, 5 : *Ut juvenis uxorem ducit virginem, ita te uxorem ducet Conditor tuus. Et ut sponsus sponsam gaudet, ita te gaudebit Deus tuus.* Jeremias 2, 2 : *Reminiscor tibi pietatis juventutis tuæ et amoris sponsaliorum tuorum, cum tu me per deserta, per terram sequerere incultam.* Idem eandem imaginem variè et paulò liberius, utpote cum aliquà indignatione, persequitur, Judæis defectionem à Dei cultu exprobrans, 5, 1-5, ubi inter alia hæc dicit : *Tu verò quamvis cum multis amatoribus scortata sis, tamen redi ad me, inquit Jova.* Ab eadem imagine tota pendet pars prior vaticiniorum Oseæ, cap. 1, 2, 3, quam sive ex historicâ veritate interpreteris, sive pro allegoriâ habeas, perinde hujus translationis, in hoc argumento quodammodo consecrata, lex et ratio elucebit. Verùm nemo est qui in hac materiâ pari cum audaciâ versatus sit, aut æquè licenter sese effuderit, atque Ezechiel, qui binis parabolis benè longis cap. 16 et 23, quibus Judæorum atque Israelitarum ingratum erga Deum animum, turpemque à vero ejus cultu defectionem, ductis imaginibus ab uxore adulterâ, et mulierum duarum amoribus meretriciis, fusè exsequitur. Quæ cum ita sint, nequaquam improbabile fuerit, cani poemate illo, quod *Salomonis præstantissimum carmen* inscribitur, *mutuos Jovæ et populi à se dilecti atque fidelis amores*, sub amoris, quo vir et femina invicem flagrant, ita continuatâ allegoriâ, ut amantium desiderium, ardor, sollicitudo, cumque his conjunctæ perturbationes vividissimis coloribus repræsententur (2). Hinc Jarchi observat, induci hoc carmine po-

(1) Aben Esra in Præfat. ad suam hujus libri interpretationem : « Absit! absit! ut Canticum Canticorum de amore carnali agat; sed omnia figuratè in eo dicuntur. Nisi enim maxima ejus dignitas esset, in sacerdotum librorum corpus non fuisset relatum, neque de eo ulla est controversia. » Profectò carmen, quod vulgares viri et femine amores caneret, inter veteris Testamenti libros relatum fuisse, minimè fert universa eorum indoles et ratio. Sacri enim sunt et habentur illi libri, eoque nomine spectant vel res divinas et cultum divinum, vel necessitudinem, quæ Deo cum suo populo intercedit, quò et libri historici pertinent, vel institutionem vitæ, morumque disciplinam. Inter tales gravissimi sanctissimique argumenti libros relatum esse merè amatorium carmen, eique præstantissimi nomen inditum fuisse, mihi nunquam persuadebitur. Afferunt qui et alios minoris momenti libros in veteri Testamento relatos esse contendunt, libellum Ruthæ. Sed ei, cum ad declarandum Davidis originem pertineat, minimè postremum inter libros historicos ad theocratiam spectantes locus competit.

(2) Opposuit allegoricæ carminis interpretationi J. D. Michaelis in not 451 ad Lowthii de S. Hebræorum poesi prælect., veri dissimilimum esse, in tam

pulum Israeliticum in exilio recordatum pristinum Dei erga se amorem, quo motus ille ipsum præ cæteris populis peculium sibi elegerat, maximisque beneficiis ornaverat. Repudiatum verò, ob multa commissa maleficia, jam erroris poenitentiam ductum, ita apud se cogitare : *Referam me ad maritum meum priorem; nam meliùs tunc mecum agebatur, quàm nunc*, Oseæ 2, 7 (al. 9). « Personam, inquit, gens Israelitica gerit mulieris, quæ divortio facto iterum mariti sui desiderio tenetur, dilectoque jungere se cupit, in memoriam revocans adolescentiæ suæ amorem, et defectionem suam confitens. Dilectus verò, illius sollicitudine ipse dolore correptus, meminuit collata in illam juvenem sponsamque beneficia atque amorem, » Jerem. 2, 2, inque memoriam revocat decorem pulchritudinis ejus, et rectè benèque ab eâ facta, per quæ ipse eidem forti amore devinctus est. Testatur igitur se illam non libenti animo afflxisse, nec repudium ei perpetuum dixisse, sed eam suam uxorem adhuc esse, ipsumque ejus maritum, qui ad eam sit rediturus. » Eandem allegoriam ab antecessoribus suis acceptam novi Fœderis scriptores servarunt ad Christi et Ecclesiæ suæ unionem mysticam describendam, præsertim Paulus apostolus, ad Ephesios 5, 23-28, 2 Cor. 11, 2, quibuscum junge Matth. 9, 15, Joan. 3, 29, Apoc. 19, 7, et 21, 2. Quibus locis congruenter antiquissimi Ecclesiæ Patres Canticum de mutuis Christi et Ecclesiæ amoribus interpretati sunt. Inter eos eminet Origenes, qui, teste Hieronymo, canticum decem voluminibus explicavit, ineunte seculo tertio (1); eumque secuti sunt Epiphanius, Salamini in Cypro Episcopus, Philo, Episcopus Carpasi, quæ etiam Cypri urbs est, Theodoretus, Cyri Episcopus, Cassiodorus, alii. Exstitère quidem jam seculo quinto, qui Salomonis Canticum ad proprium verborum sensum restringerent, nec allegoricum ejus sensum agnoscerent (2), ex quibus tamen solus Theo-

longo carmine, si allegoricum, nihil omninò reperiri, quod ad vestigia aliqua allegoriæ ac divini amoris nos deducat. Quod repeterunt Ewald, Dopke Commentar., et Hassler. Verùm quominus poeta disertis verbis indicaret, quidnam sub allegorico involucre lateret, impediabat carminis interna natura et constitutio, forma, dico, quam sibi elegerat, dramatica. Neque enim ipse loquitur, narratve aut describit, quæ ipsi objecta sunt, sed in dramaticam quasi actionem, in quâ ipsi, poætæ, nullæ partes essent, versum est totum ejus argumentum.

(1) Ejus operis pars tantum superest, ab Hieronymo Latine versa. « Origenes, inquit ille in præfat. ad Homilias duas in Cantic. Canticorum. (Op. t. 5, part. 1, p. 500, ed. Vallars. in quat.), cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantic. Canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis quæ ad viginti usque versuum millia penè perveniunt, primum septuaginta Interpretes, deinde Aquilam et Symmachum et Theodotion, et ad extremum Quintam Editionem, quam in Actio littore invenisse se scribit, ita magnificè apertèque disserit, ut vel inde mihi videatur in eo completum esse quod dicitur : *Introduxit me rex in cubiculum suum.* »

(2) Theodoretus lib. 1, p. 2 : « Quia nonnulli eorum qui Canticum Canticorum calumniantur, ac spirituales libros esse negant, fabulas quas tam necaniculis quidem delirantibus dignas contextunt; alii

datus, Mopsuestes episcopus, nomine est notus (1). Sed eorum sententia tantum abest, ut major doctorum Christiana præfati probaretur, ut potius tanquam falsa et profana pudice dimitteretur (2).

Mutuos Dei et populi à se dilecti amores hoc carmine sub allegorico involuero canit, cum argumentis haud improbabilibus, uti vidimus, statuatur; nos ipsi ad id carmen ita explicare cupimus, ut duces potissimum Chaldaicum paraphrastem, et Salomonem Jerichium secuti, allegoriam illam per singulas libri partes declarare conaremur. Quominus vero viam, quam ingressus eram, jam persequar, me impedit non solum rei difficultas, quæ tanta est, ut in singulis allegoriæ partibus interpretandi vix quisquam sibi satisfaciat; verùm et aliud quod doctus harum rerum arbitris dijudicandum propono. Considerantibus universam eorum, qui Salomoni regi tribuuntur, librorum rationem et indolem, apparet, eorum argumentum versari in sapientiâ et commendandâ et docendâ, cujusmodi libri Salomone, hominum, quotquot Hebræis cogniti erant, sapienti simo (5) digni essent, et quales ab eo expectari possent. Quid igitur? si ad ejusdem generis libros et nostrum carmen eatenus pertineat, quatenus mutuos Salomonis et Sapientiæ amores per allegoriam sistat (4).

¶ nimirum, quod sapiens Salomo de seipso deque Pharaonis filia scripserit (ita et Grotius, cui hoc carmen est *ἔκπρσις* inter Salomonem et filiam regis Ægypti, 4 Reg. 5, 1, interloquentibus etiam choris tum juvenum, tum virginum, qui in proximis thalamo locis excubabant); nonnulli autem ejusdem classis auctores pro Pharaonis filia sponsam esse Absai Sumæmitidem iunxerunt. De Absagâ, quam Davides senex sibi iunxit, et post ejus mortem Adonia à Salomone uxorem sibi petiit, vid. 1 Reg. 1, 2, 5, 4, et 2, 24, 22.

(1) De ratione, quâ ille Canticum interpretatus fuerit, tantum in univ. accepimus, quod æpi-
gnisse se scriberet, Cantica Canticorum perlegere, quoniam neque secundum propheticam speciem exposita sunt, neque secundum historiarum traditionem, sicut scriptura Regnorum, neque demonstrativâ admonitione studii utuntur, apud Severin. Binium in Concilior. t. 2, p. 555. Et Leontius Byzantius, seculi septimi scriptor, in libro contra Nestorium et Eutychem in Canisii Lect. antiq., vol. 1, de Theodoro inter alia hoc scribit: Sanctum sanctissimum Canticum Canticorum ab omnibus Christianis laudatum, et à Judæis inimicis crucis Christi in admiratione habitum, libidinose pro suâ et mente et linguâ meretriciâ interpretans, suâ supra modum incredibili audaciâ, ex libris sacris abscedit.

(2) In concilio Constantinopolitano 2, anno 555 habito.

(5) *Et sapientior fuit Salomo omnibus hominibus*, 1 Reg. 4, 51. (al. 5, 11).

(4) Quæ sit librorum Salomonis, qui in veteris Testamenti canone exstant, inter se ratio, declaravit Theodoretus in *Proæmio* ad hunc librum hisce verbis: Illud etiam præfari necessarium est, tria Salomonis esse volumina, Proverbia, Ecclesiasten, et Canticum Canticorum; ac Proverbia quidem utilem de moribus doctrinam complecti; Ecclesiasten autem eorum quæ sensibus percipiuntur naturam indicare, vitæ præsentis docere vanitatem, ut ea fluxa et fragilia cognoscimus, tanquam prætereuntia spernamus, et quæ futura sunt ut permanentia concupiscamus; Canticum verò Canticorum mysticam sponsæ et sponsi

Ad talem allegoriam eligendam et amplificandam, aliquis senioris ætatis poeta Hebræus facillè adduci poterat per præceptum illam, quâ, Proverb. cap. 9, Sapientia invitatur in latissimam regna omnes mortales ad se invitans, suum palatium adificans et instruens, in quo convivæ exoriat, tum lautissimas epulas parat, ad quas per emissas puellas invitat. Ea statim opponitur Stultitia personâ meretricis convestita, quæ illecebris suis lascivet, atque ipsa quoque dapes opipara suis convivoribus ostendat. Proverb. 7, 3, juvenis ad sapientiæ studium invitatur hisce verbis: *Appella sapientiam sororem tuam, et prudentiam voca cognatam*. Sororem Salomo sponsam vocat, Cant. 4, 9, 10, 12, et 5, 2, 5. Ad eos locos respicere videtur auctor libri Sapientiæ, qui, 8, 2, Salomonem ita loquentem inducit: *Hanc (sapientiam, in cujus laudibus versantur capita 7 et 8 integra) ego à teneris adamans quæsi, et mihi sponsam ducere studui, ejus pulchritudinis amore captus*. Et vers. 9: *Hanc ergo mihi ad vitæ societatem adsciscere decrevi*. Atque vers. 16: *Nihil acerbitatis aut doloris habet ejus commercium atque convictus, sed delectationem ad letitiam*. Vers. 18: *In ejus amicitia est jucunda delectatio... Igitur conabar circumiens eam mihi cooptare*. Carmen nostrum ob oculos habuisse et imitatus esse videtur et Siracides in sapientiæ encomio, cap. 24, ubi ipsa loquens introducta sese, vers. 18, 19, comparat *rosæ Hierichunticæ et eleganti oleæ in amano campo* (1). *Ut cinnamomum*, pergit, vers. 20, seqq., *et aspalathus aromaticum odorem dedit, et ut cymia myrrha suavi odore fragravit; ut galbanus, et unguis odoratus, et stacte, atque thuris nidor in tabernaculo* (2). Vers. 25: *Ego sum quasi vitis quæ eleganter egerminavit, mihi quæ flores sunt gloriæ fructus* (5). Vers. 25-27: *Accedite ad me, omnes mei cupidi, meisque fructibus explete vos*. Nam mei memoria melle est melisque favo dulcior, adeo ut qui me comedunt, adhuc esuriant, et qui bibunt, sitiunt (4). Porro, vers. 4, seqq.: *Ego vero (sa-*

ecessitudinem et conjunctionem continere: ut adeo universa Salomonis doctrina sit velut sead quædam, quæ tribus gradibus constet, morali, naturali et mysticâ. Eadem et Origenis in primâ Homil. in Cantic., et Hieronymi initio Commentarii sui in Ecclesiasten (t. 5, p. 584, ed. Vallars), est sententia.

(1) Conf. Cant. 2, 4, ubi Sponsa sese comparat *nardisso Sardo et lilio convallium*, Sponsum vero, *malis inter sylvestres arbores*.

(2) Cant. 1, 12. Sponsa dicit: *Mca nardus suum dedit odorem: 5, 6: Quâ est id quod exhalat... ex suffitu myrrhæ atque thuris?* Et, 4, 11, 15, Sponsus ita alloquitur Sponsam: *Tua vestimenta rotolent Libani odorem. Tua plantaria sicut punicorum viridarum, cum pomorum fructibus cypris atque nardo, nardus, crocus, cinnamomus, myrrhæ, aler, unâ cum præstantissimis quibusque odoribus*. Cap. 5, 1: *Decerpo meam cum odoribus myrrham*.

(5) Cant. 2, 15: *Florentes fragrant odore vites: 6, 10: In vineis hortum descendit, ut vidorem ab floreant vites; 7, 10, (al. 12): Manâ visum viscas, visuri an germinaverit, an flores caplica erit vites*.

(4) Cant. 4, 11: *Favo manavit tua labella, sponsa; melliflam habes lactissimamque linguam*; vers. 17: *Intret amicus meus in suum hortum et vescatur pomorum fructu suorum*; vers. 1: *Vesto in meum hortum, soror mea sponsa; comedo meam cum melle formam, bibo meam cum lacte unum. Comedite, sodales, potate*

piencia) quasi corrugus à flumine, quasiq; aquæ ductus in pomarium exivi statuens meum præstantissimum hortum irrigare, meamque areolam perfundere (1). Sapientia, Prov. 8, 17, dicit se suos amatores et qui se diligenter quærant, ipsam invenire. Quam sententiam in Cantico dramaticâ allegoriâ, in quâ Salomo, hominum sapientissimus, amatoris partes agit, cujusque amoribus Sapientia delectatur, amplificatam et exornatam videmus (2). Quod, Prov. 8, 19, Sapientia suum fructum prædicat auro et obryzo meliorem, suosque proventus argento lectissimo præstare, ansam præbuisse videri possit fictum de vineâ Salomonis, pro cujus fructibus singuli custodes mille pensârunt argenteos; Cant. 8, 11, 12 (5). Si quis quærat quorsum poeta simplicem hanc sententiam, Salomonem amasse sapientiam, ipsumque sui amoris præmia tulisse, tam longâ allegoriâ investitam proposuisset, in promptu est responsio, illum voluisse alios ad sapientiæ, suos cultores tanto perè beantis, studium et amorem allicere (4). Quod

et inebriamini amoribus! Conf. Sapientia verba, Prov. 9, 5: Agite, vescimini meo pane, meaque libationis vinum bibite! Cant. 7, 10 (al. 9): Palatus tuus est instar vini optimi; 8, 2: Ego tibi odoriferum vinum, ego suavem punici succum darem bibere.

(1) Cant. 4, 12, 15, 15: Hortus conclusus es, soror mea, sponsa! scatebra occlusa, fons obsignatus. Plantaria tua sunt punicorum viridarium cum pomorum fructibus pretiosis. Fons es, ô sponsa, hortorum, puteus aquarum vivarum, de Libano manantium; 6, 1 (al. 2): Meus amicus ad hortum suum descendit, ad aromatum areolas; 8, 15: Quæ sedes in hortis, attendunt socii; fac ut tuam vocem audiam.

(2) Quantoperè in ejusmodi allegoriis veteres sibi placuerint, argumento est Martiani Capellæ, Afri, seculi quarti, scriptoris haud ignobilis, Satyricon cujus libri duo priores, de nuptiis Mercurii et Philologiae, toti Orientalis poetæ ingenium spirant. Ut unum exempli causâ afferam, lib. 1, p. 3, edit. Grot.: «Mercurius Sophiam miro quidem cupiebat ardore, quod prudens sanctaque sit intemeratiorque cunctis pulchriorque virginibus, sed, quod sororis ejus (Palladis) collactea et indiscreto amica fœdere videretur, perindeque ad innubas ipsa quoque transiisse, eam in Palladis injuriam non placuit coaptari.»

(3) In iis quos attulimus libri Sapientiæ et Siracidis locis, videmur nobis vetustissimæ Cantici interpretationis vestigia haud obscura deprehendere. Senior Chaldaus miirpres totum carmen populi Hebræi fatis et rebus gestis accommodavit, quod ipsum fecit in libri Coheleth explicatione, cui 5, 11, et 4, 15-16 et 10, 7-9, explicationes historicæ satis longas intextit. Ad sapientiæ retulit carminis argumentum S. rus illius interpres, qui suam interpretationem Sapientia sapientiarum inscripsit. — Pro poemate allegorico, quo cœlesti suâ pulchritudine splendens Sapientia Salomonem, in ejus amore languescentem, ad se reducere studens sistatur, carmen nostrum habet auctor quidam anonymus nobisque ignotus, cujus interpretatio prodit Basileæ 1789. L. Juda Ben Isaac Aharbenel, Leo Hebræus vulgò dictus, medicus et philosophus, qui, seculo 16, famam sibi comparavit editis sermone Italico Dialogis tribus de amore (Venet. 1558, 1564, in octon., Latine conversis à Joan. Car. Saraceno in Scriptoribus artis cabalist. t. 1. p. 551 seqq.), dial. 5, p. 581, hujus syntagmatis, in Salomonis Cantico summam sapientiam summam pulchri, tanquam feminam perfectissimi viri amore irretitam, eo quoque mutuâ benevolentia ipsam prosequente, sisti voluit.

(4) Quod ipsum voluit verbosa illa sapientiæ enco-

efficere studuit tali carmine, quod merè amatorii speciem præ se fert, sed propius intuenti altius quid occultare haud obscure innuit. Simulque poeta hoc videtur spectasse, ut in sensu illius arcano indagando, tanquam in solvendo quodam ænigmate, solertiores ingenii acumen exercerent. Præclarè verò monuit Lowthus (1), carminis hujus explicationem aggredienti cavendum esse, ne allegoriam in omnibus et singulis nimium urgendo, et minutissima quæque in partes pertrahendo, hominibus cordatis, doctis perinde atque indoctis, ludibrium debeat (2). Nostra quidem interpretatio omnis in proprio, sive, quem dicunt, litterali sensu explicando versabitur.

IV. Carminis ætas.

Quòd si quæ de hujus carminis conformatione et consilio disputavimus rectè se habeant, illud nec à Salomone, nec ab ejus quodam contemporaneo compositum esse credibile est. Carmen enim tantæ magnitudinis dramatico-allegoricum ætatem arguit serio-rem, quæ in hujusmodi artificiosis et obscurioribus ingenii lusibus sibi placeret. Nolo quæ Eichhornius aliique temporis post exilium afferunt argumenta, urgere dictiones nonnullas ad Aramaismum vergentes, cujusmodi et in libris veteris Testamenti antiquioribus reperiuntur (3). Sed vox peregrinæ originis in duobus libris reperitur, quos post exilium scriptos esse nemo dubitat, Cohel. 2, 5, Nehem. 2, 8. Præterea quod, 5, 7, habetur compositum שלשברה serio-rius Hebraismi esse, nemo facilè neget. Nobis quidem poeta auctori libri Coheleth videtur cœvus fuisse (4).

mia, quæ Sapient. 7, 7, usque ad 8, 18, et Sirac. 24, 1-47, leguntur.

(1) De S. Hebræor. poesi, p. 555, edit. Lips.

(2) Multæ et variæ tam à nostris, quam ab Hebræis, in hunc librum afferuntur allegoriae, quarum plerasque recensuit et refellit J. F. Kleuker. Nostrâ ætate Joan. Leonh. Hug novam interpretationem Cantici allegoricam attulit. Sponse imagine populum decem tribuum significari putat, cujus pars exigua et tenuis, post regni Samaratici interitum in patriâ relicta, Judaico regno, Hiskia, altero Salomone, regnante, adsociari cuperet. Nec alienum ab eâ re fuisse Hiskiam (coll. 2 Chron. 50, 1), sed opposuisse se regi Judaici cives, qui fratrum Sulamithæ imagine sistantur, quòd Israelitas nondum satis maturos et dignos judicarent, qui cum ipsis in unum populum coalescerent. Ad quam sententiam confirmandam et commendandam quæ Hug attulit, recensuit retulavitque Bertholdt. Pro carmine historico-allegorico, quo cultus Mosaici à Serubabele, Esrà et Nehemiâ facta restauratio celebretur, Salomonis Canticum habet Gottl. Ph. Christ. Kaiser.

(3) Veluti דוד cap. 4, 4, pro דוד, quæ defectiva scriptio quamvis in libris ante exilium compositis usitata sit, reperitur tamen et plena illa jam in antiquiori prophetâ Amos, 6, 5, De ברתים cap. 1, 17, pro ברשים, et נצר cap. 1, 6, 8, et 8, 11, 12, pro נצר monet Ewald, p. 21, iis geminum esse הרת, quod pro רשע, Exod. 52, 16, legitur. Omnino antiquiorum veteris Testamenti librorum nullum Chaldaismi carere, ita ut illi soli non valeant ad librum in quo occurrunt seriori ætati adjudicandum, nuper ostendit Ludov. Hirzel in Commentat. de Chaldaismi biblici origine et auctoritate critica, Lips. 1850, in quat.

(4) Contra haud longè post Salomonem compositum esse carmen, Ewald (p. 22 seqq.) arguere videtur et

DE CANTICO CANTICORUM

Dissertatiuncula.

(AUCTORE NAVALI ALEXANDRO.)

Canticum Canticorum, ita nuncupatum ob excellentiam, nihil aliud esse quàm descriptionem amorum Salomonis et amicæ ipsius Abisag Sulamitis, vel filie Pharaonis, nihilque in eo libro divini esse, sed profanam voluptatem totum spirare, sentiunt Anabaptistæ, anonymorum quorundam hæreticorum, quos Theodoretus, Præfatione Commentarii sui, et Philastrius, Hæresi 151, commemorant, errorem renovantes. Cum his sensit Castalio. Nec ab eo errore multum abest Grotius, in Annotationibus ad cap. 4 hujus libri scribens: «Carmen hoc vocatur Hebræis *excellentissimum carmen*, ob multas elegantias, quæ in alium sermonem translata, non idem sapiunt. Est autem *εὐαρπιστός*, garritus conjugum inter se, inter Salomonem et filiam regis Ægypti, interloquentibus etiam choris duobus tum juvenum, tum virginum, qui in proximis thalamo locis excubabant. Nuptiarum arcana sub honestis verborum involucribus hic latent: quæ etiam causa est, cur Hebræi veteres hunc librum legi noluerint, nisi à jam conjugio proximis. Creditur autem Salomon, quò magis perennaret hoc scriptum, eâ arte id composuisse, ut sine multâ distortionem allegoriæ seu latentes sensus in eo inveniri possent, quæ Dei amorem adversus populum Israeliticum exprimerent: quod et sensit et ostendit Chaldaeus hic Paraphrastes; nec aliter accepit Maimonides. Ille autem amor typus cum fuerit amoris Christi erga Ecclesiam, Christiani ingenia sua ad applicanda ad eam rem hujus carminis verba exercuerunt laudabili studio. Nam et apostoli Christi cum Ecclesiâ conjunctionem matrimonio comparaverant, Ephes. 5, 52, Cor. 14, 2, Apoc. 19, 7, 9.»

exquisita illius venustas poetica dictioque florida, et illud, quòd senior aliquis poeta vix sese animo in Salomoneam ætatem ita transferre potuisset, ut eam tam vividis coloribus, qualibus in Canticò depictam videmus, describeret. Sed ad horum argumentorum prius quòd attinet, ingenium poeticum quis nescit nulli ætati ita adstrictum esse, ut non quocumque tempore egregii poeta nasci possint? Nec plus valebit alterum argumentum, cum nullus habeatur poeta, nisi in alia loca et tempora animo se ita transferre possit, ut iis præsens adesse videatur. Quòd verò, 6, 8, poeta Salomoni tribuit sexaginta uxores et octoginta pellices, cum senior fama, 1 Reg. 11, 5, regi illi 700 uxores et 500 pellices fuisse traderet, nequaquam antiquioris, quò compositum sit carmen, temporis argumentum rectè videtur constitui posse: cum poete quolibet numerum fingere liberum fuisset. Denique quòd, 6, 4, poeta Thirzam urbem, regum priorum Israelitarum sedem, ut venustam, ante Hierosolimam, quam secundo loco ponit, laudat, Ewaldò, p. 15, poetam regni Israelitici civem arguere videtur. Quòd quàm infirmum sit argumentum, non est quòd demonstremus. Quare nec viro doctissimo, Canticum circiter annum 920 ante Christ. nat. scriptum opinanti, adstipulari possumus.

Auctorem hujus libri quòd spectat, hunc *Ezechia* regi, ejusque familiaribus adscribunt Talmudistæ in Baba Bathra. Ab Isaia propheta ex Canticis Salomonis excerptum R. Moses Kmehi, et alii facile conjiciunt. Hebræi veteres et Rabbinii recentiores, Ecclesiæque Patres et interpretes universi, qui Canticum Canticorum, et auctoris illum meminissent, illum tribuunt Salomoni, cui certe illum adjudicat inscriptio, cum in Hebraico exemplari, tum in septuaginta Interpretum editione. Atque ad Salomonis ætatem pertinere confirmant illa capituli 5, vers. 7: *En lectulam Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Vers. 9: *Ferulum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum.* Vers. 11: *Egredimini et videte, filia Sion, regem Salomonem in diademate quo coronavit illum mater sua.* Ad equos ex Ægypto ad Salomonem adductos alludit comma illud capituli 1: *Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.*

PROPOSITIO UNICA. — *Canticum Canticorum amatorium carmen esse in gratiam filie Pharaonis à Salomone conditum, et nihil aliud quàm garritum conjugum, lenesque amantium sub noctem susurros exprimere, impiè asserunt cum veteribus Hæreticis Anabaptistæ, Castalio et Grotius. Sacrum enim Epithalamium est nuptiarum Christi et Ecclesiæ, divino afflatu à Salomone conscriptum.*

Luculentissimis argumentis hæc propositio probatur. Primò, quòd absque impietate dici non possit Ecclesiam, quæ à Spiritu sancto regitur, et quæ Virgo castissima est Christo conjuncta, in librorum sacrorum canonem, quos eodem Spiritu afflante scriptos credit, Canticum retulisse profanos amores et carnalium nuptiarum arcana exprimens. Secundò, quòd multa hoc in Canticò habeantur quæ Salomoni et sponsæ Ægyptii regis filie non conveniunt. Salomoni certè non convenit quòd rex esset ac pastor; quòd sponsæ suæ frater; quòd seipsum candidum et rubicundum, electum ex millibus, florem campi et liliolum convallium deprædicet; quòd effecerit accubitu suo ut nardus sponsæ daret odorem suum; quòd ferulum suum mediâ charitate constraverit. Non convenit etiam tanti regis sponsæ quòd facta sit *custos vinearum*; quòd *oves paverit juxta tabernacula pastorum*; quòd *filia sit principis et vinitoris*; quòd in cellam vinariam introducta sit à rege; quòd à vigilibus seu excubitoribus, qui custodiebant civitatem, spoliata sit, percussa, vulnerata, ut sponsa de se ait, cap. 5, 7: *Invenerunt me custodes qui circumstant civitatem; percusserunt me, et vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Item quòd sit *terribilis ut castrorum acies ordinata*. Tertiò, pulchritudo sponsæ, si humano more spectaretur, insignis esset deformitas: quòd nimirum caput habeat instar *Carneli*, nasum sicut *turrim Libani*, oculos instar *piscinæ*, dentes sicut *greges orium quæ ascenderunt de lavacro* etc. Quòd argumento est neque

corpoream pulchritudinem eo in libro describi, nec profanos amores exprimi. Quartò, puellas principes magnis regibus desponsas non decet ut amorem suum obviis quibusque aperiant, ut post sponsum currant, etiam noctu, per plateas et vicos civitatis; quòd eum foris stantem in somnis alloquantur; quòd pulsantem ad fores negligant; quòd surgant ipsæ ad ostium sponso aperiendum, etc. Quintò, Canticum Canticorum esse Christi et Ecclesiæ Epithalamium afflante Spiritu sancto à Salomone conscriptum, docent antiqui Patres et interpretes omnes catholici, ut revocari non possit in dubium quin hic sit Ecclesiæ catholice sensus.

Ita Origenes, homilià 1 in Canticum Canticorum: « Epithalamium, inquit, libellus, id est, nuptiale carmen, in modum mihi videtur dramatis à Salomone conscriptus: quem cecinit instar nubentis sponsæ, et erga sponsum suum, qui est sermo Dei, cœlesti amore flagrantis. Adamavit enim eum sive anima, quæ ad imaginem ejus creata est, sive Ecclesia. Sed et magnificus hic ipse atque perfectus Sponsus, quibus verbis usus sit ad conjunctam sibi animam, vel Ecclesiam, hæc ipsa Scriptura nos docet. . . . Sed primò scire nos oportet, quoniam sicut puerilis ætas non movetur ad amorem possibilem, ita nec ad capiendum quidem verba hæc parvula et infantilis inferioris hominis ætas admittitur, illorum scilicet qui lacte à Christo aluntur, non cibo forti, et qui nunc primum rationale et sine dolo lac concupiscunt. In verbis enim Cantici Canticorum ille cibus est, de quo dicit Apostolus, Hebr. 5: *Perfactorum autem est solidus cibus*; et tales requirit auditores, qui, pro possibilitate sumendi, excitatos habeant sensus ad discretionem boni et mali. Et quidem parvuli, quos diximus, si veniant ad hæc loca, potest fieri ut nihil quidem ex hæc Scripturâ proficiant, nec tamen valdè lædantur, vel ipsa quæ scripta sunt legentes, vel quæ ad explanationem eorum dicenda sunt recensentes. Si verò aliquis accesserit, qui secundum carnem tantummodò vir est, huic tali non parum ex hæc Scripturâ discriminis periculique nascetur. Audire enim purè et castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori homine ad exteriorem et carnalem vitium omnem deflectet auditum, et à spiritu convertetur ad carnem. . . Ob hoc ergo moneo et consilium do omni qui nondum carnis et sanguinis molestiis caret, neque ab affectu naturæ materialis abscedit, ut à lectione libelli hujus, eorumque quæ in eo dicuntur, penitus temperet. Aiunt enim observari etiam apud Hebræos quòd, nisi quis ad ætatem perfectam maturamque pervenerit, libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed et illud ab eis accepimus. Quandoquidem moris est apud eos, omnes Scripturas à doctoribus et à Sapientibus dari pueris, simul et eas quas *δευτέρωστεις*, appellant: ad ultimum quatuor ista reservari, id est, principium Genesis, in quo mundi creatura describitur; et Ezechielis prophetae principia, in quibus de cherubim relertur; et finem in quo Templi ædificatio contine-

« tur; et hunc Cantici Canticorum librum. » Et infra, postquam de amore sive charitate multa præmisit: « Hunc ergo amorem, inquit, loquitur præsens Scriptura, quo erga Verbum Dei anima beata uritur et inflammatur; et istud Epithalamii carmen per Spiritum canit, quo Ecclesia Sponso cœlesti Christo conjungitur ac sociatur, desiderans misceri ei per Verbum, ut concipiat ex eo, et salvari possit per hanc castam filiorum generationem, cum permanserint in fide et societate cum sobrietate, utpote concepti ex semine quidem Verbi Dei, editi verò genitique vel ab immaculatâ Ecclesiâ, vel ab animâ, nihil corporeum, nihil materiale requirente, sed solo Verbi Dei amore flagrante. »

Quærit deinde Origenes rationem cur, cum tria volumina Ecclesia Dei à Salomone scripta susceperit, primus ex ipsis Proverbiorum liber positus sit; secundus is qui Ecclesiastes appellatur; tertio verò in loco Cantici Canticorum volumen habeatur. Respondet, generales disciplinas, quibus ad veram scientiam pervenitur, tres à Græcis distingui, ethicam, physicam, et theoreticam sive inspectivam; hanc scientiarum divisionem Græcorum sapientes à Salomone sumpsisse, utpote qui ætate et tempore longè ante ipsos prior, eam per Dei Spiritum didicisset. . . Salomon ergo tres istas generales disciplinas, id est, moralem, naturalem et inspectivam, distinguere ab invicem ac secernere volens, tribus eas libellis edidit, suo quoque ordine singulis consequenter aptatis. Primò ergo in Proverbiis moralem docuit, succinctis, ut decuit, brevibusque sententiis vitæ instituta componens. Secundam verò, quæ naturalis appellatur, comprehendit in Ecclesiaste, in quo multa de rebus naturalibus disserens, et inania ac vana ab utilibus necessariisque secernens, relinquendam vanitatem monet, et utilia rectaque sectanda. . . Inspectivam quoque in hoc libello tradidit, qui habetur in manibus, id est, in Cantico Canticorum, in quo amoris cœlestium, divinorumque desiderium incutit animæ, sub specie sponsæ ac sponsi, charitatis et amoris viis perveniendum censens ad consortium Dei. . . Ideò novissimum locum tenet hic liber, ut tunc ad eum veniatur, cum et moribus quis fuerit defæcatis, et rerum corruptibilium atque incorruptibilium scientiam distinctionemque dixerit: per quæ in nullo possit ex his figuris, quibus Sponsæ ad Sponsum cœlestis, id est, animæ perfectæ amor ad Verbum Dei describitur ac formatur, offendere. Præmissis namque his, quibus purificatur anima per actus ac mores, et in rerum discretionem naturalium perducitur, competenter ad domestica venit, et ad mystica, atque ad Divinitatis contemplationem sincero et spirituali amore conscenditur. »

Ita S. Gregorius Nyssenus, homilià 1 in Cantica: « Per Canticum Canticorum mysticè introduxit cogitationem ad divina adyta, in quibus id quidem quod inscribitur, est apparatus nuptialis; id autem quod intelligitur, est humanæ animæ cum Deo contemplatio. Propterea is est sponsus qui in Proverbiis no-

eminatur filius; et sapientia locum tenet sponsæ, ut Deo homo desponsetur casta virgo, et Deo agglutinatus fiat unus spiritus, per contemperationem cum eo quod est ab interitu alienum et impatibile, de gravi carne effectus puræ intelligentiæ. Cùm ergo sit que loquitur Sapientia, dilige quantum potes ex toto corde et totis viribus, concupisce quantum potes capere. Addo autem audacter his quoque verbis: « Ama. »

Ita auctor Synopsis Scripturæ sacræ apud S. Athanasium: « Et hunc librum Salomon conscripsit. Totus autem illi ad finem usque mysticè cum allegoriâ ænigmaticâ conscriptus est. Sensus enim dogmatum illius non est manifestus, sed in arcano absconditus... Canticum Canticorum non habet propheticam, neque præcedentem aliquam significationem de Christo. Sed quem alii prænuntiârunt venturum, hunc jam veluti præsentem et carne jam indutum ostendit. Propterea et tanquàm in nuptiis Verbi et carnis, epithalamium Canticum hoc Canticorum canit. Et aliæ quidem Scripturæ de Servatore dicunt, et interea et aliæ quædam conjungunt. Hic verò liber conjugium tantum Verbi et carnis canit.... Est autem totus hic liber plenus dialogorum veteris populi ad Verbum, et summam humani generis ad Verbum, et Ecclesiæ ex gentibus ad idem, et rursus Verbi ad eandem, et ad genus humanum. Deinde gentium ad Jerusalem, et Jerusalem de Ecclesiâ ex gentibus, et de seipsâ dialogus. Postea et ministrantium angelorum ad homines vocatos prædicatio. »

Ita S. Hieronymus in Epistolâ ad Paulinum: « Salomon pacificus et amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam jungit et Christum, sanctorumque nuptiarum dulce canit Epithalamium. »

Ita S. Augustinus, lib. 17 de Civitate Dei, cap. 20: « Jam verò Canticum Canticorum spiritalis quedam sanctorum est voluptas mentium, in conjugio illius regis et reginæ civitatis, qui sunt Christus et Ecclesia. Sed hæc voluptas allegoricis tegminibus involuta est, ut desideretur ardentius, nudeturque jucundius; et appareat Sponsus, cui dicitur in eodem Cantico, cap. 1, 5: *Æquitas dilexit te*, et Sponsa qua ibi audit, cap. 7, 6: *Charitas in deliciis tuis*. »

Et in Speculo: « Restat ille liber Salomonis, cujus inscriptio est, *Canticum Canticorum*. Sed de illo in hoc opus quid transferre possumus, cùm totus amor sanctos Christi et Ecclesiæ figuratâ locutione commendet, et propheticâ pronuntiet altitudine? Nisi quòd in eo, quamvis sit ad intelligendum difficillimus, possumus tamen facillè advertere, quantum sit divina illa et divinitus inspirata charitas appetenda, quantique pendenda. Quandoquidem non ibi semel dicitur, sed alio atque alio loco iterum ac tertio repetitur: *Adjuro vos, filie Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Adjuro vos, filie Jerusalem, in virtutibus et viribus agri, si levaveritis charitatem quoad usque velit*. Ecclesia quippe, in quâ utique sumus, his verbis exhortatur filias suas.

hoc est, seipsam in plurimis constitutam. Ipsa est ager Dei fructuosissimus, cujus virtutes et vires magna sunt, ad quas amando Christum martyres pervenerunt. Nam quò usque vult ille dilectæ suæ in hæc interim vitâ charitatem levare, nisi quò usque ipse docuit verbo, et suo est hortatus exemplo, dicens, Joan. 15, 15: *Majorem hanc charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; et quod dixit efficiens?* »

Ita Theodoretus Præfatione Commentarii in Canticum Canticorum: « Quia, inquit, plerique ex his qui Canticum Canticorum calumniantur, ac spiritalem esse librum negant, fabulas quasdam ne aniculis quidem delirantibus dignas contexunt: alii nimium quòd sapiens Salomon de seipso, deque Pharaonis filiâ conscripserit; nonnulli autem ejusdem classis auctores pro Pharaonis filiâ sponsam esse Abisai Sunamitidem confinexerunt; quidam verò prudentius considerantes, sermonem hunc regium appellârunt, ut sponsæ nomine populus, sponsi autem rex intelligatur: opera pretium nos facturos puto, si interpretationis initio prius falsas ac perniciosas istorum opiniones confutemus, deinde verum ac dilucidum Scriptoris propositum ostendamus. Atqui debebant cisti, se longè vel sapientiâ vel Spiritu præstantiores agnoscere sanctos Patres, qui librum hunc inter divinas Scripturas collocârunt, eumque ut Spiritu referunt comprobantes. Ecclesiâ dignum censuerunt. Neque enim si aliter sensissent, sanctorum Scripturarum numero intemperantia ac libidinis argumentum adscripsissent. Sed quid necesse est Patrum auctoritatem adhibere, cum ipsius divini Spiritus tui liceat testimonio? Nam cum sacra volumina, partim à Manasse, qui omnes, qui ante et post ipsum fuerunt, scelere atque impietate superavit, combusta essent, partim captivitatis tempore, templo à Babiloniis incenso, eversâque civitate, populo in servitutem abducto, penitus interisissent, beatus vir Esdras, excellenti virtute præditus, et Spiritu sancto plenus, ut res ipsa declarat, multis post annis, cum populus esset revocatus, necessarias nobis ac salutiferas Scripturas restituit, nec solum Mosis libros, sed et Josue, et Judicum, et Regum Historiam, et strenui Job monumenta, et Ecclesiæ lætitiâ sacros Davidis cantus, et sexdecim prophetas, et sapientis Salomonis tum Proverbia, tum Ecclesiastem, tum Cantica Canticorum. Si igitur Esdras nullo adjutus exemplari, sed divino Spiritu afflatus, hæc ad omnium hominum utilitatem conscripsit, qui fieri potest, optimi viri, ut liber hic argumentum istud contineat quod affirmatis? Impudica enim scripta non à Spiritu divino, sed diabolico proficiuntur.... Impudicitia autem argumentum sententiâ vestrà complectitur Canticum Canticorum. Cernitis ergo quòd maledicta vestra perveniunt! Contumelia quâlibrum afflictiis, tendit in Spiritum sanctum. Hujus enim gratia repletus beatus Esdras librum amissum renovavit. Quod cum beati Patres non ignorarent, eum in sacrarum Scripturarum numerum retulerunt.

« Quin etiam multi ex veteribus illum commentariis
 « et interpretationibus illustrarunt, et qui deinceps
 « non sunt interpretati, ejus tamen sententiis Scripta
 « sua decorarunt. Nec solum Eusebius Palesinus, et
 « Origenes Ægyptius, et Martyrii coronâ redimitus
 « Cyprianus Carthaginensis, et his antiquiores, Aposto-
 « lisque propinquiores, verum etiam qui post in Ec-
 « clesiis excellere, magnus ille Basilius Proverbiorum
 « principium exponens, et uterque Gregorius, quo-
 « rum alter sanguine, alter amicitia Basilio conjunctus
 « fuit, et fortis ille pietatis propugnator Diodorus, et
 « Joannes, qui ad hunc usque diem doctrinæ fluentis
 « irrigat omnem orbem terrarum, et qui postea fuere,
 « librum hunc omnes spiritalem esse censuerunt. Quæ
 « cum ita se habeant, consideremus an æquum sit, ut
 « tot tantisque viris despectis, contemptoque ipso Spi-
 « ritu sancto, proprias opiniones consecemur, non
 « audientes eum qui præclare dicit, Sap. 9, 14: *Cogi-
 « tationes mortalium timidæ, et incertæ providentiæ
 « ipsorum*; et beatum Paulum de quibusdam ita lo-
 « quentem, Rom. 1, 21: *Evanuerunt in cogitationi-
 « bus suis, et obscuratum est insipiens cor ipsorum*. Nos
 « igitur cum beato Petro ita clamemus, Act. 5, 24:
 « *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Dicamus
 « item ad illos: An justum sit in conspectu Dei, vos po-
 « tius audire, quam Deum, judicate: nos enim non
 « possumus, quæ vidimus per Spiritum sanctum, et
 « audivimus, non loqui. Verum ne nobis tantum con-
 « sulere, adversarios autem negligere videamur, age,
 « unde morbi occasionem arripuerint, vestigemus, et
 « curationem ipsis, quoad fieri potest, ex sacris Scriptu-
 « ris depromamus. Legentes, ut arbitror, hoc volu-
 « men, animadvertentes in eo unguenta, et oscula, et
 « femora, et ventrem, et umbilicum, et genas, et ocu-
 « los, et labia, et mala, et nardum et stactem, et myr-
 « rham, et his similia, cum proprium divinæ Scri-
 « pturæ consuetudinem ignorarent, noluerunt ingredi,
 « et litteræ velum transilire, atque intus Spiritum in-
 « tueri, ac revelatâ facie gloriam Domini contemplari;
 « sed quæ dicta sunt, carnaliter intelligentes, in hanc
 « blasphemiam prolapsi sunt. Oportebat autem eos
 « considerare, hunc esse etiam in veteri Testamento
 « divinæ Scripturæ morem, ut multa figuratè dicat,
 « et sub aliis vocabulis alia significet. » Id ubi probavit,
 « ostenditque Deum cum Judæorum gente tanquam
 « cum muliere colloquentem, Ezechielis 16, 2, atque
 « iisdem usum vocabulis membrorum, quibus de hac
 « Sponsâ scribens usus est Salomon, quæ tamen non
 « carnaliter, sed spiritualiter intelliguntur; in hunc mo-
 « dum concludit: « A veteri igitur ad novam sponsam
 « accedentes, hac ratione Canticum Canticorum inter-
 « pretemur, rejectisque falsis ac perniciosis opinionibus,
 « sanctos imitemur Patres, atque unam sponsam
 « cum uno sponso colloquentem agnoscamus; et qui
 « sit sponsus, quæque sit sponsa, è sanctis discamus
 « apostolis. Id enim docet nos et divinissimus Paulus,
 « ita scribens, 2 Cor. 11: *Despondi enim vos uni vivo,
 « virginem castam exhibere Christo*. Sponsam ex mul-
 « tis conflata dicit. Nam *despondi*, inquit, non te,

« sed vos, hoc est, animas pias, et in virtute perfectas.
 « Sponsam enim divina Scriptura Ecclesiam intelligit;
 « Sponsum autem Christum appellat. » Id confirmat
 « Theodoretus ex Joannis 3, 29, et Matthæi 9, 15.
 « Sponsam igitur Ecclesiam, Sponsum Christum intel-
 « ligendum docet; « adolescentulas verò quæ sponsam
 « sequuntur, animas rudiores quæ sponsæ virtutem
 « nondum sunt imitatæ, nec perfectionem consecutæ.
 « Quamobrem sequuntur quidem sponsam, sed sponsæ
 « non appellantur. Habet præterea textus et alios
 « quosdam cum sponso versantes, quos sive angelos
 « quispiam dixerit, Domini mandatis obsequentes, et
 « sponsam exornantes: sive prophetas hæc multò
 « ante prænuntiantes; sive apostolos angelico et ipsos
 « more Domini nutibus inservientes, à veritatis scopo
 « non aberrabit. Mihi verò magis placet angelos intel-
 « ligere. »

Cum his Patribus sentiunt venerabilis Beda, lib. 2
 in Canticum Canticorum, cap. 1, S. Isidorus Hispan-
 lensis, Auctor Commentarii in hunc librum, venerando
 Cassiodori nomini olim suppositi, alique Patres et
 ecclesiastici interpretes. Ita inter alios S. Bernardus,
 sermone 1 in Canticum Canticorum: « Salomon divini-
 « tûs inspiratus, Christi et Ecclesiæ laudes, et sacri
 « amoris gratiam, et æterni connubii cecinit sacra-
 « menta; simulque expressit sanctæ desiderium ani-
 « mæ; et epithalamii carmen, exultans in Spiritu, ju-
 « cundo composuit elogio, figurato tamen. Nimirum
 « velabat et ipse instar Moysi faciem suam non minus
 « forsitan in hac parte fulgentem, eò quòd, illo adhuc
 « in tempore, nemo aut rarus erat, qui revelatâ facie
 « gloriam istam speculari sulliceret. Igitur pro sui ex-
 « cellentiâ reor nuptiale hoc carmen hujusmodi titulo
 « præsignatum, ut meritò CANTICA CANTICORUM singu-
 « lariter appelletur, sicut is quoque cui canitur, singu-
 « lariter est dictus REX REGUM ET DOMINUS DOMINAN-
 « TUM... Istiusmodi Canticum sola unctio docet, sola
 « addidit experientia. Experti recognoscant, inexperti
 « inardescant desiderio non tam cognoscendiquam ex-
 « periendi. Non est enim strepitus oris, sed júbilus
 « cordis; non sonus labiorum, sed motus gaudiorum;
 « voluntatum, non vocum consonantia. Non auditur
 « foris, nec enim in publico personat: sola quæ cantat
 « audit, et cui cantatur, id est, sponsa et sponsus. Est
 « quippe nuptiale carmen exprimens castos jucundos-
 « que complexus animorum, morum concordiam, af-
 « fectuumque consentaneam in alterutrum charitatem.
 « Cæterum non est illud cantare seu audire animæ
 « puerilis et neophytæ adhuc et recens converse de
 « seculo, sed profectæ jam et cruditæ mentis, quæ
 « suis nimirum profectibus, Deo promovente, in tantum
 « jam creverit, quatenus ad perfectam ætatem, et ad
 « nubiles quodammodò pervenerit annos, dico merito-
 « rum, non temporum, facta nuptiis cœlestis Sponsi
 « idonea. »

Ex hoc divino epithalamio Theocritus, à quo alii
 poeta epithalamii componendi leges didicerunt, multa
 in sua Idyllia derivavit, præsertim in 15 et 18.

Obijciunt istius libri impugnatores, Dei nomen in

Canticum Canticorum nusquam exstare; adeoque non esse divinum et Spiritu sancto afflante conscriptum.

Respondetur, nec in libro Esther, qualem habent Hebræi, Dei nomen haberi, qui tamen Spiritus sancti opus esse creditur. Libri sacri *zêzebîzo* non ex Dei nomine, sed ex Dei revelantis auctoritate, et Ecclesiæ testimonio pendere. Sub aliis nominibus epithalamio accommodatis Deum latere, nimirum sponsi, fratris, amici, dilecti, que ad amorem exprimendum et excitandum aptiora sunt, quam nomina majestatis ac potestatis.

AUTHENTICITÉ DU CANTIQUE DES CANTIQUES,

ET RÉPONSE AUX OBJECTIONS DES INCRÉDULES.

Le Cantique des Cantiques a fourni une ample matière à la censure des philosophes modernes. « C'est, disent-ils, un livre scandaleux, du moins en apparence, un livre capable de corrompre les mœurs : les Juifs en interdisaient la lecture à ceux qui n'avaient pas atteint l'âge de trente ans, etc. »

Quoi ! suivant les philosophes eux-mêmes, les Juifs comprenaient que la lecture de ce livre pouvait faire de funestes impressions sur les jeunes gens; ils jugeaient en conséquence que la lecture devait leur en être interdite, ce que l'Église catholique a prudemment imité; et ceux, qui se donnent pour les seuls vrais sages, rassemblent soigneusement tout ce qu'il y a de plus dangereux dans l'Écriture pour le mettre sous les yeux de toutes sortes de lecteurs : et Voltaire leur chef, leur oracle, a mis en vers l'extrait du Cantique des Cantiques !

Nous disons d'abord que ce livre sacré, nommé *Cantique des Cantiques* par les Juifs, pour exprimer son excellence, est de Salomon dont il porte le nom dans le texte hébreu et dans l'ancienne version grecque; que les Juifs l'ont constamment respecté, et toujours compté entre leurs Livres sacrés. Il se trouve compris dans l'éloge que fait le livre de l'Écclésiastique des écrits de Salomon : *La terre a admiré vos cantiques, vos paraboles et vos explications des choses les plus obscures.*

2° Ceux qui ont examiné le sens littéral ou plutôt grammatical de ce cantique, en ont porté des jugements fort différents. Les uns, comme Théodore de Mopsueste, l'ont regardé comme un ouvrage purement profane, et c'est encore l'idée qu'en ont les anabaptistes. D'autres ont pensé que c'était un épithalame, un poème destiné à être chanté aux noces de Salomon; ils ont cru y distinguer sept parties d'épigrammes, qui répondent aux sept jours pendant lesquels duraient les noces des anciens. C'a été le sentiment de Bossuet, dans le commentaire qu'il a fait sur ce livre, et celui de Lowth (1).

Quelques commentateurs, prévenus de ces idées, ont fait de ce cantique des traductions trop libres, comme Bèze, Castalion, Grotius, etc. D'autres ont

fait un crime à l'Église de ce qu'elle a placé quelques morceaux de ce poème dans l'office divin. Tous au reste y ont trouvé un feu, une délicatesse, une variété d'images inimitable, une peinture très-naïve des anciennes mœurs de l'Orient.

5° Toutes ces opinions ont été réfutées par un critique très-habile dans les langues orientales. Le savant Michaëlis, dans ses *Notes sur Louth*, soutient et prouve que l'objet du Cantique de Salomon n'est de peindre ni l'amour criminel de deux personnes libres, ni celui de deux jeunes époux au moment de leurs noces, mais l'amour très-chaste de deux époux déjà unis depuis long-temps. A la vérité, cette idée ne s'accorde point avec nos mœurs, mais elle est très-analogue à celles des Orientaux, chez lesquels les femmes, toujours renfermées, ne voient point leurs maris quand elles le veulent, et n'ont aucune société avec les autres hommes. Il observe que ce défaut de société est cause que les hommes s'expriment avec beaucoup de liberté dans les conversations qu'ils ont entre eux et avec leurs épouses; et que de leur côté les femmes ne croient point blesser la pudeur par la naïveté de leurs expressions.

D'autres judicieux critiques avaient déjà fait cette observation. « Quand un peuple est sauvage, dit M. le P. de Brosses (1), il est simple, et ses expressions le sont aussi; comme elles ne le choquent pas, il n'a pas besoin d'en chercher de plus détournées, signes assez certains que l'imagination a corrompu la langue. Le peuple hébreu était à demi sauvage; le livre de ses lois traite sans détour des choses naturelles que nos langues ont soin de voiler. C'est une marque que chez eux ces façons de parler n'ont rien de licencieux; car on n'aurait pas écrit un livre de lois d'une manière contraire aux mœurs. »

C'est d'après des observations si judicieuses que Michaëlis démontre, d'un côté, l'injustice du scandale que les censeurs des Livres saints ont voulu tirer de ce cantique, et de plusieurs passages du prophète Ezéchiel; de l'autre, la témérité des traducteurs qui ont voulu rendre toute l'énergie du texte hébreu dans la langue de peuples dont les mœurs et les usages ne sont plus les mêmes que ceux des anciens Orientaux.

Ce sage critique prouve ce qu'il avance par des exemples. Sur le témoignage du voyageur Chardin, il cite un poète asiatique, très-grave d'ailleurs, qui a traité les plus sublimes maximes de la théologie affective sous le voile de l'allégorie, et dans un style qui paraît être celui d'un grossier libertinage. Les docteurs juifs et les Pères de l'Église n'ont donc pas eu tort de regarder le cantique de Salomon comme un poème allégorique et non comme un ouvrage profane. Les premiers, sous l'image de l'union conjugale, ont entendu l'alliance de Dieu avec le peuple qu'il s'était choisi; Ezechiel et d'autres prophètes l'ont représentée de même, et c'est le sens qu'a

(1) Traité de la formation mécanique des langues, t. II, n° 189.

(1) De sacrâ Poesi Hebræor. prælect. 50 et 51.

suivi le paraphraste chaldéen. Les saints Pères ont été encore mieux fondés à y découvrir l'alliance perpétuelle et indissoluble de Dieu avec l'Église chrétienne, puisque dans plusieurs endroits du nouveau Testament l'Église est appelée *l'Épouse de Jésus-Christ*; lui-même représente sous la figure d'une noce l'établissement de cette sainte société (1). C'est dans ce sens seulement que l'on a placé dans l'office divin quelques morceaux du Cantique, et on l'a fait avec tout le choix et les précautions convenables.

On a fait quelques autres objections contre l'inspiration de ce livre, qui ne méritent pas que nous nous y arrêtions. On a dit qu'il n'est point cité dans le nouveau Testament; mais il y a d'autres livres de l'ancien dont l'authenticité est reconnue qui n'y sont pas cités non plus. On allègue que le nom de Dieu ne s'y trouve pas : qu'importe, puisque c'est Dieu lui-même qui est l'objet du poème ?

Au reste, quoique nous rendions un hommage sincère à l'érudition et à la sagacité de Lowthet de Michaëlis, nous sommes bien éloignés de souscrire à la censure qu'ils ont faite des Pères et des commentateurs qui, non contents de soutenir que le Cantique tout entier est mystique et allégorique, ont encore

(1) Matth. c. 22, v. 2; c. 25, v. 1; Apocal. c. 19, v. 7, etc.

tâché de donner à toutes ses parties un sens suivi et analogue à ce sens général. Nous ne prétendons pas qu'aucune de ces explications doive faire autorité, puisqu'il est libre à chacun de donner la sienne; aussi n'a-t-on jamais fait usage de ce poème pour prouver aucun article de foi; mais n'est-il pas injuste et déraisonnable de blâmer ceux qui ont cherché des leçons de piété dans chaque chapitre et dans chaque verset? Quand ce ne serait pas là le sens le plus naturel du texte, c'est toujours un sujet d'édification; et quoi qu'en disent ces savants critiques, c'est le meilleur fruit que nous puissions tirer de la lecture des livres saints. En tournant cette méthode en ridicule, en se tenant scrupuleusement attachés aux règles de grammaire et de critique, les protestants ont presque travesti la sainte Écriture en un livre purement profane, comme si Dieu nous l'avait donnée pour augmenter nos connaissances curieuses, et non pour nous porter à la vertu. Ce n'est pas ainsi que saint Paul nous la fait envisager : *Toute écriture divinement inspirée*, dit-il (1), *est utile pour enseigner, pour reprendre, pour corriger, pour instruire dans la justice, pour rendre un homme de Dieu parfait et exercé à toute bonne œuvre*. De quoi y servirait le Cantique de Salomon, si on se bornait au sens qui paraît le plus littéral? (DUCLOT.)

(1) 2 Timoth. c. 3, v. 16.

IN CANTICUM CANTICORUM COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Osculetur me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino ,

2. Fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum : ideò adolescentulæ dilexerunt te.

3. Trahe me post te : curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in celleria sua : exultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum : recti diligunt te.

4. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

5. Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decoloravit me sol : filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis : vineam meam non custodivi.

6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

7. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, ingredi, et abi post vestigia gregum, et pascè hædos tuos juxta tabernacula pastorum.

8. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.

CHAPITRE PREMIER.

L'ÉPOUSE.

1. Qu'il me donne un baiser de sa bouche; car vos amours sont meilleures que le vin :

2. Elles ont l'odeur des parfums les plus précieux. Votre nom est comme une huile de senteur qu'on a répandue; c'est pourquoi les jeunes filles vous aiment.

3. Entraînez-moi après vous : nous courrons à l'odeur des parfums. Le roi m'a fait entrer dans ses appartements secrets. C'est là que nous nous réjouissons en vous, et que nous serons ravis de joie, en nous souvenant que vos amours sont préférables au vin. Ceux qui ont le cœur droit vous aiment.

4. Je suis noire, mais cependant belle, ô filles de Jérusalem, comme les tentes de Cedar, comme les pavillons de Salomon.

5. Ne considérez pas que je suis brune, car c'est le soleil qui m'a ôté ma couleur. Les enfants de ma mère se sont élevés contre moi, ils m'ont mise dans les vignes pour les garder, et je n'ai pas gardé ma propre vigne.

6. O vous qui êtes le bien-aimé de mon âme, appelez-moi où vous menez paître votre troupeau, où vous vous reposez à midi, de peur que je ne m'égare en suivant les troupeaux de vos compagnons.

L'ÉPOUX.

7. Si vous ne vous connaissez pas, ô vous qui êtes la plus belle d'entre les femmes, sortez et suivez les traces des troupeaux; et menez paître vos chevaux auprès des tentes des pasteurs.

8. O vous qui êtes ma bien-aimée, je vous compare à

9. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis : collum tuum sicut monilia.

10. Murennas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

11. Dùm esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

12. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi : inter ubera mea commorabitur.

13. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

14. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es : oculi tui columbarum.

15. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus. Lectulus noster floridus :

16. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

CANTICUM CANTICORUM. Non tam quòd sit omnium longissimum, quàm quòd sit omnium longè præstantissimum; neque tantùm inter ea cantica, quæ Salomon benè multa composuerat (*fuerunt enim carmina ejus quinque et mille*, 5 Reg. 4, 52), sed etiam inter omnia quotquot sunt cantica, cùm in eo canatur præcellentissimum incarnati Dei et Ecclesiæ sacramentum, eaque quæ nunquàm excidit, et virtutum omnium major est, charitas. Unde Bernardus ait, Serm. 4 in Cant. n. 8 : « Pro sui excellentiâ, nuptiale hoc carmen hujusmodi titulo præsignatur, ut meritò Cantica Canticorum singulariter appelletur; sicut is quoque cui canitur, singulariter est dictus, rex regum, dominus dominantium (1). Salomonis : pacifici; quod nomen convenit principio libri, qui incipit à signo pacis, quod est osculum. » Bern. *ibid.*

PRIMA DIES.

VERS. 1. — OSULETUR ME OSULO. Peracto ex more nuptiali convivio, solemnique preceatione factâ ejus exempla et in Genesi et in Tobia libro habentur, Gen. 29, 22, 25, Tob. 7, 15, 17, 19, sponsa castissima vesperî ad virum introducta est : ibique sumendum nuptialis hebdomadis initium, Hebræorum more, qui dies à vesperâ numerabant. Sponsus autem summo mane, quod passim in hoc libro videre est, amore quidem incensus, nihil tamen infractus ad mollitiem, consueta rusticanae pastoralisque vitæ officia repetit. Interim sponsa evigilans amore tabescebat, cùmque puella comites frustra solatia, frustra fomenta adhiberent, desiderii votisque conlecta, prorumpit in has voces : Ipse, ipse unicum solatium, atque unicus amor, ipse *osuletur me osculo oris sui : osculo*, ex oculis, Hebr., id est, uno ex oculis; quasi diceret : Volo quidem, congeminet et conturbet oscula; sed interim reficiet vel unum. Oris illius pulcherrimi, suavissimi, facundissimi : quo, more amantium, totam infundat animam, et eliciat meam : Amb.

(1) Le texte porte : *Observa imprimis pacifici nomen quod est Salomon, convenire in principio libri, qui incipit à signo pacis, id est, ab osculo.* S. Bern. sermo 4 in Cant. n. 6, p. 1268.

(Edit.)

labeauté de mes chevaux, attelés aux chars de Pharaon.

9. Vos joues ont la beauté de la tourterelle; votre cou brille comme de riches colliers.

10. Nous vous ferons des chaînes d'or marquetées d'argent.

L'ÉPOUSE.

11. Pendant que le roi se reposait, le nard dont j'étais parfumée a répandu son odeur.

12. Mon bien-aimé est pour moi comme un bouquet de myrrhe; il demeurera au milieu de mon sein.

13. Mon bien-aimé est pour moi comme une grappe de raisin de cypre dans les vignes d'Engaddi.

L'ÉPOUX.

14. Oh! que vous êtes belle, ma bien-aimée! oh! que vous êtes belle! vos yeux sont comme les yeux des colombes.

L'ÉPOUSE.

15. Que vous êtes beau, mon bien-aimé! que vous avez de grâce! Notre lit est couvert de fleurs.

16. Les solives de nos maisons sont de cedre; nos lambris sont de cyprès.

COMMENTARIUM.

de Isaac, cap. 3 (1). *Mihi enim vivere Christus est*, Phil. 4, 21, etc. : *Vivo autem, jam non ego*, Gal. 2, 20. Ecclesia igitur quâ parte perfecta est, hoc est, sublimes animæ divino amore percitæ, unoque spiritu afflatæ, conjunctim et singulatim hæc dicunt, et synagoga quidem : qui tamdiu locutus est per prophetas, ipse nunc adsit. Ecclesia verò novi Testamenti, quam hic magis spectamus, jam nupta, jam potita, postulat ut non per speculum et in ænigmate ac per fidem, sed ipse manifestâ in luce refulgeat. Ac sublimes animæ, alii alia; ego sacrosanctum osculum flagito, non pedum, quod penitentis est, sed oris, quod est sponsæ. Sponsa porrò sponsi osculo perficitur, dùm verba vitæ percipit, et velut in ipso dicentis ore legit, dilusamque in labiis haurit gratiam; Psal. 44, 5, exclamans cum Petro : *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*, Joan. 6. 69. Verba autem audit, non sonantia foris, sed intus immissa, ipso Spiritu sancto infuso, quod Patris et Filii osculum est. Hic ergo exhibetur anima justificata à peccatis, et conjugata Verbo : quæ jam conversa sit ad perfectionem vitam et Christum experta, amplexus repetat. Ad amoris impetum pertinet statim ab osculi desiderio inchoare, nullâ circuitione, ac sponso nequidem appellato. Sic Maria Magdalene ad Christum, quem hortulanum putabat : *Si tu sustulisti eum*, Joan. 20, 15. Ad eundem impetum pertinet, quòd ab tuâ personâ statim ad aliam transfertur oratio; à comitibus ad sponsum, quem, amore capta, ut præsentem alloquitur, cùm ait : *Meliora sunt ubera tua viso : ubera tua*, amores tui : Heb. Nunc et ita passim in hoc canticò. Antiqui autem interpretes habent *ubera*, haud magno discrimine utriusque vocis apud Hebræos; neque abludit sensus; *ubera* enim deliciæ meæ, amores meri; quæ sponsi *ubera* Patres intelligunt duo testamenta amorem spirantia, promisso primùm, deinde exhibito Christo. *Ubera* autem matrem et nutricem sonant. Quisquis ergo vult Christi hæere uberibus, atque inde lac sugere, simplice animo ad Christianæ

(1) Bossuet ne cite ici que le sens du texte de S. Ambroise. (Édit. Bened. de Isaac et animâ, cap. 5, n. 8, tom. 1.)

(Edit.)

vita redeat infantiam. *Meliora vino*; sic illa apud Salomonem: *Veni, inebriemur uberibus, sive amoribus*, Prov. 7, 18. Inebriat Christi amor, ac mentem extra se rapit. Unde Paulus: *Sive mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis*, 2 Cor. 5, 15. *Et nolite inebriari vino... sed implemini Spiritu sancto*, Ephes. 5, 18, quam ebrietatem, in discipulis Spiritu plenis, Petrus agnoscit, Act. 2, 15, 16, 17 (1).

VERS. 2. — FRAGRANTIA UNGUENTIS OPTIMIS. Ad odorem unguenta tua optima: Hebr. Idem iisdem verbis sponsus sponsæ dicit infra 4, 10. Habet Christi amor omnia quibus animæ capiantur: inest gustus velut sapor vini; inest vis delectans et inebrians animas; inest fragrantia à longinquo etiam alliciens, qui verus est Christianæ gratiæ fructus, ut longè licet positi, et extra nos rapti, ad Dominum trahamur, ut habet sequens versus. Christi ergo bonus odor est prædicatio Evangelii, et suavitas gratiæ. OLEUM: eadem vox Hebr. quæ supra, *unguentum*. NOMEN TUUM: nam ab unctione, Messiæ seu Christi nomen; quod Evangelii prædicatione toto terrarum orbe diffusum est; et consonant illud Psal. 44, 8: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus*. ADOLESCENTULÆ: fideles animæ in novitate vitæ ambulantes, ac spiritu, velut musto recente, plenæ (2).

(1) Primis quinque carminis versibus loqui sponsam, haud dubium esse potest. Atque primum quidem (v. 2, 3, 4), ardens suum cum amico suo conjungi desiderium significat, et quanti eum faciat exponit. Verba ferè conjungunt in hunc modum: *Osculetur me uno aut altero osculo de oculis oris ejus*. Simili loquendi modo dicitur Exod. 17, 5: *Et sume tecum ex senibus Israelis, nonnullos*. Job. 27, 5: *Non reprehendit cor meum ex diebus meis, ullum*. Dan. 11, 5: *E principibus ejus, scilicet unus*. Alia hujus loquendi usûs exempla ex Syriacis et Arabicis scriptoribus attulit Dopke. Equidem malim cum Mendelii fil. verba Hebraica divisim capere hoc modo: *Osculetur me! seu utinam me osculetur! Utinam ex oculis oris sui unum alterumve mihi obtingat*. Ewald sic interpretatur: *osculetur me osculo ex oculis oris ejus*. Verùm parùm commodè *osculum aliquem osculari* diceretur. Tanti sui desiderii causam exponit: *Quia meliores sunt amores tui vino*, quo omne insigne gaudium, quod in convivii agitatione consistit, comprehenditur, ut Esth. 7, 8. Isai. 5, 12, 24, 9. Sensus: Deliciis omnibus et lautissimis amores tuos potiores duco. Cùm antea tertiâ personâ usa esset, quasi secum desiderium suum exprimens, jam velut per apostrophem sermonem ad anicum convertit. Pro *amores tui*, id est, amoris tui testificationes, Græcus Alexandrinus et Vulgatus reddunt *ubera tua*. Sed *ubera* sponso, ad quem sermo hic directus, non aptè tribuerentur. Benè verò quadrant *amores*, quod nomen nonnisi in plurali usurpat, ut Prov. 7, 18, infra 4, 10, 7, 12, Ezech. 16, 8. At singularis de *dilecto, amico* dicitur infra, vers. 13, 14, 16 et 2, 3, 8, Isai 5, 1.

(Rosenmuller.)

Osculetur, pro utinam osculetur. Id est, me amet, seu mecum pacem habeat. Vox sponsæ. OSCULO. Hebr. et Septuag. oculis. *Meliora*, id est, suaviora. *Vino*, id est, quâvis aliâ voluptate. Vide Eccles. 2. Q. d.: superant divini amores et deliciae quosvis alios.

(Emmanuel Sâ.)

(2) *Fragrantia*, vel, fragrantis secundùm Hebræos. *Unguentis optimis*, id est, plenitudo tuæ misericordiae, vel amores tui magis recreant animum devotum, quàm quodcumque redolens sensibilibus olfactum. *Oleum effusum nomen tuum*. Per *oleum* hic intelligitur

VERS. 3. — TRAE ME: POST TE CURREMUS. Cupit sponsa tam arctè alligari sponso, ut quòcumque ierit pertrahatur: Neque, inquit, invitam rapies, ego enim et comites ultrò sequemur, et quidem cursu, unguentorum tuorum suavitate perductæ. *Trahe me*, qui dixisti; *omnia traham ad meipsum*, Joan. 12, 32; et: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*, ibid 6, 44. IN ODOREM UNGUENTORUM TUORUM: deest Hebr. Rectè tamen explicationis causâ ex ante dictis repetitum. POST TE CURREMUS, si traxeris. Omnis enim qui audivit et didicit, venit ad te, ibid. 45. Neque quisquam Sapientiæ se conjungit, nisi quem ipsa prior invitaverit, infuderitque aliquid suū. Sponsa ergo, quantumvis vehementissimo amore incitata, agnoscit se, nisi tractam, blandâque vi ductam, accedere non posse. Præclare Ambrosius, lib. 3, Epist. 2 (1): « Anima osculata Verbum Dei, modum non capit.... Cupit attrahi ut sequi possit. Propterea adolescentulæ dilexerunt te; propterea certamus, sed comprehendere te non possumus: at traha nos ut possimus currere, ut odore unguentorum tuorum accipiamus virtutem sequendi. » Idem, n. 10 de Isaac 3: « Attrahe nos; *curremus*: habemus enim cupiditatem sequendi, quam unguentorum tuorum infundit gratia. (Nov. edit. inspirat.) Sed quia cursus tuos æquare non possumus, attrahe nos, ut auxilio tuo fultæ, vestigiis tuis possimus insistere. Si enim tu attraxeris, curremus et nos. » En suaviter prædicatio gratiæ. Trahe me: curremus. Quòd Ecclesia et una sit et plures omnesque animæ in eam unitatem concurrant; tum quòd sublimes animæ ut Petri, ut Pauli, validè tractæ, aliis verbo et exemplo pertrahendis inserviant. INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA, in cubicula sua, Heb.; in secretaria, in thalamum, sive liquor aromaticus fluens de arboribus aromaticis in Arabiâ et terrâ promissionis, qui collectus servatur in vase, et quando effunditur super aliquem ad refrigerium seu medicinam, emittit odorem suavem, per quem intelligitur in Scripturâ bona fama, secundùm illud Apost. 2, Cor. 2: *Christi bonus odor sumus, etc.* Est igitur sensus, cùm dicitur: *Oleum effusum nomen tuum*. Quòd per mirabilia quæ fecit Deus pro filiis Israel in Ægypto, et in mari Rubro, fama nominis et bonitatis ejus diffusa est ad alios populos, propter quam multi ad Judaismum fuerunt conversi; propter quod subditur: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*; id est, aliæ gentes ad amorem tuum sunt conversæ. Multi enim de Ægyptiis hoc modo fuerunt conversi, et cum filiis Israel exierunt de terrâ Ægypti, ut habetur Exod. 12. Similiter Jetro cum domo suâ auditis mirabilibus quæ fecerat Deus Israeli, Exodi 18.

(Lyranus.)

Fragrantia, scilicet ubera; q. d., odore suavissimo plena, vel omnium unguentorum odorem superantia: ut *unguentis*, regatur etiam à *meliora*, Septuag.; et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. *Oleum*, pro, velut oleum, id est, unguentum. *Nomen* scilicet prædicatum, id est, fama.

Adolescentulæ, id est, animæ puræ, seu virtute proficientes.

Dilexerunt, scilicet tractæ suavitate odoris divini. (Emmanuel Sâ.)

(1) Voicî ce que porte l'Édition des Bénédictins Epist. 29, 1 class. n. 10: (*Anima*).... *possit. Propterea te diligimus adolescentulæ; propterea certamus, etc.* (Edit.)

conclave intimum; in arcana Scripturarum sensus. Et quidem non mirum est quod amantissimus nova sponsæ ostendat omnia: illud suavissimum, quod ad intima deduxerit beatis amplexibus fruituram; atque id ipsa sponsa jactat ad comites, quod sublimes animæ interdum faciunt, ut et inferiores trahi sesinant, tum etiam ex gaudii redundantia. **REX.** Tametsi rex Salomon hic ludit cum Sulamite regis filiâ sub pastoralis vitæ formâ, tamen interdum majestatis signa, præsertim ex personâ sponsæ, resumit, gratioremque familiaritatem facit ipsa majestatis recordatio. Quoties autem sponsa vocabulo regis utitur, significare videtur animam ad divinam Christi naturam carne transgressâ penetrâsse; unde hic in cubiculum, in ipsum penetrale admittitur. **EXULTABIMUS IN TE:** statim enim ad sponsum redit. **RECTI DILIGUNT TE.** Eo sponsæ carior, quò bonis omnibus amabilior; et meritò ad Christum: *recti diligunt te, tu es enim ipsa veritas, tu rerum omnium regula et modus* (1).

VERS. 4. — NIGRA SUM, SED FORMOSA: aliud enim est color, aliud venustas oris ac lineamentorum membrorumque, et totius corporis apta connexio; nigra autem sive fusca, quia perusta sole; colore adventitio, qui faciliè detergetur, unde infra, 7, 2, 4, candor ejus prædicatur. Sponsa autem, sponsi pulchritudine intellectâ veretur ne parùm illi placeat, fateturque se decoloratam anteactæ vitæ peccatis. Excusat tamen eum colorem, quòd non tam natus sit, quàm aliunde advenerit, formosâ ex opere Dei, deletisque peccatis ad primævi coloris splendorem et gratiam rediturâ. **SICUT TABERNACULA CEDAR.** Adducit quæ et nigra placeant, ut tentoria Arabum ac præsertim Salomonis ipsius, quæ caprinis pellibus per se nigris exterius tecta, intus tamen aulæis ac tapetibus pretiosis niteant; quâ propè figurâ dixit Virgilius, Ecl. 10:

Et nigre violæ sunt, et vaccinia nigra. Nisi quòd hic exempla magnificentiora protulit Salomon. Ecclesia igitur in terris peregrinata verè simillima est regiiis

(1) *Trahe me, q. d.:* Sic amoris languore debilitata sum, ut nec pedibus valeam consistere, multòque minus ad te advolare, vel te velociter currentem consequi (significatur opus esse gratiâ Dei ad amorem divinum trahente). Traxit verò Christus, qui de seipso ait Joan. 12, 32: *Ego, si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me, hoc est, omnes homines.* Dicit etiam, *trahe me, ut ostendat sponsa se non tantùm per blanditias duci paratam, sed etiam per difficilia et aspera raptari.* **Post te curremus, q. d.:** Non veniam incommata, sed mecum accurrent etiam adolescentule comites meæ. *Id odorem unguentorum tuorum, in odorem sanitatis, doctrinæ, legis, sacramentorum, conversationis et gratiæ Christi.* (Menoehius.)

Trahe me. Opus est Dei gratiâ trahente. *Curremus, scilicet post te.* Mutatio personæ, more Scripturæ, cui etiam familiare est ordinem non servare, quem solent humani scriptores. *Cellaria, id est, penetrabilia q. d.:* Revelavit mihi arcana sua. *Super vinum, id est, plusquam vinum.* (Emmanuel Sâ.)

Trahe me post te, curremus; ambo scilicet pariter, quod amoris mutui ac familiaritatis indicium est. *Curere quidem cupit, sed intelligit se id minimè posse nisi trahatur.* Certare vult charitatis affectu, sed longo se destitui intervallo intelligit. Quare cupit ut aliquo modo, vel trahendo, fiat ut eum comitetur.

(Clarus.)

tentoriis soli, pulveri, pluvie expositis, adeoque extra deformibus ac nigris, intus ornatis. Sic se habet Ecclesia, verbum crucis ac stulti Dei prædicans, 1 Cor. 1, 18, 25, quæque in mysterio abscondita est *sapientiam*, ibid. 41, 7, apparentque extra *ignotitia mundi*, ibid. 1, 28, et Paulus cujus sermo contemptibilis, ac *præsentia corporis inferna*, 2 Cor. 10, 10; intus, arcana sapientiæ Dei, meritoque Salomon psalmistæ accinit dicenti: *Omnis gloria filia regis ab intus*, Psal. 44, 14 (4).

VERS. 5. — NOLITE ME CONSIDERARE, QUÒD FUSCA SIM. Solent mulieres excusare decoloratum vultum, ejusque causam in alios refundere. Sic ista, cujus specie fideles animæ adumbrantur, coactam se dicit à

(1) Ecclesie verba sunt. Quantum ad filiam Pharaonis uxorem Salomis, cujus occasione Ecclesia hoc dicit, vere nigra erat nativo colore, quia Ægyptia et Æthiopia proxima; formosa tamen, quantum ad aptam totius corporis et membrorum figuram, ac lineamenta. De Ecclesiâ autem id variè exponitur. D. Augustin. lib. 5 de Doctr. christiana, cap. 52, dicit quòd fuscam, seu nigram Ecclesia se vocet, propter malos qui sunt in eâ permixti, formosam tamen propter bonos. Alii sic: *Nigra* origine, quia ex gentilibus idolorum cultoribus et peccatoribus orta, sed formosa per gratiam Christi, qui eam mundavit lavacro aquæ. Alii rursum: *Nigra sum, propter persecutiones quas patior, et vilis atque despicibilis habeor in mundo; sed formosa et exornata fide, spe charitate et omni genere virtutum sto coram Deo.* Hunc sensum confirmat quod sequitur: *Quia decoloravit me sol;* quasi dicat: quia astus persecutionis ita me nigram, id est, vilem, et in speciem, turpem et abjectam reddidit. (Estius.)

Nigra, scilicet exterius. Formosa, scilicet interius. *Sicut tabernacula, conjungendum cum nigra Cedar, id est, posteriorum Cedar, filii Ismaelis, seu Nomadum. Sicut pelles, id est, tentoria splendidissima intus auro et gemmis; conjungendum verò id cum formosa.* (Emmanuel Sâ.)

Nigra ego sum, sed decora, filia Hierosolymitana! Hæc sponsæ verba esse apparet, quæ occupationem continent, quia objici poterat eam indignam oculis sponsi, quæ exoptarat, et tanto sponso inferiorum, ut quæ colore esset nigra. Hinc dicit: Sponsus me ob nigrorem meum non aversabitur, nam colorem insuavem abundè compensat elegans ac venusta totius corporis membrorumque singulorum figura et dispositio. Similiter Batus apud Theocritum Idyll. 10, 26 seqq.: *O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant, te meum, sole adustum.* Scenam quia noster exhibet in montibus et convallibus circa Hierosolimam, sponsa hic inducitur puellas Hierosolymitanas amatoris ipsius excessibus quasi attonitas alloquens. Duas subjicit similitudines: *sicut tabernacula Cedar, sicut aula Salomonis.* Hebraei rectè observant, singulas similitudines singulis membris prioris hemistichii respondere in hunc modum: *nigra quidem sum sicut Kedarenorum tabernacula; sed formosa, ut aula Salomonis.* 772, quod proprie *atorem* denotat ab aestu solis coll. Job. 50, 28, *ater ambulo, quamvis à sole intactus*, hoc loco est nomen tribus nomadice Arabiæ deserte, à Kedare, secundo Ismaelis filio (Genes. 25, 15, 1 Paral. 1, 29), oriunde. Videntur pro Arabibus nomadibus generatim poni, quorum tabernacula facta sunt è nigris caprarum pellibus, teste Troilo in suo Itinerario tentoniæ edito p. 68. His opponuntur *aula*, id est, tentoria, *Salomonis* pretiosa et splendida; proprie *vela aula* hic pro tentoriis dicuntur, ut Isai. 54, 2, Jerem. 4, 20, 49, 29, et Syriacum vocabulum quod, *ḥopkai* notante, in Barhebraei Chronico sapissime tentorium designat. (Rosenmuller.)

fratribus alienam custodire vineam, cum delicata nec custodiret suam. Hoc autem competere videtur Ecclesiae in pastoribus, quos ad custodiendam vineam, ipsam scilicet Ecclesiam, fraterna cogit charitas, cum se ad se ipsos custodiendos minimè sufficere posse putent; atque hinc maculae ex necessitate conversationis humanae; quod saepe Augustinus, Gregorius, Ivo Carnotensis vir sanctissimus, et alii deplorant, ac solitudinis desiderio suspirant. DECOLORAVIT ME SOL. Vehemens tentatio, meridiano ardori comparata: unde daemionium meridianum. Psal. 90, 6 (1).

VERS. 6. — INDICA MIHI. Hic incipit intervenire sponsus, velut dilectae sponsae citatus suspiriis et clamoribus; exoriturque blandum utrinque colloquium; et illa confestim: *Indica mihi*; quasi diceret: Tardus advenis; at si venire te pigebat, *indica mihi... ubi pascas, ubi cubes*; ipsa enim ultrò accurrat. IN MERIDIE: non me ardor meridianus à te insequendo prohibebit. Indica ergo mihi quam umbram refrigerando pecori seligere soleas, ad quas aquas pascas gregem. Sic anima fidelis Deum pastorem quaerens ait: *Domine regit me... super aquam refectionis educavit me... virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt*, Psal. 22, 1, 2, 4. Et boni pastoris vocem oves audiunt, eumque sequuntur, et ingrediuntur, et egrediuntur, et pascua inveniunt. Joan. 10, 3, 4, 9. Anima ergo Christum quaerens, ab ipso petit, ut indicet ubi requiescat, ne post philosophos aut sapientes hujus seculi, aut post pseudoprophetas et haereticos, similitudine quadam

(1) *Filii matris meae*. Hi fuerunt mali prophetae et reges qui populum induxerunt ad observantiam falsae religionis, cum tamen *custodire* debuissent *vineam* Domini exercituum. (Munsterus.)

Sol, id est, tribulationum aestus, seu potius lux divina, quae mortificationem corporis affert. *Filii*, etc., q. d., fratres mei. *Matris*, scilicet Ecclesiae. *Pugnaverunt*, q. d., sunt me persecuti. *Non custodiivi*, scilicet sic servare non potui, quin aliquid adversi pateretur, vel q. d.: Quomodo alienas animas custodiam, qui meam vix possum? (Emmanuel Sà.)

Pergit sponsa sermonem ad puellas Hierosolymitanas dirigere. *Ne adspiciatis me*, cum admiratione, vel ut vult Aben Esra, cum despectu; collato Job. 41, 25, ubi de Leviathano, id est, crocodilo, dicitur: *Omne altum videt, omnia animalia, quibus corpus procerius est, despicit. Quod ego nigra sum*. Sunt qui reddant *s. bfusca*. Ita Gesenius, qui geminatis duobus postremis radicalibus significatum diminui putat, quemadmodum hujusmodi formis seriores Hebraei ad diminutiva utuntur. Contra alii, uti Bochartus *Hieroz.* t. 3, p. 615, ed. Lips., et Storr in *Observat.* p. 105, qui litterarum radicalium in vocibus Hebraeis geminationem non minuere vim vocis, sed intendere, ut apud nos superlativus gradus, contendunt, vertunt valde seu adeo *nigra*. Rectius videtur Ewald statueret, istiusmodi formis geminatis *qualitatem* rei alicui *inherentem* et *permanentem*, qualis est colorum, indicari. *Quod adspexit me sol*, id est, fulgidis suis radiis me ambussit, deformavit. Vulgatus, *decoloravit*. Verbo שִׁיחַ, quod praeter h. l. non nisi Job. 20, 9, 28, 7, reperitur, ex utroque Jobi loco *videndi* significatus indubitatus est. Minime opus, ut illud cum Ewald hic pro שִׁיחַ adduxit (Genes. 41, 25) positum susmaldo. Dicit igitur sponsa nigrorem in ipsius vultu conspicuum non esse ei innatum et naturalem, sed casu contractum ex solis adustione. Quod proximis verbis exponit: *Filii matris meae*, ex eadem mecum matre orti, etsi non ex eodem patre, *ira incanduerunt in me*. (Rosenmuller.)

delusa aberret; neque enim sponsum, nisi ipso indicante, invenerit. NE VAGARI INCIPIAM. Quid enim ero, quasi declinans ad greges sodalium tuorum? Hebr., quod concitatus est; vult enim sponsa statim ac facile invenire sponsum non ab aliis, etiam sodalibus, aut qui sodalium titulo glorientur, ubi solet esse, percontari (1).

(1) *Ne pro velata habeat apud sociorum tuorum greges*. Pro meretrice, nam meretrices velantur. (Castalio.)

Quem diligit anima mea, id est, dilecte mi.

Ubi pascas, scilicet contemplantes te: exprimitur desiderium contemplativorum. *Cubes*, id est, quiescas. *Meridie*, id est, vehementi amore, vel claro lumine; q. d.: ostende mihi quomodo te cognoscere possim et amare vehementer. *Vagari*, scilicet vagantur qui Deo per amorem non adherent. *Greges sodalium*, id est, fidelium multitudinem, qui per multa vagantur; paucorum est enim Deum gustare. (Emmanuel Sà.)

Quem unicè diligit anima mea, pro solatio, pro consilio, pro ope recurro, aestuans et anhela. Et quidem si votis meis obsequer, omni prorsus aliena curà eximi peterem. Sed quia tibi id minis placere videtur, saltem doce me modum quo id possim sine tanto dolore et damno meo peragere. *Indica mihi*, non solo verbo, sed et reipsa, et quasi digito demonstra, *ubi pascas* tute tuosque omnes, et *ubi simul cubes* plena et peramœna quiete, qualis in *meridie* captari solet, id est, in pleno lumine et aestu tum amoris interni, tum persecutionis et tribulationis externae, ut ferè S. Gregorius, Cassiodorus et Beda exponunt. Deposcit enim hic sponsa donum assidue contemplationis, et perfectissimae dilectionis Dei, quo possit simul cum Christo in sinu aeterni Patris continuo cubare, et nihilominus exemplo et ope illius, sine suo detrimento pascere quoque commissos sibi greges. *Ne rursus maximo meo dolore et damno vagari incipiam* anxia et anhela, consilii, solatii, vel auxilii emendicandi causà, *post greges sodalium tuorum*, nullo vel exiguo meo fructu, nempe dum illi vel ignari vel aliis distenti non possunt, vel si quid subinde praesent, parèe admodum et avarè id faciunt (et sunt hi sodales creaturae omnes, quarum ope instrumimur et juvamus). Tu verò, mi dilecte, sine ullo dispendio tuo, et cum summo commodo meo potes mihi et gregibus meis de optimo pastu prospicere, et simul me in cubili tuo perpetuà tecum quiete pascere, et deliciis beare. Hactenus sponsa. Quid jam ad haec sponsus? (Tirinus.)

Sponsa, nonnihil à dilecto alienata, rogat ut locum indicet ubi eum invenire queat? *Indica mihi*, o tu *quem diligit anima mea*, id est, quem ex animo diligo. Haec periphrasis majorem habet vim, quam si nomen proprium posuisset, aut simpliciter dixisset: *dilecte mi*. Vocem שְׂחֵבָה Lud. de Dieu reddit *quia diligit anima mea*. Frigidè. Non dubium esse in vocativo o tu subaudiendum. אֵיכָה aliàs *quomodo?* hic, uti res ipsa docet, quaerit de loco, *ubinam?* pro אַיִן Ruth 2, 19, aut אֵיכָה. Ad verbum תְּרַעַה subaudiendum צִנְחַךְ, *ubinam pascas gregem tuum*. quod et Genes. 29, 7 et 57, 16, Mich. 5, 5. Item in verbis quae hic sequuntur: *Ubinam cubare facias*, scilicet *gregem tuum*. Plena phrasis exstat Ezech. 54, 15: *Ego pascam oves meos, et ego accubare eos faciam*. In *meridie*. Solent pastores in calidis regionibus pecora horis meridianis ad umbram et aquas subducere, ne lac per aestum corrumpatur, et pecora in periculosos morbos incendant. Virgilius *Georg.* 3, 351 seqq.:

*Aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Lilicibus crebris sacra nensus ad cubet umbra.*

Et in *Ecl.* 3, 98, 99:

*Cogite oves, pueri, nam si lac perceperit aestus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis,*

VERB. 7. — *Si ignoras te.* Si ignoras tu, Hebr. *Am post vestigia gregum.* Atqui hoc erat ipsum quod sponsa verebatur, ne de grege in gregem vagari oporteret. Ille ergo videtur subtrahere sponsus, quod ignoret sponsa ubi ipse versari soleat: quid enim! an amantem nescire oportet, ubi dilectus consuescat? sane amans et scire et sciri vult. Itaque ignoranti, ambigua, nec satis ad se inveniendum protutura respondet. *Egredere ipsa quo vis; neque enim te docebo; et abi post vestigia gregum.* Quære ipsa locum, et vagis gregum insiste vestigiis; quin etiam ipsa *pasce hædos tuos; gregem tuum tibi habe si velis, juxta tabernacula pastorum;* cum aliis versare pastoribus: non enim ne invenies. Sic ergo sponsa irascitur, quæ reprehensione docta ac facta diligentior, rogantibus puellis quò ille declinavit, locum ipsa indicat, vers. 17, et cap. 6, 4. *Pulcherrima:* pulchra quidem, sed parùm sponsi studiosa. Itaque Patres uno ore hic volunt increpatam sponsam, sponsumque indignatum

Rationem addit cur nôsse cupiat ubinam dilectus commoretur? *Cur enim ero, cur committeres ut sim sicut velata* שכיבה *propr. quia cur?* id est, cur enim? In vocis שכיבה explicatione laborant interpretes. Quamvis enim non sit dubium esse participium femininum verbi שכיב *operire*, præmissâ comparandi particula, tamen cur nolit sponsa esse tanquam operata, quaritur. Jarchi exponit *sicut ligens*, quia ligentes non tantum labrum superius, Ezech. 24, 17, verum et totum caput tegebant, 2 Sam. 15, 50 et 19, 5, Jerem. 14, 5, 4. Kimchi שכיב *declinans*, divertens ad greges exponit, quod secutus Græcus Venetus *sicut declinans* vertit. A. Schultens, in *Animadvers. philolog.* ad loc. (*Opera min.* p. 241) *operatam* designare vult *deficientem, languidam*, propterea quod verba Arabica que propriè *tegere* denotant, in passivo de iis qui *delinquant animi patiuntur*, usurpari solent. Ewald collato Arabico, vertit *sicut ignota*, quasi diceret sponsa: Cur ego, si diutius procul à gregibus meis hic (in regio gynæceo) commorarer, quasi illis ignota et peregrina fierem? Aben Esra *sicut increpita* reddidit, collato 1 Sam. 25, 14, ubi de Nabale, Davidis pueros durioribus verbis excipiente, dicitur: *Et involavit, invectionem est in eos.* Sed hoc est à radice שכיב sive שכיב. Nos haud dubitamus iis accedere, qui *sicut operata* seu *velata* idem esse putant quòd *sicut meretricis*. Meretrices sese obvelasse colligitur ex iis que Genes. 38, 14, 15, de Thamarâ narrata legimus. Negat quidem Bochartus Hieroz. part. 1, lib. 2, cap. 46, t. 1, p. 599, Thamarâ sese more meretricis velasse, sed ne agnosceretur. Verum laudato Geneseos loco dicitur vers. 15, expressis verbis, *Judan illam pro meretrice habuisse, quòd velata esset.* Commendat illam interpretationem et præmissa comparandi particula ז, que ostendit significari aliquid quòd persona loquens non verè sit, sed esse videri tantum possit. Noluit verò sponsa voce ז ליה præverecundia uti, sed pro eâ per euphemismum quemdam dixit ז ליה. *Meretricem* hoc loco et videtur intellexisse Symmachus, qui, teste Theodoro, *ut vaga* vertit, quem secutus Hieronymus, *ne vagari incipiam*, et Syrus, qui *sicut errans* reddidit. *Meretricem* constat Chaldaicè זליתא vocari, à verbo זלית, quod propriè quidem *errare*, deinde verò et *scortari* denotat. Bene Mercerus observat: «Sponso veluti zelotypiæ opinionem gignere vult, quasi in periculo sit, dim hinc illuc ejus querendi causa oberat, ut pro meretrice habeatur.» Ambiguum quod Græcus Alexandrinus dedit, πρὸς ἄλλα, quod et *coopertam* et *agitatam* significare potest. *Apud*, per *greges sociorum tuorum*, id est, aliorum pastorum.

(Rosenmüller.)

reponisse, ut si quidem ipsum ignoraret, egredere tur quo vellet, nec jam ut antea manifestam viam, sed caeca et errabunda gregum vestigia sectaretur et pasceret, non agnos, sed hædos, caritatis sensus sufficit, eosque qui à sinistris sunt greges, sequere turque non gregem unum, ac pastorem unum, sed greges multos et pastores; quod evenire solet iis qui suâ negligentia nesciant, aut etiam oblitæ sint, ubi sponsus pascat. Si texorâs et. Sic legitur et Septuaginta, quo loco movent Patres mala multa eventura sponsæ, si seipsam ignoraverit, et ad cupis similitudinem facta esset, et à quibus peccatis liberata, et ad quam destinata felicitatem (1).

VERB. 8. — *Equitatu meo, equa mea.* Hebr. *Pulcherrime equæ, et quidem suæ, quam præ cæteris diligit; quâ comparatione illustrat formæ dignitatem; equæ ejus scilicet quæ non indomita, indolisque lasciviat, sed quæ jam jugi patiens, aptetur curru; atque ut ille diei, munia comparis æquare possit.* Unde et ipsum conjugii et שכיבה nomen. Sane apud Theocritum elegantissimo idyllio, quod jam in præfatione memoravimus, Thessalico equo formosissimo, et jam curru apto Helena Menelao conjuncta comparatur.

(1) *Ignoras te.* Admonetur anima cognitionis sui; hic enim gradus ad Dei cognitionem et amorem, scilicet per humilitatem. *Post vestigia, etc.*, quasi dicat: *Adjuva proximos tuos quacumque re potes; sic enim à Deo impetrabis quod optas, quodque tibi opus est, scilicet tui Deique cognitionem.* *Hædos, id est, animas tibi creditas.* *Pastorum, scilicet Apostolorum et sanctorum doctorum;* q. d.: *Instituæ secundum catholicam doctrinam.* (Emmanuel Sa.)

Si ignoras te, etc. Ille sponsus loquitur. Cur vero austeris adeo verbis sponsæ responderet? Quid illa dixerat, quo lædi posset, diu meretriciam recessus locum postulabat? Illud fortasse, quod addiderat: *Ne vagari incipiam post greges sociorum tuorum.* Sola rei turpis imago sponsi animum offenderat, ac suspicionem moverat. Vel, nimiam sponsæ amularitatem fastidierat, veluti illa dignitatis oblivisceretur, cum posceret, quòd ipse gregem ducturus esset per meridiem. Mystice interpretationes plucina in hæc verba fingi queunt; atque animalverunt Patres fidelem animam nihil facilius à Deo avertere, quam si ipsam ignorantiam. Si te ignoras, Deum ignoras: si enim Deum nôsses, omnino te non ignorares. «Sis licet pulchra, et inter omnes mulieres species tua diligatur à me sponso tuo, nisi te cognoveris, et omni custodia servaveris cor tuum, nisi oculos juvenum fugeris, egredieris de thalamo meo, et pasces hædos, qui statuari sunt à sinistris.» Hieronym. ep. 22 ad Eustochium.

Alter est Hebræo sensus: *Si ignoras tibi, à pulcherrima mulierum, vade tibi post vestigia gregum.* Si nescis ubi cubem meride, abi, si vis, post gregis tui vestigia seorsum pasce. Anterior responsio. Docere vult fortasse sponsam, minime opus fuisse, ut recessus sui locum ipsa ignoraret, vel oculos à sponso averteret, aut unico temporis momento à sponsæ jungeretur; denique merito damnandam esse, quod errandi post alienos greges periculo se exponat, quæque hæc re amorsu puritatem offendi. In eger inam fidem, sedulitatem, attentionem postulat Deus ab iis qui sese ipsius servituti mancipant. Minima etiam peccatoris austeritate puni. *Domus zelotes nuncius,* Exod. 34, 14, qui solus totum animum possidere vult, mancipique divisum. Gravissima sponsæ tui hæc sponsi exprobatio, inique illius animum perdit. Quamobrem ea celeritate ad sponsum festinat, ut curribus Phaëonis comparatur. (Almet.)

Idyl. 18. Atque, ut ad sacros libros revertamur, Apoc. 19, 11, equus albus super quem in Apocalypsi sedet Verbum Dei, significat beatas animas quæ dorsum suum curvaverunt, ut suscipiant talem sessorem super se, ut quòcumque ipse voluerit flectat eas, et ad omnia ducantur et reducantur voluntate sessoris, Origenes hic, Hom. 2 (edit. Bened. hom. 1, n. 10, pag. 16, tom. 5). PHARAONIS. Ægypti meminit, unde optimi equi adducerentur; alludit et ad sponsam ex beatissimâ et opulentissimâ regione deductam. Ex hoc versu incipiunt ἀμοιβῶν, alterni seu reciproci sermones, ferè ex comparationibus: quæ nota in eclogis, semperque alia ex aliis clariora (1).

VERS. 9. — PULCHRÆ SUNT GENÆ TUESICUT TURTURIS. Septuaginta, ita læves, decoræ, atque ex ipso candore subrubræ visæ: faciem ejus laudat, et gena-

(1) *O socia mea, comparo te equiti meo*, equitatu Pharaonis, quasi dicat: Quanto reliquos equos, equasve reliquas pulchritudine superat meus et Pharaonis equitatus, tantò pulchritudine, tu, ó Ecclesia, omnes cœtus, omnes feminas antistas. Sed et fides ac fortitudo laudatur in equis, quod et in hac similitudine spectari potuit à Salomone. Ut sit, nemo prudens mulierem ita laudaverit. Ubi verò proponuntur res merè spirituales, tum similitudines undecùmque conquiri possunt, propterea quod in illis unum aliquid aut alterum reliquis omnibus veluti per abstractionem submotis considerandum proponitur. (Jacob. Cappellus.)

Vulg.: *Equitatu meo*. Meliùs, uti videtur, Septuaginta: *Equæ meæ*; Gall. *à ma belle cavale*. ἵππος est equus, femininum itaque ἵππος est propriè equa. Solent autem reges et magnates non rarò in pretio et deliciis habere nobilem et generosam aliquam equam supra reliquos omnes suos equos quos alunt.

(Lud. Cappellus.)
Equitatu, id est, equis. *Meo*. Loquitur Salomon in personâ Christi. *Pharaonis*, id est, quibus juncti equi pulcherrimi ex Ægypto adducti. *Assimilavi*, scilicet pulchritudinem, vires, celeritatem, et onerum portationem, quam suadet charitas, juxta illud: *Alter alterius onera portate*. (Emmanuel Sâ.)

Excurrit sponsus in laudem sponsæ, generatim primùm, inde per aliquot membra. *Equabus in curribus Pharaonis assimilo te, ó socia mea!* plures reddunt *equæ meæ*, ut designetur certa quædam equa, quam sponsus præ cæteris omnibus charam habuerit et præstantem. Minus tamen quadrat quod additur, *in curribus Pharaonis*. Equos et currus ex Ægypto Salomoni adductos esse, constat ex 1 Reg. 10, 28, 29, 2 Chr. 1, 16, 17. Nova est comparatio puellæ cum venustâ equâ. Afferunt tanquam similem comparationem ex Theocriti *Idyll.* 28, 50, ubi Helenam Thessalico equo comparari dicunt. Sed illic hoc potius dicitur: Sicut magna cupressus eminet, quæ ornatus est horto, aut sicut Thessalus equus eminet, currum ornans, sic eminet pulchra Helena, quæ est Spartæ decus; aut sicut in horto cupressus, aut in curru Thessalonius equus, sic et rosca Helena Lacedæmoni ornamento fuit. Neque huc pertinet quod Horatius *Od.* lib. 5, 11, vers. 9 et seq., puellam ferocientem et lascivam describens dicit:

*Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit casultim metuitque tangit.*

Nec magis probandum quod Adr. van Kooten in Observat. ad nonnulla Cantici Cantic. loca, p. 6, seqq., comparationem cum equâ refert ad longius profusiusque syma, quo instructæ essent feminarum orientaliū vestes. Nobis illa comparatio ad splendidas phaleras et torques, quibus regum equi ornari solebant, referenda videtur. Laudatur enim versu proximo genarum sponsæ ornatus. (Rosenmüller.)

rum rubore succenditur. *Pulchritudo quippe mulierum in genis dicitur esse quàm maxima*, Origenes, hom. 1. COLLUM TUUM UT MONILIA. Ex Septuaginta, collum tuum etiam nudum, ac sine ullo decore per se pulchrum, sibi que est ornamentum, ibid., elegantissimum; tamen Hebr. aliter: Pulchræ sunt genæ tuæ in gemmis (pendentibus circum et è capillaturâ defluentibus); collum tuum in monilibus. Sponsam laudat, quòd nativæ speciei congrua ornamenta aptare noverit. Spirituali ac vero sensu: *Liga* (legem Dei) *in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo*, Prov. 6, 21; *ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo*, ibid. 1, 9 (1).

VERS. 10. — MURENULAS AUREAS. Ornamenti genus: eadem vox quæ supra per *turturum* vertitur. *Murenulas aureas, vermiculatas argento*, quas antiqui interpretes aurum tortile, argenteis clavis seu virgulis interstinctum vertunt, Gregorio, inauris: ad similitudinem pisciculi qui captus se in circulum vertat. Hieronymo autem hujus interpretationis auctori, *murenula* quid esset, ipse meliùs exponet; aurum scilicet colli, quòd quidem *murenulam* vulgus vocat, quo scilicet metallo in virgulas lentescente, quædam ordinis flexuosi catena contextitur. Ep. 5 ad Marc. Recentiores addunt, *collucentes gemmas*. Utcumque est, sponsus significat, quandoquidem dilectæ hujusmodi ornamenta cordi sint, sibi quoque ac sodalibus voluptati futurum, ut ei compingant talia: *faciemus*, inquit, *tibi*. Spirituali sensu: Ego et qui verbum meum ministrant, variis te dotibus ornabimus, mixto charitatis auro cum argenti sacrisque eloquiū virtutumque omnium gemmis. Quale ornamentum sanctis animabus apparabat Paulus colligens *fructus spiritus*, quales sunt *charitas, gaudium, pax*, etc., Gal. 5, 22, 23. Quanto autem studio animas, sponsas sibi destinatas Deus exornet, his verbis docet apud Ezech. 16, 11 et seqq.: *Ornavi te ornamento, et dedi armillas in manibus tuis, et torquem circa collum tuum; et dedi inaurem super os tuum, et circulos auribus tuis, et coronam decoris in capite tuo*. Sponsus amantissimus in sponsâ nihil inornatum relinquit, et dona donis cumulat: *Habenti enim dabitur, et abundabit*, Luc. 19, 26 (2).

(1) *Pulchræ sunt*, adornatæ sunt. *Inter murenulas*, murenulis, vel cum murenulis. Hebræi scribunt esse *gemmas*, aut *margaritas congruo ordine dispositas, ut solent esse in monilibus temporum feminarum principum*. Alii dicunt esse *lineamenta*. Alii *figuras depictas instar turturis*, quæ etiam dicitur טור ; propterea quidam vertunt: *Pulchritudine turturum*.

(Vatablus.)

Turturis. Hebr. *torim*, quod et *turtures* significat, et ornamenta gemmarum vel monilium. Infra quidem eandem vocem vertit *murenulas*. *Turture* verò castitas significatur; genis autem pudor. *Collum*, scilicet prædicatio. *Monilia*, scilicet prædicanda, quæ animas ornent comparituras ante Deum.

(Emmanuel Sâ.)

(2) *Murenulas*, scilicet torques instar murenulæ maculatos; q. d.: Dabo tibi pulchram prædicandi, seu docendi gratiam. *Vermiculatas*, etc., id est, notis argenteis distinctas; scilicet Dei verba auro et argento solet Scriptura comparare. (Emmanuel Sâ.)

VLRS. 11. — DUM ESSET REX... NARDUS MEA, cum exquisita, tam odorata erat. Sponsa enim jactat suam in conquirendis odoramentis quibus rex delectetur industriam, et illa quidem sponsi laudaverat fragrantiam, quâ pertracta ad ipsum curreret, vers. 2, 5; nunc autem sponsum eadem arte conciliat. Christus quoque et nos trahit nominis sui famâ ac dulcedine, et à nobis trahitur odore virtutum. Neque enim tantum Christo, sed etiam piis animabus sua odoramenta sunt, *quæ sunt orationes sanctorum*, Apoc. 5, 8 et 4, castusque Verbi amor sponsum ad animam invitans, ut in eam cum Patre veniat et maneat. Joan. 14, 25. Antiqui etiam sancti suavissimis votis Christum venturum advocantes, assidueque clamantes: *Rorate, cæli, desuper*, eum in Patris sinu recubantem, ideòque hic regem appellatum, ad se exciverunt, Isai. 45, 8, quo impletum est illud: *Et deliciae meæ esse cum filiis hominum*, Prov. 8, 51 (1).

(1) *Dùm rex est in circuitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Hæc sponsa ad socias suas ait, exponens, ut sponso gratificari et eum sibi conciliari studeat. Ψ - τ alias usque *dum*, donec denotat, ut Judic. 5, 7: *Cessabant gubernatores in Israele, donec surrexi ego*, Debora; et Psal. 125, 2: *Oculi nostri ad Deum nostrum directi sunt, donec misereatur nostri.* Hinc Græcus Alexandrinus $\epsilon\omicron\sigma\ \delta\acute{\omicron}$ vertit. Hoc tamen loco *dum*, *tantisper* valere patet, quemadmodum et Latinis suo donec uti constat. דדדד propriè in circuitu suo, id est, in coronâ sive loco discumbentium, qui in orbem dispositi erant. 1 Sam. 16, 11, dicit Samuel: *Non circumdabimus*, scilicet mensam, id est, non accubemus usque venerit Davides. Hinc Chaldaeis est, notante Buxtorfio in Lex. Chald. Talmud. p. 4416, *accubitus ad mensam, qui febat olim in solo per circuitum, subjectis sibi lectulis, sive vulvaribus.* Idem exprimit Vulgatus, qui in *accubitu suo*, reddidit. Tob. 2, 5, in vetere Latinâ interpretatione hæc habentur: *Exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, jejuniis pervenit ad corpus.* Nardus mea. Intelligitur unguentum odoratissimum et pretiosissimum quod ex nardi Indicæ spicis conficitur, eoque olim convivas perfundi solitos esse, colligitur ex iis quæ Marc. 14, 5, Joan. 12, 5, narrantur. Folium nardi Plinius Hist. Nat. lib. 12, cap. 12, § 26, vocat *principale in unguentis.* Plura vide in Celsii *Hierobot.* part. 2, p. 1, seqq. Alii sunt qui sponsum suum dilectum comparare putent, qui ipsam suo odore recrearet. Ita et Ewald, qui cum sponsa dilectum non Salomonem, sed pastorem quemdam esse perhibeat, sensum hujus versûs ait esse hunc: *Quamdiu rex in suo accubitu esset*, id est, priusquam rex nondum ad me in gynæceum venerit, dum mihi suâ præsentia non molestus esset, *nardus mea dedit odorem suum*, id est, felicem me sentiebam dilectum meum recordata; sed adveniente rege illius recordatio à me abiit. Quam quidem interpretationem, quam alii coactorem judicent, vir doctissimus justò fidentius *unicè veram* pronuntiat. Alias minùs probabiles interpretationes attulit refutavitque Dopke. Nos simplicem hujus versûs sensum haud dubitamus esse hunc: Nardus mea odoratissima est, ac fragrantia et suavitate sui odoris sponsum ad mensam recubentem oblectat. Cæterum conf. Proem. ad hunc librum p. 275.

Accubitu, scilicet in Eucharistiâ se communicans, velut unâ discumbentibus. *Nardus*, id est, fides charitate formata; hæc enim præcipuè accedendum ad Eucharistiam.

Murenlis aureas faciemus tibi, scilicet ego, et Pater, et Spiritus sanctus. Plurale hic indicat mysterium Trinitatis, ut Gen. 1, 26. Hebræi Deum hic cum

VLRS. 12. — FASCICULUS MYRRHÆ, DILECTUS MEUS MIHI. Per myrrham mortuis corporibus impendi solitam Patres intelligunt Christi mortem ac sepulturam, insque inhaerentem penitentiam christianam; quam myrrham offeramus cum magis illis, primis è gentili populo Christi cultoribus. *Inter ubera mea.* Puellæ delicate odoratos fasciculos apponunt pectori: mihi unus ille fasciculus sponsus est; semper ante oculos, ipsique pectori infixus, hoc est, principalis cordis, in quo Ecclesia Christum, vel anima verbum Dei desiderii sui vinculis alligatum tenet et adstrictum: Orig. hom. 2. *Ubera.* Decelat in carmine nuptiali mammae (potius appellari quam pectus.) Idem ibid. n. 5, p. 18 (1).

VLRS. 13. — BOTRUS CYPRI. *Copher* Hebr., non è Cypro insulâ, sed arboris cujusdam odoriferæ fructus. Cyprus odoramenti genus Plinio memoratum, lib. 12, cap. 24. Theodoro notum infra, 4, 15, ubi iterum hujus mentio. In vineis Engaddi. Hieron., de Loc.: Hebr.: Engaddi in campis Jerichuntinis, usque hodiè vicus prægrandis Judæorum juxta mare Mortuum, unde et opobalsamum venit, quas vineas Engaddi Salomon nuncupat. Balsamum autem et gustu et odoratu suavissimum, ut sponsa in dilecto delicias omnes reposuisse videatur. Botrus autem Cypri, non idem est fructus cum illo qui nascitur in Engaddi vineis; sic ergo supplendum ex Hebræicæ phrasæ ingenio. Botrus Cyprii: botrus in Engaddi vineis, etc. (2)

domo judicii loqui volunt: quâ phrasi Trinitatem indicabant veteres (nam domus illa tres ad minimum iudices habuit), utcumque posterius eorum increduli id non intelligebant. Aliter, sodales sponsæ loquuntur; q. d.: Tantum abest ut tibi nigrorem objiciamus, ut tu dixeris, ut etiam mihi ornamenta sinus adjuncturæ, quò venustior appareas. Sed prius malo. Docet hic omnes gratias, earumque incrementa, à Deo esse. Vide Ezech. 16, 4, 7, Apoc. 5, 48. Obedientia præmium hic pollicetur Deus. Promissa hoc loco respicere possunt, tum regulas, instituta, dona à Deo in populum suum collata, Prov. 20, 15, tum personas donis illis ornatas. Hæc ornamenta hic aurea esse addit, vel 1^o ut significet dona et instituta Evangelii præstare illis legis (vide Isai. 60, 47), virosque piis non, ut olim, ex metu et compulsionem, sed ex fide et amore, obedientiam præstatores; vel 2^o novum gratiarum supplementum indicat, ita ut in imaginem Dei transformemur. 2 Cor. 5, 48. *Vermiculatas argento.* Docta versio: Argenteis notis interstinctas. Significat varietatem gratiarum in communione sanctorum, ad mutuanam open et consolationem. Vide Proverbia, 25, 44, 40. Significat, hoc versu, mirum et perfectum Ecclesie ornatum, omnes gratias et dona, etc.

(Synopsis.)

(1) *Myrrhæ*: scilicet oportet pro Christo pati, præsertim communicantes; representatur enim eo mysterio maxime Christi passio ad imitandum. *Inter ubera*, id est, in corde: Hieron., 1. cont. Jovin.

(Emmanuel. Sa.)

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, id est, suavis mihi est, bono mihi est exemplo, moque recreat suorum donorum suavitate. *Inter ubera mea commorabitur*: apte loquitur ad consuetudinem feminarum, quæ solent inter ubera fasciculum florum gestare. Sic enim Ecclesia dicit se inter ubera, id est, in medio pectore Christum gerere. (Mandonatus.)

(2) *Botrus*, pro, *velut botrus Cypri.* Arbor est

VERS. 14. — OCULI TUI COLUMBARUM. Columbæ oculi, amoris, suavitatis ac modestiæ pleni. Laudata Christo columbæ simplicitas procul omni fictione et simulatione; laudatus oculus simplex qui recta videat; nam ille eruendus, qui videat ad concupiscendum, et nos scandalizet, Matth. 10, 16, et 6, 22, et 5, 28, 29 (1).

odoratissima in Engaddi, ubi etiam vineæ pulcherri-
mæ propè mare Mortuum, è quibus balsamum; scilicet id provenit ex arbusto viti simili. Quidam *camphoram* vertunt. Hebr. *Copher*. (Emmanuel Sâ.)

Pergit sponsa sponsum laudare, cum aliâ re odoratâ eam comparans. Est autem *cyprus* (ex Hebraico צפר factum) nomen plantæ aromaticæ, de quâ Plinius Hist. Nat. lib. 12, cap. 24, Dioscorides, lib. 1, cap. 125. Linneo *Lawsonia inermis*, Arabibus *el-chenna* dicitur. Prosper Alpinus de *Plantis Ægypti*, cap. 15: *Elhanne in Ægypto copiosissima est, tum etiam omnibus notissima. Florum non albus color, sed cineritius est. Odor admodum acutus*. Plura vid. in Celsii Hierobot. part. 1, p. 222. OEdmanni *Vermischte Sammlungen*, part. 1, c. 7, et part. 6, p. 102. Flores hujus plantæ cum instar uvularum in botros coeant, non incongruè hoc loco אשכול nomine significantur. Illos ob colorum pulchritudinem et odoris suavitatem hodiernum feminis Ægyptiacis in deliciis esse, testatur Sonnini in *Itinerar.*, part. 1, cap. 16, p. 174, vers. teuton. Assimilat igitur sponsa dilectum botro cypri qui nascitur in vineis Engedi; frutex, inquit Mercerus, ille inter vites crescens, ut in agro Massiliensi videas «ficus inter vinea condensas.» Engedi oppidum fuit Judææ extremum Hierosolymæ ad orientem meridi-
onalem, juxta mare Mortuum, in fertilissimo illo agro Hierichuntino, de quo conf. not. ex Josepho ad Deut. 34, 5. Nomen Hebræum Hieronymus in libro Nominum rectè interpretatur *fons capri*. Quod nomen videtur à situ adeptum; est enim in celsis rupibus, quæ in valles subjectas casum minari videntur, et terrorem transeuntibus incutiunt. Itaque fons inde promanans *fons capri* ideò videtur dictus, quasi solis capris esset pervius. Illic vineas existisse adhuc mediò seculo 18 nostræ æræ, testatur Hasselquist. Vid. libr. nostr. *Bibl. Geographie*, vol. 2, part. 1, p. 165. (Rosenmuller.)

(1) *Oculi tui columbarum*. — Columbæ symbolum sunt amoris, fidei et castitatis conjugalis. Nam in columbaris mas suæ columbæ soli applaudit, nec aliam quærit. Unde poeta:

*Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ,
Masculus et totum femina conjugium.*

Primus sensus adæquatus, de Christo et Ecclesiâ: Pulchritudo hominis maximè cernitur in facie et oculis. In oculis enim relucet cor et anima, omnesque animæ affectus. Unde S. August. in Psal. 41: *Oculi, ait, membra carnis sunt et fenestram mentis*. Et Cicero lib. 3 de Orat.: *Imago animi vultus est, indices autem oculi*. Sponsæ ergo decorem sponsum maximè ab oculis dilaudat, quòd eos habeat non vulpinos, non lupinos, non vulturinos, id est, non obliquos, fraudulentos et simulatos, non invidos et rapaces, non gyrovagos spectantes ad prædam; sed columbinos, id est, primò, simplices, candidos, ingenuos; secundò, pudicos, ita Origenes; tertio, rectos; columbæ enim non obliquè aspiciunt, sed rectâ; quartò, amantes et amabiles; columbæ enim non torvè intuentur, sed blandè et amanter; quinto, placidos et mansuetos. Ita Beda: «*Oculi, inquit, tui columbarum, id est, oculi cordis tui simplices et mundi, atque ab omni duplicitate fallendi ac simulandi prorsus immunes*. Item oculi tui columbarum, quia sensus tui spiritali sunt intellectu præditi. Item oculos columbarum habet amica Christi, quia omnis quæ illum veraciter intus amat, nullo exterarum rerum appetitu milvorum more accenditur, nulli viventium adversum quid inferre meditatur;

VERS. 15. — ECCE TU PULCHER ES... ET DECORUS. Aliud enim est pulchrum, aliud ipsum decens, cujus

«quòd columbinæ fertur esse mansuetudinis, quæ cuncta quæ occurrunt, simplici, miti et humili corde contemplatur.» Et S. Bernard. serm. 45, *Oculi tui columbarum*; «Jam, inquit, non ambulas in magnis, neque in mirabilibus super te: sed instar simplicissimæ volucris contenta es simplicioribus, nidificans in foraminibus petræ, meis vulneribus immorans; et libenter ea quæ sunt de me duntaxat, incarnato et passo, oculo intuenti columbino.» Septuaginta vertunt, *oculi tui, περισσότερά*, id est, *columbæ*, in nominativo plurali, q. d.: Oculi tui adeò belli, candidi, amabiles sunt, ut non tam columbini, quàm columbæ ipsæ esse videantur: columbas ergo geris in oculis, quia quidquid pulchrum et amabile est in columbis, hoc oculis tuis exhibes et repræsentas: quale est primò, modestia et pudicitia; secundò, quòd in amore pro cantu gemit; tertio, quòd putrida, sordida et foetentia fugit; quartò, quòd gaudet aquis, residetque juxta flumina. Audi S. Gregor.: «Cujus (sponsæ) oculi benè columbarum esse perhibentur, quia dùm in temporibus gemit, et ad æterna desideria rapitur, in simplicitate sensus suos custodit, et carnales concupiscentias detestatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et benè sancta anima columbæ comparatur, quia dùm reprobi quique in amore mundi gærrunt et lætantur, mens electa in cœlesti desiderio atteritur, quia timet ne amittat quod diligit, dùm differtur.» Subdit deinde: «Possunt etiam per oculos columbarum Ecclesiarum prædicatores intelligi, qui simplicitatem, quam prædicant, servant, et visibilia contemnent, ad æterna cum magnis gemitibus anhelant.» Et Psellus apud Theod.: «Jucundis, ait, oculis es prædita columbæ virginis, cum oculos tuos ab errore averteris, et eos in me creatorem tuum intenderis. Columbæ autem oculos memorat, ut purum virginis obtutum significet. Tam mundos enim oculos habet, ut puriter pulcherrimum sponsum aspiciat.»

Symbolicè, Hugo lib. 1 de Instit. monast. cap. 5, per duos oculos columbæ accipit memoriam et intellectum: «Duos, inquit, habet oculos, dextrum et sinistrum, memoriam et intellectum: in hoc futura pro-
videt, in illo transacta deflet. Hos oculos clausurunt in Ægypto patres nostri, quoniam non intellexerunt opera Dei, nec fuerunt memores multitudinis misericordiæ ejus.»

Anagogicè, Origenes per duos oculos accipit Filium et Spiritum sanctum, quos anima videbit in celo, eâque visione beabitur: «In futuro seculo, inquit, ubi anima jam non solùm imitatione, sed et ipsâ sui perfectione formosa est, dicit esse oculos ejus columbas, ut duorum oculorum imagine columbæ duæ intelligantur esse Filius Dei et Spiritus sanctus.»

Mysticè, S. Gregorius, Anselmus et alii per oculos Ecclesiæ accipiunt doctores et prædicatores, quibus septem columbæ dotes, id est, septem dona Spiritus sancti, adaptat Honorius Augustodun.: «Columba quippe, ait, in petrâ nidificat, alienos pullos nutrit, pura grana eligit, felle caret, rostro non lædit, juxta fluentia habitat, gregatim volat. Sic Ecclesia in petrâ, id est, Christo, fide et opere ædificat, alienos à verbo Dei, verbo et exemplo nutrit, puras sententias de libris gentilium vel hæreticorum eligit, malitiâ invidiæ caret, neminem detrahendo lædit, juxta fluentia Seripturarum habitat, ut raptus accipitrum, id est, dæmonum, evadat, multos secum trahere ad gaudia laborat.» Hæc deinde adaptat prophetis et Apostolis: «Unius columbæ, id est, Ecclesiæ antè adventum Christi, oculi propheta fuerunt, qui ei æternum lumen Christum præviderunt; unde et videntes dicebantur. Alterius columbæ, scilicet Ecclesiæ post Christi adventum, de eodem populo oculi Apostoli exstiterunt, qui eam ad verum lumen Christum perduxerunt. Dicit ergo sponsus: O amica mea, cui omnia secreta Patris mei patefeci, quia te nardo car-

maxima vis est. Amor est pulchri desiderium, et in ipso quies. Unde sponsa tota est in operibus pulchritudinis.

«nis mee sanavi, myrrha mortis mee roscem, hinc resurrectionis meae, ecce in presentia mea tu es pulchra in fide, ecce cor in hominibus tu pulchra est in operatione, quia oculi tui, id est, provisiones tuae sunt simplices sicut oculi columbarum, scilicet et prophetae et Apostoli doctores Ecclesiae. Oculi enim educunt honorem, ne in lapidem offendant; ita doctores docent Ecclesiam ad vitam, ne in legem Dei in lapide scriptam offendant.

Secundus sensus partitidis, de Christo et anima sancta: Columba symbolum est innocentiae, ideoque sacri vocantur columbae, ait S. Basilus in Psal. 28. Unde S. Chrysost. hom. 4 de Patientia Job: «Vir, inquit, erat in terra Hus nomine Job; columba in medio accipitrum, ovis in medio luporum, stella in medio nubium, illium in medio spinarum, et justitiae germen in oppido iniquitatis.» Oculi autem columbae maxime denotant intentionem sinceram et rectam animae sanctae: columba enim rectum habet intuitum, ut dixi, non obliquum. Oculus enim primò intendit in id ad quod deinde dirigit manus et pedes, ut eodem tendant; oculi verò columbae toti delignantur in id quod aspiciunt: sic anima sancta primò tota intendit in Deum ut finem, ac deinde ad illum omnes gressus et actiones dirigit. Secundò, sicut oculus intendens in rem aliquam, ejus speciem in se suscipit, illique assimilatur, sic anima intendens in Deum, illius formam imbibit, fitque divina, et quasi Deus terrestris. Tertio, sicut oculus immèdiatè aspicit rem quam intendit, nec medium illum admittit, sic anima intendens Deum, illum unum spectare debet, non comoda, non honores, nec quid aliud intermedium: quicquid enim medium est, impedit intuitum et intentionem in Deum. Quarto, sicut oculus plures res simul aspicere potest lateraliter, vel circulariter dispositas, sic anima in opere suo plures potest intendere virtutum fines, ut v. g. dicat: Volo orare, jejunare, studere, eleemosynam dare, ut satisfaciam pro peccatis meis Deo, qui est actus penitentiae; item ut placeam Deo amori meo, qui est actus charitatis; insuper ut honorem Deum, qui est actus religionis; ad haec, ut proximi egestati succurram, qui est actus misericordiae, etc. Et, quò plures virtutum fines intendit, eò opus est melius magisque meritorium, quia hic actus licet, ut elicitus, sit unus, tamen, ut imperatus, est multiplex, quia à tot virtutibus quot in eo sunt intentiones, imperatur. Hoc est quod ait Christus: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*, Luc. 11, 54. Intentio enim primariam bonitatem dat operi, adeoque si opus ex se sit indifferens, intentio bona efficit illud bonum, sibi que simile. Et Zachar. 9, 1: *Domini est oculus hominis, et omnium tribuum Israel; q. d. : Dominus est objectum in quod intendit oculus et intentio omnium eorum qui veri sunt Israelitae, id est, servi et cultores Dei.*

Hinc facit versio Chaldaea: *Et quam recta sunt opera tua, et occupationes tuae sicut pulorum columbae, qui mundi sunt, ut offerantur super altari meo.* Intentio enim placendi Deo, eumque colendi et honorandi in quolibet opere, illud offert Deo, illique facit quasi holocaustum. Hinc notatur per oculos columbae: columba enim erat victima, quam sibi in holocaustum depoposuit Deus. Levit. 1. Quin et Syri columbas albas tangere, necare et edere non audebant, sed religiose colebant in honorem Semiramidis primae Assyriorum reginae, in quam eam post mortem commutatam esse fabulabantur. Unde Tibul. lib. 4, eleg. 4:

Quid referam ut volitet crebras inducitur per urbes

Alba Palaestina sancta columba Syra?

Vide Eusebium lib. 8 de Praeparat. cap. 7. Ita hunc locum explicat S. Gregor. Nyssen. homil. 4: «Anima, inquit, liberata à corporali (carnali) affectione habet speciem columbae in oculis; hoc est, characterem vitae spiritualis, etc. Sic quoniam purus lactus est

dine commendanda. Hanc pulchritudinem Augustinus genens comparavit in Psal. 44, in 3: «Nobis credentibus ubi pro sponsa pulcher occurrit... pulcher in caelo, pulcher in terra, pulcher in utero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher invitens ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deprensus animam, pulcher crepans, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro.»

VERS. 16. — *FLORIDUS* SOSTER FLORIDUS (1). EN

canimè oculos, cupax est characteris columbae et Spiritus sancti, propterea in eam cadit, ut contempletur sponsa pulchritudinem. Nunc enim primò in sponsi formam intendit oculos, quoniam sponsum habebat in oculis. *Nunc cum potest atque Dominum Jesum, ait Spiritus sancto, 1 Cor. 12, 5.*

Hac accedunt Cassiodorus, Origenes, Beda, Theodoretus, Philo Carpath. et S. Bernard. serm. 45, qui per oculos columbae accipiunt intuitum spirituum, quo scilicet anima in res non carnales, sed spirituales aspiciat, easque appetit et intendit. Porro Nyssen. homil. 4 docet oculos columbae esse pellucidos, et habere vim speculi, adeo ut quis intuentium vultus in his valeat contemplari, sic et animam sanctam, virtutum in quas intendet, formam et speciem in se suscipere: quare cum intendit mansuetudini, simplicitati, puritati, paci, modestiae, etc., earum characterem et notam menti imprimere, ideoque illam reipsa effici mansuetam, simplicem, puram, pacificam, modestam, etc. Idem est de vitis.

Tertius sensus principalis, de Christo et B. Virgine: Columba index est Spiritus sancti. Oculi columbae ergo notant septem dona Spiritus sancti, id est, plenitudinem gratiarum, quia omnes homines et angelos praecedunt B. Virgo. «Nec est, inquit Rupertus, novum ut ipsa septem dona dicantur oculi: nam et apud Zachariam prophetam ipsamet significaverunt per septem oculos, qui sunt in uno lapide Christo. Isti oculi mei sunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum. Omnium gratiarum tu factus es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti, super quem requiescunt omnia praedicta Spiritus sancti dona, ut dicitur apud Isaiam, et in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.» (Corn. à Lap.)

(1) *Lectulus*, scilicet contemplationis locus, ubi anima Deo jungitur. *Floridus*, scilicet desideriis sanctis plenus, et caelesti suavitate.

Tigna, scilicet sustentacula. *Cedrina*, q. d., fortia et constantia. *Laquearia*, scilicet quae prope tectum, id est, mentis elevationes. *Cypressina*, q. d., stabiles, odorifera, et recte. (Emanuel Sa.)

Eles etiam communes laudat, quod ex pretiosa et solida stabilique materia sint. Nonnulli hoc versu sponsi regii verba contineri censent, invitantis sponsam ad magnificentium suum palatium. Cui sententiae nec ego admodum retragor. *Trabes domuum nostrarum sunt cedri, cedrinae.* De cedris vid. not. ad Psal. 49, 5. Cedrum putredinem non sentire, et insuper gratum odorem spirare, notum est; unde magnificis extruendis aedibus adhibebatur, ut vel ex palatis regum Davidis et Salomonis et templi Salomonis historia constat. *Lacuna*, sunt ornamenta depressa sive cava in contignationibus, loculamenta quaedam quadrata, vel alterius figurae. Kimchi à radice צדד, quae significat cum Hebraeo צדד currere convenit, צדד צדד *aut lacuna* esse vult, quae in domibus fieri solent, per quae ex una domus parte in alteram transcurritur: «vernaculè, inquit Mercerus, *anteries*; lingua Narbonensi et Hispanica *converedus* (laha *coridori*) etiam à *currere*; nominantur. » *Cypressina*, Cupressi lignum cum putredine et carici non sit obnoxium, in templis, palatis et navibus exornatis adhibere solent veteres, et uni cedro posthabere, eodemque Salomonem in templo exornando unà cum cedro usum esse, tradunt

deliciæ ; jam magnificentia : TIGNA CEDRINA LAQUERIA CYPRESSINA , abiegna, Hebr., queis magnifica domus et ampla describitur, qualem decebat esse Salomonis. Neque hæc dedebant pastorem eum , qui Abrahæ Josephus (*Archæol.* lib. 8, cap. 2, § 7), et alii scriptores. Vid. Gesenii Thesaur. ling. Hebr. (Rosenmuller.)

CAPUT II.

1. Ego flos campi, et lilium convallium.
2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
3. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbrâ illius quem desideraveram, sedi ; et fructus ejus dulcis gutturi meo.
4. Introduxit me in cellam vinariam ; ordinavit in me charitatem.
5. Fulcite me floribus ; stipate me malis, quia amore langueo.
6. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.
7. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.
8. Vox dilecti mei : ecce iste venit, saliens in montibus, transiliens colles.
9. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque cervorum : en ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10. En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.
11. Jam enim hyems transiit, imber abiit, et recessit.
12. Flores apparuerunt in terrâ nostrâ, tempus putationis advenit : vox turturis audita est in terrâ nostrâ.
13. Ficus protulit grossos suos ; vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni.
14. Columba mea in foraminibus petrae, in cavernâ macerie, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis ; vox enim tua dulcis, et facies tua decora.
15. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas ; nam vinea nostra floruit.
16. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.
17. Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Revertere ; similis esto, dilecte mi, caprea, hinnuloque cervorum super montes Bether.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EGO FLOS. Eò quòd statim dixerit : *Lectulus noster floridus*, 4, 15 ; imò, inquit, nos ipsi sumus recentes odorantesque flosculi : *Ego flos campi*. Se floribus sponsa comparat, qui in campis atque convallibus, non in cultioribus hortis nascantur ; et castarum animarum modestiam ac simplicitatem exprimit (1).

(1) Ego sum rosa quæ in planitie Saroniâ crescit. Est

patriarcharumque more, dives pecorum et auri, nihilo tamen seciùs eorum exemplo, rusticana opera exerceat. Laboremus et nos contingere domum, Orig., firmisque fulcire nos verbi divini præsiidiis. Tigna robori, laquearia ornamento. S. Thom. Eidem, *lectulus*, pax Ecclesiæ post persecuciones.

CHAPITRE II.

L'ÉPOUX.

1. Je suis la fleur des champs, et je suis le lis des vallées.

2. Tel qu'est le lis entre les épines, telle est ma bien-aimée entre les filles.

L'ÉPOUSE.

3. Tel qu'est un pommier entre les arbres des forêts, tel est mon bien-aimé entre les jeunes gens. Je me suis reposée sous l'ombre de celui que j'avais désiré ; et son fruit est doux à ma bouche.

4. Il m'a fait entrer dans le cellier où il met son vin ; il brûle pour moi.

5. Soutenez-moi avec des fleurs, fortifiez-moi avec des fruits, car je languis d'amour.

6. Sa main gauche est sous ma tête, et sa main droite m'entrelace.

L'ÉPOUX.

7. Filles de Jérusalem, je vous conjure, par les chevreuils et par les cerfs de la campagne, de ne point réveiller celle que j'aime, et de ne la point tirer de son repos jusqu'à ce qu'elle s'éveille d'elle-même.

L'ÉPOUSE.

8. La voix de mon bien-aimé ! Le voici qui vient, sautant sur les montagnes, passant par-dessus les collines.

9. Mon bien-aimé est semblable à un chevreuil, et à un faon de cerf : le voilà qui se tient derrière notre mur, regardant par les fenêtres, jetant la vue au travers des barreaux.

10. Voilà mon bien-aimé qui me parle, et qui me dit : Levez-vous, hâtez-vous, ma bien-aimée, ma colombe, mon unique beauté, et venez.

11. Car l'hiver est déjà passé, les pluies se sont dissipées, et ont entièrement cessé.

12. Les fleurs paraissent sur notre terre, le temps de tailler la vigne est venu, la voix de la tourterelle s'est fait entendre dans notre terre.

13. Le figuier a commencé à pousser ses premières figues ; les vignes en fleur répandent leur agréable odeur. Levez-vous, ma bien-aimée, mon unique beauté, et venez.

14. O ma colombe retirée dans les creux de la pierre, dans les enfoncements de la muraille, montrez-moi votre visage, que votre voix se fasse entendre à mes oreilles ; car votre voix est douce, et votre visage agréable.

15. Prenez-nous les petits renards qui détruisent les vignes ; car notre vigne est en fleurs.

16. Mon bien-aimé qui se nourrit parmi les lis est à moi, et je suis à lui.

17. Revenez jusqu'à ce que le jour commence à paraître, et que les ombres se dissipent ; soyez semblable, mon bien-aimé, à un chevreuil et à un faon de cerf sur les montagnes de Béther.

VERS. 2 — SICUT LILIUM. Cùm se lilium appellet

autem Saronitis planities à Caesareâ ad Joppem usque, ut scribit Hieronymus, de qua mentio fit Isai. 53 et Act. 9. Videntur autem hæc sponsæ verba, etiamsi alii magnâ ex parte hie sponsum loqui velint. Superiore autem capite Hebraei putant in genere descriptionem esse amorem Domini et Ecclesiæ, hic specialem proponi descriptionem, repetitque à principio, id est, à beneficiis in Ægypto perceptis, unde et ver depingi,

sponsa, resumit sponsus lilium quidem eam esse, sed inter spinas, medusque in sentibus crescentem, comitesque utcumque formosas, spinarum instar esse, si cum ipsa conferantur; demonstraturque simul fidei anima pura, charitas inter mundi aspera, sollicitudines, illecebras item ac fallaces divitias, quas etiam spinas Christus appellat, Matth. 15, 22 (1).

quo liberatio Ægyptiaca contigit. Tu ad redemptionem per Christum respice, qua et ipsa facta est mense martio, veris initio, cujus Ægyptiaca erat typos.

(Genebrardus.)

(1) *Sicut lilium*, etc., verba Christi. *Amica mea*, scilicet anima perfecta. *Filius*, id est, imperfectos et peccatores, qui ob fidem et sacramenta filii dicuntur. Sic Deut. 32, et Isai. 4, etiam improbi, filii dicuntur.

(Emmanuel Sâ.)

Il semble que le Prophète, parlant du lis qui se trouve parmi les épines, a dessein principalement de relever la grande beauté de l'épouse qu'il compare à cette fleur, et de faire voir l'extrême différence qu'il y a entre elle et les autres filles. Car, comme le lis qui se trouve entre les épines paraît, sans comparaison, plus beau par la vue même de ces ronces qui l'environnent, aussi la beauté de l'épouse reçoit un nouvel éclat, étant au milieu des autres filles. Les épines cependant peuvent bien nous marquer aussi, en un langage figuré, les peines et les dangers où sont exposées naturellement les filles. Or, l'épouse étant la bien-aimée de l'époux, et ayant reçu une éducation pure et sainte que lui-même lui a procurée, et qui la rend digne d'être son épouse, brille entre les autres, comme le lis parmi les épines.

Mais ces épines peuvent encore nous figurer ce que Jésus-Christ a marqué dans l'Évangile, lorsqu'il parlait de son peuple sous la parabole d'une vigne qu'un père de famille, c'est-à-dire que Dieu même avait plantée; car il ajoute qu'il l'environna d'une haie, ce qui signifie qu'il la mit en sûreté sous sa divine protection. Cela paraît clairement par la menace qu'Isaïe lui fait de sa part, qu'il arracherait cette haie qui l'enfermait, afin qu'elle fût exposée au pillage et foulée aux pieds. Comme donc un lis tout environné d'épines est en sûreté, aussi l'épouse tout environnée de la protection de l'époux, qui lui tient lieu d'une haie très-forte, vit en sûreté au milieu des autres filles.

Les Pères expliquent différemment ce qu'on peut entendre par ces filles au milieu desquelles se trouve l'épouse. Théodoret entend par là les Églises ou les sectes des hérétiques, à qui il croit que le Saint-Esprit donne ici le nom de filles, à cause de leur vocation au Christianisme, et non à cause de leur élection. S. Ambroise ne l'entend pas seulement des hérétiques, mais des Juifs mêmes, les plus cruels ennemis de l'Église de Jésus-Christ, sa vraie épouse, au milieu desquels elle se soutient et conserve son éclat, comme le lis au milieu des ronces. Mais S. Grégoire le Grand étend ce sens jusqu'aux mauvais catholiques, et il dit que, comme il y a dans l'Église même beaucoup de personnes qui confessent et honorent J.-C. de paroles seulement, et dont la vie est toute plongée dans les soins et les inquiétudes du siècle, ceux-là seuls peuvent prétendre à la dignité de l'Épouse, et à la beauté du lis auquel elle est comparée, qui, s'élevant comme de leur tige et de leur racine vers le ciel, conservent, et dans leur cœur et dans leur corps, la pureté d'une blancheur toute céleste, et qui répandent sur leur prochain l'odeur excellente de leur piété. Telle est donc l'Épouse, qui, se trouvant au milieu des Juifs, des hérétiques et des mauvais catholiques, conserve son intégrité, et se tient inaccessible à toutes les sollicitudes du siècle, comparées par J.-C. aux épines, et qui piquent en effet, et déchirent l'esprit et le cœur de l'homme : *Inter sollicitudi-*

VERS. 5. — SICUT MALUS. Sicut arbores fructiferae et cultae inter sylvestres et steriles. Sicut umbra illius et fructus eius : tanquam arboris scilicet quae et umbra delectet et fructu. Sub umbra autem, siquidem in principio non possumus cum Verbo proprium conferre sermonem : verum, ut ita dicam, quadam majestatis illius umbrâ perfrui. Orig. Umbra etiam tutela, protectio : *Sub umbra alarum tuarum*, Psal. 16, 8. Indicat sane optatis se potuit amothibus et amplexibus; eâ ratione quâ supervenit Spiritus sanctus in Mariam, et obumbrante Altissimi virtute Verbum illa concepit : quo etiam Spiritu influente fideles anime laetantur. Allusum etiam ad uxoris copulandae ritum, de quo Ruth. 5, 9 : *L'opante*, inquit ad Booz, *pallium tuum super famulam tuam*. Sicut umbra illius sedi, acquievi, cum audivi dicentem : *Venite ad me, qui laboratis*, Matth. 11, 28 (1).

VERS. 4. — IN CELLAM VINARIAM : ad verbum, in domum vini, in deliciarum sedem, quo introducti sunt illi quibus Christus enarrabat Scripturas, seque ipsum in illis, cum dicerent : *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis ?* Luc. 24, 27, 32. Vinum in locis mundis et ornatis, cum oleo aliisque liquoribus veteres recondebant. Qualis erat Ulyssis apotheca in edito canaculo, ubi testas vino et oleo plenas cum auro, argento et veste asservabat. Odys. 3, 257. Ubi etiam thalamus erat nuptialis. ORDINAVIT IN ME CHARITATEM. Vexillum ejus super me charitas. Hebr. : *Amorem suum super me professus est, quasi vexillis expansis*, Septuag., et post eos Vulgata, *ordinavit*. Unde Origenes, Augustinus et alii Patres passim intelligunt de *charitate hujus seculi, quae mentem hominis animumque comprimit*.

« Prenez garde, s'écrie saint Bernard, ô vous qui avez la blancheur et la délicatesse d'un lis, prenez garde aux infidèles et aux corrupteurs de votre pureté, qui vous environnent. Prenez garde comment vous pourriez marcher avec sûreté au milieu de tant d'épines, car le monde est tout plein d'épines. Il y en a sur la terre, dans les airs, et dans votre propre chair. Or, d'être sans cesse parmi ces épines et de n'en être point blessé, c'est un effet, non de votre force, mais de la divine puissance de celui qui vous ordonne de mettre en lui votre confiance, parce qu'il a vaincu le monde. Quelque environné donc que vous soyez de pointes de toutes sortes d'afflictions les plus piquantes, que votre cœur n'en soit point troublé, ni saisi de crainte, étant convaincu que l'affliction produit la patience, que la patience produit l'épreuve, que l'épreuve produit l'espérance, et qu'une telle espérance ne peut nous confondre. Considérez les lis de la campagne, comment ils croissent et brillent au milieu des ronces. Si Dieu garde de la sorte une simple fleur qui disparaît promptement, combien conservera-t-il avec plus de soin sa bien-aimée et son épouse qui lui est si chère ? Disons encore : *Tel qu'est le lis entre les épines, telle est ma bien-aimée entre les filles* : c'est-à-dire, ce n'est pas une marque d'une petite vertu d'être bon parmi les méchants, de conserver la candeur de son innocence et la douceur de sa conduite au milieu de ceux qui cherchent à nous nuire, et de donner même des témoignages d'amitié à ses propres ennemis. » (Sacy.)

(1) *Sicut malus*, etc., verba Ecclesiae. *Malus*, q. d., frugifera et utilis, itemque suavis. *Filius*, id est, fideles, qui sub ejus umbrâ vivunt. *Umbra*, id est, protectione.

(Emmanuel Sâ.)

ritate, quæ à Deo ad proximum suo ordine graduque descendit : quæ Justus Orgelit. paucis complexus : hæc est ordinata charitas, ut diligat proximum propter Deum ; sic verò diligat Deum, ut semetipsum abneget propter illum. Bernardus ad discretionem refert, quâ in cellâ vinariâ haustum ferventioris amoris poculum temperetur, serm. 49 in Cant. n. 4, 5 et seq. (1).

VERS. 5. — FULCITE ME. In hanc igitur cellam introducta, tantique amoris recordatione permota, amore ipso deficit, fulcirque petit *floribus* : lagenis, Hebr., vini scilicet potione. STIPATE ME MALIS. Iis scilicet quorum odore et succo languida recreetur, ut citreis, granatis, etc. Quibus designantur amori deficienti adhibita à Christo solatia, quæ nos sensibilis devotionis vocamus. His abundat anima in ipsis vitæ perfectioris initiis, eaque undecumque conquirat (2).

VERS. 6.—LEVA EJUS SUB CAPITE MEO. Sic per dulcia colloquia, aliasque blanditias tandem labente die ad castos amplexus sponsa perducitur : lavamque sustentantis, dexteram amplexantis et protegentis agnoscit ; quo divinæ gratiæ adumbratur virtus sustinens ac fovens et delectans. Verbum autem, velut in animæ sinu, requiescit, cum eam requiescere facit à perturbationibus, ut cum Davide canat : *In pace in idipsum dormiam et requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me*, Psal. 9, 10. Qui animæ in Christum defluentis, in eoque acquiescentis beatissimus somnus est ; de quo iterum infra, vers. 2, atque is primæ diei finis (3).

SECUNDA DIES.

VERS. 7. — ADJURO VOS. Manifestum alterius diei ini-

(1) *Ordinavit*, scilicet est ordo in charitate, suntque alia plus quam alia diligenda, ut Deus plus quam cætera omnia, et meliores quam deteriores, et conjunctiores quam remotiores. (Emmanuel Sâ.)

Introduxit me ad domum vini, id est, in locum convivii et lætitiæ ; conf. ad 1, 2, 4. Sensus est : Experi-ri me fecit dilectus meus, quam suavis sit. *Et vexillum ejus super me*, id est, mihi est amor, q. d. : Præfert mihi tanquam vexillum amorem, quo me ad se attrahit, ut vexillo congregantur et attrahuntur milites, ut eo semper oculos concipiant. Jarchi sensum nominis וָצִיטִי vernaculè *attrahit*, id est, attractio, expressit. Vulgatus : *Ordinavit in me charitatem*, id est, constituit, proposuit mihi sui dilectionem, cujus sequeretur imperium, non secus ac vexillum sequuntur milites. Græcus Alexandrinus versum sic reddidit : *Introducite me in domum vini, et ordinate super me amorem*, quasi sponsa socias alloqueretur. Sed præstat sensus, quem nostri codices Hebræi præbent : cum me in epularum et omnis gaudii locum adduxit, ostendit mihi amorem pro vexillo. (Rosenmuller.)

(2) *Fulcite me floribus*, quod aliqui verunt, *phialis vitreis* (sub. plenis vino illo de quo dixerat). Alii *floribus, unguentis, pigmentis*. Ego malim vertere, *fundamentis, fulcris* ; nam et nomen id Hebræicè significat, et sensus valde loco convenit. Vult enim declarare sponsa ita se amore sponsi languere, ut opus sit ut sustentetur aliquâ re, et lectus illi odoriferis malis sternatur, ut solet fieri mulieribus amore languentibus. Loquitur autem hic sponsa ancillis suis.

(Maldonatus.)

(3) *Lava ejus*, scilicet sponsi. *Sub capite* : descriptio complexus. *Amplexabitur, pro amplexatur*, nisi ad futuram gloriam referatur ; sed et habent hic sponsæ Christi suos amplexus, quos explicare solius puto esse, qui sit expertus.

(Emmanuel Sâ.)

tium. Suavissimo somno captam relinquit sponsus : quem interrumpi vetat, quiescentique prospicit, ipse ad consueta opera profecturus. FILIE JERUSALEM, NE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM. Solebant canere duplex epithalamium ; alterum ad vesperam sponsis quieturis, alterum matutinum sponsâ è cubili processurâ, ut ad faustos cantus et obdormiscere et expergisci videretur. Hujus rei testes adducimus toties ex Theocrito, Idyl. 18, citatas virgines Menelao et Helenæ gratulantes ; quæ quidem ad crepusculum decantato epithalamio spondent se redituras ad auroram, ubi primus cantor (gallus), versicolore cervicem erigens, velut canendi signum dederit. Ergo virgines jam adstantes et brevi caniturus monet sponsus, ne *dilectam excitent quoadusque ipsa velit*. PER CAPREAS, per oblectamenta vestra, per capreas et feras quas assidue insectamini : quibus significat eas esse venatrices. Palæstinis enim virginibus idem videtur, qui vicinis Tyriis, mos fuisse, gestare pharetram, etc. Æneid. 4. Libet hic observare priscos mores, si quis eorum commemoratione delectatur ; ut puellæ quoque ac virgines operibus, vigiliis, venatu assiduo exercitæ, procul à nostrorum temporum mollietate ac desidiâ viverent. Spirituali sensu : habet Christus ut piscatores, ita et venatores suos, de quibus propheta : *Mittam eis multos venatores*, Jerem. 16, 16 ; sic prohibet ne fideles animæ, quæ alios Christo venantur et capiunt, ipsam sublimem animam divino amore et altâ contemplatione defixam, in eaque suavissimè quiescentem, ad actuosam vitam revocent, quoad ipsa divino spiritu acta, eò se spontè conferat. Quo loco Bern. serm. 52, n. 6 : « Novit sponsus... satis propriâ charitate matrem sollicitari de profectibus filiarum... ; proptereaque securè discretionem ejus credendam censuit hanc dispensationem. » Gregor. (Edit. Bened. t. 5, in Cant. cap. 2, n. 8). Quiescentem sponsam carnales, qui sunt in Ecclesiâ, importunè excitant, quia ejus vitam à vulgatis laboribus abstinentem, inutilem existimant. Capræ et hinnuli, quorum hic passim mentio, fidelium animarum sunt imagines ; quòd statim tactâ terrâ resultent, saltibusque potiusquam gressibus ferantur : capræ acutissimo visu feruntur ; quippe *δορμάδες* dictæ, ἀπό τοῦ δορμᾶν : videre. Phil. Carp. DILECTAM, amorem, charitatem, Hebr., Septuag., sponsam ipsam, amores meos, delicias meas ; imò amorem ipsum (1).

(1) *Adjuro vos*, etc. Hæc sententia repetitur proximo capite, et iterum cap. 8. Nisi quod tertio loco non additur illud, *per capreas cervosque camporum*. Significatur autem hæc sententiâ quam sit in Ecclesiâ status excellens eorum qui vacant contemplationi, quæ propter quietem et suavitatem aptissimè comparatur somno : non cuicumque tamen, sed illi de quo dicitur infra cap. 5 : *Ego dormio, et cor meum vigilat*. Sæpi enim homines vacantes studio contemplationis dormiunt quidem à negotiis et tumultibus externis, sed cor eorum vigilat in assiduâ cogitatione rerum cælestium. Unde propter hos peculiariter Ecclesia à sponso suo dilecta vocatur, quia contemplatio accendit amorem, juxta illud Psal. 58 : *In meditatione meâ exardescet ignis*. Hic igitur vetat sponsus excitari, id est, advocari à quiete contemplationis ad negotia externæ actionis, donec ipsi velint, quia quamvis necessitas

VERS. 8. — VOX DILECTI MEI. Hæc et similia videtur primum sponsa secum ipsa loqui, ut sit in magnis affectibus; postea autem, tanquam votis vocatus et suspiriis, ipse intervenire sponsus. Illa ergo, ut sponsum semper somniabat, cum audire se putat exiguans; quin etiam videre citatis ad se passibus properantem, jam montes, jam colles transilientem more caprearum atque hinnulorum, jam proximum; et reverè sponsus ad auroram egressus, ut vidimus, sed brevi reversus aderat amoris impatientiâ (1).

VERS. 9. — CAPREÆ, HINNULOQUE. Blanda vocabula, quibus sponsus et sponsa vicissim se compellant. Unde illud in Proverbiis, 5, 19: *Cerva charissima, et gratissimus hinnulus; ubera ejus inebrient te in omni tempore; in amore ejus (casto illo et conjugali) delectare jugiter.* Quæ blanditiæ, ex venandi studio juvenibus puellisque communi, profectæ esse videntur: hic autem velocitatem sponsi occurrentis expriment. EN IPSE STAT POST PARIETEM: paries inter nos et Christum, mortalitatis conditio. Paries, lex vetus Christi morte vacuata, ut solutis inimicitis, gentes cum populo Dei in unam Ecclesiam coalescerent: Eph. 2, 15, 16. Paries, iniquitates quæ inter nos et Deum dividunt, et abscondunt faciem ejus à nobis, ne exaudiat, Isai. 59, 2, etiam ne vox ejus penetret ad nos. Paries, creaturæ post quas stat ipse Deus per eas loquens; ac si fas dicere, paries, ipsa Christi caro opansa divinitati, per quam dulce sonat, vimque suam exerit PROSPICIENS PFR FENESTRAS..., PER CANCELLOS: non intrare ausus, ne dormientem excitaret, cum tamen velut amore victus, statim alloqui incipiat. Præclare Ambros. in Psal. 118, oct. 6, n. 18: Sponsus tanquam lascivienti ludens amore, quia vellet pertentare sensus amantis, sæpè egressus ut quæreretur à sponsa, sæpè regressus ut invitaretur ad oscula, adstans (adstiterit) post parietem, prospiciens (prospexerit) per fenestras, eminens super retia (seu cancellos) ut non totus abesset, nec quasi totus intraret, et ipse ad se sponsam vocaret, ut veniendi ad se invicem fleerent gratiora commercia; amorisque vim mutuis adolerent (accenderentque) sermonibus (2).

proximorum nonnunquam postulet, ut etiam tales relicto contemplationis otio, ad actionem se transferant; ejus tamen necessitatis judicium Ecclesie competit, non tam in iis qui solis sunt dediti actioni, quam in iis qui etiam amatores sunt vitæ contemplativæ, et camque exercent, in actu, vel in habitu: velut qui ad judicandum hujusmodi necessitatem sunt aptiores. *Spiritualis enim judicat omnia*, 1 Cor. 2. (Estrus.)

(1) *Dilecti mei, amasii mei. Super, ultra. Subsiliens super colles, saltans ultra colles, id est, saltu pertransiens colles. Alii: Raptim accurrens per colles. Alii, transitit colles.* (Vatablus.)

(2) *Stabat tanquam post parietem, quasi per fenestras cœli contemplans. Ideo dicit: Vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto.* (Clarius.)

En, dilectus meus loquitur mihi Ad verb., respondit, locutus est. וַיִּשְׁמַע סָרְפָּתְךָ סֵרְפָּתְךָ sermonem ordinari significat; sed tum, propriè, cum tacitè alicujus cogitationi occurrit, et velut responderet. (Mercerus.)

Hæc et sequentia usque ad finem capitis sunt verba sponse somniantis. Inducitur ergo Christus Ecclesiam intra muros Jerosolymæ latitantem compellens.

VERS. 10. — SURGE, PROPERA. *Prædica verbum, instat opportune, importunè, 2 Tim. 4, 2. Properato opus, nec segnes conatus patitur aut spiritus efficaciam, aut animarum periculum. Surge de quiete contemplationis in qua te unum cogitas, et veni ad excitandos desides animos. COLUMBA, dicit hic Hebr. Sumptum ex Septuag.; habetur infra 14 (1).*

VERS. 11. — HYEMS, PERSECUTIONES, TENTATIONES (2).

VERS. 12. — FLORES. Rus invitat ipsa veris amenitas. TEMPUS PUTATIONIS ADVENIT. Age pariter, arripiamus cultellos mundandis ac putandis arboribus et vineis. Spirituali sensu, *sectio, remissio peccatorum est, moderatio affectuum, Orig. hom. 2 in Cant. Vox turturis; ejus avis quæ semper in montium jugis et arborum verticibus commoratur, n. 12, pag. 22: vox scilicet sublimium animarum, procul ab hominum consortio degentium. Vox turturis, fidissima castissimaque amantis, nec post unum amatorem, alterum admittentis unquam. Apon. item. Vox turturis ingemiscens potius ac veluti suspirantis, quam aliquid resonantis; quod nobis quoque solitariè agentibus inspiret pios gemitus, et ad unum Christum blanda suspiria (5).*

et à somno contemplationis suscitans, et vocans ad conversionem, et sollicitudinem proximorum.

(Menochius.)

Loquitur, nempe propius et pressius et articulatiùs, cubantem et dormientem excitans. (Tirinus.)

Sed non est verisimile hæc esse sponsæ verba eo tempore dicta quo dormiens inducitur; neque enim qui cum interpellari noluit, vers. 7, jussisset ut statim surgeret, ut molestum onus ex ulnis excuteret. Et cur invitaretur in hortos, in quibus jam erat? Malim ergo hic referre sponsam cum orationem quæ à suo dilecto jussa est lecti relinquere molliem, et portam aperire. Summam orationis complexa erat c. 5; hic totam orationem accuratiùs repetit, atque minutiùs. Sanè ex præf. וַיִּשְׁמַע locutus est, liquet sermonem præcessisse, quem hic repetit. (Sanctius.)

(1) *Surge.* Supponit hoc eam à Christo quodammodo alienatam, ut eam excitari et revocari opus sit. Dicit hoc possit, vel ad irregentos, vel ad regentos, sive somnolentos, sive lugentes et dejectos. *Veni, et vade tibi, vel ad tua, ut vers. 15, vel tuo bono: vel tibi redundat.* Ostendit presentem ejus statum non fuisse optabilem, è quo Christus eam vocat. *Et tibi, id est, ades, veni mecum rus.* Jam satis domi latitasti ob vim persecutionum, quæ jam timende non sunt; potes in publicum prodire; jam libertas tibi restituta est, signa jam salutis undique apparent; id quod per signa veris quæ subjungit intelligitur. (Synopsis.)

(2) *Quia ecce hyems transit, imber mutatus est et abiit.* Dixeris hanc vitam esse instar hyemis perpetuæ, quod sanè verum est, si comparetur cum vitâ futurâ. Sed hujus vitæ partes inter se si comparantur, sunt huic vitæ suæ tempestates, hyemes suæ: est et illi suum ver. (Jacob. Cappellus.)

(5) *Flores apparuerunt, etc. Veris descriptio est. Venti potest Hebræus: Flores apparuerunt in terrâ; tempus cantus advenit, quo tempore aves canere incipiunt. Aptius tamen venit: Tempus putandi, amputandi ramos, qui inutiles viti sunt. Vide Job, 5, 32. Post injurias ab Ecclesiâ ex Judæis atque ethnicis toleratas, quas optimè hyemem dixeris, flores apparuerunt in hæc viventium terrâ, agroque electissimo, quem Christus suis et Apostolorum sudoribus coluit. Universus orbis, quem ante Christum spæc bonorumque operum sterilitas horridum fecerat, statim ornatus, cultus ac ferendus apparuit. Christianarum ibi virtutum, sublimissimarum insolitarumque exempla florere. Cum verò inter innumerum sanctorum*

VERS. 13. — **FICUS PROTULIT GROSSOS.** *Ab arbore fici discite parabolam*, Matth. 24, 32. A proventu ramorum, foliorum, nodorum, fructuum, piarum animarum progressus cognoscite. Origenes. VINÆ FLORENTES. Si flores erumpunt, erit et uva; si odor, erit et sapor: ita et in piis animabus. Idem (1).

cœtum quidam etiam Christiani debiles, imperfecti, malique irrepserint; tunc maximè *putandi*, censurasque et pœnas admovendi necessitas apparuit, ut licentia coerceretur, et vitia removerentur. *Vox turturis*, etc. Turtur avis peregrina est, quæ per hyemem in ferventiores regiones discedens, verè ad nos redit. Turturis cantus, seu gemitus, symbolum est prædicationis Jesu Christi, seu potius pie animæ gemituum, in hoc exilio plorantis, cœlestique sponso jungi enixè cupientis. (Calmet.)

(1) **FICUS PROTULIT GROSSOS SUOS; VINÆ FLORENTES** (Symmach. *vitium flos dedit*) DEDERUNT ODOREM SUUM: SURGE, AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI. Septuag. : *Arbor fici produxit germīna sua, vites florent, dederunt odorem suum.* Pro *florent*, Græcè est, *καλλιφροναι*, id est, *cyprisantes*, hoc est, instar cypri florentes et redolentes. Grossi vocantur primæ ficus, qui quandoque immaturi decidunt, sed dant specimen et spem maturitatis et perfectionis cæterorum; quandoque maturescunt, suntque dulces et suaves, teste Columellâ lib. 5, c. 10; grossos ergo hic intellige decidos, vel potius maturescentes. Hebr. enim est *אפאי* *pag*; unde Latinum *ficus*: *pag* autem nonnulli Hebræi derivant à פנאך *panac*, elisâ mediâ *mai*, id est, *deliciatus est*; ficus enim recentes sunt delicæ oris et stomachi, præsertim grossi, sive primæ maturæ, de quibus Mich. c. 7 dicitur: *Præcoquas ficus desideravit anima mea*, Pro *florentes*, Hebr. est סמדר *semadar*. Quod significat *florem sive folliculum vitis*, cum jam granescere incipit, ac minuta uvarum grana producit. Ecce quod versu præcedenti dixi hic notari ver non tantum incipienti, sed et proficiens sive adultum. Nam ficus proferunt grossos, et vineæ florent ac granescunt vere adulto. Nominat præ cæteris arboribus ficum et vitem, quia harum fructus, puta ficus et uva, sunt suavissimi et præstantissimi: omnis enim fructus aliarum arborum habet aliquid aërosi, crudi et incocti, sola ficus ob calorem nil habet crudi, sed omne maturum, et percoctum; nec lapillos aut nucleos habet ullos, sed merum succum, edulem, et saccharum, sive melleum. Unde ille ficum aiebat esse bursam mellis; hisce fructibus sponsus invitatur sponsam è lectulo in agrum et vineam.

Primus sensus adequatus, de Christo et Ecclesiâ: Apostolis in vere, puta in Pentecoste, et deinceps prædicantibus, ficus protulit grossos, id est, multi Judæi ad Christum conversi sunt; et vineæ florentes, id est, gentes credere incipientes, dederunt odorem sanctæ vitæ, fidei, et exempli, suum, indeque spem magnæ fertilitatis, puta conversionis omnium omnino gentium. Porrò sicut grossi nonnulli maturescunt, sed per plures immaturi decidunt, sic pauci ex Judæis in fide fuere constantes; per plures enim ex eis à fide defecerunt, et in Judaismum relapsi sunt: multos enim ex turbâ Christus prædicando convertit; sed major eorum pars ob metum pontificum et scribarum detecit, præsertim dum vidit Christum pati, crucifigi et mori. Similiter Joannes Baptista multos Judæorum suâ austeritate et efficacità prædicandi convertit, sed multi ex iis in pristina seclera relapsi sunt. Unde Christus Joannis 5 loquens de Joanne: *Ille, ait, erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus*, quasi horariam significans fuisse eorum conversionem. Quosdam verò ipsemet Joannes arguebat non sincerè credentes: *Progenies viperarum*, inquit, *quis vobis demonstravit fugere à venturâ irâ? Facite ergo fructus dignos penitentia, etc.*

Porrò de iis qui Christo prædicanti crediderunt,

VERS. 14. — **COLUMBA MEA**: columba similis illi solitariæ quæ in foraminibus petræ, seu rupis, trepida

quàm pauci permanserint fideles, vel ex eo liquet, quòd eo adhuc prædicante multi discipulorum abierunt retrò, ita ut conversus diceret ad duodecim: *Numquid et vos vultis abire?* In passionem quoque traditus, etiam ab his ipsis duodecim fuit derelictus, et ferè ab omnibus abnegatus, inclamante fortiter universâ multitudine Judæorum ante faciem Pilati: *Tolle, tolle, crucifige, crucifige eum. Sanguis ejus super nos, etc.*, Matth. 26. Denique quàm fuerit immaturus ille Judæicæ penitentia fructus et grossus, liquet ex eo quod ait Paulus Judæis: *Vobis oportebat primum loqui regnum Dei, sed quoniam repellitistis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, convertimini ad gentes*, Act. 13, 46. At verò florentes vineæ odorem suum dederunt gratissimum, quoniam videlicet gentium populi per orbem universum dispersi, qui usque ad Christi adventum infructiferi, quasi in hyeme quâdam idololatriæ perpetuâ fuerant, ad prædicationem sanctorum Apostolorum statim florere cœperunt, ac florento odorem suavissimum gratissimumque in naribus Domini Sabaoth effundere, qui proinde halitu virtutis et famæ suæ, omnia holocausta et thymiamata legis veteris longè superavit. Ita sanctus Gregorius Nyssen., Cassiodorus, Beda, Philo, Anselmus, Rupertus et S. Bernardus. Idipsum facto representavit Christus cum esuriens quæreret ex ficu fructus, nec inveniens illi maledixit, dicens: *Numquàm ex te fructus nascatur in sempiternum, et arefacta est continuo ficulnea*, Matth. 21, 19; ficulnea enim hæc, æquè ac illa quam herus ob sterilitatem jussit succidi, Luc. 15, 6, representabat synagogam, puta Judæorum in fide ariditatem et reprobationem, uti docent S. Hieronymus, Gregorius, Hilarius, cæterique Patres Græci et Latini unanimes consensu.

Audi S. Ambrosium, lib. 7 in Lucam c. 13 ficum comparantem cum aliis arboribus: *Alia, inquit, florentem ferunt antequàm fructum pomaque ventura prænantio sui flore designant: hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In aliis flos decutitur, et poma nascuntur: in hæc poma decidunt, ut poma succedant; ergo priora illa cassa fructuum, vice florentis emergunt.* Deinde idipsum Judæis et gentibus applicans: *« Specta nunc, inquit, cultus et animos Judæorum qui quasi primi fructus malè feracis synagogæ, grossi labentis similitudine corruerunt, ut mensura supra ævum nostrî generis poma succederent. Etenim primus synagogæ populus, quasi cradice operum infirmus amenti, ubertatem sapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideò velut inutilis decidit fructus, ut quasi ex iisdem clavicularis arboris fructuosæ, de pinguedine religionis antiquæ, novus Ecclesie populus emergeret. Ergo ille qui erat, esse desinit, ut iste inciperet qui non erat. Primi tamen ex Israel, quos naturæ validioris ramus extulerat, sub umbrâ legis et crucis, in utriusque sinu, succo gemino colorati, grossi maturescentis exemplo, pulcherrimorum gratiâ fructuum cæteris præstiterunt, quibus dicitur: *Sedebitis super duodecim thronos judicantes duodecim tribus Israel*, Matth. 19. »*

Hic pertinet expositio S. Anselmi: *Ficus protulit grossos suos, id est, ait, legis veteris præcepta, velut fructus inutilis deciderunt; nam, ut ait S. Bernardus serm. 60, « et verè quid non grossum in gente illâ? Nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus, sed nec ritus, quem in colendo Deum habuit: nam actus in bellis, affectus in lucris erat totus, intellectus in crassitudine literæ, cultus in sanguine pecudum et armentorum. »* Subdit deinde perfectam fuisse à synagogâ Judæorum hanc grossorum productionem. *« Cùm Christum occidit, tunc completa est malitia ejus, juxta quod ipse scis prædixerat: *Implete mensuram patrum vestrorum. Unde in parabolo traditur jam spiritibus consummatum est*, inquit. *O qualem consummationem dedit grossis suis ficus**

latitat : aut *in cavernâ maceria*, in hiatibus siccâ muri, sive interrupti et labentis. Age, erumpe e tuis late-

« hae maledicta, et subinde aeternâ ariditate damna-
« ta! » Et pluribus interjectis : « Ex tunc itaque dici
« potuit, quia ficus protulit grossos suos, cum jam vi-
« delicet legitima illius populi esse coperunt quasi in
« exitu super summum, ut novis juxta veterem pro-
« phetiam) supervenientibus vetera projicerentur. Non
« aliter sane quam quomodo grossi cadunt, et cedunt
« suborientibus ficibus bonis. » Subdit deinde S. Bernar-
« dus, sicut vinea florentis odore fugantur serpentes,
« sic fervore primorum Christianorum fugatos esse
« demones ; additque : « Caterum si vinea anima, flos
« copus, odor opinio est, fructus quid? martyrium. Et
« verè fructus vitis, sanguis est martyris. » Sic et S.
« Gregorius : « Ficus, ait, protulit grossos suos, quia S.
« Ecclesia martyres suos ad aeternam patriam præmi-
« sit. » Sic et Aponius.

Symbolicè, ficus est Christus et Christi crux :
primò, quia ficus ramos et folia habet rara, vaga et
vina; ita Christus et crux specie externâ, mundanis
vitis fuit et despectus. Secundò, quia ficus nullos flo-
res emittit, sed pro floribus illicò dat fructus, eosque
dulcissimos; sic Christus illicò dedit suavissimos fru-
ctus, cum Judæos et gentes salvavit. Tertiò, quia
multi censent pomum vetitum, quod comedit Adam,
fuisse ficum. Ita Theodoretus, Gennadus, Isidorus, et
alii quos citavi. Gen. 3. Decuit ergo Christi crucem,
vel fieri ex ficu, vel eâ significari, ut ficus quæ mor-
tem dederat inobedienti Adæ illiusque posteris, vitam
daret obedienti Christo et Christianis. Hinc Bello-
nius, qui terram sanctam et totum Orientem peragra-
vit lib. 2 Observ. 88, subindicat materiam crucis
Christi fuisse ficum, quòd hæc arbor frequens in Pa-
lestinâ, frequens quoque esset in fabrorum officinis,
licet alii aliter sentiant, ut dicam c. 7, 8. Vites sunt
Apostoli, quia vites hæc toto orbe transplantate, cop-
iosas uvas et vinum conversionis gentium Deo et
Christo protulerunt.

Symbolicè rursùm S. Bernardus in Declar. per
grossos accipit dignitates ecclesiasticas, quas multi
ambiunt; sed variè, quia grossi sunt mox casuri :
« Ficus, inquit, protulit grossos suos, quòd videlicet
« persecutione cessante, in clyta facta sit Ecclesia, po-
« sita in superbiam seculorum. Quam sanè excellen-
« tiam et sublimitatem dignitatum congruè satis gros-
« sos vocat, ut tam futura in his moreat quam presen-
« tia cogitare : grossi enim præsgia sunt futurorum
« fructuum, quia quæ videntur temporalia sunt, quæ
« autem non videntur, aeterna. »

Secundus sensus partialis, de Christo et animâ sanc-
tâ : Ficus et vitis fidei cuilibet excolenda, est anima ;
hæc enim, si rite colatur, dabit ficus suavissimas man-
suetudinibus, patientiæ, eleemosynæ, suavitatis morum
et sermonum; ac uvas, vinumque charitatis, quod men-
tem accendit et Dei amore inebriat. Hinc illud Prov.
27, 28 : *Qui servat ficum, comedet fructus ejus.* Vide
ibi dicta. Audi S. Bernardum serm. 60 : « Dico autem
« per gratiam Dei, quæ in nobis est, et ficus nos ha-
« bere et vineas. Ficus quidem, quia suaviores in mo-
« ribus sunt; vineas verò, quia spiritu ferventiores.
« Omnis qui se inter nos communiter socialiterque
« agit, et non solum sine querelâ conversatur inter
« fratres, sed et multâ cum suavitate fruendum se
« omnibus præbet in omni officio charitatis, quidni il-
« lum vicem agere ficus convenientissimè dicam? » Et
pluribus interjectis : « Jam qui vinea sunt, severiores
« nobis quam suaviores se exhibent, in spiritu vehe-
« menti agentes, zelantes pro disciplinâ, vitia acerrimè
« corripientes, aptantes sibi congruentissimè vocem
« suam : Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et
« super inimicos tuos tabescebam? Item, zelus domus
« tue comedit me; et mihi quidem illi in dilectione
« proximi, isti in dilectione Dei eminere videntur. »

Generalius Theodoretus per grossos accipit primos
anime fructus fidei, quos sequuntur fructus bonorum

bris. OSTENDE MIHI FACIEM TUAM : SONET VOX TUA. Si
aperire non vis, ostende te saltem, dignare vel ver-

operum. Porrò qui sint grossi S. Bernardus initio
serm. sic explicat : « Vere ficus est populus fragilis
« spiritu, parvulus sensu, animo humilis, cujus primi
« fructus interim nomini alludamus grossi utique et
« terrem; nec enim popularis est studi. primum qua-
« rere regnum Dei et justitiam ejus; sed, ut ait Aposto-
« lus, cogitare quæ mundi sunt, quomodo placuit vici-
« ribus, vel illa viris; tribulationem tamen carnis ha-
« bebunt hujusmodi; sed in novissimis non negamus
« eos fructus fidei assecutos, si bonam habuerint no-
« vissimam confessionem, maximeque si carnis opera
« elemosynis redemerint. Ergo primi plebium fru-
« ctus, nec fructus sunt, non magis quam ficum
« grossi, qui ad nihil utiles sunt, nisi quod secuturi
« fructus sunt quidam prænuunt, sed immature ca-
«idunt et dant locum maturandis, ipsi minime habiles
« ad crescendo. »

Anagoge, ficus et vitis representant suavitatem
patriæ celestis; ibi enim nos Deus ficibus celestibus
et vino divino potabit, juxta illud Christi promissum :
*Et ego dispono vobis requiem, ut edatis et bibatis super
« mensam meam, Luc. 22, 50. Et : Dico vobis, quia non
« bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem il-
« lum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris
« mei, Matth. 26, 29. Hinc et Christus finem mundi,
« diemque judicii et resurrectionis representavit per
« ficum : Videat fulcram, inquit, et omnes arbores,
« cum producant jam ex se fructum, scitis quia prope est
« aetas; ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quon-
« iam prope est regnum Dei, Luc. 21, 29.*

Hic spectat versio Chaldaei, qui hæc refert ad in-
gressum Hebræorum in terram promissam, ubi quis-
que quietus lætusque sedit sub vite et ficu suâ. Hic
enim ingressus fuit typus introitus in terram viven-
tium, puta in cælum. Audi Chald. : « Cæcus Israel, qui
« comparatus est præcocibus ficibus, aperuit os suum,
« et dixit canticum super mare carectosum, et etiam
« pueri et infantes laudaverunt dominatorem seculi
« linguis : illicò dixit eis dominator seculi : Surge tibi,
« congregatio Israel, dilecta mea et formosa mea, vade
« hinc ad terram quam juravi patribus tuis. »

Porrò sicut grossi præcedunt ficus, earumque fer-
tilitatem prænuunt, sic boni virtutis actus prænuunt
sunt dulcissimorum fructuum, quibus perfruimur
in cælo. Ita Nyssenus. Hinc rursùm, Orig. hom. 4
ex quatuor, per vites florentes accipit angelos qui
« hominibus, inquit, largiuntur odorem suum, id est,
« doctrine et institutionis bonum, quo instruunt et
« imbuunt animas, donec ad perfectionem veniant, et
« incipiant capaces fieri Dei. » Et post nonnulla : « Ange-
« licæ, inquit, virtutes, quibus electi quique et beati
« in resurrectione sociabuntur, qui erunt sicut angeli
« Dei, ipsæ sunt florentes vites et vineæ, quæ odorem
« suum unicuique anime, et gratiam quam à conditore
« suscepit prius, et nunc iterum perditam recuperavit,
« impertiunt, suavitateque celestis odoris factorem
« tandem abjectæ ab eis mortalitatis corruptionisque
« depellant. »

Tertius sensus principalis, de Christo et B. Virgine :
Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est, ait Propheta.
Vineæ ergo, id est, « patriarchæ, inquit S. Bernardus,
« Christum in carne nasciturum et moriturum adora-
« verunt, at non dederunt odorem suum, quia secre-
« tum suum non publicaverunt. Dederunt autem postea,
« cum per successiones generationum nascentem ex
« se Christum secundum carnem, partu virgineo secu-
« lis ediderunt. Tunc planè, inquam, spirituales illæ
« vineæ dederunt odorem suum, cum apparuit benignitas
« et humanitas Salvatoris nostri Dei, et cepit præ-
« sentem habere mundus, quem pauci adhuc absen-
« tem præseuerant. » Et post nonnulla : « Dictum est
« itaque vineas dedisse odorem, sive quia fideles ani-
« mæ bonam de se ubique opinionem spargunt, sive
« quòd palam facta sunt mundo oracula et revelatio-

bulo, amantique ac dolenti aliquid solatii imperitare. Sic amans vel exiguum quid à dilectâ volente ferre velit; neque aliter, suo more Christus (1).

VERS. 15 — CAPITE NOBIS VULPES. Posteaquam sponsa tam blandè invitata consurgit, jam ad puellas sponsæ comites se convertit sponsus, easque cum ipsâ simul invitat ad insectandas vineæ insidiantes vulpeculas. Hæc igitur, inter oblectamenta rustica, secundula dies desinit, peragratique campis, ac venatu defatigata sponsa domum anteit, multum adhortata sponsum ut nullâ morâ veniat; negat enim, aut sibi sine sponso, aut ipsi sine sponsâ fas esse vivere, unde sequitur (2).

VERS. 16. — DILECTUS MEUS MIHI, ET EGO ILLI;

«nes Patrum, et in omnem terram exivit odoratus eorum, dicente Apostolo: *Manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloriâ,* » 1 Tim. 3. Hinc tres anonymi apud Theodor. per vinearum, id est, Ecclesiæ florem intelligunt tres magos, qui fuere primitiæ gentium credentium, dum in Bethleem venerunt ad Deiparam, ac Christo obtulerunt thus quasi Deo, aurum quasi regi, myrrham quasi mortali, et pro hominum salute morituro.

Surge, amica mea, speciosa mea, et veni. Hæc iteratione, inquit Nyssenus suscitatur anima ad progrediendum semper in virtute, et proficiendum in spiritu. « Neque enim ei, inquit Nyssenus hom. 5, qui verè surgit, unquam deerit semper surgere, neque ei, qui currit ad Dominum, unquam consumetur amplum et latum campi spatium, ad divinum cursum proficiendum. Oportet enim semper surgere et excitari, et per cursum appropinquando nunquam cessare. Quamobrem quoties dicit: *Surge et veni*, toties ad id, quod est melius ascensionis, ea, quæ deinceps sequuntur, à Verbo adjiciuntur. » S. Bernardus verò, serm. 61: « Commendat, inquit, sponsus multam dilectionem suam iterando amoris voces. Nam iteratio, affectionis expressio est, et quòd rursùm ad laborem vinearum sollicitat dilectam, ostendit quàm sit de animarum salute sollicitus. Nam vineas animas esse jam audistis. » (Corn. à Lap.)

(1) *Columba mea quæ versaris in fissuris petrarum, in latibulo locorum præruptorum.* Notum est columbarum ingenium, quantoperè ament versari et nidificare in petrarum fissuris locisque præruptis atque saxosis, in quibus tutò possint delitescere. Hic ergo *fissuræ petrarum, latibulum prærupti atque præcipitis loci* sunt, uti loquuntur Rabbini. Columbæ in antris rupium delitescere amant, inprimis præ metu accipitris.

(Lud. Cappellus.)

(2) *Capite nobis.* Post amoris sponsi et sponsæ promotiva, hic inseruntur impeditiva; et licet plura fuerint in deserto, ubi populus pluries offendit Deum, tamen hic ponuntur duo magis notabilia: secundum ibi: *In lectulo meo*; primum autem impedimentum est de adoratione vituli, quod fuit maximum ad quod inductus fuit populus per aliquos ad idololatriam magis pronos, et fraudulenter sub specie boni dicentes Aaron, Exod. 34: *Fac nobis deos qui præcedant nos: Moysi enim viro huic, qui nos eduxit de terrâ Ægypti, nescimus quid acciderit*; quasi dicant: Non possumus procedere sine ductore; et isti postea fuerunt intercepti per Levitas, ut ibidem habetur, et hoc est quod dicitur: *Capite nobis*, id est, interfecte, *vulpes parvulas quæ demoliantur vineas*, id est, personas dolose inducentes populum ad idololatriam; *nam vinea nostra*, id est, plebs Israelitica (Isai. 5: *Vinea Domini exercituum domus Israel est*), *floruit*; floruerat enim hæc vinea in receptione legis devotâ, et sicut tempore floritionis vineæ vulpes ibi transeunt, et flores

quod repetit infra, 6, 2, et 7, 10, quale illud, Apoc. 3, 20: *Cænabo cum illo, et ipse mecum.* QUI PASCIT (1): qui agit oves *inter lilia*. Alii, *pascitur*; nam ipse quoque pascitur, reficitque se in locis amœnissimis. Hoc etiam iterat infra, 6, 2, sponsum semper videns floribus et omni veris amœnitate circumdatum. Pulchrè Ambrosius in Psal. 118, serm. 2: « Pauci possunt dicere: *Dilectus meus mihi, et ego illi*; ille dicit, qui adhæret Deo totis sensibus, et aliud cogitare non noverit; non ille, cui non satis est Dei Filius, in quo sunt omnia; non ille, qui jussus omnia vendere, contristatus est: ille dicit, qui potest dicere: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te*, Matth. 19, 22, 27. »

VERS. 17. — DONEC ASPIRET DIES. Donec redeat dies, cujus initio et aura lenis afflare solet et umbræ diffugere. De quâ aurâ Anchises apud poetam, *Aneid.* 5:

En me savvus equis Oriens afflavit anhelis.

INCLINENTUR UMBRÆ: fugiant, Hebr. SIMILIS ESTO CAPRÆ HINNULOQUE CERVORUM qui versantur SUPER MONTES BETHER: Adrichomio, in Benjamin montes nemorosos, repletosque plantis aromaticis, quibus cervi et capræ maximè delectentur. His ergo tam vegetis, tam velocibus rediturum sponsum æquiparari postulat. Ergo summa est: Revertere ad me; capreis hinnulisque velocior, quieturus mecum, donec te dies revocet ad consuetos labores.

His autem adumbratur sublimis anima, sopitis sensibus, altissimâ intus quiete potita, sponsique intus alloquentis incitata vocibus. Atque is prout vult spirat, venit, elabitur, appropinquat, accelerat, abit, revocatur; per cancellos prospicit et fenestras, quia hujus vitæ tempore non plenâ luce se infundit; hortaturque sponsam, et provocat non sedere intrinsecus segnem, sed exire ad se forâs, et conari ut, non jam per fenestras et cancellos, sed procedens forâs facie ad faciem, videat eum. Origen. hom. 5 in Cant. (2). Ver post hyemem, gratia post peccata per penitentiam. Ibi in floribus certa spes fructuum, virtutumque primitiæ, animæque diligenter exulta

exultantes faciunt magnum damnum; sic prædicti idololatriæ in vineâ Israel fecerunt magnum damnum spirituale; verumtamen quia Levitæ junxerunt se cum Domino et Moyse, Exod. 32: *Si quis est Domini, jungatur mihi: congregatique sunt ad eum omnes filii Levi*, qui erant pars notabilis populi, ideò in personâ eorum dicit sponsa. (Lyranus.)

(1) Ici et de même au chap. 6, 2, la Vulgate porte *pascitur*. Cependant, comme Bossuet paraît insister dans sa note sur la première leçon, nous n'osons corriger son texte: nous nous contentons d'avertir de cette différence. (Edit.)

(2) Nous ne trouvons pas dans l'édition d'Origène, publiée par les Bénédictins en 1755 et suiv., les Homélie 5 et 4 citées par Bossuet; et l'édition des Bénédictins n'en donne que deux qui sont distinguées du Commentaire du même Origène sur le Cantique des Cantiques. Il paraît que les réflexions touchantes par lesquelles l'illustre auteur termine ce chapitre sont composées de différents traits et de quelques paroles semées çà et là dans ces deux ouvrages d'Origène et des autres docteurs qu'il allègue aussi.

(Edit.)

suavis odor et sponso gratissimus. Hæc igitur secunda die, grata vite novitas; et recentiore adhuc conversatione hyemis transactæ commemoratio, et in amplâ licet virtutum copia, tamen comparatione futuro, uniproventuum, flores potius quam fructus; tempusque putationis, ac multa ressecanda; quodque eodem alio sub figura recidit, captura vulpium pusillæum. Sum enim maligni spiritus, Origen. hom. 4., vulpes illæ pusillæ, quæ per foveas et occulta insidiantur vineis, ubi primum germen ostenderint, nec sinunt eas ad florem pervenire; sive etiam prava cupiditates, quæ, dum adhuc parvæ sunt, capi jubentur; tunc enim facilè perimuntur; alidèntique ad petram pavuli Babylonis, neque permittendum ut crescant. Huic aliisque Patribus accinit Bernardus. Sponsus saliens in montibus, transiliens colles, est Christus præteriens angelos, ac semen Abrahæ apprehendens; Origen. homil. 5, idem. Christus animæ laboranti Scripturarum anigmata intus exponens, sponsus est loquens ille quidem, sed tamen adhuc post parietem delitescens, mox per fenestras et cancellos aspiciens pleniore jam luce. Qui cum magis ac magis appropinquare cœperit, et illuminare quæ obscura sunt; tunc eum videt anima salientem supra montes et colles, excelsæ scilicet intelligentiæ sensus suggerentem. Rursus, hyems, tempus passionis Christi; ver, Ecce-

sia nascens; tempus putationis, martyrum ætas, quæ Ecclesiæ suæcis crevit; vinciarum florentium odor, Ecclesiarum recentium lama ubique diffusa; vox iustitias, vox Ecclesiæ Christo inascolente desolata, epusque desiderio laborantis; tum suaves gemitus penitentis animæ. Vulpeculæ, heretici Ecclesiam devastantes, qui primum per insidias sese insinuant infanda astutia, mox aperte grassantur, vix ut compari possint, nisi principis obstes, dolosum animal, nec mansuete solitum, Apon., Bern., Thom.

Duobus his diebus licet intueri crescentem amorem. In primo sponsa quantumcumque ardens, sponsumque confidenter invitans, nonnihil tamen suæ formæ dilidit, ac veretur ne pulcherrimo sponso fastidio sit; blanditiis adhuc querit; necdum satis novit ubi recubet sponsus, aut eum satis subtiliter à sodalibus discernit. Secundâ vero die, sponsus statim atque discessit, citato gressu, et quidem non vocatus redit, sponsamque ultro, omni sermonis suavitate, omni objectâ raris amantitate, vocat ad loca solitaria, ubi secum assidue versetur; invitat etiam ut capiat vulpeculas, infortasque labes abstergat. Quæ omnia ad animæ purgationem, primumque christiane vite perfectioris gradum pertinere videntur: positus interim beate contemplationis initiis, in illo sopore animæ, Verbi inter amplexus suaviter quiescentis.

CAPUT III.

CHAPITRE III.

L'ÉPOUSE.

1. In lectulo meo per noctes quæsi quem diligit anima mea : quæsi illum, et non inveni.

2. Surgam, et circuibo civitatem : per vicus et plateas queram quem diligit anima mea : quæsi illum, et non inveni.

3. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem : Num quem diligit anima mea, vidistis ?

4. Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea : tenui eum : nec dimittam, donec introducâ illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.

5. Adjuro vos, filie Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

6. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula tami ex aromatibus myrrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii ?

7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel ;

8. Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi : uniuscujusque ensis super femur summi propter timores nocturnos.

9. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani :

10. Columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium autem, ascensum purpureum : media civitate constravit propter filias Jerusalem.

11. Egredimini et videte, filie Sion, regem Salomonem in diademate pro coronavit illum mater sui, in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.

1. J'ai cherché dans ma couche durant les nuits celui qu'aime mon âme ; je l'ai cherché, et je ne l'ai point trouvé.

2. Je me lèverai, et je parcourrai la ville ; je chercherai dans les rues et sur les places publiques celui qui est le bien-aimé de mon âme. Je l'ai cherché, et je ne l'ai point trouvé.

3. Les sentinelles qui gardent la ville m'ont rencontrée. N'avez-vous point vu celui qu'aime mon âme ?

4. Lorsque j'eus passé tant soit peu au-delà d'eux, je trouvai celui qu'aime mon âme ; je l'arrêtai, et je ne le laisserai point aller, jusqu'à ce que je le fasse entrer dans la maison de ma mère, et dans la chambre de celle qui m'a donnée la vie.

L'ÉPOUX.

5. Je vous conjure, filles de Jérusalem, par les chevreuils et par les cerfs de la campagne, de ne point réveiller la bien-aimée, et de ne la point tirer de son repos, jusqu'à ce qu'elle s'éveille d'elle-même.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

6. Qui est celle-ci, qui monte par le désert comme une petite vapeur d'aromatés, de myrrhe et d'encens, et de toutes sortes de poudres de senteurs ?

7. Voilà le lit de Salomon environné de soixante braves des plus forts d'Israël.

8. Tous sont armés d'épées, et très-exercés à la guerre ; chacun d'eux a l'épée au côté, à cause des craintes de la nuit.

9. Le roi Salomon s'est fait une litière de bois du Liban.

10. Il en a fait les colonnes d'argent, le dossier d'or, le sage de pourpre ; et il a orné le milieu d'affection pour les filles de Jérusalem.

11. Sortez, filles de Sion, et venez voir le roi Salomon avec le diadème dont sa mère l'a couronné le jour de ses noces, le jour où son cœur a été comble de joie.

COMMENTARIUM.

TERTIA DIES.

VERS. 1. — IN LECTULO MEO. Hic sponsa ad alterum statum provehenda, incipit exerceri desiderii et curis: postquam enim tertiæ diei initio in lectulo sponsum expectans, ne serâ quidem nocte advenisse sentit, angitur, eumque, moræ impatiens, quærit. PER NOCTES: plurali numero, qui sæpè pro singulari ponitur. An quòd expectanti nox longa, nec jam una esse videatur (1)?

VERS. 2. — CIRCUITO CIVITATEM. Me miseram, quæ potita Verbo, et ad ejus thalamum recto tramite intronissa per excelsissimas contemplationis vias, nunc circumire cogor, ac per vicos plateasque oberrare amens, avia, sine duce! Sic sæpè piæ ac sublimes animæ desolatæ ad tempus relinquuntur: sed quò magis recedere sponsus videtur, eò vigilantius latentem ac veluti fugientem investigare oportet. PER VICOS ET PLATEAS QUÆRAM. Cælum terramque peragrabo, ut dilecti vestigia relegam, eumque reposcam ab omnibus creaturis (2).

(1) *In lectulo meo.* Hic ponitur secundum impedimentum, quod contigit per exploratores qui terruerunt populum in tantum quòd, dimisso Moyse et arcâ Domini, voluerunt reverti in Ægyptum, dicentes. Num. 14: *Constituamus nobis ducem, et revertamur in Ægyptum, propter quòd Dominus iratus dedit sententiam irtractabilem, quòd omnes egressi de Ægypto à viginti annis et supra morerentur in deserto præter Caleb et Josue, et hoc impedimentum lamentatur sponsa, dicens: In lectulo meo, id est, in Moysi tabernaculo, ut dictum est supra, per noctes, id est, tempore tribulationis excitatæ per exploratores, quæsi vi quem diligit anima mea; Moyses enim et Aaron in tabernaculo oraverunt Dominum pro populo, ut dicta sententia temperaretur; sed quia non fuerunt exauditi, ideò subditur: Quæsi vi illum, et non inveni, etc. (Lyranus.)*

(2) *Surgam.* Ardor charitatis et amoris in zelum, quasi in transversum sponsam abripit, ut non vereatur noctu vagari per media tenebrarum silentia et pericula. Per noctes intellige afflictiones, per lectum sedem Ecclesiæ, per civitatem, vicos, plateas, loca, in quibus agere solet Christus, per custodes pastores caros et indoctos, aut etiam pestilentis ingenio, doctrinâ, moribus. *Per plateas* Masorethæ junxerunt cum verbo præcedenti *circuito*. Nam ibi pinxerunt *zakeph katon* accentum, maximè omnium post *soph pasce* et *athnah* distinguentem. *Circuito urbem* per vicos et plateas, (et) quæram meum dilectum. Rectius cum sequentibus: *Circuito urbem, et per vicos et plateas dilectum meum quæram.* (Genebrardus.)

Pro *vicos* Hebr. est שְׂכֵרִים *shekerim* plurale, cujus singulare est שֵׁכֶר *sheker*, id est, *tibia*, sive *pes*, qui à coxendice excurrit ad talos, indeque per metaphorâ *vicos*, sive *angiportus*, qui à plateâ aliorum excurrit, sicut tibia excurrit ex corpore. Unde Septuaginta vertunt ἐν ἀγοραῖς, id est, *in foris*. S. Ambrosius 5 de Virg. legit *in foro*; ἄγορᾶ enim est forum, ubi res vendentes palam omnibus exponuntur, sive ubi fieri solet hominum conventus. Porrò in urbe multa sunt fora; scilicet boarium, ubi hoves venduntur; olitorium, ubi olera; suarium, ubi sues; frumentarium, ubi frumenta; vinarium, ubi vina, etc. Significat ergo sponsa se quæsisse sponsum in vineis et foris, ubi solet esse hominum turba; at in turbâ non invenitur sponsum, qui amat secretum et solitudinem vel certè fidem et ordinem, qualis est in Ecclesiâ fidelium. Audi S. Ambrosium, lib. 5 de Virgine. « Non est Christus circumforaneus. Christus enim pax est, in foro ites; Christus justitia est, in foro iniquitas; Christus fides

VERS 3. — VIGILES, QUI CUSTODIUNT. Hebr.: Custodes qui circumbeant civitatem. En Ecclesiæ pasto-

« est, in foro fraus atque perfidia; Christus operator
« est, in foro inane otium; Christus charitas est, in
« foro obtrectatio. Denique forum subinde est furum;
« Christus in Ecclesiâ est, in foro idola; in Ecclesiâ
« vidua justificatur, in foro circumvenitur. Fugiamus
« ergo forum, fugiamus plateas. Non enim injuria
« tantummodò est non invenire quem quæras, sed
« etiam plerùmque ubi non oportet quæsisse, vulnus
« est; quæsisse in domibus virorum, qui sibi falsò do-
« ctorum nomen assumunt; quæsisse procacius quàm
« verecundiùs. » Circuit tamen sponsa, quia *domi* *con-*
sistere eam non sinebat amoris flamma, ait Theodor. Ad litteram, ut dixi, loquitur de Apostolis circumven-
tibus vicos et plateas Jerusalem, evangelizando, ut Judæos ad Christum converterent; verum in iis non Christum, sed Mosen, non spiritum, sed carnem, non veritatem, sed umbram invenerunt. Unde Chaldaeus more suo Judaizans ita vertit: « Dixerunt filii Israel ad invicem: Surgamus, et eamus, circumdemus tabernaculum fœderis, quod extendit Moses extra castra, et quæramus doctrinam à facie Domini, et majestatem sanctam, quæ sublata est à nobis; et circumvenimus per civitates et plateas, et per vicos, et non invenerunt eam. »

Mysticè, per vicos et plateas Theodoretus et Apolinus accipiunt sacras Scripturas; S. Gregorius verò, Beda et Anselmus exempla sanctorum, qui vel arctiorem (quam notant vici) vel laxiorem (quam notant plateas) vivendi rationem secuti sunt.

Anagogicè, Nyssenus accipit ordines et status angelorum et sanctorum in cœlesti Jerusalem. Unde S. Bernardus, serm. 76, censet sponsam hic quærere Christum in vicis et plateis ubi paulò ante predicaverat, et sanaverat infirmos, sed non invenit, quia Christus à morte resurgens à terrenâ Jerusalem ascenderit ad cœlestem.

Tropologicè, tres anonymi apud Theodoretum: « Civitas, aiunt, est anima pia quæ in seipsâ quærit sponsum, per fora actionis, et per plateas contemplationis alternatim obambulando, et ab unâ in aliam vicissim circumveniendo. » Ita anonymi. Philo verò Carpath. : « Per fora et plateas, hoc est, à præteritis vitæ meæ actionibus surgam, à malorum consuetudine discedam, discutiam conscientiam meam, et diligenter examinabo per circuitum actiones vitæ meæ, recogitabo annos vitæ transactæ, studiosè quæram in civitate, hoc est, in Ecclesiâ, in Scripturis sanctis, in sanctorum vitis et exemplis, quomodò ad Deum rectè ambulare debeam, et quomodò lucisque viverim et ambulârim: per latas enim et apertas peccatorum vias incesi, communes mores et consuetudines aliorum imitata sum. Ob idque per fora et per plateas dicit se disquisitionem secundum illud: *Cogitavi vias meas, et converti pedes meos in testimonia tua.* In foris enim et plateis exponuntur, venduntur, tractantur omnia corporis voluptati solito modo idonea et grata, quibus animæ Christianorum miserabiliter captantur et occiduntur. Ab iis se quoque vexatum proficitur, et ab iis se prohibitum ne quærendo Dominum inveniret. *Arcta est enim via et angusta, quæ ducit ad vitam*, Matth. 7. »

Symbolicè, circuit anima civitatem, cum cogitatione circuit mundum, contemplans cælum, terram et omnia quæ in eis sunt, ut philosophi fecerunt, sed non invenerunt Deum, tum quia cum Deum ex eis per umbram cognovissent, eum tamen ut Deum non glorificaverunt; tum quia luce fidei destituti in multos errores inciderunt, ac circumveniendo in suam ignorantiam relapsi sunt, atque creaturæ potius quam Creatori servierunt, indulgendo suis voluptatibus, ambitioni et honoribus: tum docet Apostolus, Rom. 1: unde in circuitu contemplationis et experientiæ omnium mundi honorum, magnam se vanitatem et afflictionem

res, eorumque officium designatum. NEM QUËM DILIGIT : quasi verò omnes tenere oporteret quid cogitet ipsa. Bern. serm. 79 in Cant. II. 4 (1).

VERS. 4. — IN DOMUM MATRIS MEÆ, ET IN CUBICULUM GENITRICIS MEÆ. Eiusdem materni cubiculi mentio iterum infra, 8, 2. Certus quidem erat apud animum expertum esse docet Salomon, Ecclesiastæ 2, 3 et sequent. Quocirca sapienter S. Augustinus in Psal. 5, 5, ad illa : *Exquisivit Dominum, et exaudivit me*, inquit : « Noli aliud à Domino extra illum quærere, sed ipsum Dominum quære, et exaudiet te, et adhuc te loquente dicit : Ecce adsum ; quid est ? Ecce adsum ; ecce præsens sum, quid vis ? quid à me quæris ? Quidquid tibi dederò, vilius est quàm ego ; me ipsum habe, me frueri, me amplectere : nondum potes totum, ex fide continge me, et inhærebis mihi. Hoc tibi Deus dicit : Cætera onera tua ego à te deponam, ut totus mihi inhæreas, cum hoc mortale cæcum ad immortalitatem converterto, ut sis æqualis angelis meis, et semper videas faciem meam et gaudeas ; et gaudium tuum nemo auferet à te, quia inquisisti Dominum et exaudivit te, et ex omnibus tribulationibus eruit te.

Moraliter, nota hic amorem sponsæ parere in eâ ardorem quærendi sponsum ; unde licet eum non invenerit in lectulo, nec in vicis et plateis, nec apud vigiles, tandem tamen his omnibus peractis eum reperit. Quare Richardus de S. Victore docet sponsam hoc suo sollicito circuitu, multum profecisse in amore et ardore quærendi ; hic enim, repulsam tertio passus, magis accensus est, sicut ignis in stipulâ ventis adversis agitatus magis exardescit : *Frustratio enim rei amatæ, flagellum amoris est amanti*. Unde S. Bernard. serm. de triplici Cohærentiâ vinculorum : « *Lætetur, inquit, cor quærentium Dominum : si gaudeatis ad labores, si indefesso pede curritis viam mandatorum, si quotidie utriusque status recentior est ad proficiendum et perficiendum quàm ad incipiendum, profectò quæritis faciem ejus semper.* » (Corn. à Lap.)

(1) *Invenit me vigiles*, qui custodiendæ ac gubernandæ tum Ecclesiæ, tum animæ ejusque nostrum à Deo præpositi sunt, nempe angeli tutelares (de quibus S. Ambrosius et Nyssenus hæc intelligunt), item prophetæ, apostoli, pastores, doctores, prælati, confessorii, consiliiarii ; de quibus Gregorius Magnus, Cassiodorus, Beda, Anselmus, Richardus et alii. Hi vigiles, vel ex divinâ inspiratione, vel ex sacris Scripturis, vel ex dictamine rectæ rationis, docuerunt me viam quâ possem reperire dilectum meum, et dona cælestia ad tempus subtracta recuperare. Docuerunt enim me, primò pro virili incumbere orationi, non meæ quietis aut oblectationis causâ, sed ut divinæ per omnia voluntati obsecundem ; secundò, externis occupationibus cum magnâ discretionem me dare, neque altius me immergere, quàm vel propria utilitas vel proximi necessitas exigat, non solatiola ex eis emendicando, sed propter Deum purè omnes suscipiendo et obeundo ; tertio, cum omnia fecissem mihi possibilia, patienter tum præstolari de manu Domini quidquid illi placuerit donare indignam me arbitrarlo vel minimo munusculo, dignissimam verò maximis pœnis, tormentis ac miseris.

His similibusque monitis in praxim redigendis ut primum me dedi, et *paululum pertransivi* hos vigiles, nempe divinâ sponsi vocatione me paulò altius attollente (nam singulare Dei donum est, neque solâ vel hominum, vel angelorum instructione aut proprio conatu obtineri potest), *inveni quem diligebam*, et in eo veram pacem, solidam tranquillitatem, plenum gaudium. Quæ animam ita pro eo temporis articulo satiant, ut licet sciat se non comprehendisse summum bonum, sed neque ut id esse vidisse vel sensisse, putet tamen et sentiat se pro statu hujus vitæ illo abunde frui, et ita voti compotem se factam, ut plene in illo conquiescere possit ac debeat. (Tirinus.)

tiqnos thalamo lectoque genitrici destinatus in ædibus locus, ac nepotibus sacer. Sic Isaac Rebeccam introduxit in tabernaculum Saræ matris suæ, et accepit eam uxorem, Gen. 24, 67. Vel ergo matrem sponsi suam vocaverit, vel proverbiali locutione maternum vocaverit thalamum nuptialem, quanquàm aliud postulare videntur hæc verba : *In cubiculam genitricis meæ*. Hebr., ejus quæ me concepit : nec absurdum, postquam filia Pharaonis traducta est Jerosolyman, etiam insecutam matrem ; cui unica et unice dilecta fuisse memoratur, 6, 8, aut auferentem sponsum à sponsâ deductum ad parentem charissimam, ejus quoque fideliori sollicitudine asservandum domi. Hæc etiam juxta litteram in Mariâ Magdalená, quæ Ecclesiæ typum tenuit, impleta sunt, Joan. 20, 4, 2, 15, 17 ; quæ surgit e lectulo cum adhuc tenebræ essent, quaesitura Christum ; nec invento, hæc illæque discurrit, a tumultu ad Apostolos, ab Apostolis rursus ad tumultum, videtque non ipsum, sed angelos, custodes Ecclesiæ datos ; ac dùm quaquaversus circumspicit, ipsum Jesum intuetur nondum tamen suâ specie, parique cum sponsâ amoris impetu quærit : *Domine, si tu sustulisti eum*, Joan. 20, 15. Denique intuetur coram, tenuitque pedes ejus increpante licet Christo, neque dimisit unquam, quæ in eum resurgentem credidit, fidemque resurrectionis afflictæ Ecclesiæ prima tradidit. Hæc fere Beda, lib. 5 in Cant. (1).

VERS. 5. — *Adjuro vos*. Transactâ nocte surgit sponsum, sponsamque sopitam relinquens, eadem comitibus præcipit quæ supra, 11, 7 (2).

(1) *Donec introducam*, etc. Nondum sponsa ritu solemnî in sponsi aedes deducta fuerat ; et adhuc in matris ædibus morabatur. Nuptialia festa solemnî sponsæ deductione in domum sponsi clauderantur. Hujus ritus meminit Christus, Matth. 25, 1, in decem virginum parabolâ. Sponsam tamen invisere per id tempus sponsum non negligebat, sed clam et cautè. Sponsum igitur sponsa ducit in conclave suum, quod et matris erat ; secreta enim aedium pars feminis destinabatur, cujus ingressu quilibet, præter sponsum, prohibebatur. Rebeccam in tentorium, quod olim Saræ matris suæ fuerat, Isaac introduxit, Gen. 24, 28, 67. Inferiùs etiam, 8, 2, sponsa inducit sponsum in matris conclave, quæ supremum fortassè jam diem obierat ; nusquam enim toto in carmine apparet.

Sponsæ domicilium cælestis Hierosolyma est. Illic aliquando unâ cum sponso ingressura est, ut paratum Dei amatoribus felicitatem experiat, et ebriat castæ voluptatis torrente, quem Deus nobis pollicetur. Ut eò pervenias, quærendus tibi sponsum est, noctu diuque quærendus, tenendus, possidendus, conservandus : *Tenui eum, nec dimittam.* (Galmet.)

(2) *Adjuro vos*, etc. Sunt verba sponsi. Vide dicta superiori cap. num. 7. Sponsam iterum in somnum lapsam labore huc illicque cursandi fatigatam, vetat sponsum excitari. Significat Christum cernentem Ecclesiam à Marthæ operationibus paululum sese ad Magdalene contemplatricis delicias recipientem, ut vires restauret, possitque postea conversioni gentilium alacriùs insistere, curare ne interpelletur. (Menochius.)

Nous avons déjà expliqué ce verset, qui est le même que le septième du chapitre second ; c'est pourquoi il est inutile de répéter ce qu'on en a dit. On peut seulement ajouter ici ce qu'un interprète a remarqué : que l'Écriture fait peut-être allusion en cet endroit à ce qui se pratiquait alors dans les noces, qui est que

VERS. 6. — QUÆ EST ISTA. Jam surrexerat, jam ornata et unguentis delibuta, relicto thalamo procedebat *per desertum*, per agros ubi sponsum inveniret; quam chorus comitum admiratur. VIRGULA FUMI: alii, *columna*, ex Hebr. (1).

VERS. 7. — EN LECTULUM SALOMONIS. Ne me admirimini, sed sponsum Salomonem, regalemque quæ stipatur cohortem, adiumque et supellectilis magnificentiam. Jam ergo adest Salomon à sponsâ requisitus, atque ultrò accurrens. Adest autem non jam pastorali habitu, sed ut Salomon, regiâ majestate verendus, diademate redimitus, et solito satellitio clarus, quasi sponsæ ostentans regiæ custodiæ dignitatem et robur. Nec absimilis locus de Davide insidente cathedram, fortissimorum stipante catervâ, 2 Reg. 23, 8 (2).

l'on chantait, devant la chambre de celle qui était nouvellement mariée, des airs destinés pour l'éveiller. Ainsi l'époux conjure par ces paroles les filles de Jérusalem, c'est-à-dire les compagnes de l'épouse, de ne point user de cette coutume à son égard, afin de ne pas troubler son repos. Or, sous cette image le Saint-Esprit faisait entendre que l'alliance que le Verbe contracterait avec la nature humaine dans son Incarnation, ne devait point être troublée par les Juifs, qu'au temps même déterminé par sa volonté, et qu'il appelle dans l'Évangile, son temps et son heure. Car ce fut alors que sa divinité, qui avait paru comme endormie sous le voile de la chair dont elle s'était revêtue, *servéilla*, pour le dire ainsi, par elle-même, quand la synagogue ayant livré à la mort celui qui était venu pour la sauver, il ressuscita du tombeau par un effet de sa vertu toute-puissante. (Sacy.)

(1) *Desertum*, scilicet viam semotam à mundo. *Sicut virgula*, etc., q. d., fragrans odore virtutum. *Myrrhæ*, hæc significatur mortificatio, thure verò oratio, pulvere virtutes cæteræ. (Emmanuel Sâ.)

Quæ est ista que ascendit è deserto sicut palmula fumi. Fumus cum assurgit, arboris seu palmæ speciem quodammodo refert, inferius enim angustus est quasi truncus palmæ, mox deinde supernè dilatatur ac sese diffundit, uti rami ex trunco. Fumus autem hic intelligit non fœdum, ac molestum, malèque olentem, sed fumum qui ex aromatibus, thure, myrrhâ, aliisque incensis excitatur. (Lud. Cappellus.)

(2) *Lectulum Salomonis*, id est, Ecclesiam Christi. *Sexaginta*, id est, plurimi. *Ambiunt*, scilicet, pastorem est et prædicatorum circuire. *Fortissimis*. Tales oportet esse Ecclesiæ pastores et concionatores, scilicet omnium perfectissimos. (Emmanuel Sâ.)

En lectulum, etc., Bernard. serm. ad Milites templi, cap. 4, ad ipsos hoc refert: «Tales, inquit, sibi elegit Deus, et collegit à finibus terræ ministros ex fortissimis Israel, qui veri lectulum Salomonis, sacrum scilicet sepulcrum vigilanter fideliterque custodiant, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.» Nec inepta allusio. Nam lectulus idem mox, vers. 9, videtur vocari ferculum. Sic enim sequitur: *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas fecit argenteas*, etc. Ubi ferculi nomine non missus mensæ seu ferculum propriè dictum intelligitur, sed umbraculum, seu domus portatilis, instar lecticæ. Per hoc autem intelligitur ipsa Ecclesia in quâ, velut in tabernaculo suo, Christus verus Salomon requiescit. Porrò in eo quod sequitur: *Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, medium charitate constravit propter filias Jerusalem*, illud *media* est accusativus pluralis Hebraicè; *medium seu intimum*; q. d.: Medium illius ferculi, id est, Ecclesiæ, quæ est tabernaculum Christi, totum constratum est charitate. Scilicet, quia in duobus præceptis charitatis tota lex pendet et propheta. (Estius.)

VERS. 8. — PROPTER TIMORES NOCTURNOS. Eam in rem maximè comparati; quanquàm etiam die aderant ad apparatus magnificentiam (1).

VERS. 9. — FERCULUM. Hebr., *apirion*, quod alii lectum genialem exponunt, quasi à fœcunditate dictum; alii lecticam gestatoriam, quod huic pompæ magis convenit. DE LIGNIS LIBANI: de odoratis illis atque incorruptis cedris (2).

(1) *Omnes accincti sunt gladio, docti bellatores*, omnes cingulo militari donati sunt, utpote periti rei militaris. *Uniuscujusque gladius est super femur suum*; nec suâ dignitate scientiæque contenti suum munus obeunt impigrè. *Propter pavorem nocturnum*, ne quis noctium tenebris abutens turbas edat, aut regiæ Salomonis pavorem incutiat, aut damnum inferat. In his verbis latet antithesis tacita, quasi dicat: Salomon quidem Hierosolymitanus hujusmodi subsidiis communire cogitur lectum suum; meus autem Salomon nullis hujusmodi subsidiis indiget. Itaque deinceps lecto Salomonis Hierosolymitani lectum sui Salomonis opponit sponsa. (Jacob. Cappellus.)

(1) *Ferculum fecit sibi rex Salomon*, etc. Observa hic gradationem: *Salomon*, vers. 7; *rex Salomon*, vers. 9; *rex Salomon coronatus*, vers. 11. Quò diutius de Christo loquitur, eò altiùs ipsum evehit in cogitationibus et sermonibus suis. מִן־פִּירִיִּן vox alibi non occurrit. Variè reddunt: φορητόν, quòd est *lectica* (*lectica gestatoria*), aut simile quid; *lecticam*, quâ vehi solet sponsa, quæ ostentationis causâ facta est; *spondam*, *thalamum sponsarum*, *ædificium*, *palatium*, *augustale*, *umbraculum*, *tensorium*, vel *thalamum insignem*. Vox deducitur à פֵּרַה *fructificavit*. Nomen et symbolum satiss accommodata conjugio. Vel, ab מַעַר *velo*, seu *lintheo*, 1 Reg. 20, 58; vel, à transposito מַעַר *gloriâ*, *ornatu*, etc. Sunt hæc verba, vel 1º sponsæ, quæ, suâ gloriâ et felicitate non contenta, omnes mortales exoptat pari esse conditione; ideòque sponsi magnificentiam describit, ut omnes ad eum admirandum et amandum adducat. Vel potiùs 2º Salomonis de se loquentis per tertiam personam, lecticam describens quam ad amicum suam secum in pompâ gestandam per urbem conficiendam curârat. Addit *regis* nomen, ut regiam hic agnoscas magnificentiam. Intelligunt hic, vel, 1º tabernaculum, seu potiùs templum, quod certè lignis Libani erat opertum, 1 Reg. 6, 91; vel 2º *verbum Domini*, quo consistit Ecclesia, et quo nihil pretiosius est; vel 3º Christum, ejusque inprimis humanitatem gloriosam, quam assumpsit in salutem electorum, filiarum Jerusalem; vel potiùs 4º ministros Christi, sive Ecclesiæ, qui professione et praxi et prædicatione suâ Christum quasi in lecticâ vehunt, in quâ Christus seclèt docens, regens et triumphans: ut *lectus* denotat secretum Ecclesiæ statum in tempore periculi, ita *lectica* illustriorem ejusdem gloriam; vel 5º viam, sive fœdus redemptionis. Probatur primò: Nihil aliud eui convenit. 1º Non est Christus, nam hæc *lectica* est opus Christi, ejusdemque vehiculum. 2º Non est Ecclesia, quia, primò, partes descriptionis huic minimè competunt; secundò, quia hæc Ecclesiæ bono facta est. 3º Non est commune opus sive creationis, sive providentiæ, quia est opus specialis gratiæ pro electis suis, idque in viâ; nam electi in cælis non sunt *filie Jerusalem*. Nec aliud quidquam fingi potest. Est itaque fœdus redemptionis. Secundò huic conveniunt singula quæ hic dicuntur: 1º In hæc, ceu *lecticâ*, vehuntur fideles et sustinentur, et triumphant. 2º Opus hoc est Christi modo peculiari, et gloriæ ipsius gratiæ illustrandæ, commoquo peccatorum promovendo, destinatum. 3º Hoc meritò dicitur constructum ex *lignis Libani* (id est, cedris, quæ frequentes et penè propriæ erant Libani), id est, præstantissimis et duraturis; quod huic æterno fœderi optimè convenit. 4º Huic congruit forma lecticæ, ejusque columnæ argentiæ, fundus aureus, etc. (Synopsis.)

VERS. 10. — RECLINATORUM... ASCENSUM. Hebræi stratum, sive stragulum in arceam, integumentum ecclesiam, ex purpurea, Myrra, nectro parant, ex quo media sunt. Septuag., id quod intras. CARITATE CONSTRAVIT: medium eius stratum est amor. Hebræi, in medio ipse amor Salomon scilicet collocatus, qui figura sponsi quoque vocatur amor supra, 2, 7, et 5, 5. PROPTER FILIAS JERUSALEM. Hæc omnia locit, ut se puellis mirabilem exhiberet; his enim maximè delectantur (1).

VERS. 11. — EGREDIMINI... LUET. Palati igitur apparente Salomone, totaque gloriâ coruscante, hortatur sponsa comites ad admirandam novi sponsi magnificentiam, matrisque in eo adornando studium. DIADEMATE; et sponso et sponse etiam privatis coronæ imponebantur, teste Rabbi Eliezer, Price-Abohi. c. 16 (2).

(1) *Stratum ejus*, pavimentum ejus. *Carbum ejus*. Significat illud quod superne trabibus ædificiorum regionum appingitur ad eas occultandas, ut scribunt Hebræi. Quidam, *operimentum ejus*; alii, *sedam*; alii, *vehiculum*. *Medium ejus*, etc. *Intimum ejus tectum est amore filiarum Jerusalem*. Alii: *Cujus medium constructum erat charitate, propter filias Jerusalem*. Alii: *extremum erat charitate, propter amam è filiabus Jerusalem*. (Vatablus.)

(2) *Videte regem Salomonem*. Hebræi quoque interpretantur per Salomonem Messiam, qui, inquit, creavit omnia; et matrem accipiunt populum Judæorum. Hic est ergo illa *puer qui fecit utraque unum*. Hunc coronavit mater, Loc est, synagoga, cum accipiendo legem ejus, accepit eum in regem, *in die desponsationis*, cum sibi despondit populum illum. *Mater autem ejus* appellatur quod ex eâ gente carnem acciperit. *Egredi autem jubentur*, nempe è cavernis litteræ; adique illum non agniture. (Clarius.)

Egredimini et expectate, ô filie Zionis, regem Salomonem. Coronâ ornatum, quam circumposuit ei mater ejus in die desponsationis suæ. Intelligitur, uti recte Kimchi notat, non corona aurea, regia dignitatis insigne, sed è floribus nexa, quali sponsus ornari à matre et redimi solebat. Conf. Seldeni *Uxor Hebræica*, lib. 2, cap. 15, p. 140, et J. F. Hirt de *Coronis apud Hebræos nuptialibus sponsi sponsæque*, Jenæ, 1748. *התתני לה אתי* affinis, propriè affinitatis per conjugium

His admirandam Ecclesia, sive ejus optima pars sublimis anima, quæ jam à multa videtur profectur et exercetur. Neque tamen à spectat eam, sed insurgit, totaque circum Ecclesiam, imò universum orbem, oblique circumstantibus, uti perlicitum est, sponsi vestigis; querentem inveniant Ecclesie pastores, quibus maxime auctoribus directum erat inventura; neque tamen his hæret, sed pertransit, paululum tamen; etque enim aut ab ipsis expectat omnia, aut omnino desinat; statimque invenit sponsum. Ipse enim occultis illabitur, quem statim atque utalut, complectitur sponsa, quoad in ipso genitricis Ecclesie sanctuario cum ipso conquiescat. Hoc autem designat sacra mysteria, intimos Scripturarum sensus, et arcana divine sapientie anime se infundentis. Unguenta, sponse bona opera et exempla. Locus ille quo de Salomone loquuntur, ex illis est in quibus, personâ pastoralis tantisper omissâ, ad propriam redeunt; neque immerito. Nempe ut significant post sollicitudines, et querendi laborem ac perseverantiam, apparere sponsum, manifestâ in gloria, jam Salomonem, jam regem, jam Christum et Deum. Quare sub Salomonis figurâ commemorat sublimia Christi mysteria, ejus nempe invictam fortitudinem, Apostolosque et doctores undique circumstantes, et regiam magnificentiam ascendentis in carlos, totaque Ecclesiam illustrantis. Quo statu, occultam hactenus divinitatem exerit, dicitque: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terrâ*, Matth. 28. 18, estque gloriâ et honore coronatus, Hebr. 2, 9. *Et in capite ejus diademata multa*, Apoc. 19, 12. *Die desponsationis ejus*, Aponio: quo immaculatus immaculate conjungitur, sui que corporis et sanguinis tactu immaculatam efficit Ecclesiam.

contractionem denotare videtur, hoc verò loco *desponsationem* significare, docet res ipsa. *Et in die lætitiæ cordis sui*, cum unice lætaretur, ut sponsis moris est die nuptiarum. Conf. Isai. 62, 5: *Gaudium sponsi ob sponsam*. (Rosenmuller.)

CAPUT IV.

1. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet: capilli tui sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte Galaad.

2. Dentes tui sicut greges tonsarum, que ascenderunt de lavacro, omnes gemellis festibus, et sterilis non est inter eas.

3. Sicut vitta coccinea, labia tua; et eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo quod intrinsecus latet.

4. Sicut turris David collum tuum, que ædificata est cum propugnaculis; mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium.

5. Duo ubera tua sicut duo hinnuli capree gemelli, qui pascuntur in filiis.

6. Donec aspiret dies, et inclinentur umbra, vadam ad montem Myrrhæ, et ad collem Thuris.

7. Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.

CHAPITRE IV.

L'ÉPOUX.

1. Que vous êtes belle, ma bien-aimée! que vous êtes belle! Vos yeux sont comme ceux des colombes, sans parler de ce qui est caché au-dedans de vous; vos cheveux sont comme des troupeaux de chèvres qui sont montées sur la montagne de Galaad.

2. Vos dents sont comme des troupeaux de brebis tondues, qui sont montées du lavoir, et qui portent toutes un double fruit, sans qu'il y en ait de stériles parmi elles.

3. Vos lèvres sont comme une bandelette d'écarlate; et votre parler est doux; vos joues sont comme une moitié de pomme de grenade, sans parler de ce qui est caché au-dedans de vous.

4. Votre cou est comme la tour de David, qui est bâtie avec des boulevards; mille bouchers y sont suspendus, avec toutes les armes des vaillants.

5. Votre sein est comme deux petits anneaux de la femelle d'un chevreuil, qui pascient parmi les fils.

6. Jusqu'à ce que le jour paraisse, et que les ombres se retirent, j'irai à la montagne de la Myrrhe et à la colline de l'Encens.

7. Vous êtes toute belle, ô ma bien-aimée; et il n'y a point de tache en vous.

8. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.

10. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa! pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

11. Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub linguâ tuâ; et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

12. Hortus conclusus, soror mea, sponsa: hortus conclusus, fons signatus.

13. Emissiones tuæ paradisus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo,

14. Nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha et aloë cum omnibus primis unguentis.

15. Fons hortarum, puteus aquarum viventium quæ fluunt impetu de Libano.

16. Surge, Aquilo, et veni, Auster; perfla hortum meum, et fluant aromata illius.

8. Venez du Liban, mon épouse, venez du Liban; venez, vous serez couronnée; venez du haut d'Amana, du sommet de Sanir et d'Hermon, des cavernes des lions, des montagnes des léopards.

9. Vous avez blessé mon cœur, ma sœur, mon épouse; vous avez blessé mon cœur par un de vos yeux et par un cheveu de votre cou.

10. Que vos formes sont belles, ma sœur, mon épouse! votre sein est plus beau que le vin; et l'odeur de vos parfums surpasse celle de tous les aromates.

11. Vos lèvres, ô mon épouse, sont comme un rayon d'où distille le miel; le miel et le lait sont sous votre langue; et l'odeur de vos vêtements est comme l'odeur de l'encens.

12. Ma sœur, mon épouse est comme un jardin fermé; comme un jardin fermé, et une fontaine scellée.

13. Vos plants forment comme un jardin délicieux, plein de pommes de grenade et de toutes sortes de fruits de cypre et de nard;

14. Le nard, le safran, la canne aromatique et le cinnamome, avec tous les arbres odoriférants du Liban, s'y trouvent, aussi bien que la myrrhe, l'aloës, et tous les parfums les plus exquis.

15. La fontaine de vos jardins est comme le puits des eaux vives qui coulent avec impétuosité du Liban.

16. Retirez-vous, Aquilon; venez, vent du midi; soufflez de toutes parts dans mon jardin; et que les parfums en decoulent.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUAM PULCHRA ES! Meminerimus jam adstare Salomonem, atque ab ostentato splendore, ad amores blanditiasque conversum. ABSQUE EO QUOD INTRINSECUS LATET. Hebr.; Absque occultis tuis, mihi tantum tibi que notis; quæ verba repetit infra, 5, et 6, 6. Septuag.: ἐκτός τῆς σιωπῆσίως σου, præter silentium tuum; sive ut antiqua Vulgata vertebat apud Ambrosium passim, et Hieronymum, Isai. 47, 2, præter taciturnitatem tuam, præter tacenda in te. Significat autem singulares animi dotes, et in ipso corpore, imò verò in ipso vultu, in ipsis oculis, in genis, labellis, reliquisque de quibus hic agitur, præter ea quæ ab omnibus collaudantur, multa aliis indeprensa, occultam videlicet gratiam, venustumque illud et decens, quod verbis exprimi nequeat; certè amantes in dilectæ dotibus detegendis perspicaces esse se volunt. Nam quod hic alii alia suspicantur, etsi verba non repugnant, nec abhorret Hieronymus, à consequentiâ sermonis alienissimum est. Quidam ex Hebr. vertunt, præter cincinnos tuos; quòd ex comis defluentibus, genis accedat gratia, non tamen tanta illa, ut tanto affectu bis terque ingenimanda videatur. Atque omninò arcana illa sponso dulcissima, sacroque occultanda silentio, spectant ad mysticos sensus infra commodius reserandos. SICUT GREGES CAPRARUM: caput ipsum sponsæ comparat monti eminè visò, ut infra, 7, 5. Capillos gregi caprarum, tum propter nigredinem et nitorem, tum quòd pecora in montis cacumine gregatim incendia, eminè prospicientibus fluctuare videantur. DE MONTE GALAAD: altissimo, pinguisimo (1).

(1) Quia sponsus et sponsa inter pecora agebant, quarit hoc toto capite similitudines pastoritias, ut ab arte innocuâ et jucundâ proleatas. *Quam pulchra*: Re-

VERS. 2. — SICUT GREGES TONSARUM: quòd albi dentes, quòd æquales, et sibi coherentes. OMNES GE-

petitio, quòd pulchra sit intrinse cis donis et spiritualibus, et extrinsecis operibus, disciplinâ, moribus, doctrinâ, prædicatione verbi Dei, sacramentis, exteriori denique omni cultu. Hanc propositionem universè propositam probat enumeratione. Omnia membra ejus sunt pulchra, incipientes, proficientes, perfecti. Item omnes ordines, ut pastores, oves, Nazarei, etc. Item omnia ejus opera. *Amicamea*: Vox רַעִי רַחֵמָה non tam amicam sonat quàm sociam et compatricem. Sic appellat sponsam, ut thori consortem ad quem nulla sit admittenda præter legitimam conjugem. *Oculi*: Describit oculos Ecclesiæ simplices, puros, sinceros, præcates, absque labe et lippitudine. Nam nota sunt columbinorum oculorum propria. Addit eos non nisi transperare per comam vel intra comam, ut indicet sponsam tam pudenti et verecundo esse aspectu, ut oculi ejus intra comam se contineant, nec huc illuc meretricium ritu vagentur; q. d.: Non modò columbini sunt oculi tui et pudici, sed etiam coma tua, quam pròinde intus occultas et vittâ coerces, ne diffuat. Oculi autem Ecclesiæ sunt perspicacitas ejus in dijudicandis erroribus, et simplicitas in proponendâ veritate absque fæco, amphibologiâ et tergiversatione, quæ hæreticorum est propria. Hinc nostri intelligunt doctores, per quos Ecclesia cernit; Hebraei autem, seorsum Aben Ezra, prophetas, qui et videntes dicuntur. *Absque eo quod intrinsecus latet*, absque comâ interiore. Hinc Hebraicè: Intra comam tuam, intra cincinnos tuos, qui aliqui procurere solent supra frontem mulieribus, transparent oculi tui, non foris. Sic è medio totius multitudinis conspicui sunt doctores et prophete. Significat ut oculos sponsæ, sic etiam capillos esse nitidos quidem et elegantissimè dispositos, sed tamen foràs non multum procurere. Unde R. Salomo et R. Jona 723 *tsamma*, non comam, sed vittam comam contingentem et involventem interpretantur. Nam castæ et pudicæ à fluxis crinibus abhorrent. Hoc autem jungit cum sequentibus: Intra vittam pilus tuus est pulcher. Sed rectius noster et Masorethæ cum præcedentibus, eo sensu quem dixi, hic enim pinxerunt athnah. *Capilli tui*, capilli Eccle-

MELLIS FORTIBUS. Hæc ad ornatum addita, ut res sub-
jiciatur oculis; neque in comparationibus, sive in
allegoriis ac parabolis omnia minutam excuti et
aptari necesse est, dum summa ipsa conveniat. Cele-
rium hæc ut pleræque, quæ litterali sensu vix ullam
habent congruentiam, spiritualiter intellecta, illustri-
ores habent sensus infra memorandos. De compara-
tionibus tamen illis sublimioribus, gregum, montium,
turrium, civitatum, quæ deinceps passim occurrunt,
hæc ad litteram semel admonere sulliciat, eas amoris
indoli imprimis convenire; cum enim amantes, ex
amoris vehementiâ, in se mutuo excelsius aliquid at-
que humanâ formâ augustius videre videantur, hinc
fit ut omnia, quæ usquàm sunt decora et splendida,
sive etiam jucunda, conquirant, atque ad exprimen-
dam eam, quam ardent, pulchritudinem, congerant;
neque refugiant illa quæ à vulgari sermone abhor-
reant, propter eam, quam animo informaverint, rei
amatæ imaginem: quam cum verbis assequi se posse
desperent, nimirum per ardua et quodammodò ab-
surda præcipitant, quod etiam magis congruit Orien-
talium ferventioribus ingeniiis (1).

sia multitudo credentium, quæ pascit in campis Galaad, ubi pascua sunt jucundissima, et pecudes habent subtilissimum pilum, terribissimum et nitidissimum. Vide Kimhi in 16 Ezech. Nazareos Aben Ezra intel-
ligit qui comam nutriebant, Num. 6. Sicut greges, sic-
ut gregum caprarum pili, si hoc pertineat ad pulchri-
tudinem. Sicut ipsimet greges caprarum Galaad, si ad
numerum. Nam copiosus numerus caprarum delicatè
pascibat in monte Galaad, quòd ille bonis abundaret
pascuis, Num. Quæ ascenderunt, וַיַּעֲלֶה, Galas hic tan-
tum occurrit, et cap. 6. Hebræi, variè, quæ promi-
nent, quæ spectantur, emicant, eminè prospiciuntur
è monte Galaad nobili pascuis ultra Jordanem, quem
propterea delegit tribus Gad, quorum gregum con-
spectus jucundissimus erat. Dum convenerint, nostrum
sequere; nam ejus conjectura illorum opinacionibus
nichil cedit. (Genebrardus.)

(1) *Dentes tui, dentium tuorum duplex ordo, quem
dualis innuit, sicut grex æqualium, scilicet ovium. Alii
explicant, sicut dentes gregis ovium. Ilum sensum J.
H. Michaelis poscere putat propositæ similitudinis ele-
gantiam, quia ovium dentes non tantum minuti, con-
cinnè coherentes et candidi, sed etiam humanis den-
tibus similes sunt. Quod tamen argutum videtur.
הַקְּצִיבֹת Græcus Alexandrinus et Vulgatus vertunt
tonsarum, quod et Syrus sequitur. Cui interpretationi
verè opponit Bocharius Hieroz. part. 1, lib. 2, cap. 45,
t. 1, pag. 540, edit Lips., Hebræa non habere קְצִיבֹת,
quod propriè tonsas sonat, sed קְצִיבֹת, quæ vox nus-
quam adhibetur, ubi de lana tonsione agitur. Quin
קְצִיבֹת est lignum cadere et dedolare, 2 Reg. 6, 6. Unde
non solum Cherubini, qui lignei erant, sed et res fus-
iles dicuntur habere קְצִיבֹת eandem casionem, 1
Reg. 6, 25, et 2, 57. Quâ phrasi significatur, res duas,
aut etiam plures ita esse dolatas et exarsitas, si ma-
teria sit lignea, aut celo et scalpro ita formatas, si la-
pidea sit aut fusilis, ut inter eas servetur eadem pro-
portio. Metaphorâ igitur sumptâ ab iis quæ arte fiunt,
oves dicuntur casæ, vel dedolata, cum inter se tam
sunt similes, quam si ex ligno aut are ad eundem
typum efflicte fuissent et fabrefactæ. Nec apparet
quid ovium tonsura ad describendam dentium ele-
gantiam præstet. Hinc Aben Ezra quoque et Kimchi
exponunt præcisarum, id est, æqualium magnitudine.
Id Græcus Venetus benè expressit æqualiter casarum.
Est autem hoc in dentium conformatione pulcherrimum,
cum omnes æquales sunt, nec unus alterum*

VERS. 5. — SICUT FRAGMENTUM MALI PUNICI. Propter
figuram et colorem (1).

VERS. 4. — SICUT TURRES, collum altum et erectum.
CUM PROFUNDIUS; humilis scilicet. Nam sponsa
vere formosa, non juncea, ut ait ille apud Comicum,
gracilique statura, nec decore modo, sed quadam
etiam majestate conspicua. MILLE CYBELI, ex moti-
uum figura. OMNIS ARMATURA FORTIUM: tanquam ad
sponsam amantium munera, ut devictorum ducum
arma, appensa sint (2).

VERS. 5. — SICUT DUCO INNUI. An propter tenaci-
tudinem? an etiam quod geminorum animalculorum
more, spirare sub veste, ac velut micare viderentur?
an potius quod à tactu abhorreant, feri, atque uni
sponso tractabiles? quo sponsæ formosissima severa
et inaccessa castitas commendatur. Utcumque est,
has amantium blanditias, in pudico conjugali-
que amore, et à nobis indicari, et levissimo pede transiri
oportebat, ne quid excideret quod litteræ tangeret
elegantiam. QUI PASCUNTUR IN LILIBUS, propter pectoris
candorem (5).

VERS. 6. — DONEC ASPIRET DIES, donec illucescat.
VADAM AD MONTEM MYRRILE: ad sponsam ipsam, odores
suavissimos efflantem. Infra, 10, 11, 14, 16. Memor
lamentorum quæ sponsum quaerendo per noctem
sponsa profuderat, spondet non discessurum, usque
ad lucem futuram (4).

excedit. Hinc in imaginibus Lucianus: «At subridendo,
«Polystrate, dentes ostendebat; quomodo dixerim tibi
quam albos, quam æquales et inter se coaptatos?
«Sicubi monile pulcherrimum vidisti ex minutissimis,
«et magnitudine paribus margaritis, adeo concinnâ se-
erie erant nati.» Jarchi præcisæ ad numerum referit,
quasi significetur grex ovium certo et præfinito nume-
ro pastori traditarum, ut earum lanam diligenter as-
servet à tempore partus earum, ne coinquinetur, un-
de et quotidie abluuntur. Quod longius petiitum.
Verbis quæ sequuntur, quæ ascendunt è lavacro, den-
tium albedinem et nitorem significari patet. Quæ om-
nes gemellos facientes, id est, parientes, ut Græcus
Alexandrinus reddidit, quod Vulgatus gemellis fuitibus
vertit. Significatur, dentes geminos sibi invicem esse
similes et pares. Et orba seu orbata non est inter eas,
scilicet oves aut pecudes, ut vel alter, vel uterque
gemellus deficiat; sic dentium quoque ordines non tan-
tum nitidi esse dicuntur, et invicem sibi pulchre res-
pondentes, sed etiam pleni et integri, ut nullus eorum
exiderit. (Rosenmuller.)

(1) Sicut fragmen mali punici, id est, rubicunda sunt
genæ tuæ absque eo. Hebr.: Inter comam tuam, ut
sup. vers. 1. (Maldonatus.)

(2) Ad propugnandum, ad docendum, sub. transeun-
tes; vel, inveniendi itineris gratiâ. Alii etiam inter He-
bræos docti dicunt dictionem esse compositam ex מַרְוֶה
forte, altum et elevatum, et אֶצֶל acies, q. d., in altis
acies: ut sit arx constans lapidibus in aciem sive acu-
men tendentibus et desinentibus; ut fit hodie in tur-
rum adficiis.

Et omnes, etc. Omnium scilicet fortium scata.

(Vatablus.)

(5) Duo ubera tua, Moses et Aaron, vel tabule Te-
stamenti. (Clarius.)

(4) Donec aspiret dies, et inclinentur vel fugiant um-
bræ. Sunt hæc verba, vel, 1^o sponsæ, quæ, ad tot
laudes suas rubens pæe humilitate, dicit se ad deligere
quod secutus et nullus est, et velle in montem ibire,
ne laudes suas audiat. Alii, ut sponsa, c. 2, 17. Christi
opem rogavit tempore doloris sui, ita hic in simili ten-

VERS. 8. — VENI. . . . CORONABERIS. Undecumque veneris, sive de Libano, sive de monte Hermon, locis

tatione confugit ad hunc montem, seu perfugium, etc. Vel 2^o sponsi, qui hic respondet petitioni illi sponsæ, Cant. 2, 17, ubi hortata est (eum) ut, *donec dies spiraret*, etc., *reciperet sese in montes Bether*, etc. Porrò, hæc verba jungunt, vel 1^o cum sequentibus, q. d.: Tamdiu commorabor in monte myrrhæ, donec nox appetat; quasi ibi rustici operis aliquid sit ejus oblitus est, dum sponsæ deliciis servit. Sed deinde se ipsum rusticitatis incusat, cum sponsa, quæ tota est pulchra, omnem prorsus animum ad se trahere debuerit. Vel potius 2^o cum præcedentibus, ut omnes faciunt; neque enim apparet, quid sponsus facturus fuerit in monte myrrhæ, cum jam satis myrrhæ et aliorum aromatum muesserit, ut ipse dicit infra, c. 5, 4. Et sanè si simulet se velle discedere, ut sui desiderium magis in sponsâ inflamet, non subdit, quod consentaneum erat rei amatoris, ut illum sponsa retineat, vel discessum prosequatur votis aut lacrymis. Quare, sicut supra agni dicuntur pasci donec aspi-ret dies; sic nunc ihædi usque ad illud tempus. *Donec spiret dies*, et affulgeat clarior. *Dies*, nempe novi Testamenti. Vel *dies* quo consummabuntur nuptiæ, et tu in immediatam communionem mecum assumaris. Donec adveniat vespera mundi, cum te ad me assumam. *Et fugerint umbræ*; vel 1^o legales, sive V. T.; vel 2^o ignorantie, infirmitatis, calamitatis. *Ibo* (vel, *ibo mihi*, pleonasmus; vel, *ibo cum eo*; vel, *vade*, ô dilecta, ad (vel, in) montem (vel, montem hunc) myrrhæ, et ad (vel, in) collem thuris. Sic vocat mammas, ob suavissimum odorem. Alii aliter. Invitat sponsam ut, relicto voluptatis et utilitatis propriæ *Libano* (de quo ad v. 8), transeat secum ad montem myrrhæ, id est, mortificationis et afflictionis; et collem thuris, id est, orationis et contemplationis. Alii: In voce מור alludit ad montem *Moria* (propter oleum ibi ex purâ myrrhâ, etc., factum, et thymiana quod ibi adoleri solet: vide Exod. 50, 23, 54, 1 Par. 9, 29, 50), ubi templum erat, in quo thura, orationes et sacrificia Deo offerebantur. Inquit ergo se, donec lux plenior orbi exorta sit adventu suo, acturum in zede sanctuarii, atque ibi cum veteri populo versaturum. Dicit autem, *conferam me*, quia antea nunc hic, nunc illic, collocabatur tabernaculum; at constructo templo requies erat arceæ. Dum sponsa vocatur ex Libano et Hermon (v. 8), patrio scilicet, et naturali solo, ubi plurimum est thuris et myrrhæ, abire (hic) jubetur ad alium montem, qui, quoniam in eo Libani fructus magnâ ex parte consumitur, Libanus dicitur. Ac sic dicat sponsus: Mitte jam tuum Libanum, montem, scilicet, thuris et myrrhæ, et veni ad meum Libanum, qui et meliori titulo *mons thuris* et *myrrhæ* dici potest; et hoc habet præterea, quod in eo non sunt pardorum cubilia, neque leonum. Hunc autem montem myrrhæ, etc., intelligo urbem Jerusalem, ubi templum, quod *Libanus* vocatur Zach. 11, 1, et *mons thuris*, quia omnia aromata ibi cremantur. Servat autem hic allegoriam, cum urbem *montis* nomine adumbrat, quia non recedit à re bucolicâ et pastorali, sicut Virgil. eclog. 1, per *Amaryllida*, Romam, et per *Galatheam*, Mantuam, intelligit. Figuravit mons Morix regnum Christi, Mich. 4, v. 2, eò fugit Ecclesia per fidem, meditationem, orationem, etc., in nocte tentationis. Sæpè Christus in montibus et oravit, Luc. 6, 12, et 9, 28, et prædicavit, Matth. 5, v. 1, 2, etc. Intelligitur hic locus ille mundi (Ecclesia scilicet) ubi gratiæ fidelium fluunt, et preces eorum Deo offeruntur; qui opponitur montibus mundi vers. 8 memoratis. Vocatur Ecclesia *mons myrrhæ et thuris*, etc., 1^o quia ibi tantum reperiantur gratiæ per illa significatæ; 2^o quia ibi abundant preces et Dei laudationes, quæ coram eo ascendunt ut incensum, etc. Al. sic: Interim ascendam ad carlum, ubi jam recepti sunt amici qui me colunt, et quorum officia mihi sunt odoratissima; et illic me oblectabo suavi odore precum sancto-

omni ubertate et amœnitate conspicuis; sive de locis horrentibus, ferarumque latibulis, quamcumque, lu-dendo et venando, sive etiam peregrinando, Israelitici agri partem peragraveris, grata et jucunda venies, tibi que flores decerpemus, et coronas nectemus. Alii: Omitte montes quos incolebas aut peragrabas, atque hic consiste mecum. CORONABERIS. Alii ex Hebr., respice, hoc est, tantum respice; læta erunt omnia, undecumque aspexeris (1).

VERS. 9. — VULNERASTI COR MEUM, Septuag. elegantissimè: Cor abstulisti nobis; ἐκκαρδίωσας ἡμᾶς, ut habent nonnulli codices apud Flam. Ambrosius in Psal. 118, serm. 16, n. 19: Cor meum cepisti; et alibi, corde nos cepisti, quo exponit illud: *Defecit anima mea, defecerunt oculi mei*; quod est, in id unum quodcumque migrare quod diligit. Simili phrasi, Prov. 7, 10, iidem Septuag. de muliere blandiente, quæ facit juvenum avolare corda. UNO OCULO, uno aspectu:

rum angelorum et beatarum animarum. Alii: Passio Christi hic respicitur, quâ comparanda fuit illa pulchritudo Ecclesiæ (de quâ v. seq.). Vel, si adhuc persisti in pulchritudinis sponsæ descriptione urgeas, pectus ejus ac ventrem thure devotionis et mortificatione carnis sponso gratum designari dixerim. Atque ita per *ubera sponsæ* venter celebratur, quod instar *mentis myrrhini* sit ob carnis mortificationem; et pectus ejusdem, quod instar *collium thuris* sit ob cordis devotionem, quia subjungitur: *Tota pulchra es, amica*, etc. (Synopsis.)

VERS. 7. — TOTA PULCHRA ES, AMICA MEA, ET MACULA NON EST IN TE. Hoc sponsæ dicitur, id est, Ecclesiæ Christi. Sed *quæritur* quomodò Ecclesia sit tota pulchra, et sine maculâ, cum tam multi in eâ sint mali in quibus Ecclesia pulchra non est, et ipsi boni multis quoque maculis levium et quotidianorum peccatorum aspersi. Augustinus tum alibi, tum serm. 51 de Verbis Apostoli, tractans illud: *Mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam*, docet Ecclesiam in hoc seculo non esse sine maculâ et rugâ, sed ad hoc eam mundari et purgari quotidie in hac vitâ, ut tandem Christo suo sponso exhibeatur in futuro seculo gloriosa, non habens maculam, aut rugam, quando veniet eò quò nihil intrabit coinquinatum. Igitur quod hic dicitur: *Tota pulchra es, et macula non est in te*, pertinebit magis ad Ecclesiam triumphantem, quàm militantem. Quòd si tamen etiam ad militantem referamus, poterit Ecclesia intelligi esse tota pulchra, et immaculata, quantum ad professionem sanctitatis et fidei. Nihil enim in fide falsum, nihil in moribus pravum Ecclesia præscribit; sed omnia pura, sancta, incoinquinata, maculâ et rugâ carentia. Et sicut sancta vocatur professione, ita non immeritò tota pulchra et immaculata dicitur, quia talis omnium et professio, nec quidquam tale invenitur apud quasque sectas. Vel denique immaculata dicitur, quia in principalibus suis membris qui sunt justi, caret maculâ peccati gravioris, atque damnabilis, à quâ solâ vocantur homines maculati; et quâ qui carent immaculati in Scripturis dicuntur, ut ex psal. 118, vers. 1. Vide ibidem annotationes. (Estius.)

(1) *Veni de Libano, sponsa mea, veni.* Hoc vult dicere: Deducam te per amœnissima regni mei; à *Libano* in *Amara*, inde in *Hermonem*, cujus pars *Sanir*, Deut. 5, 9. Saltum in *Libano* habebat Salomon, 1 Reg. 7, 2; 2 Paral. 8, 6. De *Hermonis* amœnitate vide Psal. 85. Undique corollas tibi decerpemus. Sic in Epithalamio Helenæ:

*Nos, ubi manè novum, procul in viridantia prata
Ibimus, et carpemus olentes suave corollas,
Multa tui memores, Helene.* (Grotius.)

lanta vis inest. Uno crine colla tui, vel uno in co-
lunt delapso; adeo te omnia decant; uno torque.
Hebr., uno ornamento imposito. Non multas orna-
mentis eges; placet ipsa simplicitas (1).

VERS. 10. — MAMMÆ, UBERA, amores, Hebr., ca-
dem vox utrobique et eadem que supra l. 1. PULCHERRI-
ORA, meliores, amores significat. Hebr. ET ODOE UNGLI EN-
TORA. Idem de sponsa supra, 1, 2 (2).

VERS. 11. — FAVUS DISTILLANS. Sic Menelai apud
Homerum melle dulcior fluctat oratio (5).

VERS. 12. — HORTUS CONCLUSUS. Post formæ pul-
chritudinem, suavitatemque sermonis, nunc integri-
tatem, castitatemque commendat. FONS SIGNATUS. Sic
illud: *Bibe aquam de cisternâ tuâ*; et: *Habeto eas so-
lus*, Prov. 5, 45, 47 (4).

VERS. 15. — EMISSIONIS, propagines; ex te omnia
grata et pulchra proveniunt; ex te clara soboles or-
bem illustratura; quale illud: *Pro patribus tuis, nati*

(1) *Commovisti cor meum, soror mea, sponsa, commo-
visti cor meum*, splendore unius ex oculis tuis, splendore
unius torquis pendentis è faucibus tuis.

(Jacob. Cappellus.)

(2) *Quam pulchri sunt amores tui*; hoc est, grati,
jucundi, ameni, quam jucundum et volupe est te
amare, à te amari. Vulg., *mammæ, ubera*, que lectio
videtur concinnior et convenientior, ut hic ubera
comparentur lagenis vini, ut sensus sit, melius est fu-
gere ubera tua, quam lagenas vino plenas.

(Jacobus Cappellus.)

(5) *Favus distillans labia tua*. Sermo tuus, vocis
tuæ sonus jucundissimi sunt, melle suaviores. Ita veteres
Theophrasti eloquentiam ac Nestoris orationem
melli similes tradiderunt. Hinc fluxisse videtur
in Ecclesiam usus, ut recens baptismate ablutis lac
et mel gustandum porrigerent, veluti innueret, ipsos
ab Ecclesiâ illorum matre, ac Dei sponsâ ceu filios
lacte et melle, è labiis Ecclesiæ manantibus, alii; do-
ctrinæ suæ suavitate, Scripturarum deliciis, verbi
sui ac Sacramentorum alimentis. Sponsæ labia doctores
sunt, Ecclesiæ præcones. Horum verba, uti S.
Paulus solebat, lac et mel imbecillibus esse opus
est, cibumque solidum firmis. Olim nutrices nihil
alumnis nisi manum porrigerant; idque adhuc apud
Orientales usurpatur. Ecclesiæ administratores nutri-
tium subditorum sunt.

Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Vestes
suffluu inhalabant veteres. Esau vestes suaveolentes
Rebecca Jacobo tradidit; et sponsæ vestes, de quibus
Psalmista, myrrhâ et casia fragrant, Psal. 44.
9. Item apud Homerum legas liliad. 7. Vestes nostræ
bona opera sunt, si tamen vestiti, non nudi inces-
sant, inquit S. Paulus, 2 Cor. 5, 5. Laborandum assidue
Christiano est, ut sese veteri homine exuat, et Christo
induat: *Induimini Dominum Jesum Christum*. (Calmet.)

(4) *Hortus conclusus*. Hic ponitur secundum me-
ritativum ad terræ promissionis ingressum, quod est
fertilitas terræ et ejus amenitas. Et conjungatur sic
littera: *Soror mea sponsa*, id est, ô Ecclesia Israel
(que dicitur sponsa Dei, eò quod desponsavit eam per
legem in monte Sinai; et soror, quoniam humanitatem
erat accepturus de gente illâ). *Hortus conclusus*, sup-
ple, est, terra tibi promissa. *Hortus* propter ejus con-
cluditatem; *conclusus*, propter ejus fortitudinem,
quia ab occidente clauditur mari Mediterraneo; ab
oriente, Jordane fluvio; ab aquilone, monte Libani; à
meridie, deserto Ægypti; quod non potest de facili
transiri. *Fons signatus*. Ponitur hic fons in singulari
pro fontibus in plurali, sicut frequenter alibi fit in
Scripturâ. Habet enim illa terra multos fontes in lim-
pidos, ac si essent sigillati, ne bestia vel homo possit
aquam turbare.

(Lycanus.)

sunt tibi fons, Psal. 44, 47. *Cypro seu Cyprum amando*:
omni, una odorata, ut supra l. 15, de quibus, si
tantum est operæ pretium. Vide Theodorum in hoc lib.
5 in Cant. (1).

VERS. 14. — LIGNIS LIBANI, arboribus thuriferis,
Hebr. (2).

VERS. 15. — FONS IN TERTIUM, unde scilicet hortus
irriguus. Ejusmodi ergo hortus uberrimo, atque odo-
ratissimo sponsum comparat (5).

(1) *Emissionis*, seu propagines et fructus hujus
paradisi, id est, horti amoenissimi; max duobus
enumerat, qui possunt spongi de duodecim fructibus
Spiritus sancti, quos S. Paulus recenset; vel de
fructibus duodecim mensium in Apocalypsi; vel de
octo beatitudinibus et quatuor virtutibus cardinalibus.
Vel, si lubet singillatim exponi, per *manâ pasca*,
intelligit fructus charitatis, pacis ac unitatis fraternæ.
Per *poma*, que gratissimum sunt saporis et odoris,
fructus divini amoris et cultus. *Cypria*, planta odo-
ratior et calidior, sit contemplatio rerum divinarum,
de qua cap. 4, vers. 15. (Lycanus.)

(2) *Nardus et crocus*. Nardum bis repetit, quia cum
croco et cypro amat commisceri. *Fistula*: intelligit
calamum odoratum, qui à forma solet etiam dici
pancus odoratus. Vide Plin. lib. 12, cap. 22; Theophrast.
lib. 9, cap. 7; Dioscoridem lib. 1, cap. 47. *Cinnamomum*,
aroma, quod ad nos ex Oriente vel non de-
fertur, vel raro defertur. Non est quomodo vulgo dici-
mus *canella*, hæc enim potius est *casia*. *Universis lig-
nis Libani*, id est, cunctis odoriferis arboribus, et
odoribus montis Libani. *Aloe*, planta est odorata,
succum habens amarissimum, resistantem putredini
et vermibus. Vide Plin., lib. 27, cap. 4, et Dioscor.
lib. 5, cap. 22. *Primis unguentis*, hoc est, cunctis
pretiosissimis plantis et arboribus, quorum usus præ-
cipuus in unguentis miscendis. (Menoclius.)

(5) FONS HORTORUM (Arabicis: *Fons, hortus*) PUTEI
AQUARUM VIVENTUM, QUE FLUNT IN MENTE DE LI-
BANO. Septuag.; *Puteus aqua vivens et streptosus de
Libano*. S. Ambrosius, in psal. 44, serm. 17: *Et im-
petus descendens de Libano*. Quinta editio et Vatab-
lus: *Que profusant è Libano*, puta magnâ copiâ aquæ
ac impetu; hunc enim elicit copia aquarum ex alto
dilabentium. Aquæ viventes vocantur, quæ è venis
terre jugiter manant et scaturiunt, uti fit in puteis et
fontibus; hæc enim sunt quasi sanguis terre, ac in-
star viventis è suis scatebris effluunt, moventur et
fluunt perenniter, cum aquæ stagnantes in motu
consistant, adeoque vocantur mortuæ.

Fons hortorum nonnulli generatim accipiunt quem-
libet fontem, qui hortos plures irriget et fovendos;
quales multi in Libano oriuntur, et in subjectas valles
defluunt; imò R. Salomon et Gislertus per Libanum
accipiunt quemlibet fontem purum ac nitidum, ex
quo fontes profluunt. Libanus enim Hebraice idem
est quod album et candidum.

Verum dii speciatim accipiunt hæc de certo fonte
limpido è Libano scaturiente, et cum suavi murmure
in hortos vicinos dilabente, eosque irrigante et fo-
vendante. Ita Hortolamus, Titelman., Soto Major., et
alii. Hunc fontem ex Brocardo, Saligniaco, Brodenba-
chio et aliis ita describit Adrichomius in Descriptione
terre sanctæ, p. 107, n. 48: *Fons hortorum*, ejus-
dem Cantio Salomonis fit mentio, ex monte Libano
provenit à Tripoli sex millibus passuum cum impetu
scaturit, ac brevi spatio actus in vehementem cur-
suumque veloxem fluvium exerescit, suisque aquis, que
climpidissime, frigida et dulces sunt, omnes hortos
candide et fons hortorum vocatur) totamque regio-
nem, que inter Libanum et Tripolim est, irrigat et
fovescit. Præter riuos alios in tres magnos
cursos se dividit, quorum prior inter Tripolim, et
montem leopardorum in mare magnum labitur; alter
leopardorum montem circumiens, idem mare in-

VERS. 16. — PERFLA HORTUM MEUM, sponsum scilicet.

« fluit; tertius inter Arcas et Raphaneas Agrippæ regni civitates fluens medius, Antaradumque alluens, in prædictum tandem mare se exonerat. » Fluvium hunc Josephus, lib. 7 Belli, cap. 24, Sabbaticum appellari scribit, eò quòd per miraculum die sabbati copiosè fluat, cæteris verò diebus siccetur et areseat.

Porrò fontes non tantùm fecunditatem hortis, sed et intuentibus, ac lavantibus, bibentibusque magnam voluptatem, refrigerium et satiem asserunt, præsertim dùm ex altis montibus per canales in valles hortenses deducti, ibi in altum usque ad suam originem naturali suâ vi et pondere exiliunt. Per avium et bestiarum ora, fabrefacta erumpunt, atque subinde avium concentum et organorum harmoniam auribus exhibent, quales sunt fontes hydraulici Estenses, Aldobrandini, et similes, quos Tusculi et Tibure spectamus. Hæc enim sponsam ob elegantiam et venustatem per omnia similem, comparat.

Puteum verò hunc idem Adrichomius ita describit pag. 6, n. 67 : « Puteus aquarum viventium, cujus in Canticis Salomonis fit mentio, juxta viam, quæ Tyrum ducit, situs, egregius est et admirabilis; atque versùs Aquilonem à Sandalio Castro paulò amplius quàm milliari, versùs Austrum verò à Tyro parvo milliario distat. Quamvis autem singulariter puteus dicatur, sunt tamen quatuor fontes quadrati, quorum ille qui præcipuus est in unoquoque quadrato latere quadraginta, reliqui verò viginti quinque cubitos habent. Omnes muris fortissimis, de durissimis lapidibus insolubili opere obfirmatis conclusi. Unde varii deducuntur aquæductus et rivi, qui totam Tyri planitiem omnesque ejus hortos irrigant et fecundant. Distant hi fontes à mari magno paulò amplius quàm arcus jacere potest, in quo tantillo spatio sex molas agunt, et deinde se mari miscent. » Hujus putei meminit quoque Guillelmus Tyrius, lib. 7 Belli sacri, c. 22, et lib. 13, c. 3.

Alludit ad Jordanem, qui in Libano ex duobus fontibus *Jor* et *Dan* confluentibus conflatur, et nominatur *Jordan*, sive *Jordanes*. Hic enim per totam terram Israel defluens, illi miram fecunditatem æquè ac amœnitatem et hilaritatem inducit, juxta illud : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*, Psal. 45. Hoc flumen præcisè ad litteram sunt aquæ Siloe, quæ hortos Jerusalem irrigant, ad quas hic quoque alluditur. Unde Chald. vertit : « Et aquæ Siloe, quæ ducuntur in inquietè, cum reliquis aquis, quæ defluunt de Libano, ut irrigent terram Israel, eò quòd navant operam verbis legis, quæ comparantur puteo aquarum viventium, et in justitiâ libationis aquarum, quæ libantur super altare in domo sanctuarii, quæ ædificata est in Jerusalem, quæ vocatur Libanus. »

Primus sensus adæquatus, de Christo et Ecclesiâ : Ecclesia est *fons hortorum et puteus aquarum viventium*, id est, purissima sapientiæ, sacræ doctrinæ et gratiæ, quæ fluunt impetu de Libano, id est, de Christo excelso et candido, aquis jam dictis abundantanti, ait Aponius, Richardus et alii, juxta illud : *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*, Isai. 12, 3; et illud Eccles. 24, 35 : *Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum. Qui adimplet quasi Euphrates sensum; qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in diebus vindemiæ*. Vide ibi dicta : Ecclesia enim omnem doctrinam et gratiam, quam haurit à Christo, derivat in hortos, id est, in Ecclesias et cœtus particulares, præsertim clericorum et religiosorum, qui sunt quasi hortus et paradisi Domini. Eadem dicitur *puteus*, ob profunditatem doctrinæ et mysteriorum, quæ in eâ latent, et quibus affluit et effluit in suos fideles. Ita Cassiodorus Aponius, Anselmus, et alii.

Jam quia Ecclesia suam doctrinam, prædicationem et gratiam Christi haurit è sacrâ Scripturâ, et baptismo cæterisque sacramentis, hinc eadem conse-

ctet. Et fluant aromata : odor diffundatur flatu (1).

quenter hic accipi possunt. Unde per fontem et puteum accipiunt S. Scripturam S. Gregorius, Cassiodorius, Philo, Aponius, Beda, Justus, tres anonymi apud Theodoretum, Anselmus, et Ambrosius de Isaac cap. 4. Audi S. Gregorium : « Quid per fontem et puteum, nisi sancta Scriptura designatur? quæ sic aquam sapientiæ generat, ut et potantes semper reficiat, et tamen manare non desistat. Quæ bene hortorum esse perhibetur, quia illorum specialiter est sancta Scriptura, in quorum mentibus virtutum semina oriuntur. Sed querendum nobis est, quare fons et puteus, utrumque simul, Scriptura dicatur, cum fons in superficie appareat, puteus verò in imis latens omnes se quærentes majori labore exerceat; sed sciendum est quòd divina Scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam verò locis obscuram se præbens, et aliquando leviter, sicut invenitur tanquàm fons potatur, et aliquando magnâ inquisitione eget tanquàm puteus, ut inventa sumatur. »

Addit Cassiodorus dogmata sacræ Scripturæ vocari fontem, et puteum aquarum viventium, respectu doctrinæ hæreticorum, de quâ dicitur : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas*, Jerem. 2, 13.

Rursùm per fontem et puteum aquarum viventium, accipias baptismum cæteraque sacramenta; hæc enim sunt quasi septem fontes gratiæ. Ita S. Anselmus. Audi S. Gregorium : « De Libano aquæ putei fluunt, quia in Baptismo electi quique donum Spiritûs sancti accipiunt, quo illuminati Scripturæ sacræ sensum intelligunt : quæ Scripturæ sanctæ scientia tanto fluit impetu, ut electos dùm tangit, ab hujus vitæ amore submoveat, et ad æterna gaudia vi impetûs quosque adhærentes trajiciat. Hinc est enim quod in Psalmo scriptum est : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*; impetus enim fluminis civitatem Dei lætificat, cum per domum sancti Spiritûs fortiter inundans Scripturæ sapientiâ sanctam Ecclesiam, vel cujuslibet capientis mentem infusione suâ exhiberat. »

Et Richardus Victor : « Per Libanum, inquit, à quo aquæ istæ fluunt, Christum intelligit candorem lucis æternæ, quia à Christo cœpit tempus gratiæ. De Libano, inquit, fluxerunt aquæ istæ, id est, de Christo, quando Spiritus sanctus tanquàm torrens discipulis influxit, et suavi eos ubertate donorum inebriavit. Et quando Christo in cenâ benedicente panem, sacramentum Eucharistiæ celebrari cœpit, et unâ passibili præsentia ipsius sublatâ, multis in locis usque ad consummationem sæculi nobiscum mansit; semel quoque oblatum in cruce, multoties in altari pro nobis offertur. »

Beda per impetum censet notari vim et efficaciam apostolicæ prædicationis, cui nemo resistere potuit.

Porrò Theodoretus et Anselmus per Libanum accipiunt Jerusalem et Judæam, è quâ legis fluentia cum impetu Spiritûs ad Ecclesiam defluxère. Libanus enim est limes Judææ.

Secundus sensus partialis, de Christo et animâ sanctâ : Anima sancta est fons et puteus aquarum viventium, dùm profundam Spiritûs sancti doctrinam et gratiam consecuta, illarum aquis spiritualibus ita refundat, ut easdem in alias refundat. Eadem dicitur puteus, quia ut eas hauriat, profundè per humilitatem se inclinare et demittere debet.

Adjungit Richardus Victor, illam esse fontem, quia fluit, semper nova oriens, et semper in Deo renovata per desiderium ad interiora; fontem non cessantem bullire et erumpere ad Dei amorem; et e de plenitudine, quâ abundat, et infirmiores visitantem et irrigantem. »

Addit Nyssenus animam sanctam inde extolli, quòd naturæ divinæ assimilata sit, quæ per aquam sæpius

in sacris litteris designatur. imitata quidem fonte fontem, vita vitam, aqua autem aquam, quatenus est promptuatum continens aquam vitam vivam, que ex Deo fluit, juxta id quod in Evangelio significavit, ubi dixit, *à Deo vita*; nec dubitandum, quin vivat dum Verbum Dei suscipit, quod Apostolus vivum appellat. Ille Nysseus.

Porro S. Ambrosius, lib. de Nabuch. cap. 12, per puteum aquarum viventium accipit eleemosynam, causamque dat: «Puteus, inquit, si nihil haurias, inertis otio et degeneri situ facile corrumpitur, exercitatus autem nitescit ad speciem, dulcescit ad potum: ita et acervus divitiarum, cumulo aenosus, speciosus est visu, otio autem inutilis habetur. Derivato igitur aliquid ex puteo isto, ignem ardentem restingue, quia eleemosyna resistit peccatis.» Vide dicta 2 Cor. 8 et 9.

Denique S. Anselmus per Libanum accipit perfectos, qui sunt candidati virtutibus à quibus aque vivificantes fluunt ad correctionem subditorum magna copia et impetu.

Tertius sensus principalis, de Christo et B. Virgine: Beata Virgo fuit et est fons et puteus aquarum viventium, qui sterilem mundum sic irrigavit, ut eum fecundum efficeret ac amonum instar paradisi, juxta illud: *Ego quasi fluvii Dioryx, et sicut aqueductus exivi de paradiso; dixi: Rigabo hortum meum, Eccli. 24, 41 et 42. Ita Rupertus, qui quatuor flumina paradisi B. Virgini mysticè accomodat, additque ipsam esse fontem et puteum aquarum viventium, quia ipsa est sacrarium omnium sacrarum Scripturarum. B. Virgo ergo est fons, tum quia Christum nobis genuit et effudit, tum quia orando apud Filium omnia bona nobis impetrat et communicat. Hinc Methodius in Hypapante B. Virginem sic alloquitur: *Salve, humanitatis filii fons, salve humanitatis umbraculum.* Et S. Epiph. orat. de Deiparà: *Ave, ait, gratià plena, quæ silientes perennis fontis dulcedine satias.* S. Ephrem quoque de Laude Deiparæ, ipsam fontem gratiæ et totius consolationis appellat. S. Chrysost.: *Ave, ait, quæ es puteus semper viventis aquæ.* Nam, ut ait Antonius 4 p. tit. 15, cap. 17, § 4, «ipsa nobis miseris dedit Filium suum Deum captivis in pretium, famelicis in viaticum, laborantibus in præmium, infirmis in medicamentum, et cum ipso dedit nobis regnum cælorum et omne bonum.»*

Denique fluvius sabbaticus rectè congruit B. Virgini. Ipsi enim ab Ecclesiâ cultus in officio ecclesiastico, et sacrificio Missæ religiosè tribuitur in sabbato, quo ipsa mortuo Christo Ecclesiam quasi columna sustentavit, firmiter credens et sperans Christum die dominicâ sequenti resurrecturum. Hinc majora beneficia confert ipsâ die sabbati; unde et multi fideles sabbato in honorem B. Virginis jejunant, aliaque pietatis et pœnitentiæ officia obeunt, ut sabbatum, id est, quietem in tentationibus et tribulationibus ab eâ consequantur, et ab sabbatum æternæ pacis in cælo perducantur. (Corn. à Lap.)

(1) Le vent d'aquilon nous marque le refroidissement, et celui du midi l'ardeur de l'amour. L'époux nous fait donc entendre en commandant à l'Aquilon de se retirer, et au midi de venir souffler dans son jardin, qu'il voulait que son épouse, qu'il compare à un jardin tout parsemé de plantes odoriférantes, fût toute embrasée d'un amour très-chaude pour lui; et qu'il se fit une sainte effusion de ses parfums ou de ses vertus, par un effet de cette ardente charité qui en est la principale cause.

L'aquilon, qui resserre et qui engourdit par la rigueur de son froid, nous figure, selon saint Grégoire, l'esprit impur, qui, par une espèce d'engourdissement, empêche tous les méchants qu'il possède de faire de bonnes œuvres. Et au contraire le vent du midi, qui est chaud, nous marque le Saint-Esprit, qui rend le cœur des élus fervent pour toutes les œuvres de la piété. Que l'aquilon se lève donc, ajoute ce

Père, et que le vent du midi vienne souffler dans le jardin de l'époux, et en faire couler les parfums; c'est-à-dire, que l'esprit malin s'éloigne de l'Église, et de toutes les âmes des uns, et que l'Esprit saint vienne au contraire adoucir le feu de la charité, et en faire produire à ce saint jardin des fleurs et des fruits odoriférants et nourrissants, qui nous marquent tous les parfums des vertus chrétiennes. On se voit-on dire qu'il aurait été avantageux à Adam et à toute sa postérité, que le Seigneur eût commandé à l'aquilon de se retirer entièrement du premier jardin où il l'avait établi? Il est vrai que si le seul souffle du Saint-Esprit y avait régné, on eût vu en decouler dans la suite de tous les siècles ces parfums de pureté et d'innocence qui auraient formé un sacrifice très-digne de la majesté de Dieu. Mais quoi! Dieu a su tirer par un excès de son amour sa propre gloire et la nôtre du péché même des premiers hommes, en rendant son Fils unique une victime de propitiation en notre faveur, et lui donnant pour épouse l'Église qu'il a sanctifiée par son sang. C'est donc à elle présentement à lui demander sans cesse, dans la connaissance qu'elle a de la faiblesse de ses enfants, qu'il daigne cloquer de son jardin l'aquilon, et y faire souffler le vent du midi.

«Vous avez entendu, ô épouse de Jésus-Christ! lui dit saint Ambroise, que la beauté de vos vertus lui est agréable. Vous avez entendu qu'il préfère à toutes les autres odeurs les parfums de vos vêtements, c'est-à-dire, la bonne odeur de votre piété et de votre intégrité. Vous avez ouï de sa bouche que vous êtes un jardin fermé, tout rempli de fruits excellents.

«Demandez donc que le Saint-Esprit souffle en vous, qu'il repande un souffle céleste sur votre lit nuptial, et qu'il vous comble des parfums d'une piété toute intérieure, et d'une grâce toute spirituelle. Excitez de Saint-Esprit dans votre cœur; car cet Esprit saint s'est accoutumé de se communiquer par un souffle salutaire aux âmes qui sont préparées comme une terre fertile et féconde. C'est à lui que l'on s'adresse quand on dit ici: *Venez, ô vent du midi*, afin que par la douceur d'un air plus tempéré, la terre de notre cœur, que la glace causée par l'aquilon resserait auparavant, soit amollie et rendue capable de recevoir vos adorables semences.»

C'est ainsi que saint Grégoire de Nysse, saint Grégoire pape, et saint Ambroise ont expliqué ce passage: mais le même saint Ambroise a marqué ailleurs qu'il croyait qu'on pouvait encore l'entendre de cette manière: *Exsurge, aquilo*, c'est-à-dire: *Lève-toi, vous qui dormez, et ressuscitez du milieu des morts. Vous, nations, qui avez été si longtemps dans l'assoupissement du péché, reveillez-vous enfin, et Jésus-Christ vous éclairera. Tous sont invités par ces paroles, tant les Juifs que les Gentils, à s'incorporer dans l'Église; car l'odeur de la sainte religion de Jésus-Christ s'est fait sentir dans toutes les parties de l'univers, où les membres de l'épouse bien-aimée ont répandu leurs sacrés parfums. Les six-vingts disciples qui étaient, dit saint Grégoire de Nysse, comme des arbres plantés dans la maison du Seigneur, n'eurent pas plus tôt reçu le souffle salutaire du vent du midi (c'est-à-dire de l'ardeur du Saint-Esprit), qu'ils firent fleurir de toutes parts la doctrine évangélique, par le moyen de diverses langues qu'ils parlaient.»*

Ce qui peut bien appuyer cette seconde explication que saint Ambroise a donnée à ces paroles, *Exsurge, aquilo*, est ce que le Fils de Dieu dit dans l'Évangile touchant la conversion de toutes sortes de peuples, lorsqu'il déclare qu'il *envoiera de l'orient, de l'occident, du septentrion et du midi, qui seront à table dans le royaume de Dieu.* Ceux du nord sont appelés aussi bien que ceux du midi. Car la grâce de Dieu notre Sauveur a paru, comme dit saint Paul, à tous les hommes, pour leur apprendre à renoncer à l'impie et à tous les désirs du siècle.

Le Prophète-Roi a dit que le vent du Seigneur soufflerait, et que les eaux couleraient; ce qu'on peut entendre, comme on l'a fait voir ailleurs, de ce prodige par lequel le Saint-Esprit étant descendu sur son Eglise, fit fondre par la chaleur du feu divin de son amour les cœurs glacés et endurcis des infidèles répandus dans toute la terre. Mais ce que la sainte Ecriture dit en ce lieu a paru encore quelque chose de plus fort à saint Grégoire de Nysse. Car, au lieu, dit-il, qu'il n'est parlé là que d'eaux qui coulent au souffle du vent du Seigneur, on commande ici au vent du midi de souffler, afin que les parfums découlent du jardin de la sainte épouse. Il croit donc qu'on peut reconnaître dans ces paroles la différence de l'ancien et du nouveau Testament, en ce que l'un n'était que

comme un fleuve rempli d'eau, au lieu que l'autre a été comme un fleuve de parfums. « Le grand Paul, ajoute ce Père, était lui-même comme un fleuve de ces parfums évangéliques qui découlaient du jardin de la sainte Eglise, après qu'il avait été échauffé par l'ardeur du souffle du Saint-Esprit; et les parfums qu'il faisait couler étaient cette bonne odeur de Jésus-Christ qu'il répandait en tous lieux, comme il le dit lui-même. Tels furent encore saint Jean, saint Luc, saint Matthieu, saint Marc et toutes ces autres plantes principales du jardin sacré de l'épouse, qui, ayant reçu le souffle lumineux du vent du midi, devinrent comme des sources de parfums d'où coulait sans cesse la bonne odeur du saint Evangile. » (Sacy.)

CAPUT V.

1. Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum.

Veni in hortum meum, soror mea, sponsa; messui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo; comedite, amici, et bibite; et inebriamini, charissimi.

2. Ego dormio, et cor meum vigilat; vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium.

3. Expoliavi me tunicâ meâ; quomodo induar illâ? lavi pedes meos: quomodo inquinabo illos?

4. Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus.

5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo; manus meâ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrhâ probatissimâ.

6. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo; at ille declinaverat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est; quæsi vi, et non inveni illum; vocavi, et non respondit mihi.

7. Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem; percusserunt me, et vulneraverunt me; tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

8. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore langueo.

9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos.

10. Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus.

11. Caput ejus aurum optimum; comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigra quasi corvus.

12. Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluentia plenissima.

13. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis; labia ejus lilia distillantia myrrham primam.

14. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis; venter ejus eburneus, distinctus saphiris.

15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas: species ejus ut Libani, electus ut cedri.

CHAPITRE V.

L'ÉPOUSE.

1. Que mon bien-aimé vienne donc dans son jardin, et qu'il mange du fruit de ses arbres.

L'ÉPOUX.

Je suis venu dans mon jardin, ma sœur, mon épouse; j'ai recueilli ma myrrhe avec mes parfums; j'ai mangé le rayon avec mon miel; j'ai bu mon vin avec mon lait. Mangez, mes amis, et buvez; enivrez-vous, mes bien-aimés.

L'ÉPOUSE.

2. Je dors, et mon cœur veille; j'entends la voix de mon bien-aimé qui frappe: « Ouvrez-moi, ma sœur, ma bien-aimée, ma colombe, ma toute belle; car ma tête est toute chargée de rosée, et mes cheveux sont humides des gouttes de la nuit. »

3. Je me suis dépeignée de ma robe, comment la revêtirai-je? J'ai lavé mes pieds; comment pourrai-je les salir de nouveau?

4. Mon bien-aimé passa sa main par l'ouverture de la porte, et mes entrailles furent émuees au bruit qu'il fit.

5. Je me levai alors pour ouvrir à mon bien-aimé; mes mains étaient toutes dégouttantes de myrrhe, et mes doigts étaient pleins de la myrrhe la plus précieuse.

6. J'ouvris ma porte à mon bien-aimé, en ayant tiré le verrou; mais il s'en était déjà allé, et il avait passé outre. Mon âme s'était comme fondue au son de sa voix. Je le cherchai donc, et je ne le trouvai point, je l'appelai, et il ne me répondit point.

7. Les gardes qui font la ronde par la ville m'ont rencontrée; ils m'ont frappée et blessée. Ceux qui gardent les murailles m'ont ôté mon manteau.

8. Je vous conjure, ô filles de Jérusalem, si vous trouvez mon bien-aimé, dites-lui que je languis d'amour.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

9. En quoi se distingue votre bien-aimé au-dessus de tout homme aimable, ô la plus belle d'entre les femmes? Qu'à donc votre bien-aimé entre tous les autres hommes aimés, pour que vous nous conjuriez de cette sorte?

L'ÉPOUSE.

10. Mon bien-aimé éclate par sa blancheur et par sa rougeur; il est choisi entre mille.

11. Sa tête est comme un or très-pur; ses cheveux, comme les jeunes rameaux des palmiers, et noirs comme un corbeau.

12. Ses yeux sont comme les colombes auprès des ruisseaux, qui sont lavées dans du lait, et qui se tiennent sur le bord des plus grands courants d'eau.

13. Ses joues sont comme de petits parterres de plantes aromatiques, qui ont été plantées par les parfumeurs. Ses lèvres sont comme des lis qui distillent la myrrhe la plus pure.

14. Ses mains sont d'or et faites au tour, ornées d'hyacinthes; sa poitrine est comme d'un ivoire enrichi de saphirs.

15. Ses jambes sont comme des colonnes de marbre, posées sur des bases d'or; sa forme est comme celle du Liban; et il se distingue entre les autres hommes, comme les cedres parmi les autres arbres.

16. Guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem.

17. Quò abiit dilectus tuus, ó pulcherrima mulierum? quò declinavit dilectus tuus? et quæremus eum tecum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — VENIAT. Si hortus sum tuus, ut memoras, veniat dilectus meus, neque abscedat unquam. Resumit sponsus: Equidem veni: primâ personâ præteriti temporis. Hebr., venio. MESSET MYRRHAM MEAM. Demeto montem illum myrrhæ de quo supra, 4, 6. COMEDI FAVUM, comedo; tanquàm diceret: Venio equidem, sed post cœnam amicis jam paratam. Sunt tamen qui de verò horto simplicitatis intelligunt, in quo amicis parat, vide autem quàm inemptas et simplices dapes! INEBRIAMINI, CHARISSIMI. Notum in Scripturâ, inebriari quid sit, hoc est, læta inter pocula, dulcesque sermones, hilare nec immodestum agitare convivium. Illic certè ad cœnam et vesperam tertii diei finis; ac sponsa discedit, seque somno tradit, ut habet vers. seq. Neque liberiori, et ad multam noctem protractæ inter juvenes cœnæ, sobria et pudica mulier interesse narratur (1).

Jam ut ad verosensus animum erigamus, Christus sponsam purgatam cupiditatibus et tentamentis exercitam, totam pulchram et sine maculâ esse proclamat, 4, 7, quippe quam gloriosam sibi sponsam exhibeat, non habentem maculam aut rugam.... sed ut sit sancta et immaculata, Ephes. 5, 27. Unde apud Ezechielem, 16, 15, 14: *Decora facta est vehementer nimis.... perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Do-*

(1) *Veniat dilectus meus.* Postquàm descripsit Salomon amorem sponsi et sponsæ, prout respicit ingressum terræ, hic consequenter idem describit, prout respicit tempus ipsius possessæ; et dividitur in tres partes, quia primò facit hoc secundum tempora Josue et Judic.; secundò, secundum tempora à David usque ad Christum, cap. seq. Circa primum sciendum quòd populus Israel illis temporibus aliquando fuit in prosperis, aliquando in adversis. Et ideò primò tanguntur prospera, secundò adversa. *Ego dormio.* Circa primum dicit sponsa: *Veniat dilectus meus*, id est, habitet mecum per condescensionem suæ bonitatis in terrâ mihi concessâ, quæ vocatur hortus Domini, eò quòd colebatur ibi: *ut comedam fructum pomorum*, id est, ut comedere me faciat fructus terræ mihi data in pace, eò modo loquendi quo dixit Dominus Abraham. Gen. 22: *Nunc cognovi quòd timeas Dominum*, id est, cognoscere feci. Vel quia actus et passionis fidelium in Scripturâ aliquando attribuuntur ipsi Deo, Act. 9: *Saule, Saule, quid me persequeris?* id est, fideles meos. Et ita comestio fructuum terræ attribuitur ipsi Deo, quia populus ejus comedit, quando cum Josue terram intravit, Josue cap. 5: *Comederunt de fructibus terræ, defecitque manna*, et quia hoc fuit ex dono Dei, ideò subditur in personâ sponsi: *Veni in hortum meum, soror mea, sponsa*, habitando ibi in honorum abundantia; ideò subditur: *Messui myrrham meam*, id est, præparavi tibi terræ bona. *Comedi.* Exponatur, ut dictum est. *Favum cum melle meo*: per hoc designatur abundantia mellis, vini et lactis in terrâ illâ: propter quòd subditur: *Comedite, amici*, id est, quandiu adhuc eratis mihi per amicitiam et patriam, habebatis omnium bonorum abundantiam, et hoc patet ex decursu veteris Testamenti. (Lyranus.)

15. Le son de sa voix a une admirable douceur; et il est tout aimable. Tel est mon bien-aimé, tel est celui que j'aime véritablement, ó filles de Jerusalem.

LES FILLES DE JERUSALEM.

17. Où est allé votre bien-aimé, ó la plus belle d'entre les femmes? où s'est retiré votre bien-aimé? et nous nous le chercher avec vous.

minus Deus; itaque ejus formâ rapitur, eique suavissimè invitanti se tradit: amatque et laudat impensè, quam intudit ipse pulchritudinem, delectaturque opere suo. Testatur autem non modò voluptate perfusam, sed miris etiam ex cruciatam curis, quòd eam non de locis modo uberibus amonisque, sed etiam asperis evocat, ferarumque cubilibus, 4, 8. Refertur quoque ad persecutiones. Philo Carpathius et alii, leones intelligunt reges persecutores; pardos, hæreticos variis maculis errorum ac vitiorum inspersos. Hi ergo pias animas vexant: quæ vexatio emolumento est; attestante Isaiâ, 28, 19: *Sola vexatio intellectum dabit.* Huc etiam pertinet illud: *Surge, aquilo*, 4, 16, quò significat irruentes, ventorum instar, curarum et tentationum turbines, effecturos ut latius virtutum odor diffundatur. Idem evenit Ecclesiæ flantibus ventis, sævientibus scilicet persecutoribus, cum victoriis martyrum claresceret, fieretque id quòd ait Paulus Philip. 1, 12: *Quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio.* Sic martyriorum famâ, velut à quatuor ventis, electi vocabantur, implebaturque illud: *Surge, aquilo, et veni, auster, et perfla hortum, et fluant aromata ejus*: quòd ex omnibus mundi partibus odor sanctæ religionis adolesceret, ut ait S. Ambrosius, lib. 1 de Virginit. De unguentis autem hic et alibi sæpè memoratis, sanctus Bernardus, serm. 10, 12, ut sponso, ita et sponsæ unguenta sua assignat: Unguentum scilicet pedum, quòd est pœnitentiæ, Luc. 7, 58: unguentum effusum in caput, quòd est pietatis in Deum, ex recordatione beneficiorum ejus, Matth. 26, 7: denique unguentum Christi sepulti, quò totum illius corpus perungitur, Joan. 19, 59, 40, quòd est fraternæ charitatis, eoque omnia Christi membra condiuntur. Partes autem corporis studiosissimè descriptæ, 4 et 5, sic ad animam referri possunt, ut oculus quidem sit prudentia, rectaque et simplex animi intentio; unde, *si oculus tuus fuerit simplex*, etc., Matth. 6, 22, et propterea columbinus dicitur. Labia, verbî prædicatio, quâ nihil est pulchrius aut dulcius; unde illud, *sicut vitæ coccineæ, labia tua, eloquium tuum dulce*, 4, 5: ac postea, 11: *Favus distillans labia tua, sponsa.* Favus, Ecclesiæ prædicantis oratio, ex propheticoorum apostolicorumque librorum, velut florum, libatione, seu potiùs depastione collecta, ubera, ipsissima charitas lac parvulis ministrans 4, 5, dentes, Ecclesiæ filii firmiores, quibus non jam lacte opus sit, sed solido cibo, vers. 2, quò respectu ascendunt de lavacro, velut oves per baptismum lotæ. nec steriles, quippe bonorum operum feraces, ac geminae charitatis fructibus comitatæ. Per dentes, alii prædicatores intelligunt, qui in personâ Petri jubentur

comedere immunda, et incorporare Ecclesiae, Act. 10, cujus rei gratia matribus ovibus merito comparantur. Capilli, vers. 1, multitudo fidelium eam ob rem gregi amplissimo ac pinguisimo comparata. Greg., Apon., Thom. Genae rubore suffusae ad verecundiam referuntur; cervix jugo Domini destinata, ad obedientiam; corporis habitus sublimis et erectus, designat animum sapientem quae sursum sunt; unde illud: *Sicut turris David collum tuum*, 4, 4; quod turris in editis montibus posita, non solum inter humilia, sed etiam inter excelsa supereminet, (Ambr. in Psal. 118, serm. 4, n. 5; turris autem haec munitissima, primum, quod sit David bellicosissimi regis, tum quod aedificata cum propugnaculis, denique quod ad eam appensa arma fortium quos Ecclesia dejecit. Idem, ibid.

Jam tacenda sponsae, 4, 1, 3, eae virtutes sunt, quas humilitate contegat et verecundia; ut verum sit illud, Psal. 44, 14: *Omnis gloria ejus filiae regis ab intus*. Placent ergo sponso, quae ipsa sponsa profert exempla virtutum: multo vero magis, quae hominum subtrahit aspectibus. Hinc illa occulta toties commendata, 4, 1, 5, et 6, 6, amatque ipse sponsus, et ad cellam vinariam, intimaque conclavia sponsam deducere, 2, 4, et ab ipsa deduci ad secretiora cubicula, 3, 4 et 8, 2, verumque illud: *Intra in cubiculum... ora in abscondito*, Matth. 6, 6, occultaque omnia sponso intus spectanti gratiora. Quare inprimis solitudo delectat, 7, 11, 12, petraeque foramina, 2, 14, et cubilia ferarum, 4, 8, quod etiam spectat illud, *hortus conclusus, fons signatus*, ibid. 12. En oclusa omnia ut uni sponso pateant; non multiloquium, non conventus; sed secessus, umbrae, alta ubique silentia.

Ecclesia verè est hortus ille conclusus, ac fons signatus, quod nullus error; sublimis quoque anima, quam nulla prava penetret cupiditas; ac vera illa Jerusalem civitas sancta, qua nullus incedat *incircumcisis et immundis*, Isai. 52, 1, tum hujus horti mira fecunditas, fructusque toto orbe diffusi, vers. 15, quae fecunditas Ecclesiae maxime tribuitur, propter sublimes animas Deum gemitibus exorantes, atque impetrato spiritu Ecclesiam fecundantes, ut August. passim. Aquae, doctrina salutaris, vers. 15; nunc puteo abscondita, propter profunditatem, nunc cum impetu fluens à Libano, propter caelestem verbi efficaciam. S. Thom.

Vestimenta sponsae, bona sunt opera, attestante Joanne, Apoc. 19, 7, 8: *Venerunt nuptiae aquae, et uxor ejus preparavit se; et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti et candido; byssinum enim justificationes sunt sanctorum*; unde Isaias de imperfectis operibus: *Teles eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis*, cap. 59, 6.

De convivio autem dominico, quo suos convivae pascat, 5, 1, deque ejus rationabili et sine dolo lacte, quod innocentes animae concupiscant, 1 Pet. 2, 2, deque optimo vino et ebrietate spirituali, ac mentis excessu, per se omnes intelligunt. Neque omittendum bonum convivium Christum, non tantum pasceri, sed etiam pasci. Habet enim cibum suum de quo dicit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me,*

ut perficiam opus ejus, quod est salus hominum, Joan. 4, 34. Nostra ergo salute pascitur; nos in se trajicit, et in corpus suum coagmentat: hoc est mel ejus, inquit Ambrosius, lib. 5 de Virg., quod diversarum virtutum concretum floribus, illarum apum quae sapientiam praedicant, consono opere congregatum, sancta Ecclesia in favis condit, ut eibus Christi sit. Item mel, Christi doctrina salutaris, ros coeli purissimus, mera suavitas.

QUARTA DIES.

VERS. 2. — EGO DORMIO. Quartae diei initio sponsa recepta in thalamum, et quiescens sopitis sensibus, tamen animo est ad sponsum arrecto, unde ad primum ejus pulsum evigilat; sponsus ex hortis, cenà cum amicis facta, nocte intempesta adest tardior; unde ipsa tanquam subindignans aperire cunctatur. Ipse quoque iratus aufugit; nec desint irae, quas amor ut excitare, ita sedare possit unus, suavius post iras redintegrata gratia. Haec summa hujus diei; jam ad singula. APERI MIHI, SOROR MEA: sic sponsa, 8, 1: *Quis mihi det te fratrem meum*. Amor verus omnibus necessitudinum vinculis delectatur. QUIA CAPUT MEUM PLENUM EST RORE. Ne tantum amore, sed etiam misericordiam compellatur ad aperiendum; tum ut statim rure profectus, non quòquam diversatus videatur (1).

VERS. 5. — EXPOLIAMI ME TUNICA... LAVI PEDES MEOS. Delicatae sponsae colorata excusatio; sed sanctis animabus magno documento futura (2).

(1) *Ego dormio*, etc. Verba sunt sponsae, sodalibus suis narrantis nocturnum suum somnium, quod post epulas viderat. Sensus est: Ego dormiebam epulis, amore, et expectatione fatigata; mens tamen corporeis vinculis soluta, et de absentia sponsi sollicita, solitas suas cogitationes volvere non desinebat. Ita factum, ut cum sponsus adveniret, et se postularet introum, ego non satis mei compos, ei sequi responderim quam mihi expediret. *Plenum est rore*, qui nocte decedit; idem significat guttae noctium. Hoc ait sponsus, ut illa intelligat diu dilectum in via et ante fores pulsantem perseverasse. Post Ecclesiae primordia, pace Ecclesiae reddita, viri perfecti se somno contemplationis dederunt. Sed pax diuturna non fuit; illam enim haeretici, gentiles et Judaei turbarent, ideòque sponsus adest, ut excitet sponsam, moneatque ut ingentibus malis occurrat. Ros et guttae noctium blasphemias et injurias significant haereticorum et infidelium in Christum. (Menochius.)

(2) *Expoliavi me tunicam meam*, tunicam filiorum Dei, tunicam gratiae, charitatis, ceterarumque virtutum; tunicam honorum operum, et maxime actuum penitentiae et mortificationis. Molestum nimis esset iterum illam me induere; suaviter in dormio voluptatibus ac deliciis mundanis, illis contegor, immersa jaceo, illis jam irasci: *quomodo excutiam illas? quomodo subito novos labores erigendi pigros artus, et inluendi me rursus priore tunicam meam? quomodo è molli et calido strato prasilliam in asperum et frigidum aerem? Quin et pedes meos lavi*, ut solent mollicui et voluptuosi: *quomodo rursus inquinabo illos, et luto ac pavimenti sordibus inficiam? Assuevi jam rebus delicatis et suavis: nolo sordidis et austeris penitentiae operibus iterum me dare*. Est schema hominis egregie pigri ac voluptuosi, ne tantillas deserat carnis illecebras, ne tantillas sobeat novae vitae molestias: mavult sponsum suum foribus exclusum detinere, quam reddito levi digiti motu pessulo januam illi reserare, à quo tamen omnis vita, salus, honos et substantia ipsius dependet. Sed audi immensam Dei benignitatem. Cum posset

VERS. 4. — MANUS... PER FORAMEN: Septuag., de prospectu, de fenestrâ, quasi irrupturus. Melius, per foramen serae, quasi apertulus digito. Ut claves, ita serae multum à nostris distabant, ingensque erat apertura, clavesque humeris gestabantur. Isai. 22, 22. VENTER MEUS INTRINSECI AD TACTUM EJUS, pulsantis fores, aditumque tentantis: interiora mea commota sunt super eo, Hebr.; Septuag., ad ejus praesentiam (1).

VERS. 5, 6. — MANUS MEAE STILLAVERUNT MYRRHAM. Delicatissimis unguentis perfusae cubabant, cubilicetiam his asperso: *Aspersi enim cubile meum myrrhâ et aloe et cinnamomo*, Prov. 7, 47. DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA.... PESSULUM OSTII. Septuag.: Digiti mei myrrham plenam super manus pessuli, scilicet effuderunt; Hebr.: Myrrhâ transeunte super manubria pessuli. Aperui dilectio meo: hoc est, pessulus ipse unctus est myrrhâ, quâ perfusae erant manus, nec enim extersi digitos, tanta erat festinatio. ANIMA MEA LIQUEFACTA EST, egressa est, Hebr. Septuag.: Rapt me totam, et in sui amorem ac desiderium transfert: Ambr. DEI LOCUTUS EST. Ostendit se non sponsi neglectu, sed desideria quâdam et indignatione cunctatam, sive quodam ejus probandi studio (2).

omni jure tam ingrati, tam inurbanam animam aeternum deserere, mavult aliâ atque aliâ rursùm viâ pigram et oscitantem excitare, atque ad virtutis studium revocare. (Tirinus.)

(1) *Dilectus meus*, etc. Ubi illum fores tangere ac pulsare, conarique ut aperiret, intellexi, illius misericordiam totis visceribus sensi. Hebraeus: *Dilectus meus misit manum suam per foramen forium, et viscera mea commota sunt super eo*. Diutius terre non potui, ut ipse exclusus extra fore esset: quamobrem surrexi, ut fores panderem. Sunt qui *foramen* interpretentur fenestram, ad quam sponsus stabat, atque introductâ manu pandere conabatur; eâ enim aetate, iisque in regionibus nullus erat vitri usus ad fenestras. Alii de ipsarum forium foramine explicant, quo vectis educabatur vel introducebatur; alii de fissurâ, vel serae foramine, per quam sponsus vel digitum vel aliud quilibet introduxit, ut aperiret. Veteres quidam putavere, introductâ per fores manu, sponsae ventrem tetigisse: *Venter meus contremuit ad tactum ejus*. Minimè tamen probabilis hæc explicatio est, cum nuptialis torus prope fores esse non soleret, ipsaque Hebraei syntaxis ita intelligi vetet.

Sponsi aperire conantis, atque in animam ingredi conantis manus, est gratiae ac Spiritûs illius virtus. Ipse hominis conversioni initium facit iudiciorum suorum metu, quo ipsum quatit, eamque perficit gratiâ sanctum faciente, quâ ipsum perfundit; ipse eo robore, quo nos instruit, ac suavitate quâ complet, ipsam conversionem nutrit, ut hilari jucundoque animo, constanterque ad exitum usque jugum Christi pertineramus. (Calmet.)

(2) *Manus meae stillaverunt myrrham, et digiti mei myrrham probatissimam*, uti rectè Vulg. Sic כספ לזכר est *argentum probatum*, Genes. 25, 46. Ratio phraseos hæc videtur esse, ut argentum, vel mercx aliqua dicatur *transiens inter mercatores*; hoc est, probata, quia peritii mercatores harum rerum non eas recipiunt, nisi sinceræ sint et probatæ. *Myrrha ergo transiens* (inter mercatores scilicet, nam hoc supplendum est) est myrrha probata sincera, pura, minimè fucata, aut adulterata. Septuag., *myrrham plenam*: sic infra, vers. 15, ubi Vulgata *myrrham primam* reddit.

(Lud. Capellus.)

Vocavi, et non respondit mihi. Mirum hoc, ut is qui

VERS. 7. — INVENIUNT ME CUSTODES. Iterùm per plateas discuffit querens, ut supra, 5, 2; sed pejus habitâ est à custodibus per noctis tenebras ac licentiam militarem, demonstratque se nullum periculum fugisse, ut dilectum inveniret. PALLIUM, Septuag., theristrum; Philoni Carpathio, capitis velamentum; Ambr. de Is. 6, n. 55, pallium quo caput obnuberet (1).

tam ardentem amat et constanter vocat, sponsâ festinante, se subducit. Sed id non sine causa facit: 1° ut eam postea majore cumulare gaudio; 2° ut torporem ejus et ignaviam puniat; 3° ut eam in humilitate contineat; 4° ut ex amari absentia magis inflammetur amor. (Seductus.)

(1) Pro *pallium*, Hebr. est *redid*, id est, *theristrum*, ut vertunt Septuag., hoc est, peplum seu velum, quo sponsæ nobiles caput et humeros obvelant in signum pudoris et pudicitiae. Hi custodes diversi sunt ab illis c. 5, v. 5, ait Theodoretus; hi enim vulneraverunt sponsam, eique pallium ademerunt; illi verò eam juverunt et laverunt: quare hi custodes erant terrene civitatis, illi vero supernæ et cœlestis, puta Ecclesiae.

Primus sensus adequatus, de Christo et Ecclesiâ: Sanctus Gregorius hæc in bonam partem interpretatur; unde per custodes accipit doctores et predicatorum, qui fideles in Ecclesiâ gladio verbi divini ad compunctionem vulnerant, et pallio, sive velo ignorantiae et secularium desideriorum spoliant: sic et Philo, Cassiodorus, Beda, Haymo, Anselmus, Rupertus, et Gilbertus, homil. 45.

Huc accedit Nyssenus et Psellus, qui per custodes accipiunt angelos, qui Ecclesiam et animam piâ, sed tepidam, per tribulationes castigant, et stimulant ad fervorem. Sic et S. Ambrosius, lib. 5 de Virg., qui et addit hos pallium ei abstulisse: «Quia, inquit, cœctuum corporalium involucrum sustulerunt ab eâ, ut nudâ mentis simplicitate quæreret Christum, quia nemo potest amictu virtutis philosophiae secularis videre Christum: quæ enim Deum visura est, mundo corde incedere debet.» Vide eundem, lib. de Isaac et animâ, c. 6.

Meliùs et germaniùs Theodor., Justus, Angelomus, Titelmannus, Luysius hæc in malam partem accipiunt: unde per custodes intelligunt reges et tyrannos hæreticos, vel perversos, ac pravae Ecclesiae prelatos. Hi enim Ecclesiae et reipublice ex officio sunt custodes, sed suâ nequitia ejusdem sunt proditores. Tales fuere reges Ariani, ut Valens, Theodoricus, Gensericus, Hunericus, ceterique qui in persecutione Gothicâ et Wandalicâ, Ecclesie orthodoxos doctores et episcopos bonis, libertate, et vitâ spoliârunt, ac martyres effecerunt. Tales quoque fuere impii episcopi et prelati, qui in hæresim declinârunt, ut Dioscorus, Nestorius, Eutyeches, Pelagius, Priscillianus, etc., qui pallium Ecclesie per schisma et hæresim disciderunt, eique suam pudicitie et integritatis gloriam (quam pallium denotat) abstulerunt. Addit Theodoretus, tyrannos ademisse martyribus pallium, id est, corpus, cum eos occidendo corpore spoliarent. Justus verò per pallium accipit templa, quæ demoliti sunt, et S. Scripturam, quam combusserunt. Denique per pallium accipi possunt insignes doctores, episcopi, martyres, quos Hunericus et similes vel occiderunt, vel in exilium egerunt. Hi enim Ecclesiam ornabant et defendebant ut pallium. Vide Victor, de Persecut. Wandalicâ. Evasit tamen Ecclesia sospes manus istorum sponsorum Penelope, ac per sinceris episcopos et animosos doctores fidei ac morum integritatem docere et propagare non destitit. Hæc de causa Christus discissâ tunica apparuit S. Petro episcopo Alexandrino et martyri, dicens: *Aras tunica meam discidit*, ut habet ejus vita.

Huc accedit Chaldaeus, qui Judaicè hæc accipit de Chaldaeis vastantibus Jerusalem. Hi enim typus fuere

VERS. 8. — ADJURO VOS. Cæsa, spoliata, non tamen plagas, sed amoris vim sentit; idque unum solatio est, si dilectus sciat amari se, quem nuntium ad eum perferendum quibusvis obviis mandat. SI INVENERITIS, NUNTIATE. Alii cum Septuag. ex Hebr. sic vertunt: Si inveneritis dilectum, quid annuntiabitis ei? (nempe id) quòd amore langueo; quòd ego illa sum amore vulnerata: flagrantissimè et elegantissimè.

VERS. 9. — DILECTUS... EX DILECTO, præ dilecto; Hebr., dilectissimus (1).

VERS. 10. — DILECTUS MEUS. Sponsa vehementissimis motibus abripi solita, hic primùm et semel sponsum studiosè describere aggreditur, puellarum interrogatione provocata. ELECTUS EX MILLIBUS, ex myriadibus, Hebr. Insignis ille formæ præstantiâ,

tyrannorum vastantium Ecclesiam: «Comprehendunt, inquit, me Chaldæi, qui custodiebant vias, et obsidebant in circuitu contra civitatem Jerusalem; quosdam meorum occiderunt gladio, et quosdam meorum duxerunt in captivitate. Tulerunt torquem regium Sedecæ regis Juda de collo ejus, et duxerunt eum in Ribla, et excæcaverunt oculos ejus populi Babylonis, qui obsidebant civitatem, et custodiebant muros.»

Symbolicè, Lucas abbas per custodes accipit dæmones, qui animas suis tentationibus vulnerant, easque pallio puritatis baptismalis spoliant.

Secundus sensus partialis, de Christo et animâ sanctâ: Animæ virtutis et perfectionis avidæ incidunt subinde in fictos pravosque doctores, consultores, confessarios, socios, etc., qui eas perniciosis dogmatibus, consiliis, suggestionibus vulnerant, ut puritatis et innocentie suæ damnum vix pallio, instar Joseph, relicto effugiant, quare piæ animæ tales hypocritas solenter discernere studeant, ac cognitis ut pestes fugiant. Hi enim sunt, non pastores fidi, sed leones perfidi, qui animas innocentes et puras Deo devotas, Veneri et dæmoni stuprandas pro summum scelus offerunt, imò sacrificant et immolant, idque per blanda verborum et scriptorum lenocinia, quæ sub fucato melle amarissimum fel, et exitiale virus contegunt.

Tropologicè S. Hieronymus, epist. 22 ad Eustochium, ex hoc loco evincit virginem debere domi se continere, ne, si domo exeat, in pudicitie insidiatores incidat, qui ei pudicitie pallium adimant.

Tertius sensus principalis, de Christo et B. Virgine: Gullelmus hæc applicat Scribis et Pharisæis, qui blasphemando et vulnerando Christum, blasphemarunt pariter et vulnerarunt ejus matrem. «Eo ipso», inquit, quo lamam dilecti mei gladio lingue suæ tam crudeliter lacinaverunt, materum in me affectum inflictis dolorum vulneribus consuecuerunt. «Præterea, quod potuere, expoliaverunt me stolâ gloriæ meæ, pallio laudis, quo operiebatur, cum diceretur: *Beatus venter, qui magistrum bonum portavit, et ubera quæ sugere dignatus est*; hæc gloriâ me nudantes, quantum potuerunt, induerunt me diploide confusionis, infamando me tanquam matrem pestilentissimi seductoris; sed evasi horum omnium manus, nec filius meus passus est amplius eos in me cavere.» (Corn. à'Lap.)

(1) Sponsæ obstestatione excitatæ adolescentulæ illam rogant, ut, quoniam tam graviter ipsas adjuravit, edisseret, qualis tandem sit ille sponsus, quem tam fortiter amat, et pro aliis amabilem prædicat. *Quid dilectus tuus præ dilecto, scilicet alio quovis; quid insignis alijs viris habet tuus dilectus? O pulchra inter mulieres! ô mulierum pulcherrima.* Et affectus causâ repetuit: *Quid amicus tuus præ alijs eximium habet, quòd ita adjurasti?* (Rosenmuller.)

qui etiam inter millia facillè dignosci possit (1).

VERS. 11. — CAPUT EJUS AURUM. Quodcumque pulchrum et pretiosum est, aurum dicitur. COMÆ, ELATÆ PALMARUM, cincinni ejus crispi; Hebr. aliter, acervi, *thalthalim*; Græc. *ἐλάται*, arborum genus, sive abies, seu palma, aut potiùs recens palmarum germen; unde hæc vox, *elata*, quæ Græca est, in Vulg. in vecta; additum, *palmarum*, ad designandam arborem. Beda hic ex Plin. lib. 12, cap. 28. Comæ autem comparantur arborum ramis, eâ translatione, quâ frondescentes rami arborum comæ dicuntur (2).

VERS. 12. — OCULI EJUS SICUT COLUMBÆ, sicut oculi columbarum; QUÆ LACTE SUNT LOTÆ, tam candidæ, tam nitentes, ut lacte lotæ videantur; qualium oculi pulcherrimi et suavissimi esse solent. JUXTA FLUENTA; juxta plenitudines, Hebr., pulcherrimæ, habitantes in locis uberrimis et irriguis (3).

VERS. 13. — AREOLÆ AROMATUM CONSITÆ. Ut areolæ aromatis, ut flores odoriferi, Hebr., id est, ut areolæ consitæ floribus et plantis odoriferis. Unguenta è comis in genas defluentia notat. LILIA, sunt lilia quædam purpurea; his labia comparantur, propter mollem flexum, quo se lilii calix aperit, et spiritus suavitate: unde *myrrham primam*, seu præcellentissimam stillare dicuntur (4).

(1) *Electus ex millibus.* Quod alii vertunt, *vexillifer decem millium*; alii (quod mihi magis placet), insignis præ decem millibus. (Maldonatus.)

(2) *Comæ ejus quasi elatæ palmarum, nigra quasi corvus.* *Elatæ* penult. brevi. Græcum vocabulum est *ἐλάται*, et significat tenerum germen palmarum. Vide Calepini Dictionarium et Lexicon Græcum, et ibi Homeri versum, ex quo constat secundam, seu penultimam brevem esse. Septuaginta sic: *Comæ ejus elatæ nigrae sicut corvus.* Hebr. hoc modo: *Cincinni ejus crispi, nigri, veluti corvus.* (Estius.)

(3) *Oculi ejus, quasi columbarum insidentium fluentis aquarum, lavantur in lacte*; quasi dicat, innatant lacti; pupilla nempe oculorum circumvestita albumine, videtur esse veluti globulus ex ebno factus innatans lacti: *insident orbem plenissimum, instar gemmarum palas suas implentium.*

(Jacob. Cappelius.)

(4) Genæ sponsi sive matris sunt suaves, et plenæ confertæque gratis et virtutibus, ut aromatum areolæ et turriculæ, sive pixides pigmentorum (Gall. *boîtes de senteurs*) suavibus odoribus. Labia ejus fundunt dulcedinem, veritatem, immortalitatem, juxta illud: *Verba vitæ æternæ habes, secundum myrrhæ proprietates, amare quidem ut veritas, at utilissimæ ad odores, et ad conservanda à putredine corpora.* Per genas Hebræi quidem ferè intelligunt duas divinæ legis tabulas, sed nos rectius pudorem, honestatem, modestiam vitæ, mansuetudinem, suavitatem consuetudinis sive conversationis Christi, qua: omnia apparent in genis. Infra oculos, inquit Plinius, lib. 2, cap. 57, matris, tantum homini, quas præci genas vocabant. Ibi ostenditur pudor. *Tam suavi, modesta, mansuetâ vitâ, tam dulci consuetudine et verecundiâ fuit Christus, ut de eo Isaias scripserit, cap. 42: Non clamabit neque audietur vox ejus foris, calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet; in veritate educet judicium, non erit tristis neque turbulentus.* Hinc, c. 53, eum comparat ovi, etiam eo tempore quo ad cædem ductus est; et in Evangelio nunquam iracundè locutus deprehenditur, nisi quando zelus Dei eum comedit et inmutavit, Joan. 2. Hæc ejus vita areola est aromatum, et pixis pigmentorum, quasi cornucopia omnium virtutum et perfectionum.

VERS. 44. — MANUS ILLIUS TORNATILIS AEREÆ. CIRCULI aurei, Hebr., propter teretes ditatos omni auro pretiosiores. PLENE HYACINTHIS, geminis violacis, tharsisim; manus levissime efflorescentibus venulis. VENTER ILLIUS, interiora, Hebr., quibus pectus etiam designatur; unde: *Flamma de ventre ejus flocet aqua viva*, Joan. 7, 58. LEBRATUS, candor eboris, Hebr. DISTINCTUS SAPPHEIRIS. E summitate aut ex tenui veste, pectoris candor apparet inter lapillos ipsi vesti intextos (1).

Per labia verba ejus atque eloquia, que tibi subvia existerint, ut in communis colloquio non tantum unquam offenderit, cunctis non malignè affectis placuerit. Comparantur myrrhæ, fortasse quia insudabant veritates, que amara est improbis, ut myrrha. Aliud sequitur Aben Ezra, et ista duo referit ad duo angelorum genera: genas ad *sarc happatim*, principes qui nunquam discedunt à Dei vultu; labia, ad *hassamalachim* *hassalchim*, angelos administratores, qui ad homines mittuntur, et per quos, tanquam per labia, loquitur. Quà ratione D. Dionysius, in cœlesti Hierarch. è Daniel. 7, alios semper assistere Deo, alios foràs mitti docuit. Denique Aben Ezra cuncta hæc sponsi membra, vel ad aliquam Dei virtutem, conditionem, operationem, vel ad naturæ opera transfert, cum alii, ut R. Selomo, ad Ecclesie mysteria. *Consulta à pigmentariis*. In Hebræo altera est similitudo, *turricula pigmentorum*, id est, genæ illius sunt flores crescentes instar turrium, è quibus fiunt pigmenta, quibus fortassè in genis respondunt pulchri pilorum flocculi, in illis succrescentes. Nam genæ est pars illa faciei exterior rotundula, que barbam emittit. Gall. *joue*. Nec disputandum an non vox Hebr. *lebbi* propriè significet maxillam sive mandibulam. Nam utramque vultus partem significat pro loci commoditate, et tam latè patet quam apud Latinos mala, que apud Ciceronem, de Orat., maxillam, partem illam oris quæ mandimus, designat; imò è maxilla, ad euphoniàm duntaxat, contracta est, ut ala ab axilla, palus à paxillo, velum à vexillo; et apud Plin., lib. 2, c. 57, genam, que emittit barbam. «Malas, inquit Plinius, lib. 2, c. 57, infra oculos prisci genas vocarunt.» Sic *lebbi*, mandibulam, Jud. 45; genam. Lamentat. 1, 2, et supra, c. 1, aperit, imò et per totum hoc Canticum. Quod autem genas hic comparet turriculis pigmentorum, potiùs quam mandibulas, apparet ex eo quòd genæ, non mandibulæ, turricularum speciem gerant, ut proinde malas eas Latini appellarint, quòd rotundam mali speciem præ se ferant. Unde et c. 4 supra Salomon illas cum fragime mali puncti contulit. Quò fortassè respexerunt hi qui turricula hic thecas sive pixides odororum interpretantur. Sed malo ut alludat ad topiarios. Veteres enim in hortis suis varias figuras delineabant, et huic rei prædiciebant, quos Latini topiarios appellarunt. Ita ergo fortassè pigmenta disponebantur. Indicat Christum multis abundare pigmentis, suavitatibus et consolationibus. (Ganebrardus.)

(1) Saint Ambroise explique admirablement et en peu de mots ce que l'épouse dit ici des mains de l'époux d'une manière figurée. Les mains de l'époux, «dit ce grand saint, sont comme faites au tour, parce qu'elles sont parfaites. Et elles sont d'or, à cause de la sagesse qui les anime, c'est-à-dire, du Verbe même. Elles sont pleines d'hyacinthes, à cause du Saint-Esprit et de la plénitude de ses dons. Je dis donc, ajoute-t-il, qu'elles sont faites au tour, parce que toutes les œuvres que ces mains de l'époux ont produites, soit dans la création de l'univers, soit de us son incarnation, ont été vraiment parfaites et parfaitement accomplies: *Omnia ipsius opera, nec ad in creatione mundi, vel post assumptionem humanitatem per ipsum facta sunt, perfecta et absolutissima fuerunt.* Aussi il est dit des ones, que Dieu vit toutes les choses

VERS. 45. — CRURA, quatuor infra vestem parabant. COLUMINE MARMOREÆ, propter candorem et fir-

«sés qui d'avant faites, et qu'elles étoient très-bonnes; et il est dit de même des autres, qu'il a bien fait toutes choses; qu'il a fait et créé le monde et parler les mots.»

Les mains de l'époux nous marquent principalement, selon saint Grégoire pape, les œuvres saintes qu'il a faites dans le monde, et qu'il nous a proposées à imiter. Ce qui est tourné, ou ce qui est fait au tour, est parfait dans sa rondeur. La cette figure exprime la perfection, l'équilibre et la droiture des œuvres de Jésus-Christ, qui avaient une justice parfaite; c'est-à-dire que nulle imagination, pour le dire ainsi, ne le pouvant empêcher d'être toujours comme dans le cercle de sa divine perfection. *Quod enim tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo volutat; sic Christi opera in cœtitali et rotunditate absoluitur.* Ses mains étoient aussi comme d'or, parce que tout ce qu'il faisoit extérieurement parmi les hommes recevoit comme une vive impression de la beauté de la nature divine qui étoit cachée sous le voile de l'humanité: *Quidquid exterius inter homines operabatur, interioris in divinitatis pulchritudine disponebatur.* Enfin elles étoient pleines d'hyacinthes, qui est une pierre précieuse de couleur de pourpre; c'est-à-dire qu'elles étoient comme teintes de son sang, qui en relevoit le prix jusqu'à l'infini. Car en effet tout ce que le Fils de Dieu a fait dans le monde depuis qu'il s'est incarné pour l'amour de nous, et toutes les œuvres de ses mains, ont été aux yeux de Dieu son Père comme autant de pierres précieuses qui lui représentaient sans cesse la pourpre de ce sang divin, qu'il commença à répandre dès les premiers jours de sa naissance, qu'il répandit de nouveau dans le jardin des Oliviers et chez Pilate, et qu'il versa à la fin avec profusion sur le Calvaire, pour le salut de tout l'univers. Telles ont été les mains de l'époux, et telles aussi doivent être les mains de l'épouse, c'est-à-dire, de tous ceux qui appartiennent à l'Eglise, puisqu'elles doivent ressembler à celles de leur divin chef, et être teintes, pour le dire ainsi, de ce sang si précieux, qui en fait tout le mérite aux yeux de Dieu.

On peut remarquer encore avec saint Grégoire, évêque de Nysses, que les mains de l'époux sont représentées, aussi bien que sa tête, comme étant d'or, parce que de même que la pureté incomparable de ce chef divin de l'Eglise nous est figurée par l'or, qui est le plus pur de tous les métaux, aussi ses mains ne sont pas moins parfaitement pures. Or, nous regardons, dit ce Père, comme les mains de l'époux, celles qui dispensent les biens communs de l'Eglise, selon les usages prescrits par les saints préceptes. Et toute leur gloire consiste à être conformes à la pureté de leur chef. Ces mains, comme il dit encore, deviennent pures et parfaites, lorsqu'on en retranche tout ce qui peut en empêcher la perfection. Car, de même que, pour faire une statue de marbre, on ôte du marbre avec le ciseau tout ce qui est superflu et qui empêche que la figure que l'on veut représenter ne paraisse au naturel, il est aussi nécessaire, pour procurer la beauté parfaite des mains du corps de l'Eglise, d'en retrancher par la sagesse et par la raison beaucoup de choses qui s'opposent à la perfection de sa pureté. Tels sont le désir de plaire aux hommes, l'amour de la vaine gloire, l'avarice, et tant d'autres vices qui tous doivent être incompatibles avec cette pureté dont nous parlons. Or, Jésus-Christ nous a donné, comme dit Théodoret, un parfait exemple de cette manière toute pure d'agir, exprimée figurément, par ses mains toutes d'or et faites au tour. Car il s'est conduit dans chaque action avec tout de circonstance, de sagesse et de mesure, que tout était concerté, compassé, et comme fait au tour, pour profiter avec l'efficacité un bon usage. C'est ce qui lui fit dire à saint Jean, lorsqu'il voulut l'en-

mitatem. SUPER BASES AUREAS, calceamenta scilicet auro intertexta. Per Libanum et cedros, staturæ proceritas et dignitas designatur.

pêcher de recevoir son baptême : *Laissez-moi faire pour le présent, car c'est ainsi qu'il faut que nous accomplissions toute justice.*

Ce que l'épouse appelle ensuite *le ventre de l'époux*, s'explique par quelques-uns du cœur, des entrailles, ou de la poitrine. Mais, comme il serait visiblement ridicule d'envisager dans toute cette description figurée du corps de l'époux, autre chose que le sens spirituel qu'elle renferme comme le vrai sens de l'Écriture, nous ne devons pas nous mettre beaucoup en peine de rechercher d'autres explications de ce passage, que celles que les saints Pères y ont données. On peut dire donc, avec saint Ambroise et saint Grégoire le Grand, que l'infirmité de notre chair et notre mortalité sont exprimées par le ventre de l'époux. Mais ce ventre *était d'ivoire*, parce que la chair du Sauveur, quelque faible qu'elle fût, par un effet de sa bonté, qui le rendait compatissant à nos faiblesses et à nos misères, était d'une souveraine pureté, et aussi parfaitement insensible à toute apparence de péché, que si elle avait été d'ivoire. Car l'ivoire est, selon la remarque d'un ancien Père, une espèce d'os, dont les parties sont toutes serrées si étroitement, qu'il demeure incorruptible, et qu'il est toujours d'une fermeté inaltérable : ce qui, étant joint à sa blancheur extraordinaire, nous figure parfaitement l'incorruptibilité et la parfaite pureté de la chair de Jésus-Christ.

Ces *saphirs*, dont le ventre de l'époux est parsemé, servent encore à faire éclater davantage sa pureté virgine et toute céleste. Le saphir, dont la couleur représente celle du ciel, nous marque fort bien, selon saint Ambroise et saint Grégoire, l'éclat des actions toutes divines que Jésus-Christ opérait au milieu des infirmités de son corps mortel. Lorsque saint Paul dit qu'il a été crucifié selon la faiblesse de sa chair, voilà, selon saint Ambroise, ce que figurait le ventre, c'est-à-dire, la faiblesse de la chair du saint époux. Mais lorsque l'Apôtre ajoute : *Il vit néanmoins par la vertu et la puissance de Dieu*, voilà, dit le même Père, comment il est distingué et parsemé de saphirs. C'est ce mélange admirable d'infirmité et de puissance, de faiblesse selon la nature humaine dont il s'était revêtu, et de vertu toute puissante selon sa divinité, qui a formé toute l'économie de l'Incarnation.

Il ne faut pas cependant omettre ce que saint Grégoire de Nysse a dit, que *le ventre* pouvait bien marquer ici la même chose qu'il signifie dans l'Évangile, lorsque le Sauveur criait devant tout le peuple, que si quelqu'un croyait en lui, il sortirait de son ventre, ou plutôt de son cœur, des fleuves d'eau vive : *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aqua viva*. Car il est visible que le ventre est mis en ce lieu

CAPUT VI.

1. Dilectus meus descendit in hortum suum, ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, et lilia colligat.

2. Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

3. Pulchra es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

4. Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

5. Dentes tui sicut grex ovium, quæ ascenderunt de lavaero, omnes gemellis factibus, et sterilis non est in eis.

VERS. 16. — GUTTUR ILLIUS SUAVISSIMUM, mellitâ oratione, halitu, vocis suavitate. TOTUS DESIDERABILIS, totus desideria, Hebr., Septuag. Quasi diceret : Quid singula commemorem, aut singula membra describam? totus est desiderabilis, totus est amor. S. Thom. (1).

pour le cœur. Ainsi ce Père a regardé ce que l'épouse dit ici du ventre de l'époux, comme pouvant être entendu de la pureté si admirable de son cœur, tout rempli et tout pénétré de la divinité; quoique toutefois il ait plus envisagé en cela l'épouse même que l'époux, et les membres que le chef. C'est pourquoi il dit que l'Écriture nous marque par ces paroles le cœur pur, le cœur vraiment sanctifié de ceux qui sont devenus comme une table toute spirituelle de la loi de Dieu; de ceux qui, selon saint Paul, montrent que cette divine loi est écrite dans les cœurs, non avec de l'encre, mais avec l'Esprit du Dieu vivant; non sur des tables de pierre, mais sur des tables de chair, qui ne sont autres que leurs cœurs mêmes. (Sacy.)

(1) *Guttur*, Hebr. per auxesim palatum ejus dulcedines, id est, mera dulcedo, quàm dulcissimum, quàm suavissimum. \aleph hec propriè palatum; at *guron guttur*. Quantum ad sententiam nihil admodum refert; nam perpetuò verbum sponsi significatur, quovis melle dulcius, purum afflictarum animarum solatium. Idque quoniam utroque instrumento articulata vox perficitur, sed suavius palato, quemadmodum litteræ Hebræorum palatinae sunt gutturalibus multò suaviores. Alia humanæ sive articulatae vocis instrumenta sunt tria, lingua, dentes, labia, quæ proinde etiam metonymicè accipiuntur pro verbo, sermone, loquelâ, præsertim lingua et labia. Appellat igitur, etiam hic palatum sive guttur verbum sponsi et orationem. Illud est dulcedines. Nam quid, inquit R. Selomo, dulcius quàm lex et prophetæ quorum hæc est summa : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*. Quò pertinet illud Isaïæ : *Omnnes sitientes, venite ad aquas, properate, absque argento emite, comedite, bibite vinum et lac*. Imò totus Isaïas, præsertim à cap. 40 ad finem usque, quæ idcirco pars à veteribus Rabbinis inscribitur liber *Nehhamoth*, consolationum. Sic in Evangelio : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*. *Discite à me quia mitis sum*. Et sanè Evangelium, id est, Christi vox et oratio multò lege et prophetis dulcior. Nam tota est de justificandis hominibus, de adoptandis, de eorum remittendis peccatis, de vitâ æternâ eis dandâ, de alliciendis ad regnum Dei, de consolandis in hac vitâ, de liberandis à malis et afflictionibus, de juvandis, augendis, ornandis, ditandis, etc.; *desiderabilis*, in fonte alia auresis : Totus est desideria, id est, expetendus et desiderandus modis omnibus. *Talis*, conclusio per epiphonema. Ille est dilectus meus, his notis et signis à vobis dignoscetur et distinguetur à cæteris. *Amicus*, socius propriè.

(Genebrardus.)

CHAPITRE VI.

L'ÉPOUSE.

1. Mon bien-aimé est descendu dans son jardin, dans le parterre des plantes aromatiques, pour se nourrir dans ses jardins, et pour y cueillir des lis.

2. Je suis à mon bien-aimé, et mon bien-aimé est à moi, lui qui se nourrit parmi les lis.

L'ÉPOUX.

5. Vous êtes belle, ô ma bien-aimée, et pleine de douceur; vous êtes belle comme Jérusalem, et terrible comme une armée rangée en bataille.

4. Detournez vos yeux de moi, car ce sont eux qui m'ont obligé de me retirer promptement. Vos cheveux sont comme un troupeau de chèvres qui se sont fait voir venant de la montagne de Galaad.

5. Vos dents sont comme un troupeau de brebis qui sont montées du lavaïr, et qui portent toutes un double fruit, sans qu'il y en ait de stériles parmi elles.

6. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis.

7. Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinae, et adolescentularum non est numerus.

8. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiae, et beatissimam prædicaverunt; reginæ et concubinae, et laudaverunt eam.

9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

10. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma cavallium, et inspicerem si florisset vinea, et germinassent mala punica.

11. Nescivi: anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.

12. Revertere, revertere, Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te.

6. Vos joues sont vermeilles comme l'écorce d'une pomme de grenade, sans ce qui est caché au-dedans de vous.

7. Les reines sont soixante, les femmes quatre-vingts, et le nombre des jeunes filles est infini.

8. Mais une seule est ma colombe et ma parfaite amie; elle est l'unique à sa mère, et choisie par celle qui lui a donné la vie. Les filles l'ont vue, et elles ont publié qu'elle est très-heureuse; les reines et les autres femmes lui ont donné des louanges.

9. Quelle est celle-ci qui s'avance comme l'aurore naissante, belle comme la lune, éclatante comme le soleil, terrible comme une armée rangée en bataille?

LE POUSÉ.

10. Je suis descendue dans le jardin des noyers, pour voir les fruits des vallées, pour considérer si la vigne avait fleuri, et si les pommes de grenade avaient poussé.

11. Je n'ai plus su où j'étais: mon âme a été toute troublée en moi, à cause des chariots d'Aminadab.

LES FILLES DE JERUSALEM.

12. Revenez, revenez, ô Sulamite, revenez, revenez, afin que nous vous considérons.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DESCENDIT IN HORTUM SUUM, quò matutinus ire solebat, vel quò se prædixerat iturum. UT PASCATUR IN HORTIS. Alii: *pascatur*; ut ad hortos greges agat, et ad valles liliis abundantes. Quàm elegans autem, dum pascuntur greges, ipsum legere flores, ad sponsam deferendos (1)!

VERS. 2. — EGO DILECTO MEO, quocumque loco sit, et ego illum, et ille me cogitat (2).

VERS. 3. — PULCHRA ES. Jam sponsus adest et loquitur. SUAVIS ET DECORA. Pulchra es, amica mea sicut Thersa, decora sicut Jerusalem, Hebr. Thersa erat urbs regia antiqua sub Chananæis, Jos. 12, 24, quæ Jeroboami et insequentium Israelis regum sedes fuit, 3 Reg. 14, 17, 15, 33, etc., sub Salomone quoque nobilis. Sensus est: Non ita Thersa Ephraimitis, Judæis urbibus Jerusalem, ut tu cunctis mulieribus antecellis. Sunt qui memorent sponsarum, more urbium, turritas coronas, ad quas hic allusum; nec absurdum puellas urbibus comparari, quæ ipsæ passim in Scripturâ puellis comparentur; unde filia Judæ, et apud Græcos, metropoles. Memorat autem urbes celeberrimas atque amoenissimas. TERRIBILIS UT CASTRORUM ACIES, ut necesse sit à te perdomari corda omnium. Eadem vis formæ muliebris in malam partem exprimitur his verbis: *Multos enim vulneratos dejecit, et*

fortissimi quique interfecti sunt ab eâ, Prov. 7, 25, 26 (1).

VERS. 4. — ME AVOLARE FECERUNT. Me mihi suffriperunt; invaluerunt, Hebr.: *Fortiores me sunt, ut nec ego ferre possim. Capilli tui*. Hæc cum duobus sequentibus versibus repetuntur ex 4, 1, 2, 5: iterare enim juvat, quæ maximè affecerunt animum (2).

VERS. 7. — SEXAGINTA SUNT REGINÆ. Reginæ principum filia erant, concubinae ancillæ, adolescentulae quæ ministrabant in regia, nondum thori honore dignæ. Ait ergo Salomon, cum tot illæ sint quas ad magnificentiam habeat, unam tamen antecellere omnibus, unam esse quam diligit. Habuit autem postea longè plures, nempe reginas septingentas, et concubinas trecentas; diciturque multas adamasse; sed primam, filiam Pharaonis, quam initio regni duxit, cuique regiam extruxit, 5 Reg. 11, 4, 5; ibid. 5, 4; 7, 8 (5).

(1) *Velut Thirsa*, urbs de qua 1 Reg. 14, 17. *Formidabilis*, ad verb., *formidabilis velut vexillata*, sub. *copiæ*; id est, quæ vexilla et signa gestare solent. (Vatablus.)

(2) *Ferocem me fecerunt*. Kimlii exponit: *Superaverunt concupiscentiam meam*. Alii exponunt in hunc modum: *Superbiorem me fecerunt*. (Munsterus.)

Ut grex ovium, tonsarum. Notat R. Selomo ovem totam sanctam esse, cum ex ejus lanâ fiant hyacinthinæ pelles, ex carne victimæ, et cornubus buccinæ, ex cruribus tibiae, ex intestinis citharæ, ex cute tympanum. Ovi comparatur populus Dei; gentes cani, ex quo nihil in sacros usus assumitur. In fine hujus versûs additur à Septuag. hoc hemistichium: *Sicut funiculus coccineus sunt labia tua, et sermo tuus est decorus*; quod desumptum est ex Cant. 5, 4. Additionem illam agnoscut Aquila et cæteri Græci interpretes: unde liquet perpetuam jam omitti in codice Hebraeo. At eam respuunt codices Hebraei, Chald. et Masora, quæ ad Cant. 4, 5, notat voces וַיִּשְׁרַח וַיִּשְׁרַח non amplius reperiri. His sanè major habenda est fides quam versionibus. (Synopsis.)

(5) Exaggerat amice pulchritudinem et præstantiam, aliarum comparatione. *Sexaginta sunt reginæ. Et octoginta concubinae*, uxores quidem, sed nimis solemniter et inferiore conditione adsectæ: cont. not. ad Genes. 22, 24. Habeo, inquit regis sponsus. Sa-

(1) Respondet sponsa puellis, quærentibus quò esset profectus dilectus ille tantoperè celebratus, tot laudibus et ornamentis insignitus, nempe in hortum suum, id est, in sedem Ecclesiæ, in locum religionis, ad Ecclesiam ipsam, quam, cap. 4, horti vocabulo affecit. Extra Ecclesiam Christus non convenitur. Unde R. Selomo per hortum intelligit templum, per aromata thymiamata, quæ in templo adolebantur. *Ut pascatur in hortis*, ut pascat se in Ecclesiis singularibus, et colligat lilia, id est, sancta opera, eaque probet et remuneret. Aliqui activè per eclipsim. *Ut pascat oves suas in hortis*. (Genebrardus.)

(2) *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi*; id est, neque ille amat aliam præter me, neque ego alium præter illum. Mysticè, neque Christus amat aliam Ecclesiam quam catholicam, neque Ecclesia catholica alium sponsum quam Christum. (Maldonatus.)

VERS. 8. — UNA EST COLUMBA MEA. Cùm tot ac tantæ sint, una est quam vel aspectu cognoscas, adeò omnes et formâ et decore vincit. Sic apud Theocritum, elegantissimo illo de Helenâ idyllio 18, canunt selectæ virgines : Adsumus quater sexaginta cœvæ virgines, flos puellarum pulcherrimus; at nullam sine labe compereris, si cum Helenâ comparentur; ut ipsâ comparatione cum formosis etiam feminis sponsæ pulchritudo magis elucescat. UNA EST MATRI SUÆ, jam inde à parvulâ præ cæteris chara : quod ad commendationem formæ pertinet, matribus filiarum egregiâ specie imprimis delectari solitis. VIDERUNT EAM FILLE.... REGINÆ ET CONCUBINÆ. Tam pulchra est, ut à mulieribus, et ab ipsis æmulis laudem extorqueat, quæ tanta laus est, ut in eâ sponsus meritò conquiescat. Neque adhuc sponsam, aut uberius laudavit, aut amavit ardentius, incensus piis, quibus illa per noctem se excruciataverat, curis; sic iræ in amorem desinunt. Hic quarti diei finis, cujus hæc series : sponsa nocte intempestâ domo exsilit; adolescentulis manè occurrit, tum sponsum reperit; miris ejus afficitur laudibus usque ad vers. 9, quem ad sequentem diem aptius referemus (1).

Jam ad veros sensus. Anima iterùm exercetur, sed vehementius ac durius quàm tertiâ die, supra, cap. 5. Non solùm enim exercetur, sed etiam castigatur tardius aperiens; docetque sponsus statim atque pulsatur, aperiendum esse, cùm ipse statim transiturus sit, nisi

lomo, quàm plurimas reginas, et multò plures concubinas. Narratur, 1 Reg. 11, 3, fuisse Salomoni septingentas primarias uxores et trecentas concubinas. Existimârunt nonnulli habuisse illum initio tantùm eum qui hic legitur reginarum et concubinarum numerum. Ewald inde, quòd hic minor numerus indicatur, colligit esse hoc carmen ante exilii tempora scriptum, antequàm numerus mulierum, quas in gynæceo suo Salomon habuerit, fando in eum numerum exaggeratus fuerit, qui in libro Regum legitur. Arguitur! Ponitur numerus certus pro indefinito, uti supra 5, 7: *Sexaginta lecti Salomonis custodes.* (Rosenmuller.)

(1) *Una est columba mea*, id est, de omnibus prædictis gentibus non elegi, nisi unam in sponsam, scilicet populum Israel, quem desponsavi per legem. Aliter etiam potest exponi, quòd licet solùm in Jerusalem fieret oblatio sacrificiorum, tamen in singulis civitatibus, oppidis et villulis Judææ erant loca, ubi congregabatur populus ad orationem et ad audiendum legem divinam, et dicebantur synagogæ; igitur per *reginas*, possunt intelligi synagogæ civitatum, per *concubinas* oppidorum, et forte istæ et illæ erant in tali numero, vel ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, sicut alibi in Scripturâ, Dan. 7: *Decies millies centena millia assistebant ei.* Angeli enim assistentes Deo sunt in multo majori numero, secundùm omnes expositores. Per *unam*, quæ dicitur *columba* et *sponsa*, intelligitur tabernaculum, ubi in Jerusalem erat arca, quia præ cæteris civitatibus et locis erat ad Dei cultum electa; et dicitur: *Electa matri suæ*, id est, Ecclesiæ triumphanti, quæ dicitur mater militantis, Galat. 4: *Ille quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.*

Viderunt eam filie Sion, id est, populus de civitate Jerusalem, et aliis civitatibus et locis Judææ, commendaverunt cultum Dei, qui erat in Jerusalem: propter quod admirativè de profectu Ecclesiæ, tempore David, subditur: *Quæ est ista quæ progreditur, etc.?* (Lyranus.)

aperias. Unde sic præmonet: *Ego quos amo, arguo et castigo...* tum continuò: *Ecce sto ad ostium et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum*, Apoc. 3, 19, 20. It enim, reditque raptim, arrectamque vult animam, neque somnolentam, sed quæ verè dicat cum sponsa: *Ego dormio, et cor meum vigilat*, vers. 2; sin autem velut in lecto languescat, fit illud, vers. 6: *Quæsi, et non inveni: quem ad locum Ambrosius in Psal. 118, octon. 22 (edit. Bened. serm. 22, n. 32): «Ego te quæsi, sed invenire non possum, nisi tu volueris inveniri; et tu quidem vis inveniri, sed vis diù quæri, vis diligentiùs indagari...; non vis ut te dormiens quærat; non vis ut te jacens investiget.» Ergo amantem licet, cunctantem tamen nactus abit, nec vocanti respondet, nempe ut desiderium crescat, ut probetur affectus, ut exerceatur amoris negotium, Bern., serm. 75. Hinc ergo sponsa facta cupidior, mox sese ad requirendum totâ aviditate dedit, idem, ibid.; nec tamen statim invenit, ut supra, cap. 5; crescenti enim amori gravior exercitatio incumberebat; invenitque custodes, pastores Ecclesiæ scilicet, qui percutiant, qui vulnerent, qui spolient; sive bonos et peritos, qui vulnerent iis vulneribus, quæ oculis præferuntur, Prov. 27, 6, hoc est, qui desiderem et cunctantem acriter reprehendant et quodammodò spolient, vers. 7, id est, qui nudam collocent ante oculos suos, ut suas ipsa culpas agnoscat; sive bonos, sed imperitos, à quibus gravissima patiat; sive etiam malos, quibus offendatur magis. Sic et sponsi fugâ, et ministrorum ejus operâ vehementissimè cruciatur. Unum interim solatium est, inclamare sponsum, et ab iis qui occurrant, requirere. Ipsâ autem exercitatione surgit illa perfectior, ac sui amoris testificatione alios ad quærendum instigat, vers. 17.*

De sponsæ autem cunctationibus atque excusationibus, vers. 5; Augustinus alique Patres passim pedum lotionem revocant ad minutiora peccata; congruuntque Domini verba, Joan. 13, 10: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Observant magnas animas in contemplatione quiescentes, metuere interdum, ne ad exteriora vel leviter delapsæ, inquinentur; neque tamen cunctandum, præcipiente sponso; neque præmittendum illud, sanctas animas, infusam sibi reverentiam gratiam, mirâ diligentia cavere à peccatis. *EXPOLIAMI ME TUNICA MEA*: exui veterem hominem; quomodò induam illum? quo sensu Paulus, Rom. 6, 2: *Qui enim mortui sumus peccato, quomodò adhuc vivemus in illo?* Sponsus digitos immittens foraminis seræ, vers. 4, Christus est per gratiam aditum quærens, animæque interiora commovens. Sponsus lilia colligens, 6, 1, et ubique liliis delectatus, idem Christus est, electos suos, quorum innocentiam et castitatem delectatur, in unum coagmentans. Quòd autem animi exercitata et castigata perfectior evadat, duo docent: Primum quòd et sponsum cognoscat, et laudet impensius, et aliis innotescere faciat, toto cap. 5; alterum quòd ipsi magis cognita sit, hoc est, magis amata, magisque laudata, cap. 6, sicut scriptum est: *Novi*

te ex nomine, invenisti gratiam coram me, Exod. 55, 42, 47. Jam verba sponsae sponsum collaudantis intelligamus, vers. 10 : Candidus, propter divinitatem; candor est enim lucis aeternae, Sap. 7, 26. Rubicundus, propter incarnationis passionisque mysteria; quippe qui habet rubrum vestimentum, Isa. 63, 2, vestitusque sit veste aspersa sanguine, Apoc. 19, 15. Caput ejus aurum optimum, vers. 11. Ipsa divinitas est; caput enim Christi Deus, 1 Cor. 11, 5, thesaurique sapientiae et scientiae absconditi; et omni auro pretiosior sapientia, Job 28, et caput omnium Christi praeceptorum, charitas; aurum illud ignitum, quod ab ipso emere animae tepidae jubentur, Apoc. 5, 48. Capilli, velamen capitis, humanitas tegens divinitatem, nigri quidem, dum versatur inter homines; oculique mansuetudine columbini. Ceterum translato ad Patris gloriam, orbemque judicatio, capilli candidi, tanquam lana alba, et oculi, tanquam flamma ignis, Apoc. 1, 14. Manus tornatiles, vers. 14, sunt opera omnia aptè concinnèque facta. Crura firma, quod stabili gradu stet, hostesque conculcet; item, vers. 15, sive, ut ait Ambrosius, crura ejus columnae marmoreae super bases aureas, quod solus Christus inambulet animis et gradiatur in mente sanctorum, in quibus, velut aureis basibus, fundamentisque pretiosis, solidata vestigia Verbi caelestis haeserunt. In ore verba vitae, totusque ipse est amor, vers. 16. Haec Patres, ex quibus intelligi caetera facilè possunt. Sic ergo sponsa sponsum cognoscit. Ad eam notitiam pertinet, quod scit ubi agat, ubi pascat, 6, 1; non id sibi indicari petit, ut antea 4, 6. Jam sponsus, cap. 4, collaudatam sponsam, in hoc cap. 6, iterum laudat, sed impensius et magnificentius, cum formae venustati ac dignitati addat hic robur invictum, posteaquam scilicet exercitata praeliis, et affecta vulneribus, vi denique spoliata, non minus agit fortiter institutumque persequitur, cap. 5, 7, 8. Itaque non modò pulcherrimis et celeberrimis urbibus eam comparat, praesertim Jerusalem in se ordinatae, ac certà pace fundatae, sed etiam exercitui, quod sit hostibus formidabilis, 6, 5, atque ad laudum cumulum appellatur nunc primum una et perfecta, 8.

Jam de Ecclesiâ quae hic perfectissimè adumbratur pulchrum illud comitum, vers. 9 : *Qualis est dilectus tuus?* nemini enim notus sponsus, nisi monstrante Ecclesiâ. Unde subdunt, vers. 17 : *Quò abiit dilectus tuus...? et quæremus eum tecum;* ut cum doctrina sponsi latere, et velut in longinquum declinasse videretur, cum sponsâ, cum Ecclesiâ eam quarant, non ipsae solitariae, ne per avia exercent, atque haereticis praedae sint. Ecclesia autem facilè dignoscitur insigni pulchritudine: urbs conspicua et supra montem posita, Matth. 5, 14; exercitus ordinatissimus, 6, 5, ducibus notissimis; adversus haereticos et impios egregiè instructa. Est autem simul urbs et sponsa, sicut scriptum est de Jerusalem novâ, unâque simul et perfectâ, Apoc. 21, 2, 9, 10.

Regina, concubina, adolescentulae, 6, 7, varii sunt ordines animarum incipientium, proficientium, per-

lectarum; et inter perfectas eminent insigniores quaedam, quasi jam in colis cum sponso versari videantur, ipsisque praecolentis animis animalibus miraculo sint, de quibus hic dicitur : *Una est columba mea;* quibus etiam competit illud supra ex Ezechiele 16, 15, memoratum : *Et decora facta es vehementer univis, et profecisti in regnum,* supra omnes reginas eminentissima, quippe quae caeteris et verbo et exemplo praeis. Haec autem vel maxime conveniunt Ecclesiae catholicae, quam aliae sectae, etiam aemulae et invidae, laudare cogantur, vi veritatis victae.

Quod sponsus dicat : *Caput meum plenum est rore,* intellige verba gratiae quibus animae irrigentur, quâ de re praclare Ambrosius, lib. de Virg. cap. 12, n. 70 : (Caput tuum Christus est, qui plenus est semper, nec liberalitatibus exhaustur suis, aut diuturnâ deficit largitate.) Quod autem Christus ab aspectu sponsae avolet, vers. 4, Patres interpretantur, ab iis qui curiosius inspiciant, ipsâ suâ altitudine effugere. *Scrutator enim majestatis opprimitur a gloriâ,* Prov. 25, 27; caeterum ubi sponsus dicit : *Averte oculos tuos,* recordari oportet Jacob Deo praevaleat, Gen. 32, 23, ac Moysi, cui dicitur : *Dimitte me,* Exod. 32, 10; Jeremiae etiam qui sapius veretur orare pro populo; sanctarumque animarum, quae veluti Deo vim inferant, quibus etiam dicat sponsus : *Averte oculos tuos illos humiles ac supplices et vim inferentes, quia fortiores me sunt,* juxta Hebr., quae vis Deo grata est, Tertull. Apolog.

QUINTA DIES.

VERS. 9. — *QUE EST ISTA?* Sic sponsam domo manè progredientem, ac primum apparentem adolescentulae salutare et admirari solent, supra, 5, 6, infra, 8, 5. Quare meritò hic initium quintae diei collocamus, nullâ licet factâ noctis mentione, ad variandam eelogram. *QUASI AURORA CONSURGENS.* *Consurgens* deest in Hebr., et hoc tempus designat domo procedentis et quasi exorientis, ut aurorae illucescenti comparetur, quod poëtis etiam caeteris usitatum, ut Q. Catulo de Roscio, noto epigrammate, Theocrito de Helenâ, et aliis. *PULCHRA UT LUNA.* Crescit comparatio de aurorâ ad lunam. *ELECTA UT SOL.* Soli sponsa comparatur, ut sol sponso thalamo egredienti, Psal. 18, 6. Quae igitur manè pulcherrima apparent, aurora, luna saepè, mox sol oriens luce purissimâ, prodeuntis sponsae pulchritudinem ac splendorem exprimunt. *TERRIBILIS UT CASTRORUM ACIES :* vide supra, 5 (1).

(1) Invento sponso, actâque cum illo morâ in horto, demum post quartam noctem manè sponsa egreditur; camque incidentem mirantur adolescentulae, oris venustatem majestatemque contemplatae : *Quae est ista quae progreditur quasi aurora?* etc. Si nostri sermonis ingenium spectes, haec phrases, quibus regina soli, luna, aurora, atque exercitui in praedium instructo similis dicitur, insipide ac praeter modum exaggerata videntur. At placent Orientalibus amplexibus hujusmodi imagines ac descriptiones, quas inter dum Graeci Latineque poëtae imitati sunt. Theocritus, Idyll. 17, in Helenae epithalamio, Helenam cum aurorâ comparat, et Catullus Roscium.

Mystico et spiritali sensu innumera suppetunt et pulcherrima, quae cum variis hisce sponsae compara-

VERS. 10. — DESCENDI IN HORTUM. Ille sponsus : Profectus, inquit, eram in hortum, curaturus arbo-

tionibus componantur. Christiana Ecclesia sub ipsum sui exordium auroræ similis fuit, Judaïca religionis umbras, noctemque superstitionis dissipanti. Prioribus seculis, inter persecutionum tenebras sese veluti lunam exhibuit. At imperatoribus ad Christiana sacra conversis, sol nitidissimus per maximè serenos dies visa est. Si quæ interdum hæreses erroneæque, ceu nubes, oriuntur, has illa calor fulgorisque sui viribus fugat. Quidam ex Patribus de his, que sub mundi exitum eventura sunt, interpretantur. Ecclesia ab Antichristo laccessita, et propè oppressa, sensim surget, atque instar auroræ apparebit. Eadem denique ceu luna fulgebit, ac deinde ut sol micabit, atque ut exercitus in prælium instructus, formidabilis ellicietur. (Calmet.)

Quelle est celle-ci ? etc. Ces expressions figurées marquent, selon le sens littéral, la gravité, la majesté et l'éclat de la beauté de l'épouse d'un grand roi, qui lorsqu'elle marche se fait admirer, respecter et craindre par toutes sortes de personnes, n'y ayant qui que ce soit qui puisse aimer sa beauté si éclatante, sans qu'il soit en même temps rempli de respect et de frayeur pour une si haute majesté. Mais parce que le vrai sens que le Saint-Esprit nous oblige d'envisager dans ces paroles, est celui qui regarde les qualités toutes spirituelles de l'Eglise, nous nous arrêtons uniquement à celui-là, comme au véritable, dont cet autre est seulement la figure.

L'aurora, comme le remarque fort bien Théodoret, est un milieu entre la nuit et le jour, c'est-à-dire le commencement du jour qui est la fin de la nuit. Ce fut donc ainsi que l'Eglise se fit voir dans sa naissance, lorsque, commençant à dissiper les ténèbres du paganisme, elle fit paraître peu à peu la lumière de la vérité.

C'est ce que nous signifient ces paroles : Qu'elle s'avance comme l'aurora quand elle se lève. Car en se levant, pour parler ainsi, dans sa naissance, elle ne s'est pas arrêtée, comme dit un saint évêque, mais elle s'est toujours avancée en pratiquant toutes les vertus, et parcourant tout l'univers, qu'elle a rempli de la lumière de l'Evangile, dont l'époux l'avait rendue depositaire. « C'est là, selon saint Ambroise, cette lumière véritable, qui emprunte de l'éclat perpétuel du vrai soleil de justice, la lumière de la grâce et de l'immortalité. Car l'Eglise ne brille pas par sa propre lumière, mais par celle qu'elle reçoit de Jésus-Christ, qui est la source de sa justice et de sa splendeur. » C'est donc justement qu'il est dit ici qu'elle est belle comme la lune, puisqu'en éclairant toute la terre, elle a dissipé les ténèbres de ce siècle. Il est vrai que, comme la lune, elle a paru défaillir en quelque sorte, et renaitre très-souvent. Mais c'a été par ces sortes de défaillances apparentes qu'elle s'est accrue, et qu'elle a mérité de se multiplier à l'infini, lorsqu'étant comme diminuée par les persécutions, elle était en même temps couronnée par le martyre de ses illustres confesseurs : *Ecclesia sicut luna defectus habet et ortus frequentes; sed defectibus suis crevit, et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, et confessorum martyriis coronatur.*

L'Eglise est, durant la nuit de cette vie, dit un ancien Père, comme une lune, qui éclaire ceux qui voyagent, et qui leur montre le droit chemin qu'ils doivent suivre. Elle est aussi en un autre sens que celui qu'on a marqué, une aurora, parce que le temps qui suit le premier avènement de Jésus-Christ, est tout entier comme l'avant-coureur du grand jour de l'éternité, selon que l'appelle saint Pierre, et de cet état heureux ou l'on sera établi dans la plénitude de sa lumière et de sa gloire. Mais lorsque ce jour de la gloire du Seigneur sera arrivé, l'Eglise ne paraîtra plus simplement comme la lune, ou comme l'aurora, elle éclatera comme le soleil, étant alors toute revêtue de la

res; consister non potui, coactus sum ad sponsam quam citissimè regredi. HORTUM NUCUM. Vidimus alium sponsi hortum, qui erat florum et aromatum; propter quem pascebat oves inter lilia, supra, 6, 1.

lumière du soleil même de justice, qui est son époux.

On peut dire encore que selon ses divers accroissements, elle a été dès le temps de cette vie, et une aurora, et une lune, et comme un soleil. C'est ce qu'on a vu dans le cours des siècles, où sa lumière ne s'est étendue que peu à peu, jusqu'à ce qu'elle soit arrivée à cet état si brillant, où non-seulement les particuliers, mais les empereurs, les rois et les princes se sont réjouis à ses rayons qui éclataient de toutes parts, et ont regardé comme leur gloire de faire régner Jésus-Christ dans tout l'univers. C'est donc un soleil qui éclaire toute la terre, et dont la chaleur s'est fait sentir à toutes les nations : *Nec est qui se abscondat à calore ejus*; car ce qu'on dit de l'époux se peut dire aussi de l'épouse, la sainte Eglise, qui a reçu de Jésus-Christ avec plénitude la lumière de vérité et l'ardeur de la charité, pour en faire part à tous ses enfants. *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum*, dit le Seigneur par la bouche d'un autre prophète, qui marquait par là l'établissement du trône de Jésus-Christ affirmé pour toujours, et tout éclatant comme le soleil, à cause de sa nature divine; et comme la lune qui est pleine, à cause de son Eglise, qui ne brille que de la lumière qu'elle reçoit de ce soleil adorable, qui la rend pleine et parfaite.

C'a été alors qu'elle est devenue terrible comme une armée rangée en bataille, non aux filles, mais aux impies; non aux juges, mais aux démons : car quand ils ont vu tant de martyrs se jouer de leurs tourments par la douceur de leur patience; les jeunes filles souffrir la mort pour la foi plus constamment que les plus braves d'entre les Romains ne l'auraient pu faire pour leur patrie; les princes remplis d'orgueil se soumettre volontairement à une religion qui n'inspirait que l'humilité et le mépris de la vie; les plus savants philosophes abaisser leur esprit et leur raison sous la foi; les déserts de la Thébaïde et de l'Égypte, où avait régné plus fièrement l'idolâtrie, se remplir de solitaires qui vivaient comme des anges, en oubliant presque qu'ils fussent des hommes; les nations les plus superstitieuses et les plus barbares reconnaître l'égarément de leur vie passée, et s'adoucir comme des agneaux sous la houlette sacrée du grand Pasteur de l'Eglise; ils ont regardé alors véritablement avec frayeur l'Eglise de Jésus-Christ comme une armée rangée en bataille, et destinée à renverser leur empire; et ils ont senti qu'un bras invisible la rendait toute-puissante et vraiment terrible à ceux qui la combattent.

Il ne faut donc pas s'étonner si le Prophète, qui découvrait en esprit toute cette majesté et cet éclat si brillant de l'épouse du grand roi, met dans la bouche des filles de Sion ces paroles : *Quelle est celle-ci qui s'avance comme l'aurora ?* etc. Mais ce qui devrait plutôt nous causer un très-grand étonnement, c'est de voir que cette Eglise, telle qu'elle est décrite en ce lieu, si pleine de gloire, si éclatante de lumière, et si redoutable à ses ennemis, soit néanmoins méconnue par tant d'hérétiques ou d'esprits forts, qui feignent de ne la pas voir, comme s'ils étaient frappés d'aveuglement; et, ce qui est encore plus déplorable, que celle qui donne la terreur aux démons mêmes soit tous les jours méprisée et foulée aux pieds par ses enfants. Que s'il semble qu'elle est maintenant à l'égard de ces hérétiques et de ces impies, comme la lune, dans une espèce de défaillance, il viendra un jour que, toute éclatante comme le soleil, elle frappera ces esprits, dont la force ne consiste que dans leur faiblesse, par les rayons pénétrants et brûlants de sa lumière, qui les réduira à la dernière confusion.

Hic hortus fructuum est, ubi nuges, poma, vinea, mala punica (1).

VERS. 11. — NESCIVI. Nihil videbam, amore turbatus. ANIMA MEA CONTRIBUIT MI: anima mea posuit me quadrigas Aminadab, Hebr. Curriculo reversus sum, quasi citatissimis quadrigis invecus: quales videntur fuisse Aminadab equis velocibus nobilis, sive ille peritus auriga. Alii vertunt: Quadrigas populi mei nobilis, quales scilicet nobilissimi habere solent.

VERS. 12. — REVERTERE. Aliâ parte discedentem sponsam, nec absente sponso ferentem hominum conspectum, puellâ revocant, ejus aspectu delectata. SULAMITIS, pacifica. Nomen femininum eadem origine et notione ac Salomon, ad ejus uxorem designandam, quæ jam ut dilectissima nota esset. Aquila vertit *pacificam*, teste Theodor. hic, qui legit ut nos, *Sulamitem*, non *Suamitem*, ut Græcum hodiernum, nullo sensu (2).

(1) *Descendi in hortum nucum*; quasi dicat: Vos me spectatis in colle thuris, et in amplexibus sponsi, unde me ad sidera, imò super sidera laudibus extulistis; ego verò quantâ possum animi demissione et humili depressione in meipsam delapsa sum, et ad oviculas meas curandas me totam abjeci. *Descendi* è colle in humilem hortum, à fragranti thure ad amatas et duras nuges, quæ in extremo horti posite ventorum tempestatumque impetus primæ excipiunt, injuriisque plus quam aliæ arbores expositæ sunt. Hæc in anima mea horto sunt quinque sensus externi: in horto ovilis mihi commissi, sunt peccatores et mundani, secularia tractantes, quorum salutem studere cœperam. *Descendi* in eundem hortum, ut *viderem poma convallium*; Septuag., *torrentis*. Hæc poma in animâ meâ sunt fructus appetitûs sensitivi utriusque, concupiscibilis et irascibilis. In horto ovilis, sunt recens conversi, neque è pravorum habituum et malarum consuetudinum torrente aut convallibus educti. Rursus *descendi*, ut *inspicerem si florisset vinea* mei intellectûs et voluntatis; an inde vinum emergeret lætificans Deum et homines; item vinea mihi credita animarum in virtute jampridem proficientium. Denique an *germinassent mala punica*, virtutum omnium, vel in me, vel in mihi commissis jam perfectis, congeries et copia. Hæc, inquam, omnia ut studioso examine explorarem, et, si quid deest, supplerem, *descendi* sollicita et anxia; sed heu! reperi comota, turbata, sursum deorsum versa omnia, pleaque etiâ mihi (id est, parti animæ superiori) et sponso meo rebellia, et terribilem aciem adversus me instruentia. (Tirinus.)

Sponsus loquitur, et appellat templum *hortum nucum*. Populusque comparatur *nuci*, dum foris aliud apparet, aliud intus includitur. Sed rectius fortassè appellatur templum *hortus nucum*, quòd ibi exterior figurarum cortex delitescens rerum veritatem claudat intra se. *Descendi* ergo ut *videret fructus vallium*, hoc est, rectè facta humilium, et *nam illa Domini exercituum vinea florisset, et malogranata, quæ in margine tunicæ summi sacerdotis locabantur, germinassent*, hoc est, opera sacerdotum ac levitarum. (Carius.)

(2) REVERTERE (alii vertunt, *convertere*). REVERTERE (Arabicus addit tertium *revertere*). SULAMITIS, REVERTERE, REVERTERE, UT INTUEAMUR TE. Scholasti., *intuebimur in te quasi in spectaculum*, id est, quasi in rem miram et spectandam.

Pro *Sulamitis* multi codices legunt *Suamitis*, itaque legunt Septuag. Vaticani. Porrò Rupert. et alii *Suamitis* vertunt *captiva, despecta*; proprie *Suamitis* Hebr. est idem quod *mutabilis, variabilis*. Rursùm *Suamitis* verti potest cum Honorio et Halgrino

hic, et S. Hieronymus, Epist. ad Nepotian., *coccinea*: *שׁוֹמֵת* enim Hebr. est *coccinea*. Unde suspicatur nonnulli sponsam, quæ in d. m. c. Cantico induitur quasi *Suamitis*, insueti quasi Tyran: ibi enim ex sanguine purpureæ pisciuli notat pannus purpureus; et ex grano cocci, *coccinea*; unde illud:

Justo revertitur ostro.

TAVUS enim vicina erat Libani, in quo obambulans et venans Salomon puellam hanc pastorium invenisse, et ob dotes corporis, ac animi in sponsam elegisse fingitur: unde illud, 4. 8: *Veni de Libano, sponsa mea*, etc. Nam vestis coccinea vel purpurea est vestis regum et reginarum, quales erant Salomon ejusque sponsa. Ad litteram, *Suamitis* idem est quod oriunda ex *Suam* oppido sita juxta montes Hermon et Thabor. *Suamitis* enim hæc alludit ad *Suamitidem* illam hospitanem Elishæ, in oppido *Suam*, ejus proinde ille filium à morte suscitavit, sicut Christus filios Ecclesie à morte præsentis et æternæ suscitavit. 4 Reg. 4. Magis tamen, teste Justo Orgetano hic, et Adrichom. in Descript. terræ sanctæ, aliud ad *Suamitidem* illam speciosissimam, quæ Davidi seni calefaciendo data fuit quasi uxor et virgo, 5 Reg. 4. 12. Simili enim modo Salomoni Davidis filio, data fuit hæc *Suamitis* uxor et virgo, ut representaret Ecclesiam virginem virgini Christo desponsandam, juxta illud: *Respondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*, 2 Cor. 11, 2. Quia ergo illa *Suamitis* Davidis fuit formâ, fide et moribus spectatissima, hinc Salomonis quoque sponsa in dramate hoc idem *Suamitis* nomen datur, quia corpore et animo fuit formosissima; utraq; formosior est *Suamitis*, id est, Ecclesia sponsa Christi.

Verùm legendum *Sulamitis*; sic enim legunt Hebræa, et Græca, Complut., Regiaque ac Latina Romæ collecta. Jam *Sulamitis* idem est quòd *Jerusalemitis*, ait Pagninus, Luysius et Vatablus: *Jerusalem* enim olim dicta est *Salem*. Unde *Sulamitis* idem est quòd *civis Salem*, sive *Jerusalem*, hoc est, mystice, *habitans in pace*.

Meliùs Delrio, Genebrardus et alii: *Sulamitis*, inquit, idem est quòd *Salomonis*, id est, *Salomonis* uxor; sicut enim à Paulo dicitur *Paula*, à Caio *Caia*, à Cornelio *Cornelia*, sic à masculino *Salomon* dicitur *Sulamitis*, id est, *Salomo*; quo nomine vocatur mater septem Machabæorum martyrum, teste *Josepho*, vel *Salomonia*.

Porrò sicut *Salomon* Hebr. idem est quòd *pacificus*, perfectus, sic *Sulamitis* idem est quòd *perfecta* et *pacifica*, ut vertit hic Aquila, Theodorus, S. Ambrosius et alii. Hebr. habent articulum ך: habent enim השלמית *hassculamith*, id est, illa *Sulamitis*, illa *pacifica*, quæ cæteris longè antecellit. Rursùm et potius ך hic est articulus vocativi casûs, q. d.: *O Sulamitis*. Mirum quod *Sulamitis* contrarie vertere *שׁוֹמֵת*, id est, *spoliata*.

Denique *Sulamitis* eadem est quæ *Suamitis*, per enallagen, quâ littera N sapè mutatur et liquescit in L; sic Itali pro *Palermo* dicunt *Palermo*, pro *veneno*, *veleno*, pro *Bononiâ*, *Bolognâ*. Sic Syri pro *ma* dicunt *ha*. Attici pro *palmo* dicunt *palma* pro *palma*, *palma*, ut Latini *pulmo*. Dorienses, vice versâ, L mutant in N, ut pro *palmo*, dicunt *palma*, pro *palma*, *palma*, pro *palma*, *palma*, pro *palma*, *palma*, pro *palma*, *palma*. Græci omnes pro *palma* et *palma* dicunt *palma*, item *palma*, *palma*. Latini pro *palma* dicunt *lympha*, pro *bonus*, *bonulus*, *bellus*; pro *palma*, *palma*, pro *palma*, *palma*. Ita Angelus Caminius in Hellenismis. Pari modo quæ hic Hebraicè vocatur *Sulamitis*, à Septuaginta et Latinis plerisque vocatur *Suamitis*.

Perperam Philo Carpath. pro *Sulamitis* legit *Otiolamitis*, id est, inquit, *testimonium aquæ*, quasi hic anima infidelis excoctur ad baptismum, ut in eo protestetur fidelem S. Trinitatis.

Primus sensus adequatus, de Christo et Ecclesia: Nonnulli censent hæc esse verba adolescentularum, quæ auditis à sponso, c. 5, laudibus sponsæ,

eam abiturientem detinere, et in facie ejus decorem contemplari cupiant, uti ab iisdem factitatum audivimus vers. 9.

Meliùs Patres passim censent hæc esse verba Ecclesie ardentem et constanter invitantis synagogam Judæorum, quæ jam, auditâ prædicatione Christi, eum amare incipiebat, uti audivimus vers. præced., ut se illicò ad eum convertat, suamque faciem tam ipsi quàm Ecclesie in fide unanimum, serenam et lætam ostendat, ideòque quater repeti *revertere*, quia Judæi dispersi per quatuor mundi plagas, inde convertendi sunt ad Christum, auditâ quatuor Evangeliorum prædicatione, quæ paulò ante significata sunt per quadrigas Aminadab, ait Rupert. Ita S. Gregorius Cassiodorus, Aponius, Philo, Anselmus et alii.

Rursim; q. d. : O Sulamitis, id est, ô synagoga priùs adversa jam conversa ad Christum, revertere ad Ecclesie è gentibus congregatæ societatem et conversationem, uti gentes tuum decorem, quem per baptismum accepisti, intuentes, exultent tibi que gratulentur, et Deo gratias agant. Hunc sensum innuit id quod sequitur : *Ut intueamur te*, id est, tuam speciem et pulchritudinem; et : *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Secundus sensus partialis, De Christo et animâ sanctâ : Anima peccatrix, vel sancta, sed torpida et in veniales defectus prolapsa, invitatur à Christo quater, id est, instanter et continuè ad poenitentiam, vitæ mutationem et fervorem. Ita S. Ambrosius, lib. de Isaac, c. 8 : « Benè, ait, quasi agitator ad currum dicit : Convertere, Sulamitis, hoc est, pacifica; quæ enim pacifica est anima, citò se convertit et se corrigit, etiamsi ante peccavit, et magis eam Christus ascendit, et regere dignatur, cui dicitur : *Ascende in equos tuos, et equitatus tuus sanitas.* Habacuc 3, 8. » Et S. Bernard. serm. 3 de Annunt. : « Propterea, ait, fortè quater revocat animam, quam respicit, quo nec in peccandi consuetudine, nec in conscientia peccatorum, sed nec in tempore et torpore ingrati tudinis, aut in elevationis cæcitate persistat. » Idem serm. 58, inter parvos : « Revertere, inquit, primò ab ineptâ lætitiâ, secundò ab inutili tristitiâ, tertio ab inani gloriâ, quartò à latenti superbiâ. Inanis gloria est quæ ab ore venit extrinsecus. Superbia latens oritur intrinsecus. » Huc accedit versio Chaldæi : « Re-

vertere ad me cœtus Israel, revertere ad Jerusalem, revertere ad domum doctrinæ legis meæ, revertere ad suscipiendam prophetiam à prophetis, qui prophetant in nomine verbi Domini. »

Eleganter et acutè Hugo Victorin. Miscellan. 2, lib. 2, tit. 24 : « Quater, ait, dicit ei Dominus revertere, quasi dicat : Revertere à meis, quia mirabilia sunt; à tuis, quia prava sunt; à te, quia omnis caro fœnum; ad me, quia summum bonum ego sum; non potes me videre, nisi priùs intueamur te. Nescio quid maculæ habes in facie; turpis es, alienam imaginem portas; munda ergo eam, ut revereamur te. »

Porrò Theodorus per Sulamitem accipit animam prædicatoris evangelici, quæ in se pacifica, tentationes tamen et persecutiones multas patitur : illam ergo hic invitari ait, ut revertatur ad opus prædicationis et salutem animarum : Deum enim illi adfore, ut ex omnibus eluctetur omniaque evincat.

Anagogicè, S. Ambrosius, Orat. de Obitu Valent., hæc accipit de animâ sanctâ, quæ à Christo et angelis ex hæc vitâ evocatur in cœlum.

Symbolicè, tres anonymi apud Theodoretum per Sulamitem accipiunt animam contemplationi deditam, quasi illa hic evocatur à discipulis et sociabus, ut ipsa doceat modum frænandi regendique quatuor animæ passionis sive perturbationes, ideòque quater repeti *revertere*. Tertius sensus principalis, De Christo et B. Virgine : Beata Virgo in fine vitæ à Christo, angelis et beatis desiderantibus frui ejus dulcissimâ præsentia, ejusque dotes gratiæ et gloriæ intueri, evocata fuit in cœlum, ex quo animam, spiritum et gratiam omnem hauserat. Rursim ipsa quater, id est, ardentem et assiduè à poenitentibus et fidelibus invocatur, ut gratiam impetret, et opem in quâcumque necessitate afferat.

Tropologicè, disce hic quàm pulchra et speciosa sit anima sancti cujuslibet, ac præsertim B. Virginis, utpote quam tam incensis, et toties iteratis votis optent intueri omnes angeli et beati, ut ex hoc intuitu summam consolationem, gaudium et jubulum consequantur. Quocirca Theologi censent secundariam felicitatem beatorum consistere in contemplandâ et fruendâ gloriosâ humanitate Christi, sicut primaria eorum beatitudo consistit in visione et fruitione divinitatis. (Corn. à Lap.)

CAPUT VII.

CHAPITRE VII.

L'ÉPOUSE.

1. Que verrez-vous dans la Sulamite, sinon des chœurs de musique dans un camp d'armée.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

O fille du prince, que vous avez de grâce à marcher avec cette chaussure ! Les jointures de vos jambes sont comme des colliers travaillés par la main d'un artiste.

2. Votre taille est comme une coupe faite au tour, où il ne manque jamais de liqueur ; votre ventre est comme un morceau de froment tout environné de lis.

3. Vos deux mamelles sont comme deux petits jumeaux de la femelle d'un chevreuil.

4. Votre cou est comme une tour d'ivoire ; vos yeux sont comme les piscines d'Hésébon, situées à la porte du plus grand concours des peuples ; votre nez est comme la tour du Liban, qui regarde vers Damas.

5. Votre tête est comme le Carmel, et les cheveux de votre tête sont comme la pourpre du roi, qui a été liée et teinte dans les canaux des teinturiers.

UNE DES FILLES DE JÉRUSALEM.

6. Que vous êtes belle et pleine de grâces, ô vous ma très-chère, délices de mon cœur !

7. Votre stature est semblable à un palmier, et votre sein à des grappes de raisin.

8. J'ai dit : Je monterai sur le palmier, et j'en cueillerai les fruits ; et votre sein me sera comme des grappes de raisin, et l'odeur de votre bouche comme celles des pommes.

9. Votre gorge est comme un vin excellent, digne

1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum ?

Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis ! Juncturæ fœmorum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.

2. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquàm indigens poculis; venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis.

3. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli caprææ.

4. Collum tuum sicut turris eburnea; oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in portâ filiarum multitudinis; nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascus.

5. Caput tuum ut Carmelus; et comæ capitis tui sicut purpura regis vineta canalibus.

6. Quàm pulchra es, et quàm decora, charissima in deliciis.

7. Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris.

8. Dixi : Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus; et erunt ubera tua sicut botri vineæ, et odor oris tui sicut malorum.

9. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum

dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum.

10. Ego dilecto meo, et ad me conversio capus.

11. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12. Mane surgamini ad vineas, videamini si floruit vinea, si flores fructus parturiant, si floruerunt mala pumica, illi dabo tibi ubera mea.

15. Mandragora dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

COMMENTARIUM.

Vers. 4. — Quid videbis, videbitis, Hebr., ad puellas. Audito enim sponsae nomine, exsilit sponsus et ad eas conversus; quid in ea, inquit, videbitis nisi lacta omnia ut in choris, composita ut in castris? *Quam pulchri*: sponso accinere videtur puellarum choris. *Pulchri gressus tui*; id est, gratus accessus, ut pulchri pedes evangelizantium pacem. Atque etiam laudantur pedes calcamentis ornati. *Filia principis*: ducis, Theodor. Ex Symm. Pharaonis. *Junctura femorum*. Quâ parte genibus committuntur; quæ commensura exquisitissimi est operis. Alii ex Hebr., moduli ambitus femorum, qui sub veste tenui vento agitâtâ et corpori applicitâ, appareant. *Sicut montana*; id est, affabrè lacta, aptè tornata (1).

(1) Verba sponsae respondentis virginibus: In me, quæ vocor Sulamitis, quasi Salomone, vel Salomonia, vel juxta alios Solymana, sive Hierosolymitana, quid spectabitis blandi, jucundi, delicati, voluptuosi, pulchri. Me fortasse vultis ad vos redire vobisque videndam dare, relicto meo itinere, ut meo conspectu fruamini, et mecum vite deliciis et voluptatibus afficiamini. Atqui nihil in me videbitis, quod vos captantes quietis et tranquillitatis dulcedinem delectet. Nihil in me spectabitis, nisi triste, durum, severum, terrificum, uti castrorum choris, nihil nisi castrensem formam, habitum, vitam, faciem tumultuariam, turbulentam, tetricam, moestam, terrificam. Mea enim vita est jugis militia super terram; q. d.: Nihil in me esse puto, cujus causa me tam sollicitè et anxie spectare debeatis. Nota Ecclesiae humilitatem et modestiam, contra fastus et typhos haereticorum. Ipsa quidem est terribilis ut acies castrorum ordinata, ut supra capite dictum est: at præterea spectabilis ut aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, et tamen hæc dissimulat et reticet, illud confitetur et agnoscit: imò verò in sui contemptum interpretatur, quod tamen dictum fuerat in laudem. Sic docet mentem non esse adjiciendam ad suas laudes et ornamenta, licet vera, sed ad suas miseria, vitiositates, imperfectiones, peccata. Misericordia est in Ecclesia ob noxiam esse perpetuæ militiae, et conflictari adversus carnem, mundum, peccatum, Satanam, versari in perpetuis excubiis, nunquam conquiescere ab insultibus, motibus, turbis, crucibus, aut eorum suspicione. Sic Ruth cap. 4: *Ne rectis me Noemi (id est, suavem), sed vocate me Mara (id est, amarum), quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens*. Nihil promittit puellis sese ipsi adjungere cupientibus, nisi cruce et conflictus carnis et spiritus, etc. Hoc secutus est noster interpres. Nam ad emolliendam obscuram fontis subjectionem, *tanquam chorum castrorum*, quâ ipsamet sibi respondet, docet vertit, *nisi choros castrorum*, nisi turbas militares et binas acies velut in choro, ordine procedentes ad committendam pugnam. Nam *Mahanaim* dualis est numeri. Sic me videbitis mulierem accinctam et paratam ad confligendum omni ex parte cum mundo, carne, Satanâ, non ad delicias et voluptates compositam, molli-

d'être bu par mon bien-aimé, et long-temps goûte entre ses lèvres et ses dents.

L'ÉPOUSE.

10. Je suis à mon bien-aimé, et son cœur se tourne vers moi.

11. Venez, mon bien-aimé, sortons dans les champs; demeurons dans les villages.

12. Levons-nous dès le matin pour aller aux vignes; voyons si la vigne a fleuri, si les fleurs produisent des fruits, si les pommes de grenade sont en fleur. C'est là que je vous prodiguerai mon amour.

15. Les mandragores ont répandu leur odeur; nous avons à nos portes toutes sortes de fruits, je vous ai gardé, ô mon bien-aimé, les nouveaux et les anciens.

Vers. 2. — *UMBILICUS TUUS*. Hæc minutissimarum etiam corporis partium enumeratione, docet Gregorius commendari misericordiam Dei, quod egregius artifex in præstantissimo opere nihil negligent-

bus vestitam, etc. Huc quæbat Christi dictum, Matth. 24 de Joanne Baptista: *Quid existis videre in deserto? Hominem molliibus vestitum? Ecce qui molliibus vestitur in dentibus regum sedit*. Alii in laudum sponsæ, non in humilitatem interpretantur. Me videbitis gravitate quâdam castrensi, ut non sit quod me curiosus contempserit, et tamen quàm chorum *Mahanaim*, id est, duorum castrorum, quæ apparuit Jacobo illi loci, cui id ex eventu nomen fuit. Gen. 52: vel: In me videbitis tanquam chorum castrorum, id est, ælestes copias, quæ me teantur et defendunt, ut olim Jacobum ab Esau occurrente cum quadrigenis viris periclitantem, ibid. Nam eo videtur allusum. Non desunt qui putent respondere puellas. Quid spectabitis in Sulamitide, id est, in me, quæ Sulamitis vocitor? Tanquam, inquit, chorum castrorum, id est, te rectè ordinatam, dispositam, instructam et ornatam. Quod postea declaret enumeratione singulorum membrorum. Pedes tui, etc. Mado, ut ipsamet sibi per subjectionem respondeat, cum nostro interprete. Aben Ezra in Repto casu intelligit. *Tanquam choros castrorum*. O vos quæ adestis velut duæ acies paratæ ad concurrendum. (Genebrardus.)

Quid videbis in Sulamite, vel *Sulamite*, secundum litteram Hebraicam, *nisi choros*, id est, societates ad pugnam paratorum, quia tempore Nehemæ in reparatione civitatis, unâ manu faciebant opus, et alterâ tenebant gladium, et media pars populi erat armata ad meliùs resistendum adversariis, Nehehiæ 4, et postea Machabeorum tempore, populus Israel fuit in bellis quasi continuè, ut patet ex decursu 1 et 2 Machab. *Quam pulchri*. Postquam descriptus est amor sponsi et sponsæ pro statu veteris Testamenti, hic consequenter idem describitur pro statu novi, et dividitur in tres partes, quia primò ponitur status inchoatio; secundò, inchoati dilatatio, ibi: *Veni, dilecte mi*, tertio dilatati tranquillatio, seq. cap. Circa primum describitur sponsa primò generaliter, secundò quantum ad perfectos specialiter, ibi: *Dici, ascendam*. Circa primum describitur sponsa, sub parabola mulieris gratiose, aliter tamen quàm supra c. 4, quia ibi describit sponsæ pulchritudinem à superioribus incipiendo, et ad inferiora descendendo; hic autem è converso, incipiendo ab interioribus et ad superiora tendendo, quia pro tempore veteris Testamenti, sponsa quasi à Deo procedit et egreditur; pro tempore verò novi, de terrenis ad ælestia in Deum reducit. Igitur primò parabola pulchræ mulieris ponitur, secundò exponitur. Quantum ad primum, sic dicitur: *Quam pulchri sicut*, id est, valde pulchri, *gressus tui in calcamentis*; ad gratiositatem enim mulieris multum facit quod mature et honestè incedit, et calcatis pedibus, quia inhonestum est, quod nuda pedibus appareat. *Junctura femorum tuorum sicut montana quæ fabricata sunt manu artificis*. Per hoc designatur quod crura sunt in junctis suis debite collocata, ad excludendum omnimodam claudicationem. (Lyranus.)

egisse videatur. Greg. Proëm. in Cant. Si autem tanta fuit cura elaborandi corporis, quanto magis in animâ quam diligit nihil inornati reliquit? sed hæc ad spiritualem sensum; nunc ad litteram. Umbilicus, trans vestem subtilem, etiam in quibusdam antiquis statuâ, studiosè signatus visitur. Porrò Orientales totum corpus, ac præsertim umbilicum, etiam valetudinis causâ, unguentis perfundebant; unde crateri tornato et pleno comparatur. CRATER TORNATILIS: tornatile dicitur in hoc cantico id quod affabrè elaboratum videtur, ut supra vers. 14: *Manus illius tornatiles*. NUNQUAM INDIGENS, semper plenus, *poculis*, potione; mixturâ, Hebr., unguenti compositione quod Septuag. vertunt *κράμα*; quod idem est ac *κράσις*, potio mixta; unde crateris nomen. Igitur, commendato etiam umbilico, nihil prætermittitur, ut sponsa ad unguem, ut aiunt, perfecta, appareat. SICUT ACERVUS TRITICI, propter figuram et ubertatem. VALLATUS LILII: ejus candorem ex reliquo corpore æstimant: omnia florida. Hæc autem laudantur in feminâ liberius à puellis, cum quibus et lavari potuerit; quæque unâ pulchritudinis admiratione teneantur, non ullo alio sensu: sic scriptor decoro servit (1).

VERS. 3. — DUO UBERA. Supra 4, 5 (2).

(1) *Umbilicus tuus*; sic honestè vocatur pars illa quæ fœtum conceptum in utero materno continet ac fovet, et designat in animâ, sui quidem respectu, studium fovendi formandique pios conceptus, desideria, proposita; respectu verò proximi, curam et solertiam fovendi, instruendi formandique recens conversos ad fidem et pietatem. Unde vocatur hic *crater*, qui cibo et potui recipiendo, aliisque præbendo serviat; non rudis, inconcinuus, sordidus et impolitus, ac consequenter ingratus; sed *tornatilis*, id est, torno affabrè elaboratus, benè rotundus, concavus, politus et mundus, torno mortificationis et prudentiæ resectis omnibus noxiis et superfluis. Nec vacuus profectò vel inanis *crater*, sed semper plenus, et nunquam *indigens poculis*, seu potu vel re potabili. Septuag., *non deficiens misto*, id est, nunquam carens vino probe diluto, et ad potandum aptato. Nempe hoc misto, his poculis spiritualium deliciarum alliciti, fovet, recreat sponse tenellos animos: *Venite, bibite vinum quod misi vobis*. Quin et, ne cibus quoque desit, *venter tuus sicut acervus tritici*, subministrans omnes genus cibi spiritualis, quo tenellæ adhuc plantule nutrirî, roborari, crescere possint. Hic *venter* sponse dives ingenii illius est, quod Christus *thesaurum* vocat, è quo jubet in usum et esum parvulorum deponi *nova et vetera*. Et *vallatus* est hic venter, non spinis vel sentibus, sed pulchris et odoriferis *lilii* castitatis, temperantiæ, cæterarumque virtutum, quæ cibum hunc spiritualement, utpote delicatissima condimenta, sapidiorem et gratiorem reddunt. *Venite, comedite panem meum*, etc. Vide S. Ambrosium, Gregorium, Anselmum, Cassiodorum et Bedam. Et hæc quidem teneris adhuc foetibus nutriendis formandisque adhibes. Ad provecitiam jam nonnihil in virtute exhibes *duo ubera tua* solidioris charitatis Dei et proximi monitis seu lacte referta. Paulo provecitioribus exhibes. (Tirinus.)

(2) Chaldeus vertit: *Salvatores tui, qui te redempturi sunt, similes sunt Moysi et Aaron filiis Joched, qui comparantur duobus hinnulis capree*.

Honorius per ubera censet in choris castrorum Synagogæ quantum ejusdem aciem, scilicet doctorum, donotari. Idem Tropologice: *Duo ubera anima*, inquit, *sunt sapientia et scientia quibus lactat insipientes et inciosos, quæ sunt sicut hinnuli capree, qui semper*

VERS. 4. — COLLUM TUUM SICUT TURRIS EBURNEA, figurâ, rectitudine, candore. OCULI TUI: oculi tui fontibus splendidissimis splendidiore. *Ain* Hebr. et oculum et fontem significat. HESEBON, civitas regia, Jos. 15, 17, in cujus portâ duo perlucidi fontes fuisse memorantur. FILLE MULTITUDINIS. *Bathrabbim*: nomen urbis ac portæ ad eam urbem. NASUS TUUS SICUT TURRIS LIBANI: cum caput monti comparatur, vers. seq., rectè nasus turri eminens prominenti: nasus autem altos spiritus, et formæ dignitatem exprimit (1).

VERS. 5. — CAPUT TUUM (Hebr., Septuag., super te) UT CARMELUS; ut Carmelus est campis; ita caput tuum ex humeris exurgit, montis instar editi, floribus ac ramis virentibus coronati. Vittas indicat capitis, ac florum coronas. COMÆ SICUT PURPURA: purpuræ comas comparat, non colore, sed texturâ; et vox, *argaman*, purpura, à texendo deducta. Septuag.: Plexus capitis tui purpura. PURPURA REGIS: exquisitissimæ, subtilissimæ texturæ; nec absurdum comas purpuræ comparari, propter intextos purpureos flores, purpureas vittas. PURPURA,.... VINCTA CANALIBUS; in purpurariorum canalibus alligata, ut bis tingatur; Hebr. comæ capitis tui ut purpura; rex vincitur in tignis Septuag. congruunt nisi quòd pro tignis habent: Rex vincitur in transcursibus, quod Hebraicæ radici congruit, rex vincitur in crinium plexibus, nodisque, ac vittis hinc inde circa caput currentibus, quòd scilicet supra 4, 9, dixerit: *Vulnerasti*, sive surripuisti *cor meum in uno crine colli tui*; in tignis alta petunt, dum ad alta virtutum scandere nituntur; duo gemelli sunt, dum in geminâ dilectione cœlestia petunt. Hinnulum capree dixit ad distinctionem hinnuli cervorum, qui velociter currit, sed non ista alta petit.

Philo per duo ubera accipit religiosos et laicos, et analogicè duplicem beatitudinem sanctorum in cœlis, scilicet gloriam animæ et corporis.

(1) *Sicut turris eburnea*. Hæc metaphorâ collum laudat à candore, nitore, lavore, celsitudine, rectitudine. Per collum fides Ecclesiæ commodè intelligitur, quæ eboris instar candida, solida, incorrupta est. *Sicut piscinæ in Hesebon*, id est, oculis tuis inest splendor quidam atque serenitas, ut aquis piscinarum Hesebon, quæ sunt ad portam filie multitudinis, quas neque limus turbat, nec ventus exagitat, ideòque clare semper sunt et quiete. Notum est oculi nomine puram intentionem à Christo Domino significari, Matth. 6, 27. Sunt ergo oculi claris et limpidis Hesebon piscinis similes, cum intentio nostra pura est et sincera. Fuit Hesebon urbs in tribu Ruben, de quâ plura Adrichomius in Descriptione tribus Ruben, num. 51. *In portâ filie multitudinis*, idem est, porta filie multitudinis ac porta multorum, seu multitudinis seu porta populo frequens. Solent enim Hebræi non infrequenter *filiorum* nomen addere ornatis duntaxat causâ, ut apud Jerem. cap. 17, 19, *porta filiorum populi*, pro portâ populi, et *via filie populi*, Jerem. 4, 11, pro viâ quæ populo frequens est. Piscinæ hæc sunt propè portam, qui Christus est, qui se ovium ostium proficitur, Joan. 10, 7, et verè est ostium multitudinis, per quod ingredi debent, quotquot regni colorum incolæ sunt futuri. *Sicut turris Libani*; quasi dicat: Nasus tuus talis mihi videtur inter capillos, seu inter ramusculos à coronâ pendulos, qualis apparere solet turris, quæ in Libano est è regione Damasci, quæ inter speciosas arbores eminet, ipsa decora, et monti etiam decus addens. Significat nasus judicii præstantiam, prudentiam, et discretionem spirituum, vinque discernendi veras virtutes à vitis, errores à veritate, etc. (Menochjus.)

autem juxta Hebr. intelligi potest, quod ut tigna in laquearibus, sic nodi erumini vitæque summo capite se protendant; sive alludit ad quemdam necende capillaturæ ritum à tignis appellatum alienius similitudinis causâ, quæ bene multa sunt in ornamentis muliebribus (1).

VERS. 6. — QUAM PULCHRA ES. Ille sponsus loquitur, ut vers. 8 satis indicat. CHARISSIMA, charites, amor meus, ut supra 2, 7 et 5, 5. IN DELICIIS: voces mollissimæ, ac tenerrimi affectus; dum enim canunt comites, sponsus in dilectâ defixus, et hoc intuitu et earum cantibus inardescit, inclamatque istud flagrantissimo amore: *Quam pulchra es* (2)!

VERS. 7. — STATURA TUA ASSIMILATA EST PALMÆ: eò quòd sit procerâ et recta. UBERA TUA BOTRIS, vineæ quæ palma adhæreat, ex v. seq. (5).

(1) *Caput tuum ut Carmelus*, etc. Tarnias, cincinnos et cætera sponsæ ornamenta cum Carmelo comparat, monte fertili, vitibus, arboribus fructiferis, nemoribusque nobilissimis. Hæc ornamentorum pompa spectantium oculos fallebat, ut sponsa procerior augustiorque videretur. Juvenal. Sat. 2:

*Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput . . .*

Aptior ex Hebræo sententia elici poterit, si *Carmel* seu *Carmil* pro purpurâ usurpes, ut in Paralipomenis legitur. Accipe totum versiculum ex hæc interpretatione: *Caput tuum super te ut purpura, et capilli capitis tui, sicut purpura regis vincta, seu appensa vectibus*. Sponsæ caput et crines purpuræ, seu violaceo colori saturi similes dicere, minime dedecet Cant. 4, 2, eo enim colore crines olim inficiebantur; atque ater color illis inducebatur, cum alterum natura dedisset. Propert. lib. 2, Eleg. 18:

*An si cæruleo quædam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco cærulea forma bona est?*

Agathyrus et Indi capillos hyacintho tingebant, atro scilicet, inquit Eustathius. Hyacinthinam appellat Ulyssis comam Homerus Odys. ̄ et ̄, et Evandri cæsariem violaceo colore insignem commendat Pindarus Olymp. Od. 6. Crines Mariæ, uxoris Honorii, magis violâ nigros prædicat Claudianus de Nupt. Honor. et Mar.: *Non crines vquant violæ*.

Olim purpureis tæniis crines vinctebantur, luxu tamen non ubique communi. Andromachen Hectoris uxorem describit Homerus, crines gerentem tæniis micantibus intertextos. Syrorum et Arabum puellæ adhuc nostrâ ætate capillos vitis sericis vincti, ex quibus aureæ vel argenteæ catenulæ pendent. Scribit igitur Salomon sponsæ capillos similes esse purpuræ à vectibus pendenti, tum purpurearum tæniarum causâ quibus colligebantur, tum ob proprium ipsorum colorem, qui ad tæniarum colorem accedebat. Sponsæ capillos nigros fuisse jam vidimus Cant. 4, 2, at non ea nigredine quæ atra et funerea est, sed quæ aliquo violæ colore temperatur, uti ea est quam narrat Apuleius Metam. lib. 2: *Capillus corvina nigredine, cæruleo columbarum colli flosculus imitatur.* (Calmel.)

(2) *Quam pulchra es*, etc. Hucusque sigillatim per singula membra laudata est sponsa; q. d.: Jure sane te tantopere femina laudat Hierosolymitana: quam enim formosa es! Sed malim ab eodem omnia (hæc scilicet et præcedentia) dici. Hæc admiratio pulchritudinis ejus causam indicat cur rex adeò ligatus esset, etc. *Charissima*, Hebr., *ô amor*, id est, *ô amica*. Metonymia formæ emphatica. Abstractum pro concreto. *In deliciis!* id est, ita ut etiam in deliciis habearis. *In deliciis istis!* id est, ornamentis tuis. Ex Mercero, Piscatore, Junio.

(5) *Hæc statura tua similis est palmæ*, quæ recta sursum ascendit. Palma enim inter cæteras arbores longâ maximè et recta est. Kaempfer Americ. exot.

VERS. 8. — DIXI: ASCENDAM IN PALMAM. IFFRUM IN SUPPICATIS. APPREHENDAM FRUCTUS EJUS. RAMOS PALMITES. Hebr., tenebo iuppicitam, addit ubera, ora, fontesque omnes dulcedinum. Sic ipse in Proverbiis, 5, 18, 19. *Lactare cum muliere adolescentiæ tuæ... ubera ejus iuebricit te... in amore ejus delectare puer. Quæ præcipiebat ut ab amore adulteriæ avorteret: unde subdit: Quare seduceris, feli mi, ab aliena? ut hoc quoque ad bonos mores pertinere suo modo videatur, apud antiquum certe populum: cum nunc altiora moneat Paulus: nempe ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint... et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur, 1 Cor. 29, 51-4.*

VERS. 9. — GUTTUR TUA: O sponsa, vox tua, eloquium tuum. DIGNUM DILECTIONE MEA: Vadens amico meo directè, Hebr., eadem locutio in Proverbiis 25, 51, ubi Vulgata habet: *Ingreditur blande, vinum facile et jucundè potabile amico meo cuilibet: eadem vox, dodî*, supra 5, 1, ubi Vulgata habet *charissimi*: Ne quis de solo sponso eam intelligat. LABIISQUE ET DENTIBUS: Loquens labiis dormientis. Hebr.: Sermo tuus, ô sponsa, mihi tam suavis est, quam suave esse solet amico meo optimum vinum, quo epoto dormitantis instar, somnolenta et incondita loquitur, sic se sponsæ intuitu ac blanditiis in eundem morem ebrium esse significat (2).

p. 687: «Caudex palmæ est rectissimus, simplex, figura ad assem cylandracea. Est vero in muliere nihil dignius aut venustius tali corpore. Hinc deas, nymphas et heroidas veterum ob magnitudinem maxime reperimus celebrari; loca plura in hæc rem ex poetis congestit Celsus Hierobot. part. 2, p. 348, seq. Huc pertinet quod Arabes uno eodemque vocabulo, appellant *proceram palmam*, et *integrâ perfectâque corporis staturâ et formâ mulierem*, vid. Golii Lexic. p. 464. Similiter Helenam expresso assimilat Theocritus Idyll. 18, 28. Ceterum nota, cum supra 5, 15, sponsa dilectum *cædro* assimilasset, cum amata nunc paria referentem illam cum *palmâ* comparare. Quam comparisonem persequens addit: *Et ubera tuâ similia sunt botris*, non uvarum, uti interpretum plures volunt, sed dactylorum, ut *שֵׁטֶל דַּאָטְלֵן* legitur in Glossâ ad Tractat. *Schabbath* fol. 67, col. 4. Nam et palma inter fructus racemosos referunt. Plinius Hist. nat., lib. 15, cap. 28: *Dependent alia pediculis, ut pyra, alia racemis, ut uva, palma*. Sunt itaque in palmâ geminæ elatæ, quæ flores, et mox fructum includunt, et sub comâ dependentes ab utroque palmæ latere, duarum mammarum similitudinem utcumque referunt. Nec prætereundum, quod dactyli, cum primum elatæ finduntur, candidi sunt ut margaritæ, uti pluribus probavit Celsus lib. 1, p. 565. (Rosenmuller.)

(1) Dixi: *Ascendam palmam, apprehendam ramos ejus, exploraturus quandam, et quales fructus sit editura, tibi verò nullo tempore desunt fructus*. Sic arbor vitæ, singulis anni mensibus, fructus edere dicitur Apoc. 22. Sed et tui fructus, amores tui, cuiusvis palmæ fructibus sunt gratiores. Cum hæc tantum occurrat vox *פְּלִיטִים*, palmitis, ramosive, potius quàm fructus eam plerique vertere maluerunt. *Sed jam nunc sunt ubera tuâ, quasi botrus vitis. Et nasus tuus*; hoc est, odor e vultu tuo prodiens, ut odor *porum*. Superavit id captum *humanæ naturæ*; quod argumentum est, multas hujus libri similitudines ac elegia nulli conjugio terreno convenire, eoque librum hunc *שֵׁטֶל דַּאָטְלֵן* ad res spirituales esse referendum. (Jacob Cappellus.)

(2) *Guttur ejus sicut vinum bonum, procedens dilectio*

VERS. 10. — EGO DILECTO MEO : Sponsi respondet votis. AD ME CONVERSIO EJUS : Appetitus ejus. Hebr., cupido, sicut in Genesi, 3, 16, de primâ muliere; ubi Vulgatâ vertit : *Sub viri potestate eris*; eadem ubique vox *thesuca*. Id quod Græci *πυθον*, *θυερον*, *θυερα* nominant : Homerus et Theocritus passim. Summa; pendemus alter ab altero, invicem ardесimus casto et conjugali amore vehementissimo; nec requies, nisi fruamur optatis amplexibus. Quo fine quintum diem claudunt, ut supra, 3, 6, infra 8, 2, novumque exoritur rerum ac sermonum initium (1).

Jam ut altiora et cœlestia, his quasi gressibus, provehamur, sublimis anima non tantum sponso, sed etiam adolescentulis miraculo est, et quidem laudare cœperant supra 3, 6, procedentem vaporis instar turris oderatissimi. Nunc undique splendescentem altiori carmine concelebrant, ut auroram, ut lunam, ut solem, ut castrorum terribilem hostibus aciem, galeis et scutis percutiente sole fulgentibus, cap. 6, 9, vocaturque Sulamitis ex ipsius Salomonis deducto nomine, cap. 6, 12 et 8, 1, ac pulchritudo ejus mirificè commendatur, ut quæ sit perfectissima in minutissimis quoque partibus, cap. 7, 1, 2, erectoque in cœlum, instar turris ac montis, habitu, vers. 4, 5. Hæc maxime congruunt Ecclesiæ, Christi nomine nuncupatæ ac verè pacificæ, quæ electos omnes unitate suâ, ac pace complectitur; in eâ igitur sunt chori, ut scriptum est : *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, psal. 86, 1, armorumque terror, verbum Dei scilicet, quo percutiuntur impii. Eandem ad se adventantem novi populi consalutant. *Quam pulchri sunt gressus tui ! 7, 1. Quam pulchri pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona !* Isai. 52, 7, Rom. 10, 15. Beatamque proclamant, quòd cœlesti unctione perfusâ, in Christi nomen transeat, ac numeris omnibus absoluta fit. Unde illa studiosa enumeratio partium quam vidimus, ne omisso quidem umbilico ac ventre, femorumque juncturis, cap. 5, 1, 2. Præcisus umbilicus justificationem à peccato significat, sicut scriptum est, *Radix tua... de terrâ Chanaan; et... in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, et aquâ non es lota in salutem*, Ezech. 16, 3, 4. Sensus ergo : Ut præcisum umbilicum corpori, ita præcisâ peccata, Ecclesiæ decori vertere, multamque gratiam, ut mixturæ optimæ plenitudinem, loco peccati induci, juxta illud : *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratiâ*, Rom. 5, 20. Neque obscurum, ventrem acervum tritici appellari, propter Ecclesiæ feracitatem; vallatum autem esse liliis, propter candorem castitatis, eò quòd Ecclesia

meo recta; hoc est, quod recta in poculum infunditur et dilecto meo propinatur.

Movens labia dormientium; hoc est, tam generosum est illud, ut qui ex eo paulò largius hiberit, inter dormiendum labia tanquam si loqueretur moveat. Dormientibus post largiorem potum non rarò accidit, ut per somnum loquantur, aut saltem labra agitent et moveant, non secus quam si loquerentur.

(Lud. Cappellus.)

(1) *Ego dilecti mei*, etc. : id est : Ego eum diligo, et ille me vicissim unice diligit. Alii vertunt : *Ego ad dilectum meum, et ad me appetitus ejus*.

tam casta quam fœcunda sit. Hanc qui amat, vestibus quoque ejus et calceis (ibidem) filiaque regis fimbriis, ipsisque adeò ritibus ac cæremoniis delectatur, mirâ undique veritatis luce perfusus, et agnoscit ubique et per omnia pulchram, in quâ ubique sit Christus, *ex quo totum corpus compactum et connexum est*, Eph. 4, 16, sed maxime in juncturis (ibid.), quâ parte membra cohærent, atque coaptantur, sicut addit Paulus : *Per omnem juncturam subministrationis... augmentum corporis facit in ædificationem suâ in charitate*. Duo horti sponsi, alter florum, alter fructuum, 6, 1, 10, designare videntur in Scripturis quæque oblectent animum, quæque nutriant. Hortum nucum interpretatur Ambrosius eum, in quo fructus est propheticae lectionis et sacerdotalis gratiæ, quæ amara in tentationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuosa est. Lib. 4 de Virg. Augustinus autem passim figurâ nucum significat arcanos Scripturæ sensus, qui non nisi effracto nucleo extundi possint. Christus autem cum interdum à sponsâ secedere videatur, tamen ultrò redit, quasi amoris impatientiâ victus, vers. 1, eique arctissimis amplexibus adhæret, vers. 8. Quid sit autem Christo, amare, ac frui castis animabus, agnoscat qui intelligit illud : *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum*, Prov. 8, 31, et illud : *In charitate perpetuâ dilexi te; idèò attraxi te miserans*, Jerem. 31, 3; et illud : *Convertimini... quia ego vir vester*, ibid. 3, 14; illud denique : *Et vidi te; et ecce tempus tuum tempus amantium; et expandi amictum meum super te... et facta es mihi*, Ezech. 16, 8. Quod quidem quid est aliud, quam uxorem duxi te, et potitus sum tui? Adamus illud Pauli : *Despondi vos uni viro, Virginem castam exhibere Christo*, 2, Cor. 11, 2. Fruitur etiam Christus piis animabus per verbi dispensatores, cum eorum obedientiâ delectati dicunt : *Ita frater : Ego te fruar in Domino; refce viscera mea in Domino*, Philem. 20 Et alia sexcenta. Per guttur sponsæ optimo vino comparatum, sermo Ecclesiæ, id est, prædicatio Evangelii, quod ipso novo vino et generoso Christus comparat, Luc. 5, 37.

SENTA DIES.

VERS. 11. — VENI, DILECTE MI, EGREDIAMUR. Significat receptos domum, sed ubi illuxisset statim egresuros, initio scilicet sextæ diei. EGREDIAMUR IN AGROS. Novum id ac singulare hæc die, quòd non sponsus ut antea solus domo profectus, postea experrectam sponsam ad agros invitet, ut supra 2, 10, sed ipsa sponsa sponsum, quasi pertæsa urbium turbæque, ac solitudinis amans ubi eum liberius amplexetur. COMMOREMUR. Novum vitæ genus instituunt : non enim, inquit, jam ambulemus per agros, sed commoremur deinceps, ac pernoctemus (1).

VERS. 12. — MANE SURGAMUS AD VINEAS. Maturè surgamus, ut ruris amantitate perfuamur. IBI DABO TIBI UBERA MEA. Amores meos, ut supra. Liberior scilicet,

(1) Sponsa invitat sponsum ad solitudinem, ut liberius mutuis amoribus fruantur. Mysticè : Qui liberius Christo frui volunt, relictis curis et tumultibus hujus mundi, ad monasticam vitam sese recipiunt. (Maldonatus.)

ipsâque amonitate ruris, atque aure suavitate, hortorumque silentio et arborum umbris incensa in amorem (1).

VERS. 13. — MANDRAGORE : Que odoratâ radice celebrantur. IN PORTIS NOSTRIS : ad ostia, Hebr. ; pro foribus omne fructuum genus, nec longe exquirendi. Cùm scilicet non in urbe jam, sed in ipsis hortis agrisque versabimur. NOVA ET VETERA. His ingens copia designatur, sicut scriptum est : *Comeditis vetustissima veterum*, Levit. 26, 10 ; et alibi : *Profert de thesauro suo nova et vetera*, Matth. 13, 52. SERVAVI TIBI : in tantâ copiâ, adhibita quoque diligentia et delectus : gratiora futura sponso, que sponsa ipsa selegerit, ac sponso reposuerit (2).

(1) *Manè*, q. d., deindè maturè. *Vineas*, id est, animas visendas. *Tibi*, id est, tuis membris, que propter te lactabo. (Emmanuel Sâ.)

(2) *Mandragoræ*, id est, Scripturæ verba, quæ more mandragoræ oblivione inducunt, scilicet temporalium. *Poma*, id est, fructus virtutum, scilicet opera. *Et vetera*, q. d., sanctorum novi et veteris etiam Testamenti. *Tibi*, id est, ad tui gloriam et laudem, cujus gratia etiam facta. (Emmanuel Sâ.)

Un interprète fort habile pour l'intelligence du sens littéral de l'Écriture, croit que ce que dit ici l'Épouse, que les mandragores avaient fait sentir leur odeur, est une expression figurée, qui signifie que le temps de la grande fécondité de l'Église était proche. Car on tient que la mandragore a une vertu particulière pour procurer la fécondité, comme on l'a remarqué ailleurs, en expliquant ce qui est écrit dans la Genèse, des mandragores que Rachel, qui était stérile, demanda avec instance à Lia sa sœur. Et la suite de ces premières sert à confirmer le même sens. *Nous avons*, ajoute-t-elle, *toutes sortes de fruits à nos portes*, c'est-à-dire, que nous sommes sur le point de produire une grande quantité de fruits, par la conversion de toutes sortes de peuples. C'est la même chose que saint Paul exprime, lorsqu'il dit aussi d'une manière figurée aux fidèles de Corinthe : *qu'il demeurerait à Ephèse jusqu'à la Pentecôte, parce*, disait-il, *qu'une grande porte et une entrée favorable m'y est ouverte pour faire du fruit, et qu'il s'y élève contre moi plusieurs ennemis*. Ce qu'il y a d'admirable dans les paroles de cet Apôtre, c'est qu'en même temps qu'il témoigne qu'une grande porte lui était ouverte à Ephèse pour la prédication de l'Évangile, il ajoute qu'il y trouvait plusieurs adversaires. C'est qu'en effet la vérité et la grâce de la loi nouvelle ne fait jamais davantage sentir sa vertu, que lorsqu'elle trouve de l'opposition et de la contradiction de la part des hommes charnels. L'on en a fait l'expérience principalement durant les trois premiers siècles, qui ont suivi la mort de l'Époux, qui est Jésus-Christ ; puisque l'Évangile et l'Église s'affirmaient tous les jours de plus en plus, à mesure que l'on repandait le sang d'un plus grand nombre de Martyrs, et que la fureur et l'entêtement des idolâtres servait plus en quelque façon à planter la foi et la charité dans les âmes, que n'aurait peut-être fait un plus grand calme.

On peut remarquer, en suivant la pensée d'un interprète, que ce que l'Épouse dit au saint Époux : *qu'ils avaient toutes sortes de fruits à leurs portes*, semble être dit par opposition à ce qui précède, lorsqu'elle avait exhorté son Bien-Aimé à *sortir avec elle dans les champs et dans les vignes*. Ainsi ces champs et ces vignes figurant principalement les nations, elle entend peut-être par ces fruits qui sont à leur porte, ceux d'entre les Juifs, qui se convertirent d'abord par la prédication des Apôtres.

Les naturalistes et les interprètes ont encore remarqué beaucoup d'autres qualités dans les mandra-

gores, dont on peut, comme a dit un saint évêque, tirer divers sens mystiques et spirituels, et les appliquer à l'Église. Mais il suffit d'avoir seulement touché celui qui semble convenir le mieux à l'endroit que nous expliquons, et à la suite de la prophétie ou de la prédiction historique, qui regarde l'établissement et l'accroissement de l'Évangile dans le monde. Ainsi, selon la pensée du même Saint, *les mandragores firent sentir leur odeur*, lorsque les Apôtres et leurs successeurs repandirent parmi les peuples cette odeur féconde de la piété, qui les a fait triompher, comme dit saint Paul, en Jésus-Christ, et être une odeur de vie, pour ceux qui devaient participer au salut, en devenant les enfants de la sainte Église. Quoique l'Épouse soit assurée que l'Époux ne la quitte point, il l'oblige néanmoins de lui adresser sans cesse ses supplications et ses prières, pour lui demander son assistance. Car si l'Église a cette assurance en général, que le Fils de Dieu sera toujours avec elle jusqu'à la fin du monde, comme il le lui a promis, chacun néanmoins de ses pasteurs doit toujours se regarder comme un ministre inutile, si celui qui donne l'accroissement ne seconde ses travaux, et ne rend par la benediction de sa présence sa charité vraiment féconde pour le salut des nations.

Mais quel est le sens de ces dernières paroles de l'Épouse, lorsqu'en s'adressant encore à son Bien-Aimé, elle ajoute : *qu'elle lui a gardé les nouveaux et les anciens fruits*? Les Pères et les interprètes les expliquent en différentes manières. Ils entendent premièrement par ces fruits nouveaux et anciens, les préceptes tant de l'ancien que du nouveau Testament, et l'Église dit les avoir gardés à son Époux : parce qu'en effet c'a été à lui qu'il a été réservé de les accomplir lui-même, et de les faire accomplir par ses disciples : *Sciebat omnia, que in veteri Testamento annuntata sunt, nuntiavit per Christum, et in Christo posse compleri*, comme dit un saint interprète. Il n'y a que l'Épouse seule, selon saint Ambroise, qui puisse dire véritablement : *Je possède tous les préceptes du nouveau et de l'ancien Testament*. Car la synagogue ne peut point le dire, elle qui n'a ni la lettre des préceptes de la loi nouvelle, ni l'esprit des préceptes de la loi ancienne : *Sola hoc dicere Ecclesia potest. Non dicit alia congregatio, non dicit synagoga, nec secundum litteram nova testam ; nec secundum spiritum vetera*. C'est donc à l'Épouse et à l'Époux qu'appartiennent tous les fruits nouveaux et anciens. Car tout ce qui a été commandé ou pratiqué dans le temps de la synagogue, regardait la personne de Jésus-Christ, et son Église. Tous les anciens sacrifices étaient des images de celui du Fils de Dieu mourant sur la croix, et de tous ses membres, ou souffrant la mort pour lui par le martyre, ou s'immoiant tous les jours comme des victimes vivantes par la pénitence. Toutes les observances légales figuraient, comme des crayons grossiers, ce qu'il y a de plus saint et de plus spirituel dans la vie et la discipline des Chrétiens. Ainsi il est vrai de dire, que tout ce qu'il y a de nouveau et d'ancien, se rapporte à Jésus-Christ, soit qu'on le regarde comme le Verbe fait chair, et uni à notre nature par son incarnation, soit qu'on le regarde comme Homme-Dieu, uni à l'Église, et ne faisant qu'une personne avec elle, selon la doctrine de saint Augustin et de saint Grégoire. Or toutes les choses anciennes sont passées, dit saint Ambroise, c'est-à-dire, que tous les mystères qui étaient cachés dans l'ancienne loi sont découverts, et que toutes choses sont devenues nouvelles en Jésus-Christ. C'est là cette nouvelle créature dont parle l'Apôtre, lorsqu'il disait aux Galates : *qu'en Jésus-Christ à la circumcison, ni l'encens ne servait de rien, mais l'être nouveau que Dieu crée en nous*, c'est-à-dire, selon l'explication qu'il en donne dans la même lettre, *la paix qui agit par la charité*. Car c'est cette foi vivante et animée de l'amour divin qui a été véritablement le fruit nouveau de l'incarnation et de la mort de Jésus-

Christ, dont les fruits anciens de la synagogue n'étaient que des ombres.

Mais les interprètes expliquent encore ces paroles de l'épouse d'une autre manière aussi édifiante. Ils disent que ces fruits nouveaux et anciens peuvent figurer les personnes mêmes des justes, tant de l'ancienne loi que de la nouvelle. Ainsi, quand l'épouse dit qu'elle a gardé à l'époux des fruits nouveaux et anciens, elle entend que c'est à lui seul qu'elle se sent redevable du salut de tous ses enfants, soit qu'ils aient été justes avant Jésus-Christ ou depuis son avènement. Car, de même, dit saint Paul, que tous meurent en Adam, tous aussi reçoivent la vie en Jésus-Christ. Et ainsi nul des justes n'est jamais entré dans

CAPUT VIII.

1. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat.

2. Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ; ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum.

3. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

4. Adjuro vos, filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?

Sub arbore malo suscitavi te; ibi corrupta est mater tua; ibi violata est genitrix tua.

6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum; quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio; lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.

7. Aquæ multe non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam; si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

8. Soror nostra parva, et ubera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

9. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, conjugamus illud tabulis cedrinis.

10. Ego murus; et ubera, sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

11. Vinea fuit pacifico in eâ, quæ habet populos; tradidit eam custodibus: vir affert pro fructu ejus mille argenteos.

12. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, et ducenti his qui custodiunt fructus ejus.

13. Quæ habitas in hortis, amice auscultant; fac me audire vocem tuam.

14. Fuge, dilecte mi, et assimilare capree hinnuloque servorum super montes aromatum.

VERS. 1. — FRATREM MEUM, ut fratrem, Hebr. SUGENTEM UBERA. FRATREM UTERINUM, eâdem matre genitum et lactatum, eoque chariorem. AMANTES ENIM

le royaume des cieux que par Jésus-Christ, parce que c'est lui qui est monté le premier, et qui a ouvert le ciel à ses membres qui l'ont suivi: *Quia ipse primus ascendit, et sequentibus membris suis cœlum aperuit.* C'est donc là la grande dévotion de l'épouse de regarder son époux comme l'auteur et le consommateur de la foi de tous ses enfants, et d'attribuer à sa grâce tout le mérite des fruits différents de leur piété. Et c'est en cela qu'elle lui témoigne son amour. *Nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi;* puisqu'elle ne l'aimerait pas comme elle le doit, si elle lui ravissait la gloire de sauver ses membres, cette gloire qui lui est propre, et qu'il déclare qu'il n'abandonnera point à un autre: *Gloriam meam alteri non dabo.* (Sacy.)

CHAPITRE VIII.

L'ÉPOUSE.

1. Oh! que n'êtes-vous mon frère, suçant le lait de ma mère! Je vous trouverais dehors, et je vous couvrirais de baisers, et nul ne m'en blâmerait.

2. Je vous prendrai, et je vous mènerai dans la maison de ma mère; là vous m'instruirez, et je vous donnerai un breuvage d'un vin mêlé de parfums, et un suc nouveau de mes pommes de grenade.

3. Sa main gauche est sous ma tête, et il m'entrelace de sa main droite.

L'ÉPOUX.

4. Je vous conjure, ô filles de Jérusalem, de ne point faire de bruit, et de ne point réveiller celle que j'aime, jusqu'à ce qu'elle s'éveille d'elle-même.

LES FILLES DE JÉRUSALEM.

5. Qui est celle-ci qui monte du désert rempli de délices, appuyée sur son bien-aimé?

L'ÉPOUX.

Je vous ai réveillée sous le pommier; c'est là que votre mère s'est corrompue; c'est là que celle qui vous a donné la vie a perdu sa pureté.

6. Mettez-moi comme un sceau sur votre cœur, comme un sceau sur votre bras; car l'amour est violent comme la mort, et le zèle de l'amour est inflexible comme l'enfer; ses lampes sont des lampes de feu et de flammes.

7. Les grandes eaux n'ont pu éteindre l'amour, et les grands fleuves n'auront pas la force de l'étouffer. Quand un homme aurait donné toutes les richesses de sa maison pour l'amour, il les méprisera comme s'il n'avait rien donné.

L'ÉPOUSE.

8. Notre sœur est encore petite, et elle n'est point formée; que ferons-nous à notre sœur quand il faudra lui parler?

L'ÉPOUX.

9. Si elle est comme un mur, bâtissons dessus des tours d'argent; si elle est comme une porte, fermons-la avec des ais de bois de cèdre.

L'ÉPOUSE.

10. Pour moi je suis comme un mur, et mon sein est comme une tour, depuis que j'ai paru en présence de mon époux, comme ayant trouvé en lui ma paix.

11. Le pacifique a eu une vigne en celle qui possède les peuples. Il l'a donnée à des gens pour la garder; chaque homme doit rendre mille pièces d'argent pour le fruit qu'il en retire;

12. Pour ma vigne, elle est devant moi. O pacifique, vous retirez mille pièces d'argent de votre vigne, et ceux qui en gardent les fruits, en retirent deux cents.

13. O vous, qui habitez dans les jardins, nos amis sont attentifs à vous écouter; faites-moi entendre votre voix.

L'ÉPOUSE.

14. Fuyez, ô mon bien-aimé, et soyez semblable à un chevreuil et à un faon de cèdre sur la montagne des aromates.

COMMENTARIUM.

nullo non necessitudinis nomine delectari vidimus, vers. 2; optat etiam cum tam liberè amplexari, ac deo seculari posse, quam fratrem infantulum. M. MEMO

despiciat. Nemo exprobrat, aut contemnat, tanquam nimis amori indulgentem (1).

VERS. 2. — IN DOMUM MATRIS MEÆ: vide supra 5. 4.

Etsi enim palam amplexari liceat, tamen ipso arcano delectatur magis. *Me docetis*. Proba mulier, viroque ut deceat obediens, ab ipso erudiri cupit. Sic mulieres jubentur domi viros suos interrogare, 1 Cor. 14, 75. Sic apud Xenophontem Isomachus uxorem domi seducit et docet, Xenoph. Œcon. ET DABO TIBI POCULUM. Interloquendum, suaves liquores propinabo (2).

(1) Formula optandi Hebraica: Utinam esses mihi tanquam frater sugens ubera matris meæ, utinam tanquam frater sugens ubera, quam possem ubique et quovis tempore deosculari. Quamvis enim te in propatulo deoscularer, etiamsi id fieret præter consuetudinem et decorum, non me tamen puderet. Nam cur pudeat fratrem tam insignem et charum palam osculari? Votum est populi veteris optantis adventum Christi in carnem. Hinc Chaldaeus Paraphrastes ad tempus Messiae confert. Possit etiam referri ad totam Ecclesiam, quovis tempore exoptantem summam cum Christo conjunctionem. *Matris meæ*, synagoga, vel gentis humanæ. *Et jam*; ad verbum, etiam non despiciant me. Quibus consentiunt nonnulli manuscriptorum codices: Etiam me nemo despiciat, non *et jam*, duobus vocabulis ex uno factis. Si jungatur cum initio versus per zeugma, sensus erit: Quis det etiam ut nemo me despiciat propter miserias, in quibus hodiè versor propter absentiam sponsi. Sed rectius proximo verbo coheret. Te inventum foris oscularer, et nemo tamen me propterea despiceret. Quia non est indecorum fratrem palam osculari. Hoc facerem citra dedecus et cujusquam contemptum. (Genebrardus.)

(2) C'est visiblement une allusion que fait l'écrivain sacré à l'usage qui se pratiquait dans le temps des noces. Nous voyons dans la Genèse que Rebecca étant arrivée au lieu où était Isaac, il la conduisit dans la chambre de Sara, sa mère, et que là il l'épousa. Il est vrai qu'ici, comme le remarque un interprète, ce n'est point l'époux qui conduit l'épouse, mais l'épouse même qui s'engage à prendre et à conduire l'époux dans la chambre de sa mère. Cependant cette différence n'empêche point que l'on ne voie clairement que l'Écriture met dans la bouche de l'épouse ce qui est marqué ici, pour exprimer, sous ces termes figurés, la consommation du mariage de Jésus-Christ avec son Église. Car c'a été en effet dans la maison de sa mère que l'épouse a conduit l'époux, lorsque les vœux des saints patriarches, des prophètes et des anciens justes, qui formaient l'épouse dans ces premiers temps, firent à la fin descendre le Verbe du sein du Père dans la synagogue qui était leur mère; et que là, c'est-à-dire, au milieu de cette assemblée des Juifs, il donna à celle qu'il avait choisie pour son épouse ces enseignements si admirables, et ces règles si divines de sa conduite, que lui seul pouvait donner à l'Église. Car il n'y avait qu'un Dieu ananti et fait homme pour l'amour des hommes, qui fût capable de lui ouvrir une voie pour aller au ciel, aussi inconnue qu'était celle de l'amour et de la pauvreté, de l'humiliation, des souffrances et des persecutions, et qui eût droit de lui faire regarder les plaisirs, les consolations et les richesses de ce monde, comme une source de malheur et de malédiction pour les hommes.

Un interprète nous fait encore remarquer, que c'était une coutume parmi les Hébreux, et depuis même parmi les gentils, qu'au temps des noces l'époux et l'épouse buvaient ensemble de ce qu'on leur présentait dans la même coupe. Et c'était apparemment de quelques vins composés, et de liqueurs parfumées. C'est donc à cette coutume que le Saint-Esprit semble faire encore allusion, lorsqu'il lui dire à l'épouse du cantique, parlant à l'époux, qu'elle devait lui donner à boire un vin mêlé de parfums, ou composé ou

mixtionné: *Poculum ex vino condito*. Nous voyons dans l'Évangile que le Fils de Dieu, étant fatigué de chemin, s'assit près de la fontaine de Jacob, et demanda à une femme de Samarie qu'elle lui donnât à boire; mais il lui fit bien connaître ensuite que s'il lui avait demandé à boire, c'était plutôt pour la porter elle-même à lui demander une eau vive, qui éteindrait pour jamais sa soif. Ainsi Jésus-Christ, comme homme, était altéré par la fatigue du chemin et par la chaleur du jour; mais comme Sauveur des hommes, il figurait par cette soif, où l'exposait la faiblesse de la chair dont il s'était revêtu, une autre soif beaucoup plus ardente, qui était l'effet de son grand amour pour le salut des pecheurs.

C'est donc sans doute pour desaltérer cette soif toute spirituelle et toute divine de l'époux que l'épouse, faisant ici, comme on l'a dit, allusion à la coutume qui se pratiquait dans les noces parmi les Hébreux, lui promet de lui donner un breuvage d'un vin de parfums ou mixtionné, c'est-à-dire, qu'elle s'engage avec tous ses vrais enfants à l'aimer, et à lui faire connaître par leurs œuvres la ferveur de leur amour. Car, comme dit un saint interprète, l'ardeur de la charité nous est figurée par le vin. Et les bonnes œuvres, qui sont les preuves de cet amour, selon saint Grégoire, peuvent être regardées comme les parfums qui rendent ce vin plus agréable, et qui le font appeler un vin composé ou mixtionné: *Et hoc vinum, non simplex erit, sed conditum, bonis videlicet operibus et virtutibus*. Car la charité ne serait qu'un vin sans force, si elle n'était accompagnée de ses bonnes œuvres, et même ce ne serait pas un amour, s'il était oris: *Ni enim operari remittit, amor non est*. Or, comme le Fils de Dieu dit à ses Apôtres dans la même histoire de l'Évangile, où il est parle de la conversion de la femme de Samarie, qu'il avait une viande à manger, qui leur était inconnue, et que cette nourriture était de faire la volonté de celui qui l'avait envoyé, en accomplissant son œuvre, nous pouvons dire que ce qui était sa nourriture était aussi son breuvage, et qu'ainsi, lorsque l'épouse lui promettait de lui donner un breuvage d'un vin composé ou parfumé, elle s'engageait par là à lui témoigner la sincérité de son amour, en accomplissant sa volonté, comme lui-même accomplissait celle de son Père. Car il veut que ses serviteurs soient partout où il est, c'est-à-dire, qu'ils le suivent et l'imitent en toutes choses. C'est là cette soif ardente qu'il a du salut des âmes.

Mais l'Épouse lui promet encore, comme un vin, ou un suc nouveau de ses pommes de grenade; ce qui pouvait être, selon les saints interprètes, une prophétie des souffrances des saints martyrs. Car ce vin nouveau, ou cette liqueur nouvelle des pommes de grenade, exprime fort bien, selon eux, l'ardeur de la charité de ces grands saints qui ont aimé le divin époux, jusqu'à ne pas craindre de mourir pour lui; puisqu'un vin nouveau est tout bouillant, et ne souffre aucunes impuretés, mais les rejette entièrement. Ainsi l'Église, comme dit un saint évêque, promettait de présenter à son bien-aimé un breuvage fait nouvellement de ses pommes de grenade; c'est-à-dire, de lui prouver par le martyre de plusieurs de ses enfants, figure par la couleur de sang, tant de l'écorce de ses fruits que de ses grains, quelle serait la ferveur de son amour: *Mustum ferventissimum est, ita ut nimio fervore omnes sordes de se excoquat et expurget*. Dabit ergo Ecclesia dilecto mustum malorum gravatorum: id est, ostendet in passionibus suorum martyrum, quantâ charitate Christum diligit. C'est là ce que Jésus-Christ appelle lui-même le vin nouveau, qu'on doit mettre dans des vaisseaux neufs. Car il n'y avait que des hommes renouvelés par le Saint-Esprit, qui fussent capables de soutenir la force de ce vin nouveau du calice dont l'époux a bu le premier, pour le présenter ensuite à ses membres, proportionnant la part qu'il veut qu'ils y prennent, à la mesure de force et de grâce qu'ils ont reçue de lui-même.

On peut bien entendre encore par la maison de la

VERS. 3.—*LÆVA EJUS* : hic diei finis, ut supra 2, 6 (1).

Hic sublimis anima inducitur uno jam amore occupata; quòque magis oculis omnium splendet, eò magis latebras, dulcemque secessum cum sponso quærens, instar Mariæ, quæ audit à Domino: *Porrò unum est necessarium*, Luc. 10, 42. Tales fuère prisci illi anachoretæ, qui Joannis Baptistæ exemplum secuti, longè à convictu etiam piorum, uni Deo vacare totis animi viribus studebant. Hic igitur omnia mutantur in melius: adestque copia non modò florum, sed fructuum, pomaque vetera et nova, dum fructus fructibus, virtutes virtutibus superveniunt. Hoc statu anima audacior facta, ac velut sui imposit, palàm etiam amori indulgere cogitur, nec tenere se potest; fitque illud quod ait Paulus: *Sive mente excedimus Deo*, 2 Cor. 5, 15; *charitas enim Christi urget nos*, ibid. 14; et illud: *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est*, ibid. 6, 11; et illud: *Vivo ego, jam non ego*, Gal. 2, 20. Qualia multa sunt in vitis Patrum. Optat tamen cubiculum, ubi sit in abscondito, Matth. 6, 6, et secus pedes Domini posita, docentem audiat intùs potiùs quàm foris. Luc. 10, 39. Unde meritò sequitur amplexus suavissimus, et altissimæ contemplationis quies, sequente postremo die.

Neque hic desunt Ecclesiæ dotes, manè surgentis excitantisque pastores, ut explorent commissam sibi vineam, ubi flores, ubi fructus, ubi etiam virtutum radices per mandragoras designatæ, 7, 11, 12, 13, quâ diligentia optima nutrix ubera sua impleat, ac plena Christo porrigat: nova etiam veteribus cumulet, apostolos et martyres patriarchis prophetisque subjungens, novâ semper prole nobilis, Judæis etiam ad extremum Domino reservatis.

SEPTIMA DIES.

VERS. 4.—*ADJURO VOS*. Sponsus, ut solet, ad auroram excitatus, sponsæ adhuc quiescenti consulit, ut supra 2, 7 et 5, 5, incipitque septima et ultima dies (2).

mère de l'épouse, la Jérusalem céleste, que l'Apôtre nomme notre mère: *Quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra*. Quand donc elle dit qu'elle prendra son époux et le conduira dans cette maison de sa mère, elle veut dire, selon l'explication d'un saint évêque, que, s'attachant très-étroitement à lui par sa foi et par son amour, elle l'accompagnera lorsqu'il s'en retournera au ciel, après avoir accompli tous les mystères de son incarnation, de sa passion et de sa résurrection, parce qu'en effet tous les justes de l'ancienne loi y entrèrent avec lui comme en triomphe, et que les Apôtres l'y conduisirent des yeux et du cœur. C'est là proprement, ajoute le même saint, qu'il enseigne toute vérité à ses élus, en les faisant comme boire dans la source même de la vérité. Et c'est là aussi qu'elle lui présente le vin nouveau d'une charité pleine et parfaite, dont il dit lui-même à ses Apôtres avant sa mort, qu'il devait boire avec eux dans le royaume de son Père: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum ilud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*. (Sacy.)

(1) *Læva ejus*, pro tuâ: mutat secundam personam in tertiam, Hebræorum consuetudine. Declarat autem sponsa quomodò sponso fruitura sit in cubiculo. Mystice, læva Christi est humana natura morti tradita, quæ Ecclesiæ subjecta est; dextra verò, gratia quâ Christus Ecclesiam in suum recipit amplexum. (Maldonatus.)

(2) *Adjuro vos*, etc. Ubicumque mentio fit sonni

VERS. 5.—*QUÆ EST ISTA?* Igitur ineunte die sponsa prodit, ac solitâ puellarum admiratione excipitur, ut supra 3, 6, et 6, 9. Videtur autem esse sabbatum. Unde quod hactenùs non vidimus, cum sponsâ spon-sus ipse procedit. Aliis enim diebus, sponso ad rustica opera summo mane profecto, ipsa thalamo proce-debat sola. Tum hic nihil operis, non horti cultio, non ad pascua deductum pecus. Inter se tractant: cum amicis versantur, simul ut in die festo in publi-cum prodeunt: exoritur pariter altior status. Neque jam commendatur sponsa ex odoratis vestibus, aut ex cultûs splendore, ac formæ gratiâ; sed quòd unâ cum sponso ejus manu prehensa procedat, eoque innixa, jam beatissima sit. *SUB ARBORE MALO SUSCITAVI TE*. Excitavi à somno; Hebr., sponsum scilicet ipsum; aitque se, cum primum illum vidit dormientem sub illâ arbore, conspicatam, ibique exarsisse in flammâ, neque temperare potuisse, quin ludibunda exagita-ret, et è somno excitaret formosissimum juvenem. Addit sub illâ ipsâ arbore natum esse, ut in ejus ve-luti natali umbrâ libentiùs conquiesceret. Quarum rem-rem suavissima est amantibus recordatio, ut est illud poetæ, eclog. 8: *Sepibus in nostris*, etc. *IBI CORRUPTA EST... VIOLATA EST*, enixa, Hebr., eâdem voce repetitâ. Ita et Septuag. bis habent *ὀδύνησε*, neque abludit à vero rusticanam mulierem, qualis hic fingitur, dum ruri occupata discurrit, sub obviâ arbore peperisse. Martial. lib. 6, epigr. 64 de Curione, quem

...dum prandia portat aranti,

Hirsutâ peperit rubicunda sub ilice conjux.

Quidni etiam hæc sponsa finxerit: Tali sub arbore, tam pulchrâ, tam frugiferâ, tam florentem, tam vi-rentem te nasci oportebat? Potest et Vulgata retineri, eòdemque recidit, ut ibidem conceptus sit pastor spon-sus; sive ibi ortus sit parentum amor, unde ipse con-ceptus est, pastoribus pro more sub arbore ludenti-bus. Hæc igitur amori congrua, divinisque mysteriis servitura, ex moribus vitæ pastoralis finxerit, vel, si mavis, ad occultam alluserit historiam (1).

quem sponsa cum sponso capit, ponitur hæc adju-ratio. Repetitio congruit affectui amatorum. Nostri ubique putant adjurari, ne Ecclesiæ pacem turbent, vel peccatis suis, vel eam affligentes, vel quo alio modo. Sed nos aliter sentimus. Sponsa hic vetat Christum inquietari aut irritari, etc. (Mercurus.)

(1) Ascendit scilicet ad perfectionem. Deserto, id est, mundo, Deliciis, scilicet consolatione spirituali tracta à Deo anima recedit à mundo. *Immixta*, etc., scilicet nisi Deo juvante et sustentante non ascenditur. *Arbore malo*, scilicet cruce, verba Christi. Te scilicet mortuam peccato, ô anima. *Corrupta*, scilicet peccato, dum Christum crucifigit, et Judæa et genti-litas. Hebr. et Septuag., parturit; q. d.: Ibi te Ec-clesia peperit, scilicet, per Christum; vel Eva nos olim peperit ubi fuisset sub arbore, peccato corrupta, et nos illie à Deo suscitati, cum semen promitteret, quod nos esset redempturum. (Emmanuel Sá.)

Ultima aperitur scena, cum desideriiis potiti aman-tes familiari invicem consortio utuntur. Conspicitur sponsa dilecto suo juncta, et ab illo è deserto domum deducta. Sunt autem quæ jam sequuntur non conti-nuè post superiora accidisse cogitanda, sed interjecto aliquo temporis spatio. *Quannam est hæc ascendens è deserto immitens dilecto suo?* Verba sunt virginum Hiero-

VERS. 6. — SUPER COR TUUM. Sponsa prosequitur: est enim Hebr. pronomen masculinum. Tam cupio pectori tuo et brachio adherere, quam sigillum cere.

solymitanarum, quarum vers. 3 mentio facta, quæ cum admiratione suam sodalem cum regio sponso suo e deserto Hierosolymam ascendendum conspiciunt. *בית-בית* hoc solo loco obvium illustandum est ex Arabico, quod in prima conjugatione *comes et socius* alterius *fit*, in conjugatione quintâ, *comitem et amicum se præbuit* (unde Hebraei *בית-בית* *adjuvans sese* explicant, in octavâ, *innixus fuit cubito, item cervicali seu cubitali*. Æthiopicè quoque *רפק* denotat *accubuit, discubuit*. Sunt Hebraei, qui *בית-בית* *oblectans* se exponunt. Utrumque Vulgatus expressit: *Delictis affluens, innixa super dilectum suum*. Grævus Alexandrinus: *Dealbata, innixa super amicum ipsius*. Epithetorum illorum prius desumptum videtur ex 6, 10: *Pulchra ut candida, id est, splendida luna*. Grævus Venetus: *Dejessa super amicum suum, scilicet innixa*. Cæterum quod sponsa dilecto suo innixa in secum producit, id ductum est à more regum et reginarum orientalium. Reges enim ambulantes ministrorum incumbabant manui, vid. 2 Reg. 5, 8, et 7, 2, 17. Regina Esther naxa describitur suis cubiculariis feminis in Græcis fragmentis 4, 4, vel in Græco textu 5, 5. Quæ sequuntur sponsæ esse verba dabitare non sinunt pronomina suffixa secundæ masculinæ personæ, quæ ostendunt ad sponsum verba dirigi. Amico illa sua prima mutui amoris iuncta in memoriam revocat; se conciliasse sibi illum sponsum, et quasi excitasse ad amorem suum sub illius ipsius arboris umbrâ, ubi ipsum mater sua peperit. *Sub illâ arbore malo excitavi te ad mei amorem*. Videtur hic eo allusum ad id quod supra 2, 3: *dilectum malo inter arbores silvæ comparâat, et subjuxerat se ejus umbram cupisse, ut sub eâ sederet, ac ejus fructum palato suo dulcem esse. Mali arboris*. Cydoniam malum apud alios quoque populos amoribus dicatam fuisse, observat Celsius Hierobot. part. 1, p. 265. « Apud Ægyptios conubii symbolum fuit. *Veneris jugæ tesseram* appellat Arabicus in Epigrammate. Nempe Veneri, ut dearam e formosissime, à Paride addictum fuit. Venus igitur e in status cydonium dextrâ gerit. Cupidines ex hortis malorum primitias legunt illisque ludunt. *Nam e qui pomo ludunt, amoris iunctum faciunt*, dicit Philostratus Ieon. lib. 1, p. 758. *Inne malis petere, malum mittere, malum dare*, locutiones frequentes apud Græcos et Romanos; vid. Theocriti *Idyll.* 5, 10, et 5, e 88, et 6, 6; Virgillii *Elog.* 5, 64; Aristophanis *Schoenias* Nub. p. 480: *Malis petere dicebant ad venera incitare, quippe malus Veneri est dicata.* » *Ibi, sub illâ arbore, enixa est te mater tua*. A. Sebultens. in Animadvers. philol. mallet, *concepit te mater tua, reddere*. Sed rectè Grævus Alexandrinus, *parturivit te*, vertit, verbo à *הבליים* *parturientium doloribus* (Jerem. 13, 21, Isai. 43, 8, et 66, 7) ducto. Quod sponsa dilectum sub malo illâ natum ait, eum illic sibi quasi genitum significare nonnulli putant, quod ibi primum amore erga ipsam incensus esset. Quod quæsitum. Sed quemadmodum Latonâ fingunt Apollinem sub palmâ, nobilissimâ arbore, natum (vid. Celsii Hierobot. part. 2, p. 455 seq.). ita sponsa hic amicum suum sub malo, amori dicatâ, natum ait, ut significet illum sui amorem in aliis excitare, jam locum natalem præmonstrasse. Quod cum non animadvertisset J. D. Michaelis, in notis ad Lowthi Prælect. 51, p. 610, ed. Lips., interpretationem vulgò receptam subtempuscum, indecorum certè et plebeum quid dicere pronuntiat, nec denique verisimile, cum rarò accidat gravidis, ut sub dio parere necesse habeant. Quare hoc dicere vult: *foedere te juvenit mater tua, scilicet mihi*. « Fingit, inquit, amicum, sub arbore aliquâ precibus suis annuisse matrem, filiumque sibi volentem e promississe. » Quod quàm jejunum sit, quisque sentiet ipse, ut tacuimus, non amicum hic loqui, sed sponsam. (Rosenmüller.)

ut vel minimum a te divelli, sine gravissimo cruciatu non possim. Mox amoris amulationisque cruciatum exprimit, ut quæ hujus aliquid expecta sit, supra 5, et 5, gravioraque sentiat ex amoris impatientia incumbere (1). *LAMBARIS, PRUNÆ, Hebr.*

VERS. 7. — AQUA MULLA, Si amor exerceatur, et tamen vincit (2).

VERS. 8. — SOROR NOSTRA, mea, quam tu quoque meæ gratiâ ducis tuam. UBERA NON HABET: nondum nubilus est, adhuc impubes; sic: *Ubera tua intumescunt*, Ezech. 46, 7. QUANDO ALLOQUENDA EST: quândo de eâ loquendum est, Hebr., de eâ scilicet nupti collocandâ. Et ita Ambrosius in Psalm. 448, oct. 22 (edit. Bened. serm. 22, n. 55). Sponsum omnî induciâ complexa, de rebus familiaribus eum eo consilium habet, minoremque sororem commendat (3).

VERS. 9. — SI MURUS EST... PROPUGNACULA ARGENTEA: turticulas. Alii, coronidem argenteam. Respondet sponsus: Si solido est ingenio, conjugamus eam viro nobili et opulento, qui sit domus ornamentum et propugnaculum. Si ostium est, compingamus (muniamus) ILLED. Si levi est ingenio, et versatili, sapienti viro, virtute incorruptâ, tradamus, qui firmiter coerceat (4).

(1) *Pone me ut signaculum*. Verba sunt Ecclesiæ petentis ne sui obliviscatur. *Brachium* intelligunt Hebraei digitum, ut digiti sint quasi brachia manus. *Quia, inquit, fortis est ut mors dilectio*. Mavult enim amans mori quàm relinquere dilectionem. (Clarius.)

(2) Ingens adeo hominè est amor, atque adeo pretiosum, ut nulla penitus res illius pactum æquet. Qui bona omnia profuderit, ut amore potiat, jacturam nihili faciet, si votorum compos fuerit. Hæc tamen vera solummodò sunt de charitate, quâ Deus quaeritur, aternæque beatitudinè. Quod si de amore qui in res creatas fertur, interpretaris, ita explicato: Hominum amatores interdum mortalem spem adeo depercut, ut honorum omnium jacturam fluctuant, dum amata te fruuntur, totiusque rei familiaris dispendio votorum finem emunt. Vetera Vulgatae manuscripta et Septuaginta legunt hoc: *Si dederit homo substantiam domus suæ pro dilectione, quasi ovis accipiant eum: insanus putabitur, qui res pro merito non aestimat. Id proterito piis illis Christianis contingit, qui cum summo perfectionis amore teneantur, omnia hujus vite bona contemunt: illos enim mundus insanos, sive ipsorum hostes putat. Quorsum bonis, quæ Deus largitur, te exis? Quorsum vite voluptates fugis? Quorsum bona quæ non vides, et incerta sunt, opum certissimarum, quas sentis, amissionem sectaris? Ita secum impii argumentantur. Nihil verum, solidum certumque nihil existimant, præter ea quæ ipsi sentiunt, et brevi amissuri sunt, quorum inconstantiam, vanitatem levitatemque quolibet temporis momento ipsi experiuntur. (Calmet.)*

(3) Sponsus: *Soror nobis est parva, cui nondum sunt ubera: quid faciemus sorori nostræ die quæ hunc diem erit de illâ nuptum danda? Quamdiu versamur in his terris, sumus minores annis: in celo deum adipiscimur mensuram ætatis, staturæ Christi. Tum demum quoque celebrantur nostræ cum Christo nuptiæ. (Jacob. Cappellus.)*

(4) *Si murus est*. Accipitur hic *si* pro *quia*; q. d.: Quia murus est fortis contra persecutiones, et hæc ratione perfectorum, quorum meritis subveniendum est imperfectis, ideò subditur: *Adificemus super eum, etc.* Id est, adjungamus ei per susceptionem fidei, principes ad detensionem inferorum. In Hebr. habetur: *Adificemus super parietem arietum*, per quod idem designatur quod per propugnacula, quia

VERS. 10. — EGO MURUS. Sponsa talem se esse gloriat, qualem sponsus designabat, murum solidum, formâque et ætate viro gratissimam. UBERA MEA; quasi diceret: Non ego sine uberibus, ut soror; nec eminent ubera *sicut turris*. Hebr., Septuag., sicut turres: quæ stant annexæ muro, pulchri operis appendix pulchra. QUASI PACEM REPERIENS: inveni gratiam apud illum (1).

VERS. 11. — PACIFICO, Salomoni, Hebr., Septuag. IN EA QUÆ HABET POPULOS: in *Bahal'hamon*, nomina propria: ita et Septuag. (2).

per palatium etiam, secundum communem modum loquendi, intelligitur regalis potentia, et dicitur *argentum*, quia Constantinus et alii principes in promotione Ecclesiæ multum expenderunt argentum. Si *ostium est*, id est, quia Ecclesia est ostium per quod ingreditur ad cœleste regnum. *Compingamus illud*, id est, fortificemus. *Tabulis cedrinis*, id est, doctoribus sacris, qui dicuntur cedri propter vitæ et scientiæ eminentiam et fidei integritatem: sicut cedrus est arbor valdè alta, et à vermibus non perforatur. Aliter potest etiam exponi: *Sicut murus est*, etc., id est, quia nunc Ecclesia fuit parva et depressa, elevemus eam ad statum honorificum et magnum, et quia Ecclesia de ejusmodi beneficiis fuit grata, idèò subditur in ejus personâ: *Ego murus*, etc. (Lyranus.)

(1) *Ego murus*, etc. Verba novæ nuptiæ, synagogæ scilicet nuper conversæ. Sensus est: Proprsus statui facere quod jubes, nam sentio jam liberalitate tuâ meam obedientiam præveniri, tuis enim muneribus jam factum est, ut videar mihi (neque fallor) murus quidam propugnaculis argenteis nitens, et gemino ubere, et turribus paribus vallata. *Ex quo facta sum*, etc., id est, ex quo pacem reperi coram sponso; gratiâ enim illius sum id quod sum. (Menochius.)

(2) *Vinea fuit Salomoni*, id est, *pacifico regi in בעל הבאן Baal-hamon*, quod significat dominum populum, seu eum qui habet sub se populos. Est verò nomen loci, seu vineti, haud procul Hierosolymâ, qui aliàs Engaddi dicebatur, et erat vinearum et balsami fertilitate celeberrimus. Hanc suam vineam *tradidit* certis colonis colendam, et *custodibus* custodiendam; mihi verò tanquam præfectæ, inter alias plures vineas hanc singulari curâ tradidit gubernandam. Hæc magna est et fertilis, et nobilissimi vini ferax; nam *vir*, seu vinitor, qui illam conduxit, *affert* quotannis *pro fructu ejus*, quem inde colligit, *mille argenteos* siclos, seu mille florenos Belgicos; et ultra hos, pendit alios *ducentos argenteos his qui custodiunt* vineam. Vinea hæc tam nobilis, tam chara Salomoni, secundum alios, animæ pastoribus commissæ, vel Ecclesiæ christiana. Si benè colatur, pendit fructum non modò decuplum, qui magnus est, vel centuplum, qui maximus, sed millesimum, qui omnem superat æstimationem. Hæc vinea, inquit sponsa, non contemnetur, nec deseretur, nec negligetur à me, ut nuper illa altera, cap. 1, v. 5, sed semper *coram me est*. Septuaginta: *Vinea mihi mea in conspectu meo*, id est, habeo semper illam in oculis, ut eum excoli quàm diligentissimè. Tota huic operi incumbo, nec ad aliud mentem diverto: oculus præfectæ saginabit fundum, ut uberiores et excellentiores fructus ferat. Velim tamen scias, mi dilecte, me lucri causâ, etsi jure et indulto tuo possim nihil hic agere decrevisse, tui unius et solius amore agam quidquid agam. Fructus ergo omnes et integri volo cedant tibi (ut est in Hebræo) *mille argentei*, quos conductor vineæ quotannis pendit, id est, primarius et principalis proventus ad ultimum usque quadrantem, tui, ô pacifice, sint, ad tui unius gloriam et laudem; reliqui *ducenti*, secundarius et accessorius proventus dentur his qui in colendâ custodiendâque vineâ me adjuverunt: nullius commodo, nullius laudi, nullius gloriæ quidquam decerptum volo. Mihi nullam de-

VERS. 12. — VINEA MEA (quæ mihi, Hebr.) CORAM ME EST, PACIFICI: Hebr., pacifice, ô Salomon: ita et Septuag. His duobus versibus loquitur sponsus ut pastor, qualem se hæc eclogâ finxit. Nihil ego, inquit, invideo Salomoni; non me regiæ opes, non regii fundi capiunt; habet quidem rex Salomon agros, vites, cellas vinarias, quique iis præsent; habet vineam quæstuosissimam, partem regii patrimonii haud ignobilem; fortè vineam Engaddi balsamo insignem, 4 Paral. 27, 27; sed vinea mea præsens mihi est, nempe sponsa. Habe tibi, rex Salomon, vineam tuam, ac ducentos vinitores tuos quos mille argenteis annuis dones, ad demonstrandam vineæ nobilitatem; mihi sponsa sufficit, hæc una mihi possessio est. Cur autem ex tot regii opibus, hortis, palatiis unam vineam commemoret, in promptu est; rusticanae enim personæ quam agebat nihil est commendabilius agris, rure, vineâ.

VERS. 13. — QUÆ HABITAS IN HORTIS. Ex flagrantissimo amore petit, ut dum in hortis est, omnesque ei silent, voce suavissimâ canat.

VERS. 14. — FUGE, DILECTE MI. Hanc quidem illa orditur suavissimam cantilenam: simul canendo indicat se, non multis, sed uni canere velle, ac vivere; tanquam diceret: Amicis canere me vis? non ego ita affecta sum; nequeo ferre turbam; pete velox loca sola ac remotissimos montes; tui me oculi premunt; quo fermè sensu ipse dixerat: *Averte oculos tuos*, supra 6, 4; secessu opus est ut tantos ignes exhalare possim. MONTES AROMATUM, odoratis plantis plenos, quales fuisse montes Bether diximus, 2, 17 (1).

posco aliam mercedem præter te unum, et quòd tibi serviam, tibi gratificer, tibi fructificem, hoc unum et gratius et suavius mihi, et longè pretiosius omnibus thesauris cœli et terræ. Ut ergo tibi uni quàm gratissimum faciam, pro posse meo excolam virtutibus animam meam, et animas mihi à te commissas; et excolam non ob aliud quàm ut te recreem et reficiam, qui es unica merces, præmium et beatitudo mea. Ita ferè Lud. de Ponte ex S. Ambrosio, Theodoro et aliis.

Sponsus hoc tam nobili sponsæ studio uni sibi laborandi et placendi, mirum quantum recreatus: Etsi, inquit, uni mihi laborare et placere intendis, hoc ipso tamen pluribus reverè, imò omnibus qui in cœlo et in terrâ sunt, places; et omnibus labor tuus percharus et pergratus est. Eia ergo, dilecta mea.

(Tirinus.)

(1) *Fuge, dilecte mi*, etc. Cùm nobis est orandum, Christus jubet ut secretum petamus, et conclave nostrum ingrediamur, ut isthic coram Deo cor nostrum effundamus. Nempe, non decet pietatis motus et affectus vehementes ostentare, ne vani et sanctuli, aut hypocritæ videamur coram hominibus, qui cor nostrum quàm sit sincerum et rectum non vident. Similiter cùm pii vehementissimos amoris et charitatis in Christum motus et affectus intus in corde et animo à Spiritu Christi excitari sentiunt, secretum etiam petunt, et hominum lugium, tum conspectum et conscientiam, contenti solum Christum habere hujus commotionis quam persentiscunt in se, conscium. Itaque si fortè dum spiritualibus illis deliciis et castissimis veluti sponsi sui Christi amplexibus vacant et indulgent, in conclavi sui arcano, subito alienus adventu deprehendantur, reprimunt se, et motus illos internos comprimunt, ne erumpant, ne apertâ motuum cordis sui demonstratione, vani vel hypocritæ

Hic sponsa, seu sublimis anima, in gradu charitatis perfectissimo apparet; nihil jam verita, neque dilisa formæ, ut cum dicebat: *Nigra sum*; innixa dilecto, in ejus amplexus resoluta, eique planè et familiariter incumbens; quippe quæ ad eam pervenit charitatem, quæ *foras mittit timorem*, 1 Joan. 4, 18, deliciis affluens propter eam pacem quæ *exsuperat omnem sensum*, Phil. 4, 7. Recordatur autem arboris, sive crucis, in quâ Christum dormientem, seu mortuum suscitavit, fide resurrectionis. Neque id prætermittit, sub arbore item Evam, totamque ad eam naturam humanam, fuisse maledictam atque corruptam; sub quâ etiam arbore natura eadem, eadem Eva Salvatorem ex suâ venturum propagine jam spe enixa est, promittente Domino: *Inimicitias ponam...* Gen. 3, 15, *ipse conteret caput tuum*, secundum Septuag., sive *ipsa*, mulier, edito Christo. Tantæ igitur calamitatis, tantique beneficii memor, sanataque, ut Ecclesia canit, per arborem, à malis ex arbore prognatis, magis magisque incumbere vult dilecto, ejusque hæere brachiis, imprimique pectori, more Joannis quem Dominus diligebat, in ejus pectore recumbentis. Tum significat sponsa amoris ardorem vehementissimum, summosque cruciatu. Talis est enim vitæ præsentis etiam perfectissima, Deoque conjunctissima charitas; coaretatur anima plenè cum Christo esse desiderans et quâdam æmulatione succensa, reliquiis culparum, et vel minimis inolitæ concupiscentiæ maculis, et ipsâ carnis infirmitate torquetur. Amor tamen prævalet intar ignis indefessi, quem nulla vis aquarum extinguat: dicente Apostolo: *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio?* etc., Rom. 8, 35. Unde sponsa: *Aquæ multæ non potuerunt*, etc., 8, 7, indicatque se pro sponso passuram mille mortes; ac martyrum præcinit fortitudinem; subditque: *Si dederit homo omnem substantiam*, etc., ad commendandam pariter eorum gloriam, qui dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia*, Matth. 19, 27. Neque sui tantum sollicita est anima conjugata Christo, ejusque amore fruens; sed sororum infirmiorum profectui invigilat, easque sponso mirâ libertate commendat, à quo etiam docetur quæ cuique animæ adhibenda cura sit, 9. Sororem parvulam S. Thomas intelligit nascentem sub Apostolis gentium Ecclesiam. Hoc autem loco sponsa mirum experitur Christi in vineâ suâ, ipsâ scilicet animâ excolendâ, studium, utpote quam et diligat, et apud Isaiam non modò plantet, sed etiam sepiat, muniat, custodiat, et relictis omnibus unam curet, Isai. 5, 2, 4, 7. Quo Ecclesiæ catholicæ uni-

hominibus videantur; similes, hæc in parte, castissimæ et pudentissimæ virgini, quæ dum familiarius cum sponso colloquitur et versatur, veretur ne à quoquam in eo statu deprehendatur. Itaque si fortè aliquem à longè advenientem prospicit, à quo in tam familiari colloquio et conversatione deprehendi posset, monet amicum suum ut fugâ veluti se subducet atque subripiat, ne simul esse deprehendantur, ne quis sit conscius tam intime et familiaris suæ conversationis. Eo videtur respicere hic sponsa, dum Christum amicum suum jubet subitâ fugâ se proripere instar capreoli, vel hinnuli cervorum. (Lud. Cappellus.)

tas commendatur. Hic primum ipsa sponsa mirificè se extollit. *Ego murus*, vers. 10, nixa scilicet sponso; quæ in se sunt dotes, eas, non ut suas, sed ut sponsi prædicat, ubi necesse est. Sic Paulus: *Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum*, 1 Cor. 15, 10; et ille: *Multam inveni in me sapientiam, et multam profeci in eâ. dedit mihi sapientiam dabo gloriam*, Eccli. 52, 22, 25. Addamus Ecclesiam vere murum esse super petram fundatum, vallatumque pariter, et ornatum gemino præcepto charitatis. Denique sponsus invitat ad canendum suavissimum amoris canticum, quo amici quoque ad amorem rapiantur. Illa canit: *Fuge*, quod et Ecclesie est, Christum ascendentem in cælum, sed tamen rediturum laudibus prosequentis; et sublimis animæ, quæ Christum experta saepe recedentem, et cum maximè teneri videtur, elapsam, amorisque negotium ipso discessu exercentem, ac tum maximè liberalem, adhortatur ad ejusmodi misericordissimam fugam. Dici etiam potest amoris delectatione victam, tantum pondus ferre non posse, quemadmodum ille dicebat: *Satis est, Domine, satis est*; et illa: *Aut pati, aut mori*. Licet autem admirari miras amoris vicissitudines, cum alibi absentiae tædio desolata, exclamet anima: *Revertere capreâ hinnuloque velocior*, 2, 17; hic castarum deliciarum torrente inundata, nec sese ipsa capiens, clamare cogatur: *Fuge, dilecte mi*. Fuga autem indicitur super montes aromatum, ut cum sponsus seipso semper excelsior, refugisse visus sit in quandam immense suæ perfectionis arcem, ab eâ tanquam ab inaccesso monte sponsa prohibita, ejus tamen quodam odore recreetur. Nec prætermittam illud Ambrosii, lib. 5 de Virg. Nescit habitare, nisi in sublimitate virtutum; nescit commorari, nisi in talibus Ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere: *Christi bonus odor sumus*, 2 Cor. 2, 15.

SUMMA

ET CONCLUSIO OPERIS.

Hic igitur ordo septem dierum. Perpetuum illud: Sponsa conjuncta Christo, et aeterno amore flagrans. Hi gradus. Primo quidem die, anima formæ diffidit suæ, ejusque vitia excusat, atque iis quæ sensus magis afficiunt, pietatis illecebris, ac veluti blanditiis delectatur. Secundò, conversa recens ad perfectioris vitæ studium, in ipsis conversionis initiis, antea vitæ tot peccatis obnoxia commemoratione, ac tædio, novæque deliciis à sponso invitatur ad solitudinem, reliquiasque cupiditatum exterminat. Tertio die, incipiunt amoris exercitationes, inflammatur sponsa, fitque perfectior. Quarto, exercitatio vehementior est, graviorque cruciatus, animæque non tantum gratia, sed etiam robur additur, ac vis quæ et hostium impetus frangat, et supra perfectissimas animas extollatur. Quinto, non tantum sponso, sed etiam cæteris omnibus, miraculo est. Sexto, quò splendidior est, eò magis ad solitudinem properat, eoque jam ipsa sponsum ultrò invitat, ut amori liberius, ac sine ullâ interpellatione serviant, ac plenius ipsa doceatur. Se-

ptimo, in sponsum recumbens, velut suavissimo sab-
bato, conquiescit.

Recordemur autem hic semper agi de animâ perfe-
ctâ et conjugatâ Verbo, quæ jam osculo digna sit,
beatisque amplexibus; sed tamen in Christum magis
magisque crescat, ut Paulus: *Quæ retrò sunt oblivis-
cens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum*,
Philip. 3, 13. At cave hic tu mihi cogites animam per
septem gradus certâ methodo, ac necessariò dedu-
ctam, in aliquo demùm statu consistere. Hoc enim
duntaxat apparet in hoc cantico, quancumque animam
Spiritus agit, eam continuis incitamentis ad ulteriora
propelli, ut ea ipsa, quam Scriptura perfectam ap-
pellat charitas, seipsam supergressa, novis subinde
conatibus in Deum assurgat. Hùc etiam pertinet can-
tici finis: *Fuge, dilecte mi, super montes aromatum*.
Quæ quidem sic dicta sunt, ut eum quò magis com-
prehendi putatur, eò sublimiorem visum, et quasi fug-
ientem, ipsa pro viribus secutura sit.

Ex hoc cantico Ecclesia, Patres ac præsertim san-
ctum Ambrosium eo in argumento copiosissimum se-
cuta, multa transtulit in Mariam; ut hæc, *vox turturis*,
vox Mariæ dicentis: *Ecce ancilla Domini*; et: *Ma-
gnificat anima mea Dominum*, Luc. 1, 38, 46, *vox*
suavissima, quæ Joannem in utero matris latentem
exciverit, ut Dominum ejusque matrem velut tripu-
diis salutaret. Et illud: *Dùm esset rex in accubitu suo*,
nardus mea, omnique odore odorator castitas, invi-
tavit eum. Et illud: *Quæ est ista quæ ascendit immixta*
super dilectum? Et illud: *Tota pulchra es*. Et illud:
Videte, filie Sion, regem Salomonem in diademate, quo
coronavit illum mater sua. «Coronavit enim... quando
«generavit,» inquit Ambrosius de Inst. Virg. 16,
n. 98. «Tamen hoc ipso quò ad omnium salutem
«eum concepit et peperit, coronam capiti ejus æternæ
«pietatis imposuit.» Aliaque innumerabilia, quæ sub-
limioribus animis convenientia, eò magis Mariæ con-
gruunt, non tantùm accommodatione piâ sed etiam
ad litteram, quò inter sublimissimas ac perfectissi-

mas animas sublimissima ipsa ac perfectissima est.

Nihil autem attinebat ullam hic à Salomone, Dei
aut Christi fieri mentionem, cùm Christus totius al-
legoriæ atque Eclogæ sit ipse argumentum, absur-
dumque sit rei figuratæ nomen parabolæ inserere.
Cæterùm allegoriæ vim satis demonstrat, non tantùm
communis synagogæ, christianæque Ecclesiæ traditio,
sed etiam Paulus, Joannes in Evangelio et Apocalyp-
psi, Christus ipse, dùm passim ad divinissimi cantici
sensus ac verba respiciunt, sponsique et sponsæ
mysteria celebrant, ut hanc parabolam non unus, aut
alter Scripturæ locus, sed tota Scriptura edisserere vi-
deatur. Et quandoquidem is est cantici fructus, ut Chri-
stum amemus, libet attexere Christi amorem spiran-
tes sancti Ambrosii voces, antiq. edit. lib. 3 de Virg.,
nov. edit. lib. de Virg. cap. 16, num. 98, ut carmen
amatorium in egregii amatoris affectus desinat. «Om-
«nia, inquit, habemus in Christo; omnis anima acce-
«dat ad eum, sive corporalibus agra peccatis, sive
«clavis quibusdam secularis cupiditatis infixæ, sive
«imperfecta adhuc quidem, sed intentâ tamen medi-
«tatione proficiens, sive multis aliqua sit jam perfe-
«cta virtutibus, omnis in Domini potestate est; et
«omnia Christus est nobis. Si vulnus curare deside-
«ras, medicus est; si febris æstus, fons est; si
«gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges,
«virtus est; si mortem times, vita est; si cælum de-
«sideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si ci-
«bum quæris, alimentum est. *Gustate igitur, et videte*
«*quoniam bonus est Dominus; beatus vir, qui sperat*
«*in eo*, Psal. 33, 9 (1). »

(1) Nobis primò propositum fuerat et plerisque no-
stris subscriptoribus exoptatum scimus, ut Bossuetii
commentario in Canticum canticorum S. Bernardi in
hunc librum sermones adjungeremus. At cùm nunc
in animo habeamus integram edere Patrologiam, in
quâ omnia S. doctoris opera, ejusque proinde in
Cantica sermones continebuntur, hos præsentem tem-
pore omittendos judicamus, ne bis eosdem lectoribus
exhibeamus. (Editores.)

Compendium

SIVE

SYNOPSIS

SENSUS LITTERALIS ET GENUINI CANTICI CANTICORUM.

Sensus litteralis et adæquatus Canticorum est de-
scribere conjugium Christi et Ecclesiæ per humanita-
tem ab eo assumptam; partialis Christi et anima
sanctæ, non cujuslibet, sed perfectæ; principalis

Christi, et B. Virginis. Primò ergo describit Ecclesiæ
et animæ sanctæ infantiam à cap. 1 usque ad c. 2,
v. 8; secundò, ejus adolescentiam à c. 2, v. 8, usque
ad c. 3, v. 6; tertio, ejus virilem ætatem à c. 3, v. 6,

usque ad cap. 5, vers. 2; quartò, ejus senectam à cap. 5, v. 2, usque ad cap. 6, vers. 3; quinto, ejus renovationem et glorificationem, vel potius aspirationem ad gloriam à c. 6, v. 3, usque ad finem libri.

Prima pars Cantici,

Quâ describitur Ecclesie ortus et infantia usque ad c. 2, vers. 8. Hæc infantia fuit à Christi ortu et prædicatione usque ad missionem Spiritûs sancti in Pentecoste.

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. — OSCLUTER ME OSCULO ORIS SUI. Petit synagoga osculum incarnationis Verbi, quo scilicet Verbum osculetur humanam naturam eam assumendo, ut in eâ patiendi, illam Deo Patri ob peccatum exosam reconciliet. Petit anima sancta osculum perfectionis, charitatis et unionis cum Deo. Petit B. Virgo osculum Spiritûs sancti, ut fiat mater Christi.

QUIA MELIORA SUNT UBERA TUA VINO. Ubera vocat papillas; nec enim viri habent mammas, ut femina: ex papillis autem virorum subinde lac exprimi docet Galenus et Aristot. lib. 1 Histor. animal cap. 12, et lib. 3, cap. 20. Ubera significant dulcissimam lactandi facultatem et vim: Christus enim suâ doctrinâ et gratiâ quasi duobus uberibus lactat fideles. Nota et quia, hæc enim vox dat causam cur sponsa ambiat osculum sponsi, q. d.: Quia dulcedinem tuorum uberum, id est, tuæ doctrinæ, gratiæ et consolationis gustavi, hinc aspiro ad tuum osculum, ut ex ejus habitu spiritum et animam, à quâ omnis dulcedo promanat, in ipso fonte hauriam. Hæc ubera meliora sunt vino voluptatum seculi, æquè ac vino, id est, austeritate legis Mosaicæ.

VERS. 2. — FRAGRANTIA UNGUENTIS OPTIMIS. Puta charismatibus Spiritûs sancti præstantissimis. Externa Christi ubera sunt Apostoli et Evangelistæ.

OLEUM EFFUSUM NOMEN TUUM. Oleum hic ponitur pro unguento et quovis liquore odorato, qualis est balsami; q. d.: Nomen Jesu, id est, Salvatoris, tibi, ô Christe, proprium, effusum in incarnatione, circumcissione et cruce, fragrat instar balsami. Nomen sumitur pro re nominatâ, q. d.: Tu, ô Jesu, effundens tuum sanguinem et vitam pro nobis ex mero amore, refoles suavissimè. Ita Origenes, Theodorus, S. Gregorius, Haymo et alii.

IDEO ADOLESCENTULÆ (HOC ODORE TUI AMORIS ATTRACTÆ) DILEXERUNT TE. Adolescentulas vocat Ecclesias et animas in fide et virtute Christianâ novellas, uti sunt recenter baptizate.

VERS. 3. — TRAHÈ ME POST TE, CURREMUS IN ODORUM TUORUM. Ecce quod vers. 2 vocavit oleum, hic vocat unguenta, q. d.: Oro ut tuâ gratiâ, Christe, me prævenias et efficaciter trahas ad te, ut sic post te cum meis adolescentulis eurrâ, et sanctissimos ac suavissimos tuos mores imiter.

INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA SUA, id est, in inti-

ma penetralia domûs suæ (hæc enim Hebræi vocant *חֵבֶרֶת* *cheber*). Christus patefecit mihi arcana suâ, et præsertim mysteria, in prophetis et figuris veteris Testamenti abscondita, item sancta sacramenta, præsertim Eucharistia.

EXULTABIMUS ET LETABIMUR IN TE, MEMORIS UBERUM TUORUM SUPER VINUM. Vatabl. *prædicabimus amores tuos vino præstantiores*; q. d.: Ego sponsa cum meis adolescentulis ebria vino tuæ consolationis, quod bibimus in cellariis tuis, ac lacte dulcedinis tuæ, quod suximus ex uberibus charitatis tuæ, *exultabimus et letabimur in te*.

RECTI DILIGENT TE, q. d.: Tu, ô Christe, rectissimus et sanctissimus es; quare qui recti sunt, justi et sancti, diligunt te: tu enim eorum amorem rectificas et castificas, ut nil carnale ament, sed tantum id quod spirituale est et divinum, quale est omne id quod in te cernunt et admirantur, ut post te currere gestiant.

VERS. 4. — NIGRAM SUM, SED FORMOSA, Sicut JERUSALEM, sicut TABERNACULA CEDAR, sicut PELLE SALOMONIS. Hæc ita combina; q. d.: Ego Ecclesia Christi sponsa nigra sum, sicut tabernacula Cedarenorum et Agarenorum, quæ sole torrentur, nigricantia; sed formosa pariter sum sicut pelles Salomonis, quia persecutionum et ærumnarum caligo et nigredo me magis illustravit, et formosiorum effecit ob splendorem patientiæ, fortitudinis, charitatis et zeli, cæterarumque virtutum, quas in adversitatibus ostendi et adauxi.

VERS. 5. — NOLITE ME CONSIDERARE, QUOD FUSCA SIM, QUIA DECOLORAVIT ME SOL; q. d.: Nolite mirari quod per tribulationes fuscata sim, quia hæc me decoloravit sol, id est, æstus persecutionis: sed idem mihi patientiam et constantiam affluit, quæ longè magis me illustrat. Ita Cassiodorus, Beda et alii.

FILII MATRIS MEÆ PUGNAVERUNT CONTRA ME, INSEVERUNT ME CUSTODEM IN VINEIS, VINIAM MEAM NON CUSTODI; quasi dicat: Judæi, qui sunt fratres mei, utpote ex eadem matre quâ ego, puta ex Synagoga geniti, Judæi, inquam, pugnantes pro suo Moyse et Judaismo, me Ecclesiam Christi, id est, Apostolos et primos Christianos, acerrimè oppugnârunt, ideòque coegerunt illos Judæam deserere ac fugere ad Gentes, ibique erigere et custodire vineas, id est, Ecclesias exterarum gentium: quo factum est ut vineam meam, id est, Ecclesiam in Judæâ sitam, quæ mihi nativa et propria erat ac unice à Christo commendata, custodire non potuerim; quare ab eâ expulsa oberrare coacta sum per vineas gentium, ubi varios solis, id est, persecutionis æstus perpressa, arumnis decolorata, afflicta et offuscata sum.

VERS. 6. — INDICA MIHI (TU, ô sponse, qui es is) QUEM DILIGIT ANIMA MEA, UBI PASCAS (gregem tuum fidelium), UBI CUBES IN MERIDIE, NE VAGARI INCIPIAM POST GRUES SODALITUM TUORUM. Ecclesia æstu persecutionis Judæorum et Gentium afflicta et decolorata, petit à Christo sponso suo locum in quo fideles suos pascat, et cum his refrigerium cubando capiet in meridie, id est, in ardore tribulationis, ut ibidem à sponso pascatur, animetur, corroboretur, ne aliqui

incidat in sponsi sodales, id est, æmulos hæreticos, vel homines impios, à quibus pabulis hæresum, errorum et vitiorum pascatur.

VERS. 7. — SI IGNORAS TE, Ô PULCHERRIMA INTER MULIERES, EGREDERE ET ABI POST VESTIGIA (Hebr. *post calcaneos*) GREGUM TUORUM, ET PASCE HŒDOS TUOS JUNTA TABERNACULA PASTORUM. Pronomen *te* per pleonasmum Hebraicum redundat, q. d. : Si ignoras, ô Ecclesiâ, ubi ego Christus gregem pascam, egredere et abi post vestigia gregum, id est, fidelium tuorum; tui enim greges mei quoque sunt; atque ubi greges mei sunt, ibi sum quoque ego earum fidus et individuus pastor; *et pasce hœdos tuos juxta tabernacula pastorum*, puta Apostolorum et doctorum; illos enim tibi præsi-des præfeci et magistros constitui, atque ego in medio ipsorum versor et dego, uti dum viverem in medio ipsorum à parentibus meis inventus sum in templo, Luc. 2, 46, juxta illud: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, Matth. 28, 20; quare per hosce pastores ego te verâ doctrinâ pascam, et in omni solis, id est, persecutionis ardore, solabor et protegam. Hos si sequaris, non incipies vagari, nec incidet in meos sodales, id est, æmulos et rivales hæreticos, cæterorumque errorum magistros. Ita S. Athanasius in Synopsi, et Justus Orgel.

VERS. 8. — EQUITATUI MEO (Septuag. *equæ meæ*) IN CURRIBUS PHARAONIS ASSIMILAVI TE, AMICA MEA; q. d. : Ad bellum te voco, ô Ecclesiâ, ut totum mihi tibi-que subigas: quare à me assimilaberis equitatu meo angelico, quem opposui equitatu et curribus Pharaonis, cum pro Moyse et Hebræis pugnans eos profligavi, et in mare Rubrum demersi. Simili enim modo per te omnes tuos hostes infideles profligabo, sed ita ut ex infidelibus faciam fideles, ex hostibus amicos, ex rebellibus subditos, ex feris homines, ex mortuos vivos, ex dæmonibus angelos.

VERS. 9. — PULCHRÆ SUNT GENÆ TUE SICUT TURTURIS. Hisee genis significatur Ecclesiæ et fidelium, præsertim virginum, verecundia et castitas; turtures enim castæ sunt.

COLLUM TUUM SICUT MONILIA. Propriè collo, quod oneri et jugo æquè ac capiti subicitur, significatur subjectio et obedientia Ecclesiæ, quæ Christo sponso suo, Deique legibus per omnia obedit. Hæc enim eam non tam gravat, quam ornat uti monile.

VERS. 10. — MURENULAS AUREAS FACIEMUS TIBI; VEMICULATAS ARGENTO; q. d. : Aureis obedientiæ legibus et regulis, argento obedientiæ dispunctis, quasi murenulis, id est, torquibus aureis argento variegatis, decorabimus te, ô Ecclesiâ, ô anima sancta et religiosa.

VOX SPONSÆ.

VERS. — 11. DUM ESSET REX IN ACCUBITU SUO, NARDUS MEA DEDIT ODOREM SUUM; q. d. : Dum sponsus meus, qui est Rex Christus, esset in mensâ suâ nuptiali, puta in incarnatione, passione et cruce, ego sponsa Ecclesiâ, et anima sancta, ad illum in-

gressa, unguento nardino humilitatis, pœnitentiæ, orationis, cæterarumque virtutum eundem perunxi, cujus odore ille mirificè recreatus est. Hoc fit, dum Christi incarnationem et passionem devotè recolimus, audimus, legimus et meditatur.

VERS. 12. — FASCICULUS MYRRHÆ DILECTUS MEUS MIHI, INTER UBERA MEA COMMORABITUR; q. d. : Ego Ecclesiâ, et anima devota memor incarnationis, passionis et crucis, myrrhæ, id est, amoris sponsi mei, quo tam amara pro me ultrò subiit, semper recordabor, illi grata ero, illum amabo, pro illo vicissim amara quælibet subire non detrectabo, sed optabo et ambiam amara et ardua ejus jussa, quin et oburgationes ac mordacia verba, imò flagella et verbera ultrò suscipiam et capessam.

VERS. 15. — BOTRUS CYPRI DILECTUS MEUS MIHI IN VINEIS ENGADDI. *Cyprus est arbor zizypi foliis, semine coriandri, flore candido et odorato*, ait Plinius; præstans erat in vineis Engaddi, ex viciniâ balsami in eis germinantis. Notat ergo lætam et gloriosam Christi resurrectionem. Christus igitur fuit fasciculus myrrhæ in passione, sed botrus cypri in resurrectione, q. d. : Jugiter recordabor resurrectionis æquè ac passionis Christi, ac per consortium passionis tendam ad consortium resurrectionis ejusdem: ipse enim suâ resurrectione viam mihi ad eandem prævit et aperuit.

VOX SPONSI.

VERS. 14. — ECCE TU PULCHRA ES, AMICA MEA; ECCE TU PULCHRA ES. Sponsus, à sponsâ laudatus, laudem suam in eandem reflectit; q. d. : A me pulchro tu pariter, ô sponsa, pulchra es, quia ego meam pulchritudinem tibi impertivi et afflavi; quare bis pulchra es, primò in dilectione Dei, secundò in dilectione proximi. Rursùm primò in actione, secundò in contemplatione Ad hæc primò in humilitate, secundò in charitate.

OCULI TUI COLUMBARUM. Amicus in oculis elucet. Sensus est; q. d. : Oculos (et consequenter mentem et intentionem in eis pellucentem) habes columbinos, id est, simplices, ingenuos, pudicos, amabiles.

VOX SPONSÆ.

VERS. 15. — ECCE TU PULCHER ES, DILECTE MI, ET DECORUS. Sponsa amore et honore certat cum sponso, laudesque suas in eum retorquet; q. d. : Fateor, ô sponse, me esse pulchram, sed hæc pulchritudo non tam mea est, quam tua, quia à te mihi aspirata. Nam tu pulcherrimus es formaliter et causaliter: tu enim es fons et causa omnis gratiæ, decoris et pulchritudinis, quæ in justis et sanctis reperitur.

VERS. 16. — LECTULUS NOSTRÆ FLORIDUS; TIGNA DOMORUM NOSTRARUM CEDRINA, LAQUEARIA NOSTRA CYPRESSINA. Pulchrum sponsum et sponsam, pulchrum decet cubile et pulchra domus, puta contignata ex cedris et laqueata cypressis. Utrumque hic assignat. Sponsa in vineis decolorata, inde sponsum invitat in domum, ut in eâ quietâ et lætâ mutuo fruantur consortio et

colloquio. Lectulus, in quo Christus et Ecclesia aequae ac animae iustae, conquiescunt, est pura sanctaque conscientia florens virtutibus, item oratio et vita contemplativa. Domus Christi et Ecclesiae ad litteram sunt templa et oratoria fabricata ex cedris et cypressis, uti fuit templum Salomonis, ad quod hic alludit. Symboliceigna, quae domum continent et sustentant, notant bonos praelatos, qui sunt cedrini, id est, integræ excelsaeque vitae; laquearia, quae tignis alligantur, ex iisque pendent, notant fideles et sanctos praelatis suis conjunctos, et subditos; hi sunt cypressini, id est, rectis et incorruptis moribus, ac frondibus honorum instar cypressi decorantur et coronantur.

CAPUT II.

VOX SPONSI.

VERS. 1. — EGO FLOS CAMPI ET LILIUM CONVALLIUM. Christus fuit *flos campi*, quia sicut flos in campo spontè provenit sine semine, sine creatione, sic et Christus ex Virgine natus est sine operâ viri. Sicut ergo flos non alium habet patrem quàm solem in cœlo, nec aliam matrem quàm plantam ex qua nascitur in terrâ; sic Christus in cœlo solum patrem habet Deum, qui est sol increatus, et in terrâ solam matrem Virginem. Christus quoque fuit *lilium convallium*: *lilium*, per candorem et splendorem vitae; *convallium*, per humilitatem: tum quia ipse in se fuit humillimus, tum quia humilium et castarum animarum, quas inhabitat, idem ipse est decus et ornamentum.

VERS. 2. — SICUT LILIUM INTER SPINAS, SIC AMICA MEA INTER FILIAS; q. d.: Sicut lilium enascitur vigetque inter spinas; sic Ecclesia inter hæreticos, persecutores et impios, qui illam quasi spinæ pungunt, magis crescit, ac majori sanctitatis fulgore, et odore bonæ famæ coruscat.

VOX SPONSÆ.

VERS. 5. — SICUT MALUS INTER LIGNA SYLVARUM, SIC DILECTUS MEUS INTER FILIOS; q. d.: Sicut arbor pomifera, v. g., malogranatorum, excellit arbores sylvæ infrugiferas et colore, et odore, et sapore; sic Christus sapientiâ, gratiâ et virtutibus excellit omnes Adæ filios.

SUB UMBRA ILLIUS QUEM DESIDERAVERAM SEMI, ET FRUCTUS EIUS DULCIS GUTTURI MEI; q. d.: Christus mihi est quasi malus et pomus suâ umbrâ, id est, suâ curâ et providentiâ me ab æstu tentationum protegens, et simul suis dulcibus fructibus me pascens et oblectans. Fructus Christi sunt septem dona Spiritûs sancti, ac sancta sacramenta, præsertim Eucharistiæ.

VERS. 4. — INTRODUXIT ME REX IN CELLAM VINARIAM. ORDINAVIT (Hebr., *vexillum erexit*) IN ME CHARITATEM. Cella vinaria, in quam Christus introduxit Ecclesiam, id est, Apostolos et fideles, est altare in quo celebramus sacrificium Eucharistiæ, ac haurimus calicem Domini, qui mentem cœlesti suavitate inebriat. Ita

Nysenus. Item cella hæc est plenitudo Spiritûs sancti data Apostolis in Pentecoste: unde videbantur ipsi esse pleni musto non vini, sed zeli, ac tum vexillum charitatis palam in Judæâ, et deinde in toto orbe erexerunt. Vide S. Augustinum 22 CIVIL. 22.

VERS. 5. — FLESCITE ME FLORIBUS, SEDATE ME MALIS, QUIA AMORI LANGUEO. Apostoli et fideles recepto Spiritu sancto, ac frequentantes Eucharistiam, amore Dei ita accendebantur, ut amore languerent, et quasi in deliquium animi incidere, unde ambiebant flagella, cruce et martyria. Optabant ergo fuleri floribus, id est, suavissimis exemplis Christi et sanctorum prophetarum, ac stipari, id est, vallari et roborari pomis, id est, precibus eorumdem.

VERS. 6. — LAVA EIUS SUB CAPITE MEI, ET DEXTERA EIUS AMPLEXATUR ME; q. d.: Christus sponsus me sponsam amore ejus languentem ac deficientem sustentet: quare lava ejus sit sub capite meo, et dextera illius amplexetur me, id est, reliquum meum corpus. Lava Christi est humanitas, dextera est deitas. Rursùm lava est gratia et consolationes præsentis vitæ, dextera est gloria et felicitas futura.

VOX SPONSI.

VERS. 7. — ADJURO VOS, FILIE JERUSALEM, PER CAPREAS CERVOSQUE CAMPORUM, NE SUSCITITIS, SI QUI EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, QUOADUSQUE IPSA VELIT. Est juramentum venatorium. Sponsus enim hic inducitur ut pastor et venator insequens cervos et capreas; q. d.: Adjuro vos, ô Judæi, per sanctos angelos, qui celerrimi et oculatissimi sunt, ut cervi et capreae, angelos, inquam custodes Judææ, æque ac Ecclesiæ meæ in Judæâ nascentis, ne ejus amore mei ferventis et languentis fidem, pacem, et profectum vestro tumultu, schismate, persecutione interturbetis. Rursùm ne illam ab otio sancto, oratione et contemplatione avocetis ad negotia vitæ activæ; sicut Christus Martham conquerentem de Magdalenâ repressit, dicens: *Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium; Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ*, Luc. 11.

Secunda pars Cantici,

Quâ describitur adolescentia, et incrementa Ecclesiæ usque ad cap. 5, vers. 6; sicut infantiam Ecclesiæ descripsit à cap. 1, hucusque.

Hæc adolescentia Ecclesiæ fait post Pentecosten, cum Apostoli, recepto Spiritu sancto, projecti ad Gentes, ibi Ecclesias fundarunt.

VOX SPONSÆ.

VERS. 8. — VOX DILECTI MEI: ECCE ISIE VENIT SALLIENS IN MONTIBUS, TRANSILIENS COLLES. — VERS. 9. — SIMILIS EST DILECTUS MEUS CAPREI ET HINNILOQUE CERVORUM. Inducitur hic sponsa amore languens quasi

incidens in somnium et deliquium, ideòque ab adolescentulis delata ad lectulum, ut patet, cap. 3, vers. 1. In lectulo ergo somnians videtur sibi audire vocem sponsi salientis per montes et colles instar capreae hinnulique cervorum. Significatur Christus per Apostolos à Judæa proficiscens, et discurrens per totum orbem, omnibusque gentibus prædicans Evangelium, ac omnes montium itinerumque anfractus, omniaque Evangelii impedimenta generosè superans et transiliens instar capreae et hinnuli.

EN IPSE POST STAT PARIETEM NOSTRUM, RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS. Christus in Pentecoste seipsum exhibuit Apostolis per Spiritum sanctum à se missum, puta per linguas igneas Apostolorum capitibus insidentes, quasi per cancellos, per quos ipse Apostolos clarè intuebatur, Apostoli verò ipsum obscurè, uti fit in cancellis; tumque Apostoli et fideles frequentare cœperunt Eucharistiam in quâ Christus latens sub speciebus panis et vini, per eas quasi per cancellos, et per parietem intermedium nos intuetur.

VERS. 10. — EN DILECTUS MEUS LOQUITUR MIHI: SURGE, PROPERA, AMICA MEA, COLUMBA MEA, FORMOSA MEA, ET VENI. Christus evocat sponsam Ecclesiam, id est, Apostolos foras, ut scilicet à Judæa vadant per universum orbem ad prædicandum Evangelium. Veni ergo, id est, vade et lucrare animas, easque ad me adduc. Causam subdit:

VERS. 11. — JAM HYEMS TRANSIIT, IMBER ABIIT ET RECESSIT. — VERS. 12. — FLORES APPARUERUNT IN TERRA NOSTRA; TEMPUS PUTATIONIS ADVENIT; VOX TURTURIS AUDITA EST IN TERRA NOSTRA; q. d.: Jam ver est Evangelii: in vere autem omnia prolificant: prolificare ergo et vos, ô Apostoli, quia jam hyems et imber, frigusque infidelitatis et peccatorum, æquè ac legis Mosaicæ transiit. Sol vernus, id est, Spiritus sancti gratia jam illuxit, omnes gentes præparans, calefaciens, et desiderare faciens suam salutem, Deique amicitiam: quare flores sanctorum desideriorum jam ubique apparent. *Tempus putationis advenit*, quo scilicet vineæ, id est, animæ à Deo electæ amputatis vitibus aptantur ad proferendum uvas virtutum; *vox turturis*, id est, gemitus gentium pœnitentium, cupientium Deo reconciliari, ubique auditur.

VERS. 13. — FICUS PROTULIT GROSSOS SEOS; VINEÆ FLORENTES DEDERUNT ODOREM SUUM; q. d.: Apostolis in vere, puta Pentecoste, et deinde prædicantibus: *Ficus protulit grossos*, id est, multi Judæi ad Christum conversi sunt; *et vineæ florentes*, id est, gentes credere incipientes, *dederunt odorem sanctæ vitæ*, famæ et exempli, indeque spem magnæ fertilitatis, puta conversionis omnium omninò gentium. Porrò sicut grossi nonnulli maturescunt, sed perplures immaturi decidunt, sic pauci ex Judæis in fide fuere constantes, perplures enim ex eis à fide defecerunt, et in judaismum relapsi sunt.

SURGE, PROPERA, AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI. Hæc iteratione, ait Nyssenus, suscitatur Ecclesia et anima ad progrediendum semper in virtute, præser-

tim in zelo animarum et propagatione Evangelii. Propriè enim hic agitur de Ecclesiæ profectu.

VERS. 14. — COLUMBA MEA IN FORAMINIBUS PETRÆ, IN CAVERNA MACERIE: OSTENDE MIHI FACIEM TUAM, SONET VOX TUA IN AURIBUS MEIS; VOX ENIM TUA DULCIS, ET FACIES TUA DECORA. Apostoli ante adventum Spiritus sancti metuentes Judæos latebant in cœnaculo, sicut columbæ latent in foraminibus et cavernis; inde Christus, misso jam Spiritu sancto, qui eos animos reddidit, ipsos evocat, ut in publicum prodeant, ibique populis faciem suam ostendant, et vocem prædicationis exhibeant, utpote sibi suavem et auditoribus salutarem.

VERS. 15. — CAPITE NOBIS VULPES PARVULAS, QUE DEMOLIUNTUR VINEAS; NAM VINEA NOSTRA FLORUIT. Vulpes sunt hæritici, initio Ecclesiæ subnascentes, uti Simon Magus, Menander, Basilides, Carpocras, Gnostici: hi subdolè quasi vulpes vineam, id est, Ecclesiam et fidem subvertebant. Jubet eas capi, dum parvulæ sunt, ne adultæ et generando multiplicatæ capi et extirpari nequeant.

VERS. 16. — DILECTUS MEUS MIHI, ET EGO ILLI, QUI PASCITUR INTER LILIA. — VERS. 17. — DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTUR UMBRÆ; q. d.: Quia Christus me Ecclesiam et animam fidelem prior dilexit ut sponsam, hinc ego eum vicissim diligo ut sponsum, totaque illi intendo, sicut ille intendit mihi. Abite ergo, malæ vulpes, quæ me à sponso Christo divellere conamini. Christus quasi apis pura *pascitur inter lilia*, id est, oblectatur animabus candidis et puris, *donec aspiret dies* claræ et beatæ æternitatis, *et obscurentur umbræ* obscuræ et miseræ mortalitatis, quando eas in æternam suam lucem et gloriam cœlestem transferet.

REVERTERE, SIMILIS ESTO, DILECTE MI, CAPRÆ HINNULOQUE CERVORUM SUPER MONTES BETHER. Montes Bether vel Bethel sunt illi in quibus Jacob vidit scalam à terrâ in cœlum porrectam, Deumque scalæ innixum, indeque locum vocavit *Bethel*, id est, Domus Dei, Genes. 28, 12. Iidem vocantur montes Bether, id est, divisionis, quia divisi sunt et diffusi in varios colles, per interjacentes valles. Montes ergo Bether sunt Ecclesiæ particulares per totum orbem diffusæ, et à se invicem divisæ: has ut suâ gratiâ visitet Christus, orat hic Ecclesia universalis. Capreae hinnuli et cervi amant montes, ac veloces sunt et acuti visibus; notant ergo Christi velocitatem et vigilem providentiam, quâ Ecclesiis singulis acriter intendit et succurrit.

CAPUT III.

VERS. 1. — IN LECTULO MEO PER NOCTES QUESIVI QUEM DILIGIT ANIMA MEA; QUESIVI ILLUM, ET NON INVENI. — VERS. 2. — SURGAM, ET CIRCVDO CIVITATEM, PER VICOS ET PLATEAS QUERAM QUEM DILIGIT ANIMA MEA: QUESIVI ILLUM, ET NON INVENI. — VERS. 3. — INVENERUNT ME VIGILES QUI CUSTODIUNT CIVITATEM: NUM QUEM DILIGIT ANIMA MEA VIDISTIS? — VERS. 4. — PAULULUM CUM PERTRANSISSEM EOS, INVENI QUEM DI-

LAGIT ANIMA MEA: TENUI EUM, NEC DIMITTAM EUM. DONEC INTRODUCAM EUM IN DOMUM MATRIS MEAE, ET IN CUBICULUM GENITRICIS MEAE. SENSUS EST, QUASI DICIT: Ego Ecclesia suaviter quiescens in Sion et Judaea, ibique vacans orationi, verbo Dei, frequenti communioni, sanctitati, omnique virtuti et perfectioni christiane, ut patet, Act. 2 et seq., ibi quaesivi Christum, sed non inveni, quia plerique Judaeorum inhaerentes legi Moisaicae Christi fidem respuerunt. Christus autem residet et invenitur in Ecclesia, id est, in multitudine et universitate credentium totius mundi.

Notat enim sponsa Christum per fidem habitare in cordibus fidelium, ut advertit S. Bernardus: *Dicit: Surgam, et circumibo civitates Jerusalem, reliquamque Judaeam illi subjectam: per rivos et plateas evangelizando, quamquam quem diligit anima mea, Christum scilicet, Christique fidem et cultum: quasi illum, et non inveni, quia Judaei Christo in Evangelio resisterunt: invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem, scilicet pontifices, principes sacerdotum, scribae, Herodes Agrippa, et caeteri Judaeae praesides. Interrogavi illos: Num quem diligit anima mea vidistis? Agnoscitisne Messiam patribus vestris promissum? creditisne in Jesum Christum crucifixum? at illi obtulerunt, ac suo silentio se nescire Christum testati sunt. Quocirca, paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea, cum scilicet paulò post persecutionem pontificum ac necem S. Stephani, scilicet anno secundo à passione Christi, Christus S. Paulum convertit, ac doctorem gentium auctoravit dicens: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus*, Act. 9; ac mox S. Petrum ad Cornelium, caeterosque Apostolos ad diversas gentes toto orbe convertendas destinavit. Ibi ergo in fide gentium Apostoli invenerunt Christum, quasi in Ecclesià universali residentem et dominantem. Tunc ergo dixit Ecclesia: *Tenui eum, nec dimittam*, quia fundabo ubique gentium Ecclesias, itaque sacerdotibus, episcopis, sacramentis, doctoribus, praedicatoribus, miraculis, etc., eas in fide Christi stabiliam, ut illae nunquam illam abjiciant, sed vel simul, vel alternatim et successivè arcè eam retineant, ita ut semper magna pars orbis Christum colat et adoret: *Donec introducam illum in domum matris meae, et in cubiculum genitricis meae*, id est, synagoge. Synagoga enim vetus Judaeorum fuit matrix, et genitrix Ecclesiae Christianorum. Primi enim Christiani, puta Apostoli, fuere oriundi è Judaeis. Sensus ergo est, q. d.: Transferam Christum Christique fidem et cultum à Judaeis ad gentes, ibique illum firmabo et stabiliam, donec in fine mundi per Eliam et Enoch convertam Judaeos. Sic enim Christum Christique fidem *introducā in domum matris meae*, id est, in synagogam Judaeorum, ut omnis Israel salvus fiat, atque ex Judaeis et gentibus fiat unum ovile et unus pastor.*

VOX SPONSAE.

VERS. 5. — ADIRO VOS, FILIE JERUSALEM, PER CAPRIAS CERVOSQUE CAMPORUM, NE SUSCITETIS, NEQUE EVANGELIARE FACIATIS BILLECTAM, DONEC IPSA VELIT. Hæc

verba hic iterantur. Jam enim audivimus ea cap. 4, 7; quare videtur sponsa iterato hoc in somnum et extasim incidisse. Primo enim in eam incidit, cap. 2, 5, dicens: *Tacetite me floribus, stipate me matis, qua amore laqueo.*

Parabole somnus hic significat Ecclesiam primitivam, id est, Apostolos post laborem et distractionem aliquot annorum, quos convertentia Judaeae impenderunt, recepisse se per aliquod tempus ad quietem orationis, et omnium contemplationis, ut vires mentis restaurarent, ac se ardentius ad novos majoresque labores, puta ad conversionem omnium gentium compararent. Ad hoc enim opus erat ingenti spiritu, quem orando excitare et à Deo postulare pat. erat. Unde Christus vetat eos ab hoc somno et quiete tam plà excitari.

Tertia pars Cantici,

Quà describitur Ecclesiae aetas virilis, et perfectio usque ad cap. 5, v. 2.

Hæc virilis aetas Ecclesiae perfecta fuit tempore Constantini Magni.

VOX SYNAGOGÆ.

Primitus conversa de Ecclesià gentium.

VERS. 6. — QUE EST ISTA QUE ASCENDIT PER DESERTUM, SICUT VIRGULA FUMI EX AROMATIBUS MYRIBI ET THURIS, ET UNIVERSE PULVERIS PIGMENTARI, id est, apothecarii? Primitiva Ecclesia ex Judaeis in Sion et Jerusalem collecta, audita S. Cornelii per S. Petrum ac gentium per S. Paulum et Barnabam conversione, admirans exclamat: Quæ est ista nova et bella Ecclesia, ex deserto gentilismi tenuiter et graciliter ascendens, sicut virgula fumi; sed ex continuâ fumi ascensione sursùm agglomerans sese, in magnam crescit amplitudinem, atque suavissimum virtutum expirat odorem: spirat enim thura, id est, Christi deitatem: credit enim Christum esse Deum, ibique thura, id est, sacrificia et divinos offert honores, ac myrrham humanitatis et passionis Christi: credit enim Christum Deum pro nobis assumpsisse humanam naturam, in eaque passum, crucifixum, mortuum et sepultum, ac universum pulverem pigmentarium, id est, reliquam doctrinam evangelicæ prædicationis exhalat, et quaquaversùm diffundit.

VERS. 7. — EX LECTULUM SALOMONIS SEXAGINTA FORTIS AMBUNT EX FORTISSIMIS ISRAEL. — VERS. 8. — OMNES TENENTES GLADIOS, ET AD BELLA DOCTISSIMI: UNUSCUIQUE SENSUS SUPER TIBUR SUI PROPTER TIMORES NOCTURNOS. *Lectulus*, in quo requiescit Christus, est cathedra sancti Petri, puta Ecclesia Antiochena, deinde Romana: hanc ambiunt sexaginta, id est, plurimi fortissimi pontifices, cardinales, sacerdotes et fideles qui pro fide Christi fortissimè contra Neronem, caeterosque tyrannos per trecentos annos decertarunt, atque veritatem sanguine suo obsignarunt. Gladius eorum fuit verbum Dei, Epies. 6, 15, quo accincti dispulerunt timores nocturnos, quos in nocte, id est, in tenebris infidelitatis, ignorantia

et impietatis excitârunt hæretici pravique Christiani.

VERS. 9. — FERECULUM FECIT SIBI REX SALOMON DE LIGNIS LIBANI : — VERS. 10. — COLUMNAS EJUS FECIT ARGENTEAS, RECLINATORIUM EJUS AUREUM, ASCENSUM PURPUREUM : MEDIA CHARITATE CONSTRAVIT. *Ferculum*, sive gestamenta, est sella regia, quâ quasi in curru regio et triumphali ad pompam gestabatur Salomon. *Ferculum* hoc designat magnificentiam Ecclesiæ Romanæ, quæ post persecutiones per Constantinum jam magnificè toto orbe resplendet, in quâ summus pontifex præsidet, et instar Salomonis toti orbi christiano imperat. In eadem sunt magnificæ basilicæ plurimæ, quasi regia Christi et SS. Martyrum fercula, ex lignis præstantissimis, lignis Libani simillimis exædificata. *Columnæ* ejus sunt cardinales et prælati, qui eam quasi cardines suffulciunt et ornant. *Reclinatorium*, scilicet dorsi et cubitorum *aureum*, est fidelis piusque Romanorum populus aureâ pietate et religione conspicuus, in quâ suaviter quiescit et quasi reclinat se Christus. *Ascensus*, id est, sella purpurea, est innumera multitudo martyrum, qui Romæ per trecentos annos fortissimè pro fide certârunt usque ad mortem, in quibus considet Christus. *Media* (Septuag. *medium*) *charitate*, id est, pyropis, flammis, similive charitatis hieroglyphico *constravit*, opere quasi tessellato.

PROPTER FILIAS JERUSALEM, uti iis se spectandum offerret, easque ad sui venerationem alliceret. Sensus est, q. d. : Christus Ecclesiam Romanam tot gratiis et beneficiis dotavit, atque ejus fideles tantâ charitate et operibus misericordiæ spiritualis æquè ac corporalis insignivit, ut media et intima ejus charitate constravisse videatur, idque hoc fine, ut filias Jerusalem, id est, fideles quosque toto orbe sparsos ad ejus amorem, honorem et cultum attraheret.

VERS. 11. — EGREDIMINI, ET VIDETE, FILLE SION, REGEM SALOMONEM IN DIADEMATE, QUO CORONAVIT ILLUM MATER SUA IN DIE DESPONSATIONIS ILLIUS, ET IN DIE LETITIE CORDIS EJUS. Ecclesia Romana præ cæteris celebrat, ostentat et prædicat fidelibus omnibus quintuplex Christi diadema. Primum est stola humanitatis, quâ deitas ejus vestita et coronata est incarnatione per Deiparam, quando nostram carnem et Ecclesiam sibi cum summo gaudio despondit et copulavit. Secundum fuit corona spinæ, quâ coronatus est in passione et cruce. Tertium fuit corona gloriæ, quâ amictus fuit in resurrectione. Quartum fuit domini et regni, quo coronatus est in Pentecostè, quando misso in Apostolos Spiritu sancto, per eos multa millia primò Judæorum, deinde gentium convertit, sibi que subjecit. De hoc maximè hic agitur. Describitur enim hic virilis ætas Ecclesiæ. Quintum diadema nuptiale æquè ac triumphale Christo accedet in die judicii, quando Ecclesiam electorum secum triumphans ducet in cælum, et illi copulabitur in æternum, illâque quasi coronâ gloriæ coronabitur.

CAPUT IV.

VON SPONSI.

VERS. 1. — QUAM PULCHRA ES, AMIGA MEA, QUAM

PULCHRA ES! OCULI TUI COLUMBARUM ABSQUE EO QUOD INTRINSECUS LATET. Pulchritudinem sponsæ Ecclesiæ admirans sponsus Christus, eam per partes describit, ac incipit ab oculis, quos quasi columbinos, id est, limpidos, innocentes, sinceros, placidos, amabiles laudat, ita tamen ut interiùs latens animi pulchritudo, quæ per oculos pellucet, longè magis ab eo laudetur. Oculi notant episcopos et prælatos Ecclesiæ, eorumque vigilantiam et sollicitudinem.

CAPILLI TUI SICUT GREGES CAPRARUM, QUÆ ASCENDERUNT DE MONTE GALAAD. Capilli Ecclesiæ sunt fideles plebei : hi enim ornant teguntque Ecclesiam, sicut capilli caput, et sicut greges caprarum montem Galaad, idque primò suâ multitudine et densitate. Secundò suo nitore, æqualitate, connexione et ordine. Tertio suo colore, quia per fidem, spem, charitatem, flavi sunt et fulvi, id est, ignei aureique quasi coloris et decoris. Rursùm capilli notant religiosos. Olim enim Nazaræi, qui erant legis veteris religiosi, alebant capillos, Num. 6.

VERS. 2. — DENTES TUI SICUT GRÆGES TONSARUM, QUÆ ASCENDERUNT DE LAVACRO, OMNES GEMELLIS FOETIBUS, ET STERILIS NON EST IN EIS. Dentes sunt doctores Ecclesiæ, qui quasi dentes frangunt et præmandunt panem, id est, doctrinam fidei et S. Scripturam parvulis : hi ob unionem inter se sunt quasi *greges tonsarum*, quæ ascenderunt de lavacro baptismi et crebræ penitentiae, à peccatorum maculis loti et nitidi. *Gemellis* sunt *foetibus*, qui charitatem Dei et proximi suis discipulis instillant. Mysticè, dentes animæ sunt consideratio, meditatio, consultatio, quæ rem agendam priùs masticant et ruminant.

VERS. 3. — SICUT VITTA COCCINEA LABIA TUA, ET ELOQUIUM TUUM DULCE. Notat prædicatores, quorum sermo debet esse *sicut vitta*, id est, planus, connexus, strictus, concinnus. *Coccinea*, ut rubeat et ardeat charitate, itaque erit suavis et dulcis.

SICUT FRAGMEN MALI PUNICI, ITA GENÈ TUE ADSQUE EO QUOD LATET INTRINSECUS. Genæ Ecclesiæ sunt virgines, pudorem et pudicitiam, sanctitatemque in mente latentem, per ruborem genarum repræsentantes.

VERS. 4. — SICUT TURRIS DAVID COLLUM TUUM, QUÆ EDIFICATA EST CUM PROPUGNACULIS : MILLE CLYPEI PENDENT EX EA, OMNIS ARMATURA FORTIUM ; quasi dicat : Justæ et erectæ proceritatis es. Nam per collum significat totius corporis habitum erectum et excelsum, per synecdochen. *Collum* denotat celsum animum, roburque invictum Ecclesiæ, quæ tyrannos, hæreticos et impios sibi subdit. Rursùm per collum et turrim notantur præsules et pontifices, ac præsertim pontifex Romanus, qui quasi collum restituere Ario, Nestorio, Decio, Diocletiano, cæterisque hæreticis et tyrannis. *Mille*, id est, plurimi *clypei pendent ex eâ* : clypei hi sunt sacra Scriptura, traditiones Apostolicæ, decreta conciliorum, Patrum testimonia et exempla, consensus omnium seculorum, doctrinæ puritas, vitæ sanctitas, etc. Collum mysticum animæ est oratio, per quam à capite Christo spiritum et gratiam

haurimus, quam in cætera animæ et corporis membra transmittimus.

VERS. 5. — DUCIBERA TUA SICUT DEO HINSULI CAPRE GEMELLI, QUI PASCUNTUR IN LILIIS. — VERS. 6. — DONC ASPIRET DIES, ET INCLINENTUR UMBRE. Ubera Ecclesiæ sunt sacerdotes et diaconi, qui fideles lactant bonis spiritualibus et temporalibus. Hi sunt quasi hinnuli qui pascuntur inter lilia, quia ætate et virtute florentes, puritate et castitate præminent, ac inter virgines sanctosque degunt, quorum virtutibus et exemplis pascuntur, donec aspiret dies beate æternitatis, et inclinentur umbræ miseræ mortalitatis.

VADAM AD MONTIEM MYRRHÆ, ET AD COLLEM THURIS. Laudavit sponsus sponsam ab uberum fecunditate, id est, à zelo animarum; nunc ne ita illi intendat, ut se negligat, illam ad se revocat, ut secum vadat ad montem myrrhæ, id est, ad studium mortificationis, et ad collem thuris, id est, ad studium orationis, ut per utramque majorem hauriat spiritum, quem deinde in alios majore fructu effundat. Rursùm mons myrrhæ est mons Calvariæ, ubi crucifixus est Christus et myrrhâ pastus. Collis thuris est idem mons, in quo tertio die resurrexit, et mons Oliveti, ex quo quadragesimo die in cælum ascendit: per resurrectionem enim et ascensionem orbi innotuit Christi divinitas, cui thus adoletur. Utrumque mysterium animæ piæ crebrò ruminandum est et imitandum.

VERS. 7. — TOTA PULCHRA ES, AMICA MEA, ET MACULA NON EST IN TE. Ex pulchritudine singulorum membrorum jam recensitorum concludit pulchritudinem totius corporis. Ecclesia tota pulchra est in justis et sanctis, qui sunt potior et dignior Ecclesiæ portio. In his non est macula, scilicet peccati gravioris et mortalis, nam venialibus omnibus carere est impossibile.

VERS. 8. — VENI DE LIBANO, SPONSA MEA, VENI DE LIBANO, VENI: CORONABERIS DE CAPITE AMANA, DE VERTICE SANIR ET HERMON, DE CUBILIBUS LEONUM, DE MONTIBUS PARDORUM; q. d.: Tu, ô primitiva Ecclesia, quæ per Apostolos eorumque socios et asseclas laboras in Libano, Amana, Sanir et Hermon, id est, in gentilitate convertendâ ad Christum, inde veni cum magnis gentium à te conversarum manipulis, ut eos adducas in Sion, hoc est, ad Christi Ecclesiam; quod si feceris, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, id est, de gentilibus à te conversis triumphabis, easque quasi in triumphum duces, ac coronâ triumphali coronaberis.

VERS. 9. — VULNERASTI COR MEUM, SOROR MEA, SPONSA, VULNERASTI COR MEUM IN UNO OCULORUM TUORUM, ET IN UNO CRINE COLLI TUI. Pro vulnerasti Hebr. est *cordiasti*, id est, cor mihi abstulisti: *in uno crine*, Hebr. *in uno torque* (scilicet crines torti faciunt torque capillorum) *colli tui*, quia nimirum uno totoque oculo (alterum enim velo verecundè obtegis) eoque columbino, id est, pudico, modesto et simplici, me aspicias, mihi que soli placere satagis. Porro unus crinis, sive torques crinitus colli, est obedientia, quâ ultrò collum legi meæ subjicis

VERS. 10. — QUAM PULCHRE SUNT MAMMÆ TUA, SOROR MEA, SPONSA: PULCHERRA (Hebr. *meliora*) SUNT UBERA TUA VINO, ET ODOR UNGUENTORUM TUORUM SUPER OMNIA AROMATA. *Mammæ et ubera* denotant vim lactandi Ecclesiæ, quâ per suos prædicatores lactat fideles pascitque verbo et exemplo, doctrinâ et sacramentis, elemosinâ spirituali et corporali. Quocirca *odor unguentorum tuorum superat omnia aromata*, id est, bonâ fama, quam ex tuâ charitate, misericordiâ et zelo animarum consequeris, ac longo lateque dispergis, melior est omnibus odoriferis virtutibus apud Deum, qui, ut dixi, misericordiam præfert sacrificio.

VERS. 11. — FAVUS DISTILLANS LABIA TUA, SPONSA: MEL ET IAC SUB LINGUA TUA, ET ODOR VESTIMENTORUM TUORUM SICUT ODOR THURIS; q. d.: Sermo tuus lacteus, melleus et suavissimus est, quo verbo Dei pascis fideles; vestimenta Ecclesiæ sunt honorum operum ornamenta: hæc habent odorem thuris, id est, orationis, quia referuntur ad Deum Deique gloriam; Deo enim thus adoletur.

VERS. 12. — HORTUS CONCLUSUS, SOROR MEA, SPONSA, HORTUS CONCLUSUS, FONS SIGNATUS. Ecclesia similis est horto, sive paradiso omnibus gratis et virtutibus velut plantis cœlestibus vernanti, suisque areolis bellè distincto, et arte topiariâ affabrè disposito, ideòque concluso, ne quâ hæresis, impietas, aliudve vitium, aut noxa in illum aut violenter irrumpat, aut fraudulenter irrepat, sed soli Christo integer et intactus servetur, eique omnium virtutum flores et fructus producat, quibus eum oblectet et pascat. Repetit *conclusus* bis, ut duplex ejus conclusio et sera significetur: prima est custodia angelorum et doctorum; secunda est tutela ipsius Dei et Christi, juxta illud Zachar. 2, 5: *Et ego ero ei*, ait Dominus, *murus ignis in circuitu*. Ita Cassiodorus, Beda, et alii. Rursùm Ecclesia est similis fonti illimi, limpidissimo et saluberrimo, ideòque obsignato, ne ejus crystallinus veritatis et doctrinæ liquor cœno errorum aut vitiorum conspurcetur.

VERS. 13. — EMISSIONES TUE PARADISUS MALORUM PUNICORUM CUM POMORUM FRUCTIBUS, CYPERI CUM NARDO. — VERS. 14. — NARDUS ET CROCUS, FISTULA ET CINNAMOMUM CUM UNIVERSIS LIGNIS LIBANI, MYRRHA ET ALOE CUM OMNIBUS PRIMIS UNGUENTIS. *Emissiones* vocat propagines et surculos plantarum arborumque, quæ è terræ plantæque sinu videntur quasi emitti. Pro *pomorum fructibus*, Hebr. est *cum fructu deliciarum*, id est, cum omni fructu delicato. *Emissiones* ergo sunt Ecclesiæ particulares à Christo et Apostolis, ac præsertim ab apostolicis viris, à S. Petro et Pontifice Romano missis erectæ et fundatæ, in quibus sunt mala punica et pomorum fructus, id est, virtutum omnium tam sublimium quàm mediocrium concentus, ait sanctus Hieronymus: *cyprus*, quia parvula, notat fidem; *nardus*, quia radice altè in terram defoditur, *spem*, *crocus*, quia aurei est coloris, et tribus filis rubet, notat charitatem in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, quæ quò magis caleatur, eò magis assurgit et crescit, uti facit et crocus. Reliqua quatuor aromata

notant quatuor virtutes cardinales, scilicet *calamus*, quia rectus et similis regali sceptro, notat justitiam; *cinnamomum*, quia acre, calidum et sapidum, notat sapientiam et prudentiam; *myrrha*, quia suâ amaritûe corruptioni resistit, notat fortitudinem; *aloe*, quia noxios humores purgat, notat temperantiam. Hinc symbolicè *cyprus* repræsentat patriarchas, in quibus excelluit fides; *nardus* prophetas, in quibus spes; *crocus*, Apostolos, in quibus charitas; *calamus*, episcopos et principes, in quibus justitia; *cinnamomum*, doctores, in quibus sapientia; *myrrha*, martyres, in quibus fortitudo; *aloe*, virgines et continentes, in quibus temperantia.

VERS. 15. — FONS HORTORUM, PUTEUS AQUARUM VIVENTIIUM, QUÆ FLUUNT IMPETU DE LIBANO. Ecclesia est fons irrigans hortos, id est, particulares Ecclesias et cœtus fidelium, ac puteus aquarum viventium, id est, perennis scaturigo purissimæ sapientiæ, sacræ doctrinæ et gratiæ, æquè ac Baptismi, Eucharistiæ, cæterorumque sacramentorum, quæ fluunt impetu de Libano, id est, de Christo excelso et candido, aquis jam dictis abundante.

VERS. 16. — SURGE, AQUILUS; ET VENI, AUSTER, PERFLA HORTUM MEUM, ET FLUENT AROMATA ILLIUS; q. d. : Surge, id est, velociter abi, ô aquilo, id est, ô diabole, qui in aquilone sedere gestis, ac aquilonem, id est, frigidam infidelitatem et torporem virtutum induxisti in homines, tempore legis Mosaicæ et naturæ. Veniente ergo Christo veniat cum eo auster, id est, Spiritus sanctus, qui suæ gratiæ calore et fervore faciat, ut Ecclesia et fideles suavissimum virtutum omnium odorem per sanctas earum operationes expirent.

CAPUT V.

VOX SPONSÆ.

VERS. 1. — VENIAT DILECTUS MEUS IN HORTUM SUUM, COMEDAT FRUCTUM POMORUM SUORUM. Ecclesia invitat Christum, ut se quasi hortum suum visitet, ac virtutibus et gratiis fidelium, quasi fructu pomorum suorum, se pascat et oblectet.

VOX SPONSÆ.

VENI IN HORTUM MEUM, SOROR MEA, SPONSA; MESSUI MYRRHAM CUM AROMATIBUS MEIS. Christus invitationem Ecclesiæ acceptat, imò prævenit; ait enim se jam venisse in suum Ecclesiæ hortum, ac messuisse, id est, collegisse myrrham, id est, baptizatorum poenitentiam, mortificationem et martyria fidelium cum cæteris aromatibus, id est, virtutibus heroicis.

COMEDI FAVUM CUM MELLE MEO, ET BIBI VINUM MEUM CUM LACTE MEO. His omnibus notat Eucharistiam, quæ suavissima est, ut lac et mel, ac acris et fervida, ut vinum; facit enim zelosos, ardentes et martyres. Hanc Christus comedit in suis fidelibus et sanctis.

COMEDITE, AMICI, ET BIBITE, ET INEBRIAMINI, CHARISSIMI. Sicut amicus gaudio plenus et quasi ebrius, illud quasi supereffluens in sinum amici diffundit; sic sponsus hic deliciis mellis et vini quasi ebrius ad eandem amicos invitat: *inebriamini*, id est, satiamini et exhilaramini, sed intra limites temperantiæ, citra

mentis alienationem, quam facit propriè dicta ebrietas.

Quarta pars Dramatis,

PUTA CANTICI.

Hucusque descripsit virilem ætatem et perfectionem Ecclesiæ; hic verò describit ejus senectam et declinationem usque ad cap. 6, vers. 3.

VOX SPONSÆ.

VERS. 2. — EGO DORMIO, ET COR MEUM VIGILAT. Dormiebat Ecclesia, id est, perfectâ pace fruebatur tempore Constantini, sed vigilabat corde, id est, orationi, amori et contemplationi intendens cum Deo agebat in fidelibus et praelatis, sapientibus et sanctis: in insipientibus verò et carnalibus dormiebat, quia indulgebat otio, desidiæ, gulæ, luxuriæ, etc.; sed cor ejus vigilabat, quia conscientia minans eis Dei vindictam, eos metu percellerat, et ad emendationem stimulabat. B. Virgo noctu corpore dormiebat, sed mente vigilabat, et continuè Deum amabat.

VOX DILECTI MEI PULSANTIS: APERI MIHI, SOROR MEA, COLUMBA MEA, PERFECTA MEA. Pulsat Christus ostium cordis Ecclesiæ, ut illum avocet ab otio contemplationis ad negotium prædicationis, ut scilicet in pace sibi datâ per Constantinum corda infidelium, hæreticorum et impiorum per perfidiam clausâ clave prædicationis aperiat. Christus pulsat cor animæ peccatoris, ut poeniteat; sancti, ut se magis sanctificent, et aliorum quoque sanctitatem procuret.

QUIA CAPUT MEUM PLENUM EST RORE, ET CINNI MEI GUTTIS NOCTIUM. *Caput* Christi est divinitas; *cincinnati* sunt humanitas, item ejus sancti; *ros* et *guttæ noctium* sunt blasphemias et impietates, item persecutiones, quibus hæretici et impii impetunt Christi deitatem, vel humanitatem, vel sanctos, quas ut amoveat sponsa, puta prædicatores Ecclesiæ, excitat eos sponsus hæc voce ab otio contemplationis ad negotium prædicationis, ut impios convertendo, has injurias à se sanctisque suis avertant et propellant.

VERS. 3. — EXPOLIAVI ME TUNICA MEA, QUOMODO INDUAR ILLA? LAVI PEDES MEOS, QUOMODO INQUINABO ILLOS? Ecclesia, id est, nonnulli praelati Ecclesiæ pace illis datâ per Constantinum se dedere otio, quieti, studio et contemplationi; quare detrectantes laborem prædicandi, disputandi, et pascendi gregem Domini, ab eo se excusabant hoc titulo, quòd tunicam, id est, occupationes temporales exuissent, nec possent aut cuperent eas resumere; quòdque lavissent pedes, id est, affectus suos, et nollent eos rursus per conversationem cum peccatoribus inquinare. Verùm hic erat prætextus *lecti*, id est, desidiæ. Quocirca

VERS. 4. — DILECTUS MEUS MISIT MANUM PER FORAMEN (ostii, et pessulum amovit, ostiumque aperuit), ET VENTER MEUS INTREMIT. Christus pessulum, id est, remoram laborandi pro salute animarum amovit, cum metum inquinandi se praelatis ademit, itaque effecit ut monachi, quales fuere S. Basilius, Nazianzenus, Chrysostomus, Augustinus, etc., qui antea episcopatus fugiebant jam à Deo vocati, eos capes-

serent, et strenuè in vineâ Dei laborarent : hinc *venter eorum intremuit*, quia viscera mentis eorum pudore et commiseratione commota sunt, quod non prius Christo vocanti ad curam animarum ostium cordis aperuissent : miserabantur enim tot animarum perditionem cum tot in Deum offensis et injuriis conjunctam.

VERS. 5. — *SURREXI UT APERIREM DILECTO MEO : MANUS MEAE SUFFLAVERUNT MYRRHAM PRIMAM, ET DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA.* — VERS. 6. — *PLESSILUM OSII APERIIT DILECTO : AT ILLE DECLINAVERAT, ATQUE TRANSIERAT.* Prælati Ecclesie, excitati à Christo ad prædicandum, ei cor per consensum aperuerunt, sed mox myrrha, id est, amaritudo persecutionum et tribulationum progerminans ab hæreticis et impiis, manus et digitos eorum corripuit, itaque Christus quasi aliò declinans et transiens, diutius eos reliquit ut tarditatem et socordiam prædicandi tarditate et duratione persecutionis puniret et castigaret. Rursùm myrrha est pœnitentia, mortificatio et castigatio præteritæ tarditatis.

VERS. 7. — *ANIMA MEA LIQUEFACTA EST (amore, uti cera calore liquescit), UT DILECTUS MEUS LOCUTUS EST : QUÆSIVI, ET NON INVENI; VOCAVI, ET NON RESPONDIT MIHI.* Idem dicit aliis et clarioribus verbis.

INVENERUNT ME CUSTODES, QUI CIRCUMEUNT CIVITATEM, PERCUSSE RUNT ME ET VULNERAVERUNT ME; TULERUNT PALLIUM MEUM MIHI CUSTODES MURORUM. Custodes sunt principes vel prælati hæretici, uti Valens, Hunericus, Dioscorus, Nestorius, Pelagius, qui Ecclesiam per schisma disciderunt, eique pallium, id est, integritatis et pudicitie gloriam abstulerunt.

VERS. 8. — *ADJURO VOS, FILLE JERUSALEM, SI INVENERITIS DILECTUM MEUM, UT NUNTIETIS EI QUIA (quòd) AMORE LANGUEO.* Ecclesia in persecutionibus afflicta invocat filias Jerusalem, id est, omnes sanctos, tam angelos quàm homines, cives Jerusalem, id est, Ecclesie tum in terrâ militantis, tum potius in cælis triumphantis, ut obsecrent Christum in cælo, ut ipse languori suo medeatur, mittendo scilicet homines apostolicos, qui hæreticos, infideles malosque Christianos convertant. Languor enim hic est zelus animarum. Anagogicè, anima amore æstuans languet desiderio fruendi Christo in cælo. Talis præ omnibus fuit B. Virgo, quæ ex languore hoc mortua evolavit ad Christum.

VOX FILIARUM JERUSALEM.

VERS. 9. — *QUALIS EST DILECTUS TUUS EX DILECTO, O PULCHERRIMA MULIERUM? QUALIS EST DILECTUS TUUS EX DILECTO, QUIA SIC ADMIRASTI NOS?* Sanctæ angelorum et hominum animæ, quarum opem sponsa implorarat, ut nuntient dilecto suum languorem, rogant quis et qualis sit ejus dilectus, non quòd id ignorent, sed ut ejus desiderium in eâ acuant, ac materiam illum effusissimè laudandæ ei præbeant : unde ipsa mox idipsam præstat : hoc enim unicum erat languoris ejus remedium, amore enim et laude dilecti sanatur. Inò pascitur languor diligentis.

VOX SPONSÆ.

VERS. 10. — *DILECTUS MEUS CANDIDUS ET RUBICUNDUS,*

ELECTUS EX MILIBUS. Hebr. *vevillatus*, id est, *instar vevilli emineas decem millibus.* Christus fuit candidus et rubicundus, id est, roseo colore, ad litteram, talisque apparuit S. Edmundo Cantuar. episcopo, ut habet ejus vita. Symbolicè fuit candidus ob purissimam et splendidissimam deitatem, aut potius propter purissimam humanitatis assumptam innocentiam et sanctitatem. Rubicundus ob carnem, quam cum sanguine rubro ex Virgine assumpsit, aut potius quam in cruce effuso sanguine purpuravit; et, ut ait S. Hier. lib. 4 contra Jovinian., *Christus candidus est in virginitate, rubicundus in passione; electus*, Hebr., *vevillatus ex millibus*, quia Christus quasi dux vexillum innocentie et castitatis, aque ac patientie et martyrii omnibus martyribus, virginibus et Christianis prætulit, qui pariter candidi sunt per innocentiam, rubicundi per patientiam. Unde ex Hebr. veritas : *Signifer et dux myriadum.*

VERS. 11. — *CAPUT EJUS AURUM OPTIMUM; q. d. : Caput Christi erat fulgidum et speciosum instar auri optimi, vel redimitum erat coronâ aureâ. Caput Christi est deitas. Dicitur aurum, quia ejus humanitas et divinitas suâ claritate vobis principatur, ait S. Gregorius : sicut enim aurum cæteris metallis, sic deitas creaturis omnibus longè eminet et antecellit. Tangit hic Arianos, Eutychianos et Nestorianos, qui negabant Christi divinitatem.*

COMÆ CAPITIS EJUS SICUT ELATÆ PALMARUM, NIGRÆ QUASI CORVUS. Elatæ sunt rami et fructus palmarum, qui earum verticem velut comâ tegunt et ornant. Sic Christus flavam habuit comam, uti flavi sunt daëtili, sed nigricantes; comæ hæ notant divina Christi consilia, amores et affectus, qui à deitate ejus in humanitatem emanant, sicut coma manat à capite. Caput enim Christi est Deus. *Idem nigri sunt, quia fortes, viriles et heroici, ac charitate quasi tosti et nigricantes.*

Mysticè, capilli Christi sunt viri religiosi et apostolici : hi enim Christum quasi crines stipant, coronant et ornant.

VERS. 12. — *OCELLI EJUS SICUT COLUMBÆ SUPER RIVULOS AQUARUM, QUÆ LACTE SUNT LOTE, ET RESIDENTI SUPER FLUENTA PLENISSIMA; q. d. : Sicut columbæ assident aquis, sic oculi sponsi innatant suis orbibus, suntque coloris aquei et marini, ideòque casii, id est, prudentes et sapientes. Lae notat candorem oculorum, et sinceritatem animi per oculos tralucentes. Denique oculi Christi comparantur columbis, quia placidi sunt, mites, faciles, benigni et misericordes.*

VERS. 13. — *GENÆ EJUS SICUT AREOLÆ AROMATUM CONSITÆ A PIGMENTARIIS.* Genæ Christi roseæ et fragrantès instar areolarum aromatum signum erant, primò florentis ætatis, secundò honestatis, tertio hilaritatis; quarto ingenuitatis; quinto gravitatis et majestatis conjuncte cum lenitate et pietate. Parabolicè, binæ genæ Christi sunt misericordia et justitia, quibus aspiciet regitque Ecclesiam. Tropologicè, genæ Christi sunt virgines et martyres : illarum enim genæ roseæ rubent pudore, horum cruore.

LABIA EJUS LILIA DISTILLANTIA MYRRHAM PRIMAM;

q. d. : Eloquia Christi casta sunt, et ad puritatem liliam inflammantia, ac myrrham, id est, mortificationem cupiditatum prædicantia.

VERS. 14. — MANUS ILLIUS TORNATILES (Septuag. *tornatæ*, id est, affabrè elaboratæ) PLENÆ HYACINTHIS; q. d. : Opera Christi adeò perfecta erant, ac si torno elaborata forent, ita ut nil eis posset addi, nil demì. Secundò manus Christi erant tornatiles, id est, versatiles et agiles ad omne bonum omnemque beneficentiam. Dicuntur auræ, quia ornatæ charitate; *plenæ hyacinthis*, quia opera Christi erant cœlestia et divina, atque ad spem et amorem rerum cœlestium excitantia: hyacinthus enim est cœlestis coloris.

VENTER EJUS EBURNEUS, DISTINCTUS SAPPHIRIS; q. d. : Omnes internæ Christi passionis et affectiones erant pure et valide instar eboris, ac cœlestes instar sapphiri. Symbolicè venter Christi sunt conjugati, qui filios ipsi generant aluntque puros ut ebur, cœlestes ut sapphiri.

VERS. 15. — CRURA EJUS COLUMNÆ MARMORÆ, QUI FUNDATÆ SUNT SUPER BASES AUREAS; q. d. : Crura Christi candida sunt, recta, crassa, et robusta instar columnæ marmoræ, *super bases aureas*, id est, super pedes ornatos calceis aureis, quales habuit Salomon. Crura hæc notant itinera Christi, quibus per se Judæam, per apostolos verò virosque apostolicos totum orbem evangelizando obivit, fuisse pura, recta, fortia et valida, ita ut nemo ea sistere, vel iis resistere posset, quin gentes omnes sibi subiceret *super bases aureas*, scilicet, tum divinitatis Christi, tum charitatis. Charitas enim hosce pedes suffulciit et invictos effecit. Symbolicè, crura Christi sunt viri apostolici, qui fidem Christi in Indiâ aliisque locis propagant.

SPECIES EJUS UT LIBANI, ELECTUS UT CEDRI; q. d. : Christus instar Libani et cedri fuit procerus, odoratus, impubilis, et speciosus tum corpore, tum magis mente.

VERS. 16. — GUTTUR ILLIUS SUAVISSIMUM, ET TOTUS DESIDERABILIS, q. d. : Anhelitus Christi, æquè ac vox è guttore prodians erat suavissimus, quia nonnisi affectus et amores divinos exhalabat et eructabat; quare ipse totus erat amabilis et desiderabilis.

TALIS EST DILECTUS MEUS (qualem hucusque descripsi), ET IPSE EST AMICUS MEUS, FILIÆ JERUSALEM.

VOX FILIARUM JERUSALEM.

VERS. 17. — QUÒ ABIBIT DI ECLES TUIS, O PULCHERRIMA MULIERUM? QUÒ DECLINAVIT DILECTUS TUUS? ET QUI ROMES EUM TECUM. Filie Jerusalem adjurate à sponsa, cap. 5, 8, ut quærent sponsum, qui se subduxerat, audientes ejus notas et signa, è quibus eum dignoscant, hic rogant, quâ viâ se subduxerit, ut illam innotes, cum inveniant. Christus ab orientali Ecclesiâ ob hæresim Arii, moresque pravos, se, id est, suam fidem et Ecclesiam transtulit in Occidentem post Constantinum imperatorem: querunt ergo filie Jerusalem, id est, fideles, ab Ecclesiâ, id est, Ecclesiæ prelatiis, quo abierit Christus, ut eum in Orientem reducant. Hic refer quæ dixi vers. 9.

CAPUT VI.

VERS. 1. — DILECTUS MEUS DESCENDIT IN HORTUM SUUM AD AREOLAM AROMATUM, UT PASCATUR IN HORTIS ET LILIA COLLIGAT. Sponsa respondet filiabus Jerusalem sponsum ivisse in hortum suum, id est, in Ecclesiam occidentalem, hoc est, ad congeriem fidelium orationi, mortificationi cæterisque virtutibus studentium, quibus, quasi aromatibus, Christus pascitur et oblectatur, sed præsertim illis, id est, castitate virginum. Quare reformatores Ecclesiæ orientalis vocandos esse ex occidentali Ecclesiâ, præsertim Romanâ, uti ex eadem in Orientem eâ de causâ à pontifice Romano missi sunt S. Eusebius episcopus Vercellensis, Lucifer Calaritanus et alii. Rursùm hortus Christi est religio et cœnobium.

VERS. 2. — EGO DILECTO MEO, ET DILECTUS MEUS MIHI. Huc versus explicui cap. 2, v. 16. Sponsa enim, quia amore sponsi plena, hinc identidem eum repetit et inculcat. Amantes enim amatorum amore et laude nunquam satiantur, sed eum assiduè usque ad nauseam audientium repetunt.

Part quinta Dramatis,

PUTA CANTICI,

In quâ describitur Ecclesiæ senescentis renovatio, consummatio, et ad cœlum anhellatio.

VOX SPONSI.

VERS. 3. — PULCHRA ES, AMICA MEA, SUAVIS ET DECORA SICUT JERUSALEM, TERRIBILIS UT CASTRORUM ACIES ORDINATA. Pro *suavis* Hebr. est, *sicut Tersa*, quæ erat urbs pulchra, idèoque à Jeroboam facta est metropolis regni Israel, Sponsa cum suis quærens sponsum in horto, ibidem eum invenit, eique narravit quanta in illo querendo passa sit, quibus notis et elogiis eum adolescentulis depinxerit: quare sponsus eam consolatur, laudesque ei cap. 4 assignatas confirmat et adauget. Igitur sensus est, q. d. : Ecclesia pulchra effecta est, æquè ac fortis et terribilis ut castrorum acies, quando errores et vitia per Arianos aliosque impios infideles suos inducta, per zelosos imperatores et principes, pontifices et episcopos in concilio Niceno, Ephesino, Chalcedonensi Lateranensi, Florentino, Tridentino, aliisque tum œcumenicis, tum provincialibus extirpavit, et Ecclesiam vel universalem vel provincialem pristino fidei et virtutum nitore restituit. Maximè verò in fine mundi id ipsum præstabit Elias et Enoch cum suis asseclis.

VERS. 4. — AVERTE OCVLOS A ME, QUIA IPSI AVOLARE FECERUNT ME, Hebr., *quia ipsi prævaluerunt mihi*, me in sui amorem rapiendo. Laudat hic Christus sponsam à pulchritudine et illicio oculorum, per quos pura Ecclesiæ in Christum intentio et amor significatur, ut dixi cap. 4, 1; significat ergo hic Christus charitate Ecclesiæ se victum, ut sui tam amantem mirificè reclamet, atque ejus amore cursum tempusque mundi absolvere decernat, quo reliquæ Israel salventur, de us enim agit in sequentibus, ut hoc

facto Ecclesia Christo sponso suo in aeternum copuletur, eoque felicissimè perfruatur in caelesti gloriâ, ubi nuptiarum utriusque erit consummatio.

CAPILLI TUISICUT GREGES CAPRARUM. Hæc gnome et duæ sequentes ad laudem sponsæ hic repetuntur ex cap. 4 et seq., ubi eas explicuî.

VERS. 7. — SYNAGOGA SUNT REGINÆ, ET OCTOGINTA CONCUBINÆ, ET ADOLESCENTULARUM NON EST NUMERUS.

VERS. 8. — UNA EST COLUMBA MEA, PERFECTA MEA, UNA EST MATRIS (Septuag. *matrî*) SUE, ELECTA GENITRICI SUE. *Unica matris*, id est, unigenita, vel unicè præ aliis filiabus dilecta à matre. *Reginæ*, id est, Ecclesiæ patriarchales, primates et metropolitanæ sunt sexaginta, id est, multæ; *concupinæ*, id est, Ecclesiæ episcopales sunt octoginta, id est, plures; *adolescentularum*, id est, Ecclesiarum parochialium et cæterarum non est numerus; plurimæ enim sunt, et quasi innumerabiles : at supra has omnes eminent cathedra sancti Petri, puta Ecclesia Romana. Quare hæc est una columba, id est, una sponsa Christi unicè ab eo dilecta, perfecta in fide et religione, unica matris sue, et electa genitrici sue, id est, unicè pariter dilecta primitivæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ait S. Anselmus, quia ipsa cæteras Ecclesias regit, ac, si à verâ fide vel pietate aberrant, corrigit et reformat. Quocirca

VIDERUNT EAM FILIÆ, ET BEATISSIMAM PRÆDICAVERUNT; REGINÆ ET CONCUBINÆ, ET LAUDAVERUNT EAM, dicendo : *Quæ est ista?* etc., ut sequitur.

VOX ADOLESCENTULARUM.

VERS. 9. — QUE EST ISTA QUE PROGREDITUR QUASI AURORA CONSURGENS, PULCHRA UT LUNA, ELECTA UT SOL, TERRIBILIS UT CASTRORUM ACIES ORDINATA? Est vox adolescentularum, concubinarum et reginarum laudantium sponsam ab ejus ortu, progressu et perfectione. Ecclesia enim oriens in Judæa sub Apostolis exiguâ luce fulcit quasi aurora; mox increvit, fulsitque ut luna luce pallidâ per terrores et persecutiones decem imperatorum; denique toto orbe aureâ luce resplenduit ut sol, sub Constantino imperatore, ac mox pugans et profligans Arianos, Nestorianos, cæterosque hæreticos, et abusus reformans, fuit quasi castrorum acies ordinata, talisque maximè erit in fine mundi, decertans contra Antichristum, ejusque asseclas.

VOX SPONSÆ.

VERS. 10. — DESCENDI IN HORTUM NUCUM, UT VIDEREM POMA CONVALLIUM, ET INSPICEREM SI FLORUISSET VINEA, ET GERMINASSENT MALA PUNICA. Christus descendet in hortum nucum, id est, ad synagogam durorum Judæorum ut eos convertat; tum per alios, tum maximè in fine mundi per Eliam et Enoch, quando ipsi producent *poma convallium*, id est, fructus actusque humilitatis et pœnitentiæ, ac vina devotionis, et *mala punica* charitatis.

VOX SYNAGOGÆ

Judæorum convertendæ in fine mundi.

VERS. 11. — NESCIVI : ANIMA MEA CONTURBAVIT ME PROPTER QUADRIGAS AMINADAB; q. d. : Ego, Synagoga Judæorum, hucusque nescivi Christum à patribus

meis crucifixum esse Messiam, ideòque eum non colui, quia turbaverunt me quadrigæ *Aminadab*, id est, *populi spontanei*, puta Christiani, qui è gentilitate spontè et ultro auditâ prædicatione Apostolorum crediderunt in Christum. *Quadrigæ* sunt quatuor Evangelia, quæ celerimè per totum orbem discurrerunt : propter has, id est, quia Evangelia abrogabant Judæismum et legem Moysi, ego, Synagoga Judæorum, hucusque non credidi in Christum; at jam conversa per Eliam in eum credo, et eidem quadrigæ ultro me subdo, imò infero et impono. Nonnulli per quadrigas *Aminadab* accipiunt Saracenos et Turcas; alii imperatores Ecclesiam oppugnantes; alii antipapas et schismaticos.

VOX SPONSÆ VETERIS DE NOVA,
hoc est, Ecclesiæ de Synagogâ.

VERS. 12. — REVERTERE, REVERTERE SULAMITIS, UT INTUEAMUR TE. Ecclesia gratulatur Synagogæ de ejus ad Christum conversione; Synagoga enim vocatur Sulamitis, id est, Hierosolymitana vel Salomonica. Sicut enim à Paulo sponsa dicitur Paula, sic à Salomone sponsa ejus dicitur Sulamitis, id est, Salome vel Salomonica. Sensus est, q. d. : O Sulamitis, id est, o Synagoga Judæorum, jam conversa ad Christum, revertere ad Ecclesiæ è gentibus congregatæ societatem et conversationem, ut gentes tuum decorem, quem per Baptismum accepisti, intuentes exultent, tibi gratulentur, et Deo gratias agant.

CAPUT VII.

Caput hoc parallelum est capiti quarto; nam singulorum membrorum elogia quæ cap. 4 Sponsus Christus assignavit Sponsæ Ecclesiæ gentium, eadem hic assignat synagogæ Judæorum ad suam fidem in fine mundi convertendorum.

VOX SPONSI DE SPONSA NOVA,
id est, de Synagogâ.

VERS. 1. — QUID VIDEBIS IN SULAMITE NISI CHOROS CASTRORUM? Sunt verba Christi sponsi exultantis de Judæorum ad se in fine mundi per Eliam conversione; q. d. : Quid videbis, o Ecclesia gentium in Sulamite, id est, in Synagogâ Judæorum jam conversâ ad suum Messiam veramque fidem, nisi choros præ gaudio tantæ conversionis cantantium et tripudiantium; sed choros castrorum, quæ scilicet ita exultent, ut simul fortiter contra Antichristianos, cæterosque infideles et impios decertent? *Castra quippe militantium sunt*, ait Gregorius. Nonnulli per choros castrorum accipiunt fundationes Academicarum, et institutiones religionum tam militarium, uti sunt Theutonici, Melitenses, Hierosolymitani, quàm aliarum, uti sunt Bernardini, Camaldulenses, Dominicani, Franciscani, etc.

QUAM PULCHRI SUNT GRESSUS TUI IN CALCEAMENTIS, FILIA PRINCIPIS! q. d. : Quàm pulchri, o Synagoga, sunt gressus tui, quibus ad me et Ecclesiam accessisti! quàm celeri promptitudine ad fidem accurristi? nec tantum ad fidem, sed et ad fideli prædicationem : illic enim, ut fidelis facta es, cepisti esse prædicatorix Evangelii, instar contribulis tui S. Pauli.

JUNCTURE FEMORUM TUORUM SICUT MONLIA, QUE TA-

BRICATA SUNT MANU ARTIFICIS. *Juncturæ tuorum femorum* sunt veritas et charitas, quibus Synagoga conversa adhærebit Ecclesiæ, item ejus castitas. Hæc enim ornat femora sicut monile pulcherrimum et pretiosissimum, factum manu summi artificis Dei. Hanc amplectuntur religiosi, et amplectentur Judæi in fine mundi, ut efficacius Christum verbo et exemplo prædicent. Unde S. Joannes vidit centum quadraginta quatuor millia virginum, qui in fine mundi sequentur Agnum in virginitate, Apocal. 14, 3.

VERS. 2.—UMBICULUS TUUS SICUT CRATER TORNATILIS, NUNQUAM INDIGENS POCULIS. *Umbilicus*, id est, medium et quasi centrum Judææ erat Jerusalem: hæc in fine mundi per Eliam convertenda ad Christum erit quasi crater tornatilis, quia instar crateris abundabit poculis, id est, potione, puta vino sapientiæ et doctrinæ christianæ, quod in Judæos circumcirca habitantes diffundet. Unde in Jerusalem Elias occidetur ab Antichristo, ac tertiâ die gloriosus resurget, Apocalypsis cap. 11, 8 et 11.

VENTER TUUS SICUT ACERVUS TRITICI, VALLATUS LILIIS. Idem dicit per aliam similitudinem ventris, q. d.: Jerusalem convertenda ad Christum per Eliam similis erit acervo tritici, quia plena erit sacerdotibus et prædicatoribus, qui verbo Dei et Eucharistiâ quasi tritico mystico fideles pascant, non ad luxuriam, sed ad castitatem, ideòque vallatur liliis, quia puritatis candorem æquè ac suavitatis odorem exspirat.

VERS. 3.—DUO UBERA TUA SICUT DUO HINNULI GEMELLI CAPRÆ. Repetit de Synagogâ Judæorum quod dixit de Ecclesiâ gentium, cap. 4, 5. Vide ibi dicta.

VERS. 4.—COLLUM TUUM SICUT TURRIS EBURNEA. *Collum turritum* significat invictum Synagogæ robur, quo se instar turris generosè eriget contra omnes tentationes et persecutiones Antichristi. Item pontifices, doctores et præsules, qui eidem heroicè resistant. *Ebur* notat elephantum (Elephas enim castissimus est) castitatem, puritatem et munditiam, quâ pollebunt Judæi in fine mundi, Apocal. cap. 14, 1, præsertim doctores et præsides; ebur enim candidum est, politum, nitidum, teres, æquabile, firmum.

OCULI TUI SICUT PISCINÆ IN HESERON, QUÆ SUNT IN PORTA FILIÆ MULTITUDINIS, id est, in portâ, quæ spectat regionem, in quâ magna erat hominum multitudo; q. d.: Oculi tui, id est, tui doctores et pastores, ô Synagoga, erunt, quasi gemini limpidissimi, purissimique sapientiæ fontes, qui filiam multitudinis, id est, congregationem populi Judaici in fide et pietate christianâ abundanter erudient, et aquâ sapientiæ potabunt.

NASUS TUUS SICUT TURRIS LIBANI, QUÆ RESPICIT CONTRA DAMASCUM; q. d.: *Synagogæ nasus*, id est, crisis, providentia, et prospectio erit ingens instar turris, quæ longè odorabitur et prospicit omnes Damasci, id est, diaboli et antichristi sanguinem animarum sientis (*Damascus* enim idem est quod saccus vel præda sanguinis), insidias et conatus, eosque ingenti fortitudinis et magnanimitatis spiritu eludet et superabit. Magnus enim nasus magnum spiritum attrahit, ideòque magnanimitatis est index.

VERS. 5.—CAPUT TUUM UT CARMELUS; q. d.: Caput et princeps tuus erit Elias, olim Carmeli incola, et instar Carmeli spiritu excelsus et frugifer.

ET COMÆ CAPITIS TUI SICUT PURPURA REGIS VINCTA CANALIBUS. Comæ hæc notant discipulos et assecclas Eliæ, qui eum ut caput cingent, defendent, propugnabunt; ideòque ab Antichristo occidentur, et martyrio sanguinis sui purpurabuntur.

VOX ECCLESIE.

Ad Synagogam ad Christum jam conversam.

VERS. 6.—QUAM PULCHRA ES, ET QUAM DECORA CHARISSIMA IN DELICIIS! Hebr. : *O quam pulchruisti, et quam dulcuisti amor in deliciis!* Sponsi scilicet Christi Domini, eum tuâ fide et fervore oblectando. Syrus et Aquila, *filia deliciarum*. Sunt verba Ecclesiæ gentium exultantis et congratulantis Synagogæ de tam subitâ et perfectâ Judæorum conversione ad Christum q. d.: Quam pulchra es et decora, ô Synagoga, soror mea, quæ adeò es amabilis, ut charitas deliciarum et deliciæ charitatis, ac filia deliciarum sis et verè nuncupari possis, quia totam te charitati et deliciis sponsi impendis.

VERS. 7.—STATURA TUA ASSIMILATA EST PALMÆ, ET UBERA TUA BOTRIS. Statura palmaris Synagogæ et animæ sanctæ est magnanimitas et celsitudo animi, quæ omnia terrena despicit et æterna ambit, dicitque cum Paulo: *Nostra conversatio in cælis est*; ideòque instar palmæ, quò magis premitur, eò fortius altiusque exurgit: *Ubera Synagogæ* sunt ejus beneficentia et doctrina, quâ quasi lacte rudiores Judæos lactabit et nutriet: sicut palma licet in altum crescat, tamen se demittit cum suis botris, id est, dactylis nutrit transeuntes.

VOX CHORI ADOLESCENTULARUM.

VERS. 8.—DIXI: ASCENDAM IN PALMAM, ET APPREHENDAM FRUCTUS EJUS; ET ERUNT UBERA TUA SICUT BOTRI VINÆ, ET ODOR ORIS TUI, SICUT MALORUM. Sunt verba chori adolescentularum, id est, animarum imperfectarum, quarum quæque dicit Synagogæ in fide et amore Christi excelsæ, et ferventi usque ad martyrium: Cupio ad tuam sublimitatem, quam per crucem Christi obtinuisti, conscendere, ut ad ubera tua pertingam, ex eisque sugam lac, imò vinum ardentis doctrinæ, fidei et charitatis, ac simul ex ore hauriam halitum suavissimum pietatis et sanctitatis: palma ergo hic ad litteram significat sublimitatem Synagogæ, symbolicè verò crucem Christi.

VERS. 9.—GUTTUR TUUM SICUT VINUM OPTIMUM, DIGNUM DILECTO MEO AD POTANDUM, ET LABIS EJUS AD RUMINANDUM; q. d.: Gutture tuo exhalas vinum doctrinæ et charitatis ardentis, quo non solum Judæos, ô Synagoga, inebrias, sed et Christum dilectum meum ita potas et delectas, ut ille illud ipsum assidue mente revolvat et ruminet.

VOX SPONSÆ NOVÆ,

Id est, Synagogæ.

VERS. 10.—EGO DILECTO MEO, ET AD ME CONVERSIO EJUS. Est vox sponsæ novellæ, puta Synagogæ, quæ

tam laudibus suis, quas Christus recensuit, quam elogiis suis, quae adolescentula addiderunt, respondet, laudes hasce in sponsum Christum reflectendo; q. d.: Ego quanta quanta sum, tota dilecti mei Christi sum, quia ipse dignatus est oculos suos ad me convertere, meque sua fide illuminare et sua gratiâ dotare, imò in sponsam sibi dilectam assumere.

VERS. 11. — VENI, DILECTE MI, EGREDIAMUR IN AGRUM, COMMOREMUR IN VILLIS. Ut ibi eò familiarius et secretius, quo ad urbano strepitu remotius, invicem conversemur et colloquamur, utque hominibus aggressibus et rure degentibus Evangelium prædicemus.

VOX SPOSE ANTIQUE ET NOVAE,

Id est, Ecclesiae et Synagogae.

VERS. 12. — MANE SURGAMUS (UT CARIUS) AD VINEAS: VIDEAMUS SI FLORUIT VINEA, SI FLORES FRUCTUS PARTURIUNT, SI FLORERUNT MALA PUNICA: IBI DABO TIBI UBERA MEA. Pagninus et Vatablus, *amores meos*. Est vox Ecclesiae gentium congratulantis novae sponsae, puta Synagoga Judaeorum, ac cum eâ obsecrantis Christum, ut secum vadat, id est, sibi cooperetur in prædicatione Evangelii, et conversione Judaeorum eoque ac gentium in fine mundi, ut ferant fructus bonorum operum, et mala punica charitatis ac martyrii. Vineam vocat Jerusalem et Judæam; hæc enim fuit prima Christi vinea. Ibi Synagoga Christo dat *ubera*, id est, ostendit amores suos in eum. Rursùm dat ubera Christo, id est, fidelibus Christi, puta Judæis et gentibus, quos doctrinâ suâ in fide et pietate lactat et nutrit amore Christi.

VERS. 13. — MANDRAGORÆ DEDERUNT ODOREM. IN PORTIS NOSTRIS OMNIA POMA NOVA ET VETERA, DILECTE MI, SERVAVI TIBI. Mandragoræ frigidae tarditatem, torporem, et somnum inducunt; unde significant Judæos et gentes ignorantia Dei, et perfidiæ frigore torpentes et sopitos per Antichristum; sed hi, eò mortuo et occiso, per prædicationem sociorum Eliæ reviscent in fide et gratiâ, ac suavem virtutis odorem exspirabunt: hos ergo quasi *poma nova* cum veteribus id est, priscis Christianis Ecclesia offert Christo in *portis*, id est, in ipso ingressu et aditu Ecclesiae, puta in Baptismo, per quem ingressi sunt in Ecclesiam et Christianismum. Nonnulli *novæ* referunt ad novi orbis, hoc est, Americae, sive Peruanorum et Mexicanorum conversionem.

CAPUT VIII.

VOX SPOSE,

Id est, Ecclesiae universalis collectæ ex Judæis et gentibus, in fine mundi completo jam electorum numero, aspirantis ad cælum.

VERS. 1. — QVIS MIHI DET TE FRATREM MEUM SUGENTEM UBERA MATRIS MEÆ, UT INVISIAM TE FORIS, ET DEOSCULER TE, ET JAM NEMO ME DESPECTAT? q. d.: Utinam te fruatur, ô Christe, in cælo, sicut frater fruatur suo fraterculo, qui adhuc sugit ubera matris, cumque deosculatur, ut scilicet sicut olim tactus homo mihi per carnem frater fieri dignatus es, ac sugere ubera matris meæ, tum B. Virginis (hæc enim est

mater Ecclesiae, quia ipsa est mater Christi, et consequenter omnium Christianorum), tum Synagogæ: sic pariter foris, id est, in cælo frater et consors mihi frater in gloria beatitudinis, ibique tecum sugam ubera matris communis, puta cælestis Jerusalem, quæ hæc, imò nectar felicitatis effundit, atque te osculetur, tecumque delicias, et dissuaviter in æternum, ideoque jam me nemo despiciat, sed omnes glorificent et beatificent.

VERS. 2. — APPREHENDAM TE, ET DUCAM IN DOMUM MATRIS MEÆ, IBI ME DOCEBIS, ET DABO TIBI SOCULUM EX VINO CONDITO, ET MUSTUM MALOGRANATORUM MEORUM. Est vox Ecclesiae ad Christum: q. d.: Utinam te apprehendere possem et ducere in cælestem Jerusalem, quæ est mater nostra, ut ibi me doceres arcana divinitatis, ibi ego vicissim tibi propinarem vinum conditum laudis et gratiarum actionis, ac mustum malo granatorum æstuantis amoris, et jubili felicitatis æternæ.

VERS. 5. — LEVAVI IUS SUPER CAPITUM MEUM, ET DEXTERA ILLIUS AMPLEXABITUR ME. Sponsa ex vehementi amore et desiderio fruendi Christo in cælo incidit in languorem, somnum et extasim, ac corruens invocat opem sponsi, ut se collabentem levâ dextraque foveat et complectatur, tum jam languentem in terris, tum potius mox gaudentem et triumphantem in cælis. Vide cap. 2, 6.

VOX SPOSI.

VERS. 4. — ADJURO VOX, FILLE JERUSALEM, NE SUCITETIS, NEQUE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM. DNEC ISA VELIT. Sponsus vetat sponsam ab hoc amoris somno et extasi, utpotè sibi gratissimo, et sponsæ suavissimo, excitari. Vide dicta cap. 2, 7.

VOX POPULI OCCURRENTIS.

VERS. 5. — QUI EST ISTA, QUÆ ASCENDIT DE DESERTO, BELICIS APPELLENS, INNIXA SUPER DILECTUM SUUM. Sponsa à somno evigilans, ex languoris et amoris delictis, brachiis suis innixa humeris sponsi, cum eo ascendebat ex agro hortoque versus Jerusalem, id est, ex terrâ in cælum. Occurrunt ei turbæ populi transeuntis, id est, angeli et cœlites, ejusque speciem, amorem et libertatem admirantes exclamant: Quæ est ista sponsa tam gloriosa, quæ tam deliciosè, liberè et amorosè Christo Domino innixa, è terris in cælos adeò magnificè ascendit?

VOX SPOSI.

SUB ARBORE MALO SUSCITAVI TE: IBI CORRUPTA EST MATER TUA, IBI VIOLATA EST GENTRIX TUA. Christus Ecclesiam gloriosè secum scandentem in cælum monet crucis suæ pro eâ obite, ut eam tanti beneficii memorem gratanque reddat; q. d.: Seto, ô Ecclesia, hanc gloriam tuam mihi charè stitisse. enim enim eam multis doloribus in ligno crucis, eò quod mater tua Eva, comedens ex ligno vetito in paradiso, tam se quam te, id est, omnem posteritatem peccato corruperit et perdidit. Dei enim justitia et sapientia decreverat ut in ligno satisfaceret culpe in ligno commissa: ut diabolus, qui in ligno vivebat, in ligno

quoque vinceretur; et unde mors oriebatur, inde vita resurgeret.

VERS. 6. — PONE ME UT SIGNACULUM SUPER COR TUUM, UT SIGNACULUM SUPER BRACHIUM TUUM, q. d. : Jugiter et firmiter quasi sigillo imprime tibi meæ crucis memoriam, meumque, quem tibi in eâ exhibui, amorem, ut ille semper in corde tuo cogitando figatur, indeque in brachium ad rectè operandum transeat, ita ut amor meus sit tibi rector, qui omnes tuas cogitationes et actiones dirigat ad cœlum, ubi ille indebiliter et profundè cordi brachioque tuo insculpetur, ut in æternum perduret.

QUIA FORTIS EST UT MORS DILECTIO, DURA SICUT INFERNUS ÆMULATIO; q. d. : Causa quæ me impulit ut te in cruce per tot dolores et mortem meam à peccato, morte et inferno, cui addicta eras, suscitarem, fuit amor et dilectio, quæ te ut sponsam summè dilexi; hæc enim fortior est omni dolore, morte et inferno, ac, instar mortis et inferni, omnia adversa et tristitia sibi subjicit: quare similem, puta fortem à te, ô sponsa, dilectionem exigo, ut ponas me ut signaculum super cor tuum, ut scilicet mei intuitu et amore mortem et infernum superes et transcendas, ac, instar mortis et inferni, nulli hosti, tentationi, dolori, vel adversitati cedas, sed omnia evincas tibi que subdas.

LAMPADES EJUS (dilectionis et æmulationes, sive zeli) LAMPADES IGNIS ATQUE FLAMMARUM. *Lampades*, id est, faces, q. d. : Faces charitatis et zeli Christi, similes sunt ignibus et flammis ardentissimis, ac similes ipse à sponsâ, id est, Ecclesiâ et animâ sanctâ jure suo reposcit.

VERS. 7. — AQUE MULEE NON POTUERUNT EXTINGUERE CHARITATEM, NEC FLUMINA OBRUENT ILLAM. SI DEDERIT HOMO OMNEM SUBSTANTIAM DOMUS SUE PRO DILECTIONE, QUASI NIHIL DESPICIET EAM. *Eam*, non dilectionem, sed *substantiam*, q. d. : Nullæ persecutiones, calumniæ, flagella, dolores, clavi, spinæ, etc., quæ instar torrentium magnâ copiâ et vi irruerunt in Christum, potuerunt, aut nunquàm potuerunt obruere, vel extinguere ejus charitatem, imò potiùs iis crescentibus crevit Christi amor et ardor, sicut per antiperistasin ignis aquis gelidis circumdatus magis se intendit et exardescit. Idem jure suo à sponsâ Ecclesiâ et animâ piâ reposcit Christus sponsus. Ratio est, quòd charitas sit res pretiosissima, supernaturalis et divina, quæ omne pretium, omnes opes, omnem substantiam superat, et ipse quæ omnes cruces et dolores quasi nihil sunt, nec æstimandi.

VOX SPONSÆ ADULTÆ DE JUNIORE,

Id est, Ecclesiæ de Synagogâ.

VERS. 8. — SOROR NOSTRA PARVA EST, ET UBERA NON HABET: QUID FACIEMUS SORORI NOSTRÆ IN DIE QUANDO ALLOQUENDA EST? Ecclesia audiens sponsum Christum tam excellentem erga se ostendere charitatem, et similem ab ipsâ requirere, tacitè assensit, eamque spondet, uti patet, vers. 10 et seq., sed sollicitat de sorore suâ Synagogâ, id est, de rudi plebe Ju-

dæorum in fine mundi convertendorum, utpote adhuc numero parvâ, ac in fide recentè et in charitate tenerâ, ut ubera non habeat doctrinæ, quibus alios lactet, sed potiùs ipsa ea adhuc sugat; dicit sodalibus sponsi, puta discipulis Eliæ et prædicatoribus Christi: Quid faciemus sorori nostræ Synagogæ, ut in fide crescat, et in charitate adolescat, ut in die judicii quando à Christo sponso alloquenda est quasi sponsa in cœlestem thalamum inducenda, digna ejus nuptiis cœlestibus inveniatur, talisque ei appareat, placeat et copuletur?

VOX SODALIIUM SPONSI,

Id est, discipulorum et asseclarum Eliæ.

VERS. 9. — SI MURUS EST, EDIFICEMUS SUPER EUM PROPUGNACULA ARGENTEA: SI OSTIUM EST, COMPINGAMUS ILLUD TABULIS CEDRINIS; q. d. : Pars Synagogæ, id est, plebis Judæorum, instar muri, firmo et constanti est pectore: quare illam instruamus eloquiis S. Scripturæ, ut instructa fidem Christi prædicare, propagare et propugnare queat: hæc enim eloquia sunt id quod propugnacula argentea in muro, et quod ubera in pectore; nam ut propugnacula propugnant, ut ubera lactant. Pars altera Judæorum, instar ostii, est pectore exili, debili, mobili et versatili: quare illam constringamus et roboremus sanctis Christianorum exemplis, quasi tabulis cedrinis, id est, incorruptibilibus, ut Judæi in Christi fide et charitate firmati, si non ut sponsæ, certè ut adolescentulæ comites sponsæ, cum eâ ad cœlestes Christi nuptias jam imminentes admitti mereantur.

VOX SPONSÆ JUNIORIS,

Puta Synagogæ.

VERS. 10. — EGO MURUS, ET UBERA MEA SICUT TURRIS, EX QUO FACTA SUM, CORAM EO QUASI PACEM REPERIENS; q. d. : Non est quòd de me solliciti sitis; ego enim conversa ad Christum, adèò constanter et fervidè ipsi adhæreo, ut videar esse murus inexpugnabilis. Insuper sicut muro incumbunt turres, sic pectori meo firmo, instar muri, insistent ubera doctrinæ et doctorum, adèò valida, ut antichristianos, Judæos, et quoslibet hostes sternere valeant; adèòque succulenta, ut suo lacte omnes meos in fide puellulos lactare queant; idque habeo non ex me, sed ex gratiâ sponsi mei Christi; ex quo enim ipse ut verus Salomon me sibi dignatus est reconciliare, imò me Sulamitem, id est, suam sponsam, cui nomen *pacifica*, efficere, illicò in hoc robur et hanc celsitudinem exerevi, ut illi si non par, certè suppar esse videar.

VOX SPONSÆ ADULTÆ,

Puta Ecclesiæ.

VERS. 11. — VINEA FUIT PACIFICO IN EA, QUE HABET FRUCTUS: TRADIDIT EAM CUSTODIBUS, VIR AFFERT PRO FRUCTU EJUS MILLE ARGENTOS. — VERS. 12. — VINEA MEA CORAM ME EST. MILLE TUI PACIFICI ET DECENTI IHS, QUI CUSTODIUNT FRUCTUS EJUS. Pacificus est Salomon

ut habent Hebræi, Septuaginta et Syrus. Salomon autem hic est Christus. Videtur Salomon canticum tanto amorum ardore ceptum, frigido pacis fine concludere; sed Hebræi per pacem omnem salutem, omne decus, omnem voluptatem, omne gaudium, omneque bonum significant: vinum enim è vite vineæ expressum, hanc pacem afferens, hominem vivificat, letificat et voluptate suâ inebriat. *Vinum enim letificat Deum et homines*, Judic. 9, 15.

Ecclesia resumens vocem Synagoga, quæ dixit: *Ex quo fui coram eo quasi pacem reperiens*, eam confirmans, respondet dicitque: Verè id dixisti, ô soror mea Synagoga, quia sicut Salomon rex pacificus habuit vineam insignem in Baalhamon, id est, in urbe ita dictâ à populi frequentia, insuper habuit vineam mysticam, puta Synagogam, quarum utraque dedit fructus egregios, qui mille argenteis, id est, maximo pretio æstimabantur: sic pariter verus Salomon, id est, Christus rex pacificus, faciet te vineam suam in fine mundi, quæ abundet et numero et virtute fidelium Judæorum, ideòque fructus mille argenteis, id est, maximi esse pretii censebitur.

Pari modo *vineam coram me est*, id est, ego Ecclesiam similem tui, ô Synagoga, habeo vineam, quæ mihi semper præ oculis, et summæ curæ est; vinea tua est Judæa, mea vinea est totus orbis, puta omnes gentes, quas in fide et pietate christianâ per meos prælatos et pastores sedulo excolo, ideòque pari modo ex illâ mille argenteos, id est, maximum fructum et pretium colligo, illumque Christo meo offero: *mille ergo tui pacifici*, Hebr. *mille tui*, ô Salomon, id est, hos mille argenteos tibi, ô Christe, rex pacifice, offero tanquam tibi debitos, utpote ex tuâ gratiâ partos et productos; *et ducenti his, qui custodiunt fructus ejus*; q. d.: Prælati, qui hanc vineam coluerunt, debetur et dabitur duplex præmium, scilicet gloria animæ et

corporis, ob decem præceptorum Decalogi observationem in corde et opere, tam in se quam in suis subditis centies duplicatam, id est, omni modo absolutam et perfectam. Centum enim duplicata faciunt ducenta.

VOX SPONSI.

VERS. 15. — *QUE HABITAS IN HORTIS, AMICI ASCULTANT, FAC ME AUDIRE VOCEM TEAM*. Bucolice, Christus sponsus hic inducitur quasi pastor, cujus sponsa castitatis et meditationis studiosa, velut nympha ruralis habitat in hortis et vineis, casque excolit. Sensus est, q. d. Christus: *Audivi, ô Ecclesia mea sponsa, tua in cœlum anhelantis suspiria, sed tecta et obscura; quare velim ut ea clarè enunties. Amici enim mei et tui, id est, angeli avidè ea audire desiderant: faciam ergo te votorum compotem: postula, et impetrabis; loquere, et exaudieris; suspira in cœlum, et eò te ducam: jam enim imminet finis mundi, et dies judicii ac beatæ resurrectionis.*

VOX SPONSAE.

VERS. 14. — *FUGE, DILECTE MI, ET ASSIMILARE CAPREÆ HINNULOQUE CERVORUM SUPER MONTES AROMATUM*, qui, cap. 2, vers. ult., vocantur *montes Bether* vel *Bethel*, id est, domus Dei, puta cœli; q. d.: *Fuge*, id est, celerrimè instar fugientium caprearum et hinnulorum ex terrâ hâc putidâ et fetidâ, ô Christe, te proripe in suaveolentes montes aromatum, id est, in cœlum, ac me, queso, tecum rape, ut ibi invicem fruamur in beatâ aternitate, sicut caprea et hinnuli, dum fugiunt venatores, secum rapiunt suos catulos, nec sine iis fugam capessunt in montes aromatum, quales sunt in Judæâ, Libano, Syriâ et Oriente. Unde *to fuge sumi potest pro fugere me fac*, per Hebraismum, quo *cal* ponitur pro *hiphil*.

Analyse

DU CANTIQUE DES CANTIQUES

SELON LE SENS SPIRITUEL,

Extrait de la Bible de VENCE.

Le Cantique des Cantiques est une allégorie continuée du mariage de Jésus-Christ avec l'Eglise. Les Hébreux étaient accoutumés à ces figures. On en trouve dans l'Écriture qui ont toute l'apparence d'histoire. Les Pères, dans tous les siècles, ont regardé le Cantique des Cantiques comme l'épithalame du mariage mystique de Jésus-Christ avec son Eglise. C'est là une tradition constante et suivie, depuis le

Car il croit que ce livre est l'ouvrage de Salomon même, et qu'il a d'abord été écrit en chaldaique. Il appuie cette dernière conjecture de l'autorité de Majeimonide. On lui objecte que le style s'écarte de la simplicité noble des autres livres de l'Écriture, et qu'il sent plutôt le déclamateur, que le roi ou le prophète; qu'on y reconnaît les idées des philosophes grecs postérieurs à Salomon. Notre judicieux critique n'en trouve pas le style plus élevé que celui du livre de Job et de plusieurs psaumes ; et si l'on suppose, comme on le peut faire avec assez de vraisemblance, que l'ouvrage dont il s'agit a d'abord été écrit en vers, l'objection s'évanouit. Pour les sentiments des philosophes grecs certains savants y reconnaissent, l'auteur de la dissertation leur conseille de s'accorder entre eux, s'ils veulent prouver quelque chose. Tandis que l'un y apercevra le platonisme ; l'autre la doctrine d'Aristote ; un autre les principes des stoïciens ; un autre les dogmes d'Épicure ; un autre enfin les visions de Pythagore ; on les opposera les uns aux autres, et les gens sensés concluront que les principes d'aucune de ces sectes ne sont clairement exprimés dans le livre dont il s'agit, et qu'une légère ressemblance de la doctrine qu'il contient, avec des opinions que des philosophes grecs n'ont pas inventées, est un faible argument pour ôter cet ouvrage à Salomon.

De ces objections générales, notre sincère et savant critique descend aux objections particulières de quelques protestants distingués. Turretin, plus clairvoyant ou plus emporté que les autres, s'imagine voir des allusions aux combats des athlètes dans le chap. 4, v. 2. Ce n'est pas tout : il accuse de faux ce qu'on lit de l'origine de l'idolâtrie dans le chap. 4. L'allusion aux combats des athlètes n'est rien moins qu'évidente,

Quæritur secundò quis sit auctor libri Sapientiae ?

Prima sententia est multorum qui censent auctorem esse Salomonem, imò nonnulli putant id esse quasi de fide. Ita noster Christoph. à Castro hic, et Sixtus Senensis lib. 8 Biblioth., hæresi 9 ; Rugerius lib. de Libris canon. c. 24, ac fusè Gonzalvus Cervantes, q. 1 Prol. in Sapientiam, qui censet Sapientiam Hebraicè exstitisse tempore septuaginta Interpretum, et ab eis in Græcum, æquè ac cæteros S. Scripturæ libros, esse traductam.

Probant primò, quia hic liber Græcis Biblii inscribitur, *Sapientia Salomonis*.

Secundò, quia multi Patres eum tribuunt Salomoni, vocantque Sapientiam Salomonis, ut Tertull. lib. de Præscript. c. 7, Cyprian. lib. 3 Testim. c. 51, 52, 58 et 59 ; S. Ambr. lib. de Paradiso, c. 7 ; S. Hilar. in Psal. 127 ; Clemens Alex. lib. 6 Strom. post med. ; Origen. 1 Periarch. c. 2 ; Basil. lib. 5 contra Eunom. c. penult. ; Nazianz. orat. 49 ; S. Athanas. in Synopsi sacræ Script. ; S. Isidorus lib. de Officiis Eccl. c. 12 ; quin et concilium Carthag. III, Innocent. I, epist. 3 ; Evaristus, epist. 1, Felix I, epist. 3 ; Lactant. lib. 4, c. 16 ; Epiphan. hæresi 76 ; Damascen. lib. 4 de Fide, cap. 18 ; Melito Asianus apud Euseb. lib. 4 Histor. c. 25 vel 26, ubi quinque Salomonis numerat libros, scilicet Proverbia, Sapientiam (Græcè ἡ σοφία, perperàm aliqui legunt, ἡ σοφία, id est, sive Sapientia, quasi Proverbia alio nomine vocet Sapientiam), Ecclesiasten, Canticum et Ecclesiasticum. Hinc Euseb. lib. 4 Hist., c. 22 : « Hegesippus, inquit, et Irenæus, et omnis antiquorum chorus, librum qui adtitulatur Sapientia, Salomonis esse dixerunt, sicut et Proverbia ; » sic enim Eusebii verba ex Græco in Latinum traduxit Rufinus.

Tertiò, quia ipse auctor libri, cap. 9, 7, vocat se regem et ædificatorem templi, qui alius esse nequit

elle paraît plus clairement marquée, *Isai. c. 2, 3. Psal. 21, 3*. Pour ce qui regarde l'origine de l'idolâtrie, que l'auteur de la Sagesse attribue à la douleur d'un père qui fit adorer son fils pour se consoler de sa mort, il est vrai que plusieurs auteurs prétendent, au contraire, que le premier idolâtre a été Ninus, qui fit adorer Belus, son père. Mais à ne regarder même le livre dont nous parlons, que comme un livre profane, son autorité est préférable. Il a été écrit dans un temps et dans des lieux plus proches de la source de l'idolâtrie. D'ailleurs Diophante de Lacédémone et Fulgence Placiade parlent du commencement des idoles comme ce livre sacré.

L'objection de *Limborch*, théologien remontrant, roule sur une supposition fautive : il a cru que l'auteur sacré disait que de son temps les Israélites étaient opprimés, ce qui ne conviendrait pas au temps de Salomon. Il dit seulement que les amis de Dieu sont toujours persécutés par les impies. Van-dale, incrédule de profession, rejette ce livre avec hauteur. Le chap. 17 lui déplaît parce qu'il y est parlé des spectres qui appaurent aux Egyptiens pendant les ténèbres que Dieu répandit sur ce royaume : mais est-il impossible qu'il en ait apparu ? et l'opposition d'un livre à nos sentiments suffit-elle pour le rejeter ? L'auteur de la dissertation conclut que de si faibles objections ne doivent pas nous empêcher de respecter la parole de Dieu dans le livre de la Sagesse.

(Article extrait de la Bibliothèque sacrée de Calmet.)

quàm Salomon : *Tu, ait, elegisti me regem populo tuo, etc., et dixisti me adificare templum in monte sancto tuo.*

Verùm longè verius est Salomonem non conscripsisse hunc librum, primò, quia, si hic liber esset Salomonis, utique Hebræis fuisset cognitus, et in canone S. Scripturæ positus : jam autem nec in canone Hebræo est, nec Hebraicè ulli visus fuit : nullus enim est, qui cum se Hebraicè vidisse asserat, ac nemo veterum (excepto uno Isidoro, qui posterior est) eum Hebraicè scriptum asseverat, uti de Evangelio S. Matthæi asseverat S. Hieronymus et alii, cum ex adverso Ecclesiasticus Hebraicè visus fuerit Jesu Sirach juniore, utpote qui eum se ex Hebræo in Græcum transulisse profiteatur in Prologo.

Secundò, quia liber hic primitus græcè scriptus videtur : redolet enim Græcanicam eloquentiam, teste S. Hieron. in Prologo in libros Salomonis : sicut vice versâ Ecclesiasticus, utpote ex Hebræo in Græcum traductus, magis Hebræam, quàm Græcam phrasin et simplicitatem redolet. Confer hunc librum cum Proverbiis, et videbis quanta sit styli phrasisque distantia, ac præsertim hic esse elegantes discursus continuos et connexos, cum in Proverbiis sint sententiæ disparatæ, quæ nullum inter se habent ordinem, vel nexum, ut planè ab auctoribus diversis videantur conscripti hi duo libri. Adde Salomonem hujus libri non esse auctorem, inde certò colligi, quòd auctor, cap. 15, vers. 14, dicat hostes populi Dei, puta Ægyptios, imperare illi. Tempore autem Salomonis nemo imperabat Israeli, nisi Salomon, qui et gentibus vicinis vel dominabatur, vel amicitiaæ fœdere devinctus erat. Scriptus est ergo hic liber sub tempus Ptolemæi Lagi : hic enim Judæam oppressit,

Tertiò, quia veteres tres tantùm numerant Salomonis libros, scilicet Proverbia, Ecclesiasten et Cantica. Ita Amphilocheus Iconii episcopus in eam. de legendis S. Script. Libris; Isidorus Pelus., lib. 4, epist. 40; S. Hier. epist. ad Paulinum, quæ præfigitur Bibliis, et alii.

Quartò, quia ita censent plurimi et gravissimi auctores, ut Lyranus, Hugo, Dionysius Abulens., Jansenius, Driedo, Melchior Canus, Michael Medina, Alphons. à Castro, Alphons. Curiel, Paulus à Palatio, Lorinus, Pamelius, Georgius Ederus, Didac., Covarruvias lib. 4 variar. Resol. c. 14, Adrian. Finus, Genebrardus et alii, quos citat et sequitur noster Pineda præf. in Ecclesiasten, c. 2, n. 20. Imò S. Aug. asserit hunc constantem et communem esse fidelium sensum ; ejus verba mox recitabo.

Denique auctor hujus libri alludit subinde ad fabulas poetarum, qui omnes Salomone longè fuere posteriores. Sic c. 1, 14, dicens : *Nec inferorum regnum in terrâ, alludit ad fabulam Plutonis et Ditis, qui fingitur à poetis rex inferorum, atque ab inferis ditionis suæ jura in terram extendisse. Rursùm alludit ad ritum gentilium, ut cum ait c. 2, v. 8, ex sententiâ Epicureorum : Coronemus nos rosâ. Nam coronas rosaceas apud Hebræos non fuisse tempore Salomonis, imò nec tempore Isaia et captivitatis Babylonice,*

censet Tertull. lib. de Coronâ militis, c. 9 : videntur ergo illæ posteriori tempore, ex commercio cum gentilibus ad Hebræos permanasse. Sic. c. 17, 15, in Græco nominat Orem, et alludit ad Lethen, qui à poetis inducitur velut fluxus inferni mortuis eò venientibus inducens rerum omnium oblivionem, asseritque ex Oreo promanasse tenebras Ægypti. Et c. ult., vers. ult., *manna* in Græco vocat *ambrosiam*, quæ à poetis fingitur esse cibus Jovis et deorum. Hanc sententiam clarè indicat versio Syriaca, dum hunc titulum libro præfigit : *Liber magnæ sapientiæ ipsiusmet Salomonis filii David, de quo facta est dubitatio, quasi aliquis sapiens ex Hebræis scripserit illum (spiritu prophetico, cum nomine Salomonis posuisset, sive condidisset illum ; et receptus est.)* puta habitus canonicus. Arabica sic habet : *Liber Sapientiæ Salomonis, filii David, qui regnavit in filiis Israel.*

Ad primum respondet S. Hieron. in Prologo, illam inscriptionem in Græcis codicibus esse falsam, « Alius, inquit, ψωλεπρωρατος, hoc est, falsò inscriptus, qui Sapientiæ Salomonis inscribitur. » Et mox : « Apud Hebræos nusquam exstat, et ipse stylus Græcam eloquentiam redolet, et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Judæi Philonis affirmant. »

Ad secundum respondetur Patres hunc librum citare nomine Salomonis lisdem de causis quibus Ecclesiasticum tribuunt Salomoni, quas recitavi præmio in Eccles., ac præsertim quòd auctor hujus libri eum scripserit nomine Salomonis, ejusque personam induat, ac illum loquentem et docentem inducat : sicut Plato suos Dialogos inscribit nomine Socratis, Gorgiæ, Protagoræ, Timæi, etc., quia eos loquentes inducit ; et Xenophon suum opus inscribit Cyrum, sive Cypriædium ; et Cicero librum de claris Orator. inscribit Brutum, qui inter oratores excelluit. Sic ergo hic liber adscribitur Salomoni, quia Salomon hic loquens inducitur, qui omnium sententiâ fuit mortaliū scientissimus, et, ut ille ait, antistes sapientiæ, Minervæ oraculum, prudentiæ ocellus, Themidis os, medulla consilii, Scripturæ anima.

Id disertè docet Euseb., lib. 11 Præp. c. 5 : « Hæc ratione commotus, inquit, qui librum sapientiæ personæ suæ (ejus, scilicet Salomonis) inscripsit : ipse mihi dedit horum quæ sunt scientiam, ait, veram, » etc. ; pergitque citare verba quæ habentur Sapient. c. 7, 17. Sic et Origen. in Joan. tom. 20. *Sapientia liber, inquit, Salomoni inscriptus.* Ergo hic liber scriptus est, non à Salomone, sed ab alio in personâ Salomonis ; unde et S. Thom. in 1-2, q. 115, art. 3, ad 2, ait in hoc libro sermonem esse ex personâ Salomonis. Idem expressè docet Alfonsus Curiel. contrav. 2 in lib. Sapientiæ. Quin et S. Aug. lib. 2 de Doctrinâ Christi, c. 8, sic ait : « Illi duo libri, primus qui Sapientia, et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quâdam similitudine Salomonis esse dicuntur ; nam Jesus filius Sirach eos scripsisse constantissimè perhibetur. » Et lib. 17 de Civit. c. 20, de eisdem libris inquit : « Alii verò duo, quorum unus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquii nonnullam similitudinem,

« ut Salomonis dicantur, obtinuit consuetudo ; non autem esse ipsius, non dubitant doctiores. »

Accedit quòd auctor Sapientiae imitatus sit Salomonem, ejusque sensa, fortè etiam sententias et verba in libris Hebr. illius aevi sparsim repertas collegerit, ordinarit, Graecaque phrasi et stylo expresserit, ut patet conferenti c. 7 et 9 Sapient. cum iis quæ de Salomone dicuntur 3 Reg. 5, 1 Paral. 28, 2 Paral. 1, Prov. 8, etc. Salomon enim locutus est tria millia parabolarum, et carminum quinque millia, ut patet 3 Reg. 4, 32, quæ omnia, nec Proverbiis, nec Ecclesiast., nec Cantico contineri queunt ; pars ergo eorum Sapientiam contineri potest. Ita censent Bellarm. lib. 4 de Verbo Dei, c. 15; Possevinus in Apparatu sacro, verbo *Salomon*; Adrian. Finus lib. 6 Flagelli Judæorum c. 15, et alii.

Ad Eusebium, respondeo ejus verba perperam tractata esse à Ruffino : sic enim habent : *Non solus autem ipse, sed et Irenæus, et omnis veterum chorus, omni virtute refertam Sapientiam Salomonis Proverbia nuncuparunt*, itaque Euseb. non loquitur de libro Sapientiae, sed de Proverbiis Salomonis, eaque dicit à multis vocari Sapientiam *πανδρετον*, id est, de omni virtute tractantem ; unde et Ecclesia in Officio divino recitans Proverbia Salomonis, v. g. : *Dominus possedit me*, ex c. 8 : *Mulierem fortem*, ex cap. 31, præmittit : *Lectio libri Sapientiae*.

Ad tertium, jam dixi librum scriptum esse ab alio quidem, sed in personam Salomonis, ac ex multis Salomonis sententiis, quales sunt illæ in argumento propositæ.

Secunda sententia est S. Augustini lib. 2 de Doctr. christ. c. 8, et lib. 17 de Civit. cap. 20, ubi scribit constantem esse opinionem, auctorem libri Sapientiae, æquè ac Ecclesiastici, esse Jesum filium Sirach, ut patet ex verbis ejus jam recensitis. Unde uterque liber à multis vocatur Sapientia. Idem opinatur S. Isidorus et Theod. apud Lipoman. in Exod. 16. Verùm hanc sententiam retractat ipse S. Aug. lib. 2 Retract. cap. 4 : « De auctore libri, ait, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quòd etiam ipsum, sicut Ecclesiasticum, Jesus filius Sirach scripserit, nec ita constare sicut à me dictum est, postea didici, et omninò probabilius comperi non esse ejus libri auctorem. »

Tertia sententia est, auctorem hujus libri esse Philonem Hebræum, qui paulò post Christum vixit sub Caio Caligulà imperatore, ad eumque legationem obiit pro Judæis, sed ab eo repulsus conversus ad socios dixit : *Bono sinu animo ; nam Deus nobis propitius erit, cum infensus est Caius*, uti refert Joseph. lib. 18 Antiq. c. 10. Ille enim Philo fuit vir doctus et disertus, ac plurimos in Scripturas edidit libros, totusque moralis est et plus, qualis est et auctor Sapientiae. Unde S. Hier. in prologo ait : « Nonnulli scripturum veterum hunc esse Judæi Philonis affirmant. » Ita censent Lyran., Dion., Galatinus lib. 4 de Arcan. fidei, cap. 4 ; Landov. Vives in c. 20 lib. 47 S. Aug. de Civit. Ad-duntque nonnulli Philonem scripsisse hunc librum ad

consolationem Judæorum, quos affligebat Caius imperator. Unde proponit eis exemplum liberationis Hebræorum à tyrannide Pharaonis, quem Deus tot plagis attrivit, ac justì regis regimen describit, injusti verò et tyranni culpam, eique Dei vindictam committatur.

Verùm hæc sententia planè est improbabilis. Primò, quia hic Philo post Christum mansit Judæus, id est, infidelis, et in Judaismo pertinax, ideòque à Christo alienus, et christianæ fidei adversarius. Quis credat infidelem scripsisse librum tam fidelem, in quo fidei principia traduntur, ac præsertim de Christo patente et mortuo, ut patet c. 2, 20 ?

Secundò, quia Sapientia ab omnibus orthodoxis, totaque Ecclesiâ numeratur inter libros veteris Testamenti, qui ante Christum scripti sunt ; prophetæ enim de Christo cap. 2 ; ergo scribi non potuit à Philone, qui vixit post Christum. Adde stylum Philonis à stylo Sapientiae longè distare.

Tertiò, quia Philo hic valdè addictus fuit Platoni ; unde illud : *Aut Philo platonizat, aut Plato philonizat*. Hinc ex Platone suos hausit errores, ut cum lib. de Opificio sex dierum censet stellas esse animalia intelligentia ; ac cælum à Deo esse factum, ut deorum tam invisibilium (angelorum) quàm visibilium (stellarum) sit domicilium ; astruit sæpè planetarias divinationes ex Thalmudicis et Genethliacorum deliramentis ; dubitat an mundus magis sit ad imaginem Dei factus, quàm homo, et an paradus terrestris reverà exstiterit ; libro de Congressu quærendæ eruditionis gratiâ, insinuare videtur infernum non aliud esse, quàm flagitiosi hominis conscientiam, ejusque remorsum ; lib. de Prologis, asserit animam rationalem duntaxat Adæ creatam à Deo, sensitivam autem unam cum angelis. Plures Philonis errores recenset Sixtus Senensis lib. 5 Biblioth. cap. 17 et 95, nonnullos autem refellit auctor libri Sapientiae.

Quartò, quia liber hic citatur à S. Clemente pontif. epist. 1, et à S. Dionysio Areopag. c. 4 divin. Nom., ut sacer, divinus et priscus ; S. Dionysius autem, æquè ac S. Clemens, coævus Philoni fuit ; imò liber Sapientiae citatur à Christo et Apostolis, qui Philonem antecessere, ut ostendi q. 4.

Quintò, quia S. Hieron. lib. de Viris illustribus, et Euseb. lib. 2 Histor. c. 47, texentes catalogum librorum Philonis, nullam faciunt mentionem libri Sapientiae.

Hiscè rationibus convicti nonnulli censent hunc librum scriptum à Philone, non illo qui vixit post Christum sub Caio, sed seniore, qui vixit centum sexaginta annis ante Christum sub Oniâ prisco pontifice. Ita Alfons. Curiel, controv. 2 ; Michael Medina, lib. 6 de rectâ in Deum Fide, c. 12 ; Driedo lib. 4 de eccles. Dogm. cap. 4, ad 5 diffle. ; Canus lib. 2 de Locis, c. 41, ad 5 ; Pamelius in notis ad S. Cyprian., lib. de Mortal. numer. 45 ; Genebr. in Chronolog., anno mundi 3860.

Verùm Philonis hujus senioris nulla est mentio apud Josephum, Eusebium aliosque antiquos scripto-

res : hi enim tantum meminerunt Philonis Hebraei, qui vixit sub Caio, et Philonis Byblii, id est, orandi ex Byblio civitate Phœnicæ, qui non fuit Hebræus, gentiis, ideoque ineptus ad scribendum res Judaicas, ac multo magis ad scribendum libros canonicos. Id diserte docet Euseb. lib. 1 Præpar. Evang. c. 6 : « Philo, ait, non Hebræus, sed Byblius, Phœnicum historiam eorum lingua scriptam in græcam linguam traduxit. » Eundem, non alium, citat Josephus lib. 4 contra Appionem, cujus verba transcripsit Euseb. lib. 9 Præp. in fine, ubi ait Demetrium Phalereum, Philonem seniore (Byblium) et Eupolemum, gentiles scripsisse historias Chaldaeorum, Syrorum et Phœnicum, ac obiter subindè tangere res Judaicas, sed in hisce, utpote sibi peregrinis, quandoque hallucinari : « Quibus, inquit, venia danda est, quoniam magnam nostrarum litterarum peritiam non habuere, » quod de Philone Hebræo dici nequit. Adde : Auctores citati censent Philonem hunc fuisse unum ex septuaginta duo Interpretibus : hoc autem dici nequit ; nam Aristæus in Historiâ septuaginta duo Interpretum singulorum nomina assignans, nullum inter eos Philonem nominat.

Causa erroris, cur scilicet nonnulli Sapientiam tribuunt Philoni, est quòd Salomon à Deo, 2 Reg. 12, 25, nuncupatus sit Hebr. ידדידא *iedidia*, id est, *amabilis Domino*, qui Græcè dicitur φίλον φίλεω enim est amo, φίλα amor, φίλος amicus. Unde et Philo Judæus à Rabbinis (et nominatim à R. Azariâ) Hebr. vocatur *Iedidia*. Hebræi enim prisce Sapientiæ auctorem fecere Salomonem, ut patet ex R. Mose Bar. Nachmani, qui contractè *Rembam* vocatur, et ante trecentos annos floruit. Hic enim in præmio Pentateuchi, ex magnâ Sapientiâ Salomonis velut S. Scripturâ citat illud Sapient. 7, 7 : *Optavi, et datus est mihi sensus*, ac cætera quæ sequuntur recitat accuratè et prolixè. Recitat autem linguâ Hierosolymitanâ, puta Syriacâ, quâ usi sunt Judæi post reditum ex Babylone; unde colligas libri hujus auctorem ita esse Salomonem, ut tamen à quopiam posteriore post excidium Jerusalem per Chaldaeos, scriptus sit stylo proprio et patrio, ideoque non purè Hebraicè, uti sua scripsit Salomon, sed corruptè sive Hierosolymitanè, hoc est, Syriacè. Aut potius liber hic primitus ab auctore Græcè scriptus, deinde à quopiam Hebræo in linguam Hierosolymitanam translatus est æquè ac liber tertius Machabæorum; sic enim et Josephus, et Philo sua Græcè scripserunt, quia Græcè periti Græcis et Latinis scribebant. Stylus enim Sapientiæ planè Græcam phrasim redolet, non Hebraeam. Recentiores ergo Latini nonnulli hunc librum tribuerunt Philoni Judæo, eò quòd Hebræi tribuerent eum Philoni, ignorantes ipsos per Philonem intelligere Salomonem, ob causam jam dictam, non Philonem Judæum.

Dico ergo : Certum est de fide auctorem primum libri Sapientiæ esse Spiritum sanctum; incertum verò est, quis fuerit secundarius, scilicet Hebræus scriba et Rabbini, qui dictante Spiritu sancto eum conscripserit.

Id satis insinuat S. Dionys. Areop. c. 4 divin. Nom., ubi citans locum ex c. 8 Sapientiæ : *Inprimis, inquit, Scripturæ sanctæ institutionibus invenies quendam hæc dicentem de divinâ sapientiâ : Amator factus sum pulchritudinis ejus, ubi ꝛc quendam* significat auctorem incertum. Eodem modo Sapientiæ auctorem citat Anastasius Nicænus quæst. 35 in sacram Scripturam : « Quidam, inquit, sapiens. » Et S. Gregorius lib. 27 Mor. c. 48 : « Bene, inquit, per quendam sapientem dicitur (Sap. 17, 40) : *Cum sit timida nequitiâ*; » et lib. 25 Mor. c. 16 : « Bene quidam sapiens (Sap. 7, 15) : *Mihi autem Deus dedit dicere ex sententiâ*. » Simili modo eum citat S. Chrys. hom. 4 et 47 in Gen., et hom. 40 et 42 in Matth., et S. Cyrill. Alex. dial. de Trinitate, et S. Hier. in Prologo in libros Salomonis : « Apud Hebræos, inquit, nusquam est, quin et ipse stylus Græcam eloquentiam redolet. » Et Euseb. lib. 11 Præp. c. 5 : « Hæc ratione commotus, ait, qui librum Sapientiæ suæ personæ inscripsit, » scilicet incognitus. Genebrardus quoque ait auctorem Sapientiæ esse anonymum et incertum. Sic et cæteri, quos citat et sequitur Pineda Præfat. in Eccles. c. 2.

Porrò, quia hic liber videtur scriptus Græco stylo ab Hebræo quopiam, teste S. Hieron., conjicere licet eundem scriptum esse paulò post regnum Alexandri Magni, qui Salomone sexcentis et amplius annis fuit posterior. Alexander enim cum imperio linguam Græcam invexit in Judæam, ita ut nobiliores Judæi tunc Græcè discere cœperint. Hinc paulò post Alexandrum Ptolemæus Philadelphus, secundus Ægypti rex, e Judæâ evocavit septuaginta duo Interpretes, qui Biblia Hebræa in Græcum idioma traducerent : quare tunc Hebræi didicere linguam Græcam, ac Græcè scripsere libros; unde et Jesus Sirach nepos librum Ecclesiastici ab avo Hebraicè conscriptum traduxit in linguam Græcam, ut ipse latetur in Prologo Ecclesiastici: illud enim seculum fuit litteratorum; quare tunc apud Judæos floruit sapientia et eloquentia Græcæ. Igitur textus Græcus hic videtur originarius S. Scripturæ textus. Nam stylus et facundia Græcam magis eloquentiam quàm Hebræam simplicitatem redolet, ut rectè advertit S. Hier., et colligitur ex c. 15, 14.

Videtur ergo quòd sub tempora Ptolemæi Philadelphii scriptus fuerit liber Sapientiæ Græcè, ab aliquo è septuaginta duo Interpretibus, vel simili Rabbino, forte in gratiam Ptolemæi Philadelphii; unde toto hoc libro regem instruit, quomodò sapienter et justè debeat administrare rempublicam. Hæc enim de re ipse Ptolemæus septuaginta Interpretibus totidem questiones, puta singulis singulas, proposuit, ut ab iis disceret modum bonè regendi, quas recenset Aristæus in Historiâ septuaginta duo Interpretum. Hæc chronologia et ratio temporis facem præferet huic libro, eumque mirificè illustrabit, ut patebit questione sequenti.

Queritur ergo tertio, quod sit argumentum hujus libri? Respondeo: Liber hic argumentum prodit nomine suo: vocatur enim Sapientia, quia tractat de verâ sapientiâ, ejusque origine, moribus, operibus, effectibus et præmiis. Porro sapientia hæc non tam spe-

rativa quàm practica accipitur, quæ scilicet est ratio agendorum secundum Deum, ac proinde non aliud est quàm vera veri Dei cognitio conjuncta cum ejus timore, religione et cultu, qui hominem ad salutem et æternam felicitatem perducit. Hinc Isidorus lib. 3 Etym.: Sapientia, ait, est *sapida scientia*. Unde noster sapientiam hanc vertit, εὐσέβεια, id est, pietatem, cap. 10, 12, ac sapientiam subinde nominat *justitiam*, quæ generalis est virtus, omnesque virtutes complectitur, hinc cap. 7, vers. ultimo, opponit malitiam, id est, vitium et peccatum. Id ita esse clarè significat Sapiens cap. 6, 18: *Initium, inquit, illius verissima est disciplinæ concupiscentia: cura ergo disciplinæ, dilectio est; et dilectio, custodia legum illius est; custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est; incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.*

Unde et Moyses Deut. 4, 5: *Scitis, ait, quòd docuerim vos præcepta atque justitias, sicut mandavit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in terrâ quam possessuri estis, et observabitis et implebitis opere; hæc est enim vestra sapientia, et intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc dicant: En populus sapiens et intelligens gens magna.* Et Job c. 28, v. 28: *Ecce timor Domini, inquit, ipsa est sapientia.* Unde Lactant. lib. 3 de verâ Sapientiâ, c. 11, et lib. 4, c. 3, dixit sapientiam et religionem segregari non posse, quòd sapere nihil aliud sit quàm Deum verum justis ac piis cultibus honorare. Vide dicta Eccli. 1, 1, et Prov. 1, 1.

Apud philosophos et theologos scholasticos sapientia aliter varièque accipitur, ut pro rerum omnigenâ cognitione, pro eâ quæ in quovis genere artis est, pro metaphysicâ, pro theologiâ, pro fide quæ in actionem etiam prodeat; adde, pro uno donorum Spiritûs sancti, et increatâ Sapientiâ, Verboque divino. Quas acceptiones fusè hic prosequitur noster Christoph. à Castro; sed illæ huc non pertinent, nisi quatenus sapientiæ jam explicatæ sunt assectæ, effectus et præmia, uti patuit in Salomone, qui proinde de se ita scribit c. 7, 17: *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum, initium, et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes et commutationes temporum, anni cursus, et stellarum dispositiones, naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum, et quæcumque sunt absconsa et improvisa, didici: omnium enim artifex docuit me Sapientia.*

Auctorem nostræ Sapientiæ imitati sunt philosophi. Hinc Plato philosophiam nunc definit solutionem animi à corpore, seu mortis commutationem: interdum conversionem animi ad ea quæ vera sunt et divina. Stoici verò, auctore Plutarcho lib. 1 de Placitis philosophorum, c. 1, definirunt philosophiam accommodatè ad vitam artis meditationem, atque hanc esse unam eandemque summam virtutem, quæ

per Dei imitationem, ut ex Platone adducit Euseb. lib. 12 de Præp. c. 20, quantum homini possibile est, transitum facit, et fugam terrenorum; imitatur autem Deum justitiâ, sanctitate, prudentiâ. Est autem justitia, ut docet Clemens, Strom. lib. 4, contentus partium animæ; sanctitas verò Dei cultus.

Porrò, Stoicorum axioma, imò paradoxum, fuit, solum sapientem esse regem, legislatorem, imperatorem, justum, sanctum, Deo amicum, solum divitem, liberum, honoratum, pulchrum. Ita ex Platone in Phædro docet Clemens Alexandrin. lib. 1 Strom., quin et Cicero orat. pro Murenâ. Hinc et Ægyptii non nisi ex sapientibus creabant reges et iudices, teste Clemente lib. 5; ex Magis Persæ, ex Gymnosophistis Indi. Ita noster à Castro.

Nota eandem sapientiam hic, et in Proverbiis et aliis libris sapientialibus pertractari; sed hic sublimius, divinius, et quasi ex radice. Unde etiam agit de sapientiâ increatâ, tum essentiali, quæ communis est toti sanctissimæ Trinitati; tum genitâ et notionali, id est, Verbo æterno, ac de ejusdem incarnatione et passione prophetat. Quâ de causâ Sapientiæ nomen huic libro est appropriatum: licet enim tres libri S. Scripturæ vocentur Sapientia, nam Proverbia vocantur Sapientia Salomonis, Ecclesiasticus vocatur Sapientia Sirach, hic liber vocatur Sapientia Philonis, vel potiùs anonymi, tamen hic liber præ cæteris nomen Sapientiæ absolutè obtinuit, tum quia agit de Sapientiâ in genere, ejusque naturâ, origine, internisque proprietatibus, tum quia in Proverbiis et Ecclesiastico traduntur præcepta sapientiæ etica, quæ quemvis privatum de moribus et virtutibus instruunt; unde hi duo libri vocantur σοφία πανάρετος, id est, *sapientia omninò virtuosa*: hic verò liber Sapientiæ tradit præcepta politica, quibus reges et magistratus ad benè regendam rempublicam informat, ut patet c. 1, 1, c. 6, 2 et seq. Summa enim sapientia et *ars initio est regimen animarum*, ait S. Gregorius in artu sui Pastoralis. Adde, Sapientiam de cæteris quoque virtutibus cuique propriis tractare, ideòque et ipsa πανάρετος, id est, *omni virtute referta*, à Damasceno lib. 4 de Fide, c. 18, nuncupatur: imò liber hic magis est pius et patheticus, quàm sit Ecclesiastes vel Proverbia; passim enim Dei timorem pioque erga Deum affectus spirat, legentique aspirat, tum quia prophetat de Filio Dei, cui Sapientiæ nomen ex vi originis est proprium; unde nobile illud Constantinopolis templum Dei Filio dicatum, Sophiæ nomine fuit insignitum. Et Christus specie adolescentis speciosi apparens B. Laurentio Justiniano adhuc adolescenti, rogatus quisnam esset, Dei Sapientiam se esse respondit, uti habet ejus Vita. Hinc S. Athanas. in Synopsi S. Scripturæ bonam hujus libri partem applicat Christo; hinc et liber hic à Patribus inter prophetales refertur.

Quocirca idem dividi potest in tres partes, sive sectiones. Prima à cap. 1 usque ad 7 elogium sapientiæ continet, et paranesim vel adhortationem ad ejus amorem, studium et zelum; secunda à cap. 7 ad 10,

originem sapientiae, quod scilicet à Deo sit orta; tertia à cap. 10 ad finem, ejus effectus et commoda per patriarcharum Adæ, Noë, Abrahamæ, Lot, Jacob, Joseph, Mosis, Hebræorum exempla enarrat.

Igitur hoc libro est continua et perpetua sapientiae, id est, justitiæ et virtutis laus; ac insipientiae, id est, injustitiæ et vitii, vituperatio, cum intentione gravissimorum, vel suppliciorum, vel præmiorum. Unde nullus ferè liber veteris Testamenti clarius graviusque proponit justorum aeterna in caelis præmia, et impiorum aeterna in gehennâ tormenta, quam liber Sapientiae.

Jam ut proximius et penitiùs argumentum et materiam hujus libri inspiciamus, meminisse oportet quod dixi quest. præced., librum hunc scriptum sub tempora Alexandri Magni et Ptolemæi Philadelphi: Alexander enim pugnaturus contra Dariûm ultimum regem Persarum (uti paulò post eum vicit, ab eoque et Persis monarchiam ad se et Græcos transtulit), offensus fuit Judæis, eò quòd ipsi Darii partes adjuverant; quare pergens Hierosolyman eis minabatur excidium; sed occurrit ipsi Jaddo pontifex pontificalibus amictus, ejusque iras et animos ad benevolentiam inflexit. Quocirca et ipse primus pontificem salutavit, et nomen Dei tetragrammaton, quod in fronte laminae incisum gestabat, adoravit; cùmque id omnes mirarentur, Parmenio Alexandrum rogavit, inquit Josephus lib. 11 Antiq. c. 8: « Quid ita cùm ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Judæorum pontificem? At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cujus pontifex esset, honorem eum exhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi et antea hoc ipso habitu, cùm adhuc essem in Dio Macedoniae, qui me deliberantem quomodò Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, et sine morâ exercitum trajicere; nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter, quia nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc, et visionis memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Dariûm exercitum ducere, et brevi fore victoriæ compotem, et sublato Persarum imperio cessuram mihi omnia ex sententiâ. »

Alexandro mortuo, quatuor duces primarii ejus divisere imperium. Antigonus occupavit Asiam, Antipater Macedoniam, Seleucus Syriam, Ptolemæus Lagi filius Ægyptum: quare media inter Syriam et Ægyptum Juliae utriusque, et utriusque (puta Seleuci et Ptolemæi) posteris, fuit ponum discordiæ, imò prædæ, nunc Ptolemæis, nunc Antiochis eam sibi subjugantibus. Igitur Ptolemæus Lagi filius Hierosolyman dolo invadens cepit, ac ex Judæâ in Ægyptum abduxit centum viginti captivorum millia: quare Judæos graviter afflixit, adeò ut nonnulli Judæorum in Ægypto à judaismo ad gentilismum et idola Ægyptiorum deficerent.

Ptolemæo Lagi in regno Ægypti successit filius Ptolemæus Philadelphus: hic patris vestigiis insistens initio pressit Judæos, ac postmodum per septuaginta duo Interpretes eis reconciliatus, valde benevolus et

benevolus exstitit, quæ omnia fuse narrat Joseph. 7, 12 Antiq. c. 1 et 2.

Igitur auctor hujus libri videns Judæorum afflictiones, quas patebantur à Ptolemæis, scripsit hunc librum ad consolationem et confirmationem Judæorum, ne à Deo rectaque fide ad idola Ægyptiorum deficerent. Quocirca fuse toto cap. 12, 13 et 14, unus Dei cultum stabilit, ac idolorum inanitatem demonstrat, uti antea in simili tribulatione fecerat Jeremias, scribens epistolam ad Judæos ituros in Babylonicam captivitatem, quâ eis idolorum vanitatem ostendit, hortaturque ne in Babylone idola mirentur et colant. Exstat hæc epistola Baruch c. 6. Hæc de causâ Sapiens hic cap. 5 et 5 hortatur Judæos et quoslibet fideles ad constantiam, et martyrium pro fide unius Dei, si opus sit, obendum, eò quod eos maneat in caelis corona gloriæ sempiternæ, uti paulò post sub Antiocho Epiphane, ad idem hortati sunt se invicem cæterosque Judæos, Mathathias et Machabæi, 2 Machab. 7, etc.

Rursum, occasione persecutionis Ptolemæorum regum, reges instituit quomodò sapienter, id est, Rectè pièque, ex metu cultuque veri Dei subditos regere debeant, ac injustis et tyrannis minatur Dei, qui rex est regum, horrenda supplicia, atque hæc de causâ c. 16 et seq. usque ad finem, per quatuor integra capita Pharaonis Hebræos persequentis historiam, plagas et exitium: Judæorum verò liberationem, victoriam et miracula fuse commemorat hoc fine, primò, ut Ptolemæi, qui Pharaoni in regno Ægypti successerant, illum sibi in exemplum et speculum statuunt, sciantque se pari modo à Deo castigandos, si Dei populum, puta Hebræos, vexent et persequantur. Ex adverso Ptolemæis cæterisque regibus imitandum proponit Salomonem regem sapientissimum, ditissimum, præstantissimum, qui filiam Pharaonis regis Ægypti duxit in uxorem, ac proinde cum Ægyptiis affinitate fuit conjunctus. Hinc c. 7, 8 et 9, Salomonis sapientiæ studium et orationem, quâ eam à Deo colligavit et impetravit, fuse enarrat: ac simul ejus scientiam, opes, honorem, magnificentiam et gloriam, quibus à Deo ob sapientiam, id est, justitiam virtutemque exaltatus et cumulatus est, recenset, ut sciant reges eadem sibi à Deo danda, si sapientiæ, id est, justitiæ et virtutis, sint studiosi: secundò, ut Judæi à Ptolemæis oppressi in spem liberationis erigantur, dum legunt majores suos à Pharaone eodem loco oppressos, per tot gloriosa signa et prodigia, Deo mirabiliter fuisse liberatos. Consentit huic mere opinioni vel suspitioni, quòd Jesus Sirach auctor Ecclesiastici, c. ult. v. 7, gratias agit Deo quod se liberarit à verbo mendacii, et à rege iniquo, utique Ptolemæo. Hic enim Jesus fuit coævus auctori Sapientiae. Unde S. Augustinus in Speculo Sapientiam jungit Ecclesiastico, et utrumque postponit Isaie cæterisque prophetis.

Porro castitatem Sapiens impensè commendat c. 4, quia Ægyptii, et præsertim Ptolemæi, salaces erant et luxuriosi, unde sorores suas ducebant in uxores.

Memorable est quod de S. Macrinâ sorore suâ scribit Nyssenus in ejus Vitâ, scilicet ipsam à teneris didicisse Sapientiam Salomonis et Psalmos Davidis, eosque jugiter, sive oraret, sive comederet, sive studeret, sive cœbitum iret, decantasse. Eumelia mater S. Macrinæ: «Illa, inquit, quæ ex divino Spiritu dictatâ Scripturâ, primæ illi ætaturæ faciliora apticæque videbantur, discenda proponebat: cum primis «Sapientiam Salomonis, idque ex eâ potissimum, «quod ad vitam et mores maximè conducebat.» Hinc tantâ in sanctitate et sapientiâ evasit, ut ab angelo matri ex eâ gravidæ apparente, S. Theclæ fuerit comparata, Theclæque cognominata: quare et ipsa S. Basilii, Nysseni, Petri et Naucrati fratrum suorum fuit pædagogica et magistra ad omnem virtutem.

Denique liber Sapientiæ, æquè ac liber secundus Machabæorum, maximè videntur scripti ab aliquo Phariseo contra Sadducæos, qui negabant numen et animæ immortalitatem, indeque futura bonorum præmia, et impiorum supplicia, quæ omnia concedebant et contra Sadducæos propugnabant Pharisei, ut patet Act. 25, 8. Cùm enim Ezras scriba collegium scribarum, id est, sapientiæ studiosorum, instituisset, ac tempore Machabæorum, imò tempore Ptolemæi Philadelphi, Judæi sub jugum Alexandri et Græcorum venissent, factum est ut multi scribarum Platonis, Aristotelis aliorumque Græcorum sophistarum libros legerent, vel cum eorum posteris et assecclis sermones miscerent; ac, cùm viderent hos negare numen et futuram vitam, illos verò utrumque asserere, ipsi quoque in duas sectas divisi sint, nimirum in Phariseos qui utrumque asserbant, et in Sadducæos, qui utrumque negabant. Phariseos sequebatur populus, Sadducæos verò optimates, utpote liberiori et licentiori vitæ dediti. Unde Joannes Hyrcanus, filius Simonis, fratris Judæ Machabæi, à Judâ Machabæo (cujus fidei exemplum hæc de re exstat 2 Mach. 12) degenerans, in ultimâ suâ senectute à Phariseo quodam irritatus, et ab altero Sadducæo amico suo incitatus, ad Sadducæos defect, teste Josepho lib. 15 Antiq. c. 18, et acerrimè Phariseos est persecutus. Hyrcanum secutus est filius Alexander, et ex eo nepos Aristobulus; è quibus Alexander uno die octingentos Judæos coram se cum pellice epulante, crucifigi jussit, teste Josepho lib. 15 Antiq. cap. 22. Hos secutus videtur Herodes Ascalonita, qui proximè Aristobulo, ejusque fratri Hyrcano in principatu Judææ successit; nam et ipse plurimos Phariseos occidit, eò quod in ipsum regem jurare nollent. Mox verò contentiones hæc Phariseorum et Sadducæorum sedate sunt post exilium Archelai, filii Herodis, cùm ei suffecti fuere præsides Romani; hi enim in neutram harum sectarum partem declinârunt; ac tum utraque pars, licet opinioni suæ inhærens, conspiravit contra Christum quasi communem suum, id est, judaismi et synagoge hostem. Ita Franc. Lucas in Matth. c. 5, v. 7. Sapiens ergo optimates hæc heresi Sadducæorum (quibus similes sunt nostri Machiavellista) infectos,

ad sanam numinis fidem metumque revocare satagens, eos compellat, dicens: *Diligite justitiam qui judicatis terram; sentite de Domino in bonitate*, id est, benè, rectè et dignè; ac deinceps eis futura impiorum supplicia, et piorum præmia inculcat.

Igitur Sapiens hoc libro maximè celebrat opera sapientiæ, in tutandis protegendisque bonis et fidelibus Hebræis, ac perdendis impiis infidelibus, Deoque rebellibus, Chananæis et Ægyptiis, Pharaonis assecclis; quâ de causâ breviter hic multas Geneseos, Exodi et Numerorum historias perstringit, ac subinde nonnulla, quæ ibi tacentur supplet, ut de origine et auctore idololatriæ, c. 14, 15; de vespis, quæ misse à Deo debilitârunt Chananæos ante adventum filiorum Israel, c. 12, 8; de mannâ justis omnem saporis suavitatem varietatemque, quam desiderabant, exhibente, c. 16, 20; de larvis spectrisque, ac igne sibilisque serpentum et bestiarum percellentibus Ægyptios in nonâ plagâ Ægypti, quæ fuit densissimarum tenebrarum, c. 17, 5, 6, 9; de visionibus terrificis primogenitorum, cùm occiderent transeunte angelo, c. 18, 19. Ubi advertet auctorem hujus libri sæpè salire subito ab uno Dei miraculo ad aliud, ac subito resilire et ad prius redire, idque facit maximè ultimis libri capitibus. Idem sæpè faciunt prophætæ; hic enim liber scriptus est stylo prophetali, uti docent Patres.

Jam verò S. Hieronymus, qui auctor est Latine versionis Vulgatæ Bibliorum, exceptis Psalmis (in his enim Ecclesia retinuit versionem Septuag., utpote jam omnium ore tritam et decantatam), non videtur fuisse interpres hujus libri Sapientiæ et Ecclesiastici, quia eos non videtur habuisse canonicos; unde nec prologum eis præfigit, uti in cæteris libris à se traductis facere solet; imò passim aliter Sapientiam citat, quàm habeat nostra Vulgata, ut patet ex Comment. ejus in c. 55 Isaïæ, et in Zachar. c. 8 et 12, et alibi sæpiùs.

Denique à S. August., Cypr., Dionys. Areopag., et aliis S. Hieronymo antiquioribus, citantur sententiæ è libro Sapientiæ eodem planè modo quo nunc habentur in Vulgatâ Latinâ: illa ergo ante S. Hier. exstitit oportet. Quare planè verisimile est in Sapientiâ et Ecclesiastico retentam fuisse ab Ecclesiâ priscam versionem, quâ ipsa usa fuit ante S. Hieronymum.

Adverte: Græca hic æquè ac in Ecclesiastico sæpè incerta sunt et variant: consulenda ergo est editio Græca Romana correctæ à cardinale Caraffâ, et probata à Sixto V, ac multò magis Latina Vulgata, quæ hic purior est quàm sit Græca, ideòque Græcæ præferenda, ac habenda S. Script. authentica, uti sanxit concilium Trid. sess. 4.

Commentati sunt in Sapientiam S. Bonav., Lyranus, Hugo, Dion. Carthus., Robertus Holcot ex Ordine S. Dominici, Petrus de Alliaco cardinalis, Petrus Nannius, Hieron., Osorius, Vatabl., Isidorus Clarius, Corn. Jansenius, nostri Joannes Lorinus, et Christoph. à Castro, Gonzalvus Cervantes ex Ordine S. August. Porro Bellator Presbyter, uti refert

Robertus Holcot, scripsit in Sapientiam libros viginti quatuor. Matthæus Cantacuzenus brevia, sed insignia in Sapientiam edidit scholia, quæ ex Græco in Latinum convertit noster Bruellus.

Justification

DU SENTIMENT DE DOM CALMET

CONTRE LA CRITIQUE

DU P. HOUBIGANT ET DU P. GRIFFET,

SUR L'AUTEUR DU LIVRE DE LA SAGESSE.

(TIRÉE DE LA BIBLE DE VENGE.)

Après tout ce qui a été dit sur l'auteur du livre de la Sagesse, le père Houbigant propose une idée toute nouvelle, en combattant expressément ce que dom Calmet dit sur cette question ; en sorte que nous, qui avons adopté l'opinion de ce dernier, nous nous trouvons obligés d'examiner ici le système nouveau proposé par le père Houbigant, et de justifier celle que dom Calmet a suivie, si en effet elle ne mérite point les reproches qui lui sont faits. En finissant je répondrai aux objections qui viennent de paraître sur le même sujet, dans un ouvrage du père Griffet.

Première Partie.

Examen du sentiment du P. Houbigant, et réponses à ses objections.

Le père Houbigant commence par avancer « que ce livre est un fragment d'un plus grand ouvrage, ou que du moins il a perdu son commencement, où il devait être le titre. »

Mais on comprend assez que le titre peut manquer sans que l'ouvrage soit imparfait ; et que de ce que le titre manque, il ne s'ensuit nullement que ce soit un fragment d'un autre ouvrage. On peut remarquer que les livres mêmes de Moïse dans l'hébreu n'ont point de titre ; les noms qu'on leur donne en hébreu, ne sont que les premiers mots mêmes du livre : *בראשית*, *In principio*, pour la Genèse, et ainsi des autres. Le nom de *Genèse*, et les autres que nous attribuons à ces cinq livres, viennent des exemplaires grecs, et quoiqu'il demeure constant que ces livres dans l'hébreu n'ont point de titre, on reconnaît que rien n'y manque. Le titre même n'y manque pas, parce qu'ils n'en avaient pas besoin. Le livre de la Sagesse a donc pu de même n'avoir point de titre, ou n'en avoir point d'autre que celui qui s'y trouve dans ses exemplaires grecs : *Σοφία*, *Sapientia*, ou *Σοφία Σαλωμῶν*, ou *Σαλωμῶν*, *Sapientia Salomonis*.

« On doit regarder comme certain, dit le père Houbigant, que le nom de l'auteur n'avait point été

omis, parce que ce livre contient des prophéties, et que nous n'avons dans les livres saints aucun prophète dont le nom soit inconnu, comme on le voit par le commencement de chacun des livres des douze petits prophètes, qui sont inscrits chacun de leurs noms. Ainsi ou l'auteur y avait mis lui-même son nom, ou après lui les anciens Juifs l'y avaient mis. »

Voilà une alternative qui suffirait pour prouver que le nom de l'auteur a pu n'y être pas, puisque l'auteur a pu ne l'y pas mettre, comme en effet Moïse ne l'a pas mis à la tête de ses livres. Si David a mis le sien à la tête d'un certain nombre de psaumes, il ne l'a pas mis à tous, ni à la tête du livre ; et quand on prétendrait que les autres noms inscrits à la tête de divers psaumes en indiquent les auteurs, il serait encore vrai qu'il y en a qui n'ont aucun nom, et qui néanmoins peuvent être aussi prophétiques que ceux qui en ont. Le psaume second est assurément un des plus prophétiques ; et cependant il est sans nom ; voilà donc un prophète sans nom. Si l'on répond que ce prophète est David, nous répliquerons que néanmoins il n'y a pas mis son nom, et qu'ainsi tout autre prophète peut avoir écrit un livre prophétique sans y mettre son nom.

Mais ce savant va beaucoup plus loin. Il prétend qu'on ne doit pas croire que le livre de la Sagesse soit tout entier d'un seul et même auteur ; mais que plutôt la première partie, dans laquelle se trouvent des prophéties et des sentences presque semblables aux Proverbes de Salomon, est de Salomon même, et que la seconde partie est d'un autre auteur, peut-être de celui qui a traduit en grec la première partie, et qui aura ajouté du sien la seconde. Le père Houbigant développe ensuite sa pensée de manière qu'il en résulte que, selon lui, les neuf premiers chapitres sont de Salomon même, et les dix autres seront d'un autre auteur, ou peut-être du traducteur. Nous ne savons si ce critique a bien senti les conséquences de cette hypothèse. Elle est assurément

très-favorable aux neuf premiers chapitres; on ne pouvait en rien dire de plus avantageux, que de les attribuer à Salomon reconnu pour auteur divinement inspiré. Mais du même coup il déprime les dix derniers chapitres en les abandonnant à tel auteur que l'on voudra, et même au traducteur. Le père Houbigant sait sans doute comme nous que les traducteurs des livres saints ne sont pas réputés des hommes inspirés. Si quelques anciens ont cru que les Septante l'avaient été, c'est une prétention qui n'est pas généralement accordée; et jamais on n'a attribué cette prérogative à aucun autre traducteur. Voilà donc dix chapitres qui pourraient bien n'avoir pas été écrits par un homme inspiré. Ce n'est pas ainsi que nos pères en ont jugé; lorsqu'ils ont reçu ce livre comme divinement inspiré, ils l'ont reçu comme tel tout entier. D'ailleurs, si les prophéties contenues dans ces neuf premiers chapitres prouvent qu'ils sont véritablement d'un auteur divinement inspiré, la même preuve s'applique aux dix derniers, puisque c'est dans ces derniers chapitres que se trouve la prédiction de la ruine de l'idolâtrie. Le même Esprit a également inspiré les deux parties; et le père Houbigant va lui-même nous mettre en état de prouver que ces deux parties sont d'un seul et même auteur; car le moyen qu'il emploie pour les distinguer, est précisément celui qui prouve qu'elles ne font ensemble qu'un seul tout.

«Voici, dit-il, comment il se prouve que la première partie est de Salomon. C'est Salomon qui parle au chapitre 7, où on lit au verset 1: *Je suis un homme mortel*, et au verset 5, où il est dit: *Car il n'y a point de roi qui ait eu un autre commencement dans sa naissance*; et aux versets 17, 18, 19, 20 et 21, où l'auteur du livre raconte que par le don de Dieu, il a connu le commencement, la fin et le milieu des temps... les natures des animaux... les variétés des plantes; car, comme tout cela se tient et forme une suite, de même aussi tout cela convient au seul Salomon, dont il est dit au troisième livre des Rois qu'il a traité des diverses productions de la terre, depuis le cèdre qui est sur le mont Liban, jusqu'à l'hysope. C'est aussi le même qui parle au chapitre 8, versets 11 et 12, lorsqu'il dit: *Je paraîtrai plein de sagacité dans les jugements...; quand je me tairai, on attendra que je parle*; et au verset 14: *Je gouvernerai les peuples*. De même encore dans tout le chapitre 9, où il demande à Dieu la sagesse; car voici ce qu'il dit au verset 7: *C'est vous qui m'avez choisi pour être le roi de votre peuple*; et au verset 8: *C'est vous qui m'avez commandé de vous bâtir un temple*; et au verset 12: *Je jugerai mon peuple, et je serai digne du trône de mon père*. Il faut en dire de même du chapitre 6; car le chapitre 7, qui commence par ces mots: *Je suis aussi un homme mortel*, contient dans ce mot aussi une expression qui est la continuation de ce qui est dit au chapitre 6. Ensuite le chapitre 6, qui commence ainsi: *C'est pourquoi, rois, écoutez*, renferme aussi dans cette expression, *C'est pourquoi*,

la suite de ce qui est dit au chapitre 5. Ce chapitre 5, commençant en ces termes: *Alors le juste demeurera ferme*, marque par ce mot *alors* sa liaison avec ce qui est dit auparavant; et conséquemment il est du même auteur que le chapitre 4. Il faudra juger de même de ce chapitre 4, où il est parlé de l'immortalité de la stérilité jointe avec la vertu; car cela forme une antithèse avec ce qui est dit à la fin du chapitre 3 touchant ceux qui ont des enfants impies et qui jouissent d'une longue vie. Le chapitre 3, qui commence par ces mots: *Mais les âmes des justes sont dans les mains de Dieu*, offre dans ce mot *mais*, une opposition avec ce qui précède dans le chapitre 2 touchant les impies qui n'espèrent point qu'il y ait aucune récompense pour la vertu. Enfin le chapitre 2, qui commence de cette manière: *Car ils ont dit en eux-mêmes, en s'égarant dans leurs pensées*, montre dans ce *car* une liaison avec ce qui est dit au chapitre 1. C'est pourquoi il est nécessaire que si c'est Salomon qui parle aux chapitres 7, 8 et 9, ce soit aussi lui qui parle dans les chapitres précédents, et qu'ainsi ces neuf chapitres soient de Salomon même. Cette induction est pour nous si évidente, que dès lors il nous semble qu'on ne doit plus blâmer ni les anciens Grecs qui ont intitulé ce livre: *Sagesse de Salomon*, ni les anciens Pères de l'Eglise qui ont attribué ce livre à Salomon, quoiqu'ils n'aient point usé du discernement de la critique, pour voir que l'autre partie était d'un auteur différent de Salomon.»

C'est sans doute sur ces mots, *le sceptre de la royauté*, que vous fondez votre reproche. Mais qui ne voit que ces termes n'ont point le sens absurde qu'il vous plaît de leur prêter? Personne que vous n'y est trompé. On sent d'abord qu'il serait déraisonnable de prendre à la lettre des expressions figurées, qu'il ne s'agit ici que du pouvoir d'un ministre accrédité, dépositaire de la confiance et de l'autorité de son souverain; et que ce serait se rendre ridicule d'attribuer, sur un fondement si faible, à un auteur qui d'ailleurs paraît instruit, une ignorance grossière, qu'on ne peut supposer, je ne dis pas dans *le fils de Sirach*, ni dans *Philon*, mais dans le dernier des Juifs.

Si, prenant de même au pied de la lettre quelques expressions fortes dont vous usez en parlant du cardinal de Richelieu, on vous reprochait d'en faire un roi de France; si l'on en concluait que vous connaissez peu l'histoire de votre pays, ou que votre patrie n'avait point d'annales avant Louis XV, de pareils raisonnements vous paraîtraient-ils dignes d'entrer dans un ouvrage philosophique? et ne croiriez-vous pas faire grâce au raisonneur de ne le supposer que distrait? Certes, monsieur, de tels raisonnements ne seraient pas de simples méprises; ce serait quelque chose de plus que des méprises.

populo tuo, et dixisti me edificare templum domus tuo, etc. Quod vero de Philone styli Græci auctori dicitur, tametsi Hieronymus id videtur de illo intellexisse Alexandrino, de quo propter eloquentiæ similitudinem vulgo locebatur (teste eodem Hieronymo et Suida), vel Plato philonizet, vel Philo platonizat, hoc tamen difficultatem habet, tum quod Dionysius Areopagita illi pene coarctatus ex hoc lib. testimonium citat, de divinis nominibus, c. 4, tum quod ipse apostolus Paulus nonnunquam ad hujus libri phrasas alludere videatur, ut perspicuum est ex cap. 11 ad Rom. 54, et 11 ad Hebr. 5, collatis ad capitis hujus 9 vers. 17, et 4, vers. 10. Neque etiam recte intellexeris de illo Philone summi nominis historico Græco, Septuaginta Interpretibus coarctato: hunc enim Josephus Ethnicum fuisse, neque Scripturas legisse, testatur lib. 2 contra Appionem; neque rursùm de Philone illo Biblio (si tamen alius est ab illo qui sequitur) qui Saroniatonensis scriptoris antiquissimi historiam ex Phœnicum linguâ in Græcum convertit; sed si cui Philoni stylus ascribendus est, erat alius Philo senior, dictus Judæus, atque unus Septuaginta Interpretum, ut nonnulli arbitrantur, quos multos alios libros præter vulgarem illum Hebræorum canonem ad Ptolomæum detulisse volunt (1). Ex quo patet adhuc

(1) Grotius Præfat. Sap. Opus esse Judæi creditur, Hebræicè scriptum post Esdræ ætatem, et ante Simonem summum sacerdotem; quare libro Ecclesiastici, quem ordine præcedit, vetustius arbitratur. Versionis in Græcum auctorem fuisse credit Christianum aliquem in eadem linguâ exercitatissimum, à quo liberius redditum opus, absque eo quod verbis originalis serviret; hinc, ait, nonnulla è medio Christianismo in librum derivata sunt. Hinc referenda que de judicio supremo justorum impiorumque, pro meritis in retributione, in eo libro disertius quam in aliis quibuscumque Hebræorum exprimitur.

De hoc Grotii systemate universo nullam proferre possumus satis firmam conjecturam. Opus enim Hebræicè scriptum fuisse nonnisi divinando assereremus, cum veteres omnes quæ Judæos, quæ Christianos eâ linguâ scriptum latuerit. Porrò si quod unquam fuisset, Judæi ne commisissent ut periret? Nullum Hebræismi vel sermonis ejusdem exotici vestigium in versione Græcâ apparet. Christiana autem dogmata, quæ in versionem irrepisse Grotius autumnavit, reperiunt etiam in libris Machabeorum, in Philone, eorumque pars etiam apud Platonem legitur. Namque in Machab. lib. 1, cap. 6 et 7, in Eccli. 18, et 24, 51, 52, et 51, 10, etc., in Philone in locis supra laudatis, testimonia legitimus disertissima de vitâ justorum aternâ, quemadmodum et aternis impiorum suppli-

diis, quæ cum Græcæ lingue tradidit, Hebræicam vulgarem exempli jam inde saltem ab Hieronymi ætate noscitur inventum est (1).

De argumentis libri Sapientiar.

Argumentum libri breviter indicat Augustinus epist. 170, ubi eum librum charactera Sapientie vocat; totus enim in eo versatur, ut præmissa generali ad Sapientiam exhortatione, retutatisque insipientium argumentis, atque inipientiæ aditus incommo- dis. Sapientie emolumenta, pretium, adipiscendi methodum, effectus mirabiles, tum erga privatas personas, tum erga populum universum, sive puniendo, sive remunerando declarat, ita tamen ut ab increata Sapientiâ ad creatam ejus imaginem, quam inspirat ammatibus artis, subinde delabatur: hinc non immerito ab Epiphano lib. de Ponderibus et Mensuris *παραρρητικῶν*, quasi omnis virtutis amariuum liber nominatus est: **cujus virtutis auctorem Christum Dominum, ejusque vitam et passionem evidentissimè c. 2 prophetando prædicat.** Si quis tamen velit hunc librum à cæteris morali- bus Salomonis libris peculiari notâ distinguere, Sapientia judices et rerum domnos, Proverbia filios ac domesticos, Ecclesiasticus populum universum instituit.

ciis. An igitur propterea recensita à Christianis opera illa suspicabimur? Vivida illa justi pictura, persecutionibus et edummiis afflicti, ac tandem violentâ morte oppressi, nonne etiam à Platone de Republ. lib. 2 exhibetur, ex quo in Ciceronem de Republ. lib. 5, et Senecam (Apud Lact. lib. 6, c. 17, ex Senec. lib. Morib. Philos.), derivatum scimus? Scitum est etiam quantum veteres Græci ipsique Judæi scriptores doctrine hujus philosophi studerent; nec abs re prorsus suspicaremur, operis hujusque scriptorem consecrandam duxisse hanc de viro justo ideam, latiusque explicandam in opere hoc divino suscepisse, assertâ in hunc modum è captivitate, quâ apud Paganos tenebatur, in libertatem veritate. Ita S. Paulus conceptus interdum, et verba ipsa profanorum auctorum consecravit (Tit. 1, 12).

Ad ætatem accuratè definiendam desunt argumenta: id solum patet, Hebræos ævo auctoris philosophiam Græcam apprime novisse; liber igitur Sapientie, desinente seculo vel incœnante primo seculo ante Christum, scriptus esse videtur. Loca, quæ regibus sapientiam suadent, et persecutiones filii vel amici Dei (populi Judæorum) commemorant, videntur ætatem Antiochi Epiphani innuere. Qui librum in tempora post Christum removerunt, nihil protulerunt quod retributionem mereatur. (Rosemuller.)

(1) Textus Hebræicus quem R. Mose Ben Nachman vidit, non erat nisi versio Syriaca characteribus Hebræicis scripta. (Rosemuller.)

IN LIBRUM SAPIENTIÆ COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Diligite justitiam, qui judicatis terram; sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum;

CHAPITRE PREMIER.

1. Aimez la justice, vous qui êtes les juges de la terre; ayez du Seigneur des sentiments dignes de lui, et cherchez-le avec un cœur simple;

2. Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum.

5. Perversæ enim cogitationes separant à Deo; probata autem virtus corripit insipientes.

4. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditi peccatis.

5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur à superveniente iniquitate.

6. Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledicum à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ ejus auditor.

7. Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.

8. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium.

9. In cogitationibus enim impii interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius:

10. Quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur.

11. Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, et à detractatione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit; os autem quod mentitur, occidit animam.

12. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.

13. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.

14. Creavit enim, ut essent, omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarum: et non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terrâ.

15. Justitia enim perpetua est, et immortalis.

16. Impii autem manibus et verbis accersierunt illam: et æstimantes illam amicam, defluerunt, et sponiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

2. Parce que ceux qui ne le tentent point le trouvent; et il se fait connaître à ceux qui ont confiance en lui;

5. Car les pensées corrompues séparent de Dieu; et sa puissance éprouvée convainc les fous.

4. Aussi la sagesse n'entrera-t-elle point dans une âme maligne, et elle n'habitera point dans un corps assujéti au péché;

5. Parce que l'Esprit saint qui enseigne toute science fuit le déguisement, il se retire des pensées qui sont sans intelligence; et l'iniquité survenant, il se retire;

6. Car l'esprit de sagesse est plein de bonté; et il ne sauvera pas le médisant de la peine due à ses lèvres; parce que Dieu est témoin des pensées de ses reus, il pénètre véritablement le fond de son cœur, et entend les paroles de sa langue;

7. Car l'esprit du Seigneur remplit l'univers, et comme il contient tout, il connaît aussi tout ce qui se dit.

8. C'est pourquoi celui qui prononce des paroles d'iniquité ne peut se cacher devant lui, et il n'échappera point au jugement qui doit tout punir;

9. Car l'impie sera interrogé sur ses pensées; et ses discours iront jusqu'à Dieu, qui les entendra pour le punir de son iniquité;

10. Parce que l'oreille jalouse de Dieu entend tout; et le tumulte des murmures secrets ne lui sera point caché.

11. Gardez-vous donc des murmures, qui ne peuvent servir de rien; et ne souillez point votre langue par la médisance; parce que la parole la plus secrète ne sera point impunie, et que la bouche qui ment tuera l'âme.

12. Cessez de chercher la mort avec tant d'ardeur dans les égarements de votre vie; et n'employez pas les travaux de vos mains à acquérir votre perte;

13. Car Dieu n'a point fait la mort, et il ne se réjouit point de la perte des vivants.

14. Il a tout créé pour subsister. Toutes les créatures étaient saines dans leur origine; il n'y avait en elles rien de contagieux ni de mortel; et le règne des enfers n'était point alors sur la terre;

15. Car la justice est stable et immortelle.

16. Mais les méchants ont appelé la mort à eux par leurs œuvres et par leurs paroles; et la croyant amie, ils en ont été consumés; ils ont fait alliance avec elle, parce qu'ils étaient dignes d'une telle société.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *DILIGITE JUSTITIAM, QUI JUDICATIS TERRAM.* Meritò à dilectione justitiæ exorditur Sapientia; nam, ut est Ecclesiastici 1: *Concupiscens Sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit eam tibi.* Quare cum omnibus hominibus initium vitæ bonæ sit facere justitiam, quantò magis regibus populorumque rectoribus hoc inculcandum est: quorum regna, remotà justitiâ, quid sunt nisi magna latrocinia, ut ait Aug. 4 de Civit. Dei, c. 4. Parùm est autem tenere justitiam, nisi etiam diligas; qui enim tenent, tenent; qui autem diligunt, zelantur, inquit Bernardus lib. 2 de Consideratione, c. 2. *SENTE DE DOMINO IN BONITATE,* hoc est, benè, Hebraismo, ita ut sanam orthodoxamque de Deo atque ejus providentiâ sententiam teneatis, memores non hominis vos exercere judicium, sed Domini inspectoris, ut monebat Josaphat 2 Paral.

19. *ET IN SIMPLICITATE CORDIS QUÆRITE ILLUM,* hoc est, simpliciter, sincerè et ex animo, sine diffidentiâ potentia, vel bonitatis eum invocando, sine fictione operando. Caret autem merito simplicitatis omne quod arte elicium et fraude compositum est, inquit Ambr. 5 Offic. c. 9. *QUANQUÀM* Hebr. *tom*, id est, simplicitas, innumeris Scripturæ locis quamlibet vitæ integritatem et perfectionem significet (1).

(1) *Diligite justitiam, qui judicatis terram.* Principes, monarchas, judices scriptor alloquitur; propria enim regum procerumque virtus est sapientia. Ut illos suis institutionibus morigeros faciat, tria postulat: 1^o ut justitiam ament; 2^o ut ea quæ de Deo sentiunt, ex veritatis legibus moderentur; 3^o ut Deum integrâ animi sinceritate bonâque fide querant. Hæc si absint, inutile prosum studium erit illos ad sapientiæ amorem hortari; nunquam enim Deus sapientiam largitur homini qui peccato incitur, qui iniqua de Deo

VERS. 2. — QUONIAM INVENITUR AB HIS QUI NON TENTANT ILLUM. Tentant Deum hypocrite, ut Christum Pharisei : qui quamvis ardentur, non tamen in simplicitate, sed duplicitate cordis quærebant Deum, dubitantes de Christi, vel potentia in signis quærendis, vel misericordiâ circa adulteram, vel sapientiâ circa resurrectionem; unde audire meruerunt: *Quæretis me, et non invenietis*. APPARET AUTEM IIS, clarius innotescendo, QUI FIDEM HABENT IN ILLUM. Græca habent, non *diffidentibus*, vel etiam ut respondeat priori parti, non *incredulis Deo*; fides enim, ut ait Augustinus, lib. 50 Homiliarum, homil. 25, est gradus intelligendi; intellectus autem meritum fidei (1).

sentit, qui dolos et fraudes amat. Hæc sunt quæ primo capite continentur; eademque in sequentibus, usque ad sextum, tusiùs explicantur. Quamobrem priora quinque capita totius libri præfatio habenda sunt.

Sentite de Domino in bonitate. De divinâ bonitate confidite, ac spem habete fore ut vobis sapientiam adipisci conantibus laveat. Vel: Illius voces animo sincero, miti, æquo excipite. Vel denique: Quæ justa et vera sunt, de Deo sentite. Quod æquum est, de Deo cogitate: justum esse, bonum, clementem, omnipotentem, omnia videntem, omnia moderantem, credite. Aptissima omnium hæc explicatio videtur. Hæc phrasis: *Sentite de Domino in bonitate*, Hebraica est, pro, *Bene sentite de Deo*. Qui animum, totiusque vitæ institutum moderari cupit, priùs mentem et cognitionem dirigat necesse est. (Calmet.)

Bene *sentite de Domino*, ne eum credatis injustitiæ factorem; sic enim fiet ut integro corde illum requiratis. (Clarius.)

In simplicitate cordis quærite illum, sincero animo, sine dolo et fraude. Ne vobis falsò blandiamini futurum ut aut illum fallere, aut vosmetipsos illius cognitioni subducere, aut illius amicitiam simulatis officiis studioque minime sincero comparare possitis. Mendacium ac dolum summoperè Deus odit; nihilque illum magis offendit, quàm cum simulatâ sollicitudine quæritur; id enim perinde est ac si erroris capacem putes, atque infinitæ illius sapientiæ illudas. (Calmet.)

(1) *Invenitur ab his qui non tentant illum*. Neminem fugit Deus, nunquàm non paratus sese illis obvium dare, à quibus ita quæritur, uti oportet, *in simplicitate cordis*. At qui Deum tentant, deque ipsius potentia aut sapientiâ dubitant, ac duplici simulatoque animo, et dubiâ incertaque voluntate ipsum quærunt, quasi periculum facturi, utrùm Deus is sit qui communi hominum opinione prædicatur, et jungi cum Dei servitute amor iniquitatis queat: hi nunquàm perfectò Deum invenient. Non rarò convenere Christum Judæi; at cum ipsum tentaturi convenirent, ipse illos fugit. (Calmet.)

Tentare Deum (quod sæpè vetitum in Scripturis) nihil aliud est quàm diffidere Deo, nec verbis ejus, aut benignitati satis credere, nisi signa et prodigia, non suâ voluntate, sed nostro arbitrio faciat; quod est contrarium ei quod subditur: *Apparet autem eis qui fidem habent in illum*. (Bossuet.)

Apparet autem eis qui fidem habent in illum. Qui ea de ipso sentiunt, quæ opus est, illique penitus fidem habent. Græcus ad verbum: *Apparet autem eis qui non diffidunt ipsi*. Hoc idem superius dixerat: *Invenitur ab his qui non tentant illum*. Arguunt Hebræos propheta quòd in solitudine Deum frequenter tentaverint; scilicet fiducia illius promissionibus debite defuerint, sese divinæ providentiæ penitus non crediderint, prodigia frequentissimè postulaverint, quibus ipsorum pervicacitas superaretur. Nihil certe Deo ingratus accedere poterat; eodem enim tempore illius sapientia et misericordiâ impugnabantur. Fierine unquàm

VERS. 3. — PERVERSÆ ENIM COGITATIONES, quibus vel de Deo male sentitur, vel Deus non simpliciter quæritur, SEPARANT A DEO; PROBATA AUTEM VIRTUS, Græce, non est VIRTUS VILIO OPPSITA, quas illa multum probata atque exercita eo usque proficiat, ut corripiat peccatores; sed est virtus sive potentia Dei, nempe quæ multis providentiæ operibus comprobata corrumpit insipientis, id est, castigat et punit, imò et arguit eos qui pravis de Deo opinionibus imbuti sunt, latuos esse, dum potentiam ejus insipientiæ suæ ultricem expetiri coguntur (1).

potest ut misericordiâ aut viribus destituatur, cum ìi, qui fidem illi habent, opem postulant? (Calmet.)

(1) PERVERSÆ (Maliçus, *difficiles et perversas*) ENIM COGITATIONES SEPARANT (SMUS, *clonquant*; *Avallik*, *alienationem faciunt*) A DEO; PROBATA AUTEM VIRTUS CORRIPIT INSIPIENTIS. Pro *perversas cogitationes*, græcè est *αὐτὰρ ἀπὸ πρᾶξαι*, id est, tortuosi, perplexi, flexuosi, incurvi, distorti, iniqui, pravi, versuti, maligni, discursus, cogitationes, ratiocinationes, sensus, vel etiam machinationes; opponit enim *sentire de Deo in bonitate*, perversas de Deo cogitationes et sensus; q. d.: Sicut boni rectique de Deo sensus hominem conjungunt Deo, sic pravi et distorti de eo ejusque providentiâ sensus, cogitationes et opiniones hominem ab eodem avellunt et separant, ac consequenter separant à verâ religione, justitiâ et virtute. Idem faciunt cogitationes et machinationes rectorum impiorum, quibus contra jus et fas mirâ calliditate excogitant modos congerendi opes, suosque status augendi, cum damno subditorum, imò cum jacturâ fidei et religionis, quales sunt cogitationes politicorum, qui religionem faciunt subservire politiæ et regno. Unde S. Julius Pontif. epistolâ increpatoriâ ad episcopos orientales, quæ habetur tom. 4 Concilii: « Recordamini, inquit, Sapientiam, quæ ait: *Perversæ enim cogitationes separant (homines) à Deo* (quantò magis opera iniqua?) *probatâ autem virtus portat, protegit et consolatur oppressos, et docet insipientes.* » Succidi verba Julii, quia proluxiora.

Rursùm, quævis aliæ pravae cogitationes, v. g., de rapiendo, fornicando, calumniando, occidendo, separant hominem à bonitate, virtute et lege, ac consequenter ab earum auctore et tutore Deo. Unde S. Bern. serm. 3 de Spiritu sancto: « Quia, inquit, perversæ et immundæ cogitationes separant à Deo, corandum est, ut cor mundum creetur in nobis: quod utique fiet, si Spiritus divinus fuerit in visceribus nostris, in nobis et erga nos sanctus, erga proximos rectus, erga Deum principalis. » Psal. 50, 12, 15, 14. Præclare S. August. in Psal. 65, ad illa: *Defecerunt scrutantes scrutatio*: « Vide, aut, quid contingat anima male: recedit à luce veritatis, et quia ipsa non videt Deum, putat se non videri a Deo; sic et isti recedendo ierunt in tenebras, ut ipsi non viderent Deum, et dixerunt: Quis nos videt? »

Sub cogitationibus intellige volitiones; nuda enim cogitatio prava, si non sit voluta, non separat à Deo; sed si voluntas ei acquiescat vel expressè vel tacitè, separat à Deo. Certum enim est cogitationes, quæ rationis advertentiam et volentis consensum præveniunt, quales sunt motus primò primi, non esse peccata; nil autem separat à Deo, nisi peccatum. Porro cogitationes, nisi illicò, cum earum inhonestas et turpitudine à ratione advertitur, abiguntur, incipiunt placere voluntati, eamque deducunt ad delectationem morosam, quæ si in materia graviter vetitâ versetur, est peccatum mortale. Cogitationes pravae ergo sunt quasi scintille, quæ nisi statim extinguantur, cupiditatis ignem, et tandem ingens incendium excitant. Ad hæc, cogitationes easdem sunt velut gemmæ, sive hæcæ arborum primò germinantium, quæ dum aperiuntur, pariunt flores pravarum voluntatum quæ tandem vers-

VERS. 4.—QUONIAM IN MALEVOLAM ANIMAM, id est, malam et vafram, dolis malisque artibus utentem,

tuntur in fructus pravorum operum. Sicut vice versâ bonæ cogitationes sunt gemmæ, ex quibus prodeunt flores bonorum desideriorum, et fructus bonorum operum, uti docet S. Chrysost. homil. 59 in illud Matth. c. 21, 19: *Videns arborem fici, nihil invenit in eâ nisi folia tantum.* Summè ergo invigilandum est cogitationibus, æque, si pravæ deprehendantur, illicò ad petram legis divinæ allidendæ et elidendæ sunt, juxta illud:

*Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.*

Hinc de fide est, non solum opus externum, v. g., fornicationem, calumniam, homicidium, sed et internam eorum cogitationem ac volitionem esse peccatum mortiferum, uti contra Judæorum sensum docet Ecclesia, et satis insinuat Christus Matth. 5, 22 et 28.

Hinc infert S. Chrysost. peccatum secum afferre summam penam, scilicet separationem à Deo. Audi eum homil. 6 ad Popul.: «Magnum supplicium est peccare, etiamsi non puniamur; *peccata enim nos à Deo separant*, Sapient. 1; pœnæ verò nos ad Deum perducunt. Si quis vulnus habeat, quid timere dignum est, saniem, an medici sectionem? ferrum, an ulceris populationem? peccatum, sanies est; pœna, ferrum medicinale: sicut enim saniem habens, et si non secatur, malè habet; et cum non secatur, tunc est in majoribus malis; ita peccans, etiamsi non puniatur, omnium est miserrimus, et tunc maximè miser, cum non punitur, et grave nichil patitur.»

PROBATA (ARABICUS, *exquisita*) AUTEM VIRTUS CORRIPIT INSPIENTES. SYRUS, *redarguit contemnentis.* Virtus hic non moralis, sed physica intelligitur, puta potentia, robor et vis agendi: hanc enim significat Græcum *δύναμις*, quod multos interpretes græcè ignorantes fefellit, qui per virtutem accipiunt honestatem et probitatem; unde sic exponunt q. d.: Virtus hanc habet vim in eo qui illà præditus est, ut eum faciat aptum ad corripiendum insipientes, qui per ignorantiam vel infirmitatem peccant. Ita Lyranus et Dionysius. Aut q. d.: Fides est quæ à mente aufert insipientiam. Ita Holcot et Hugo. Verùm græcè est *δύναμις*, id est, potentia, non virtus ethica, ut dixi.

Sensus ergo est, q. d.: Virtus, id est, potentia Dei per multos suos actus et effectus probata, corripit et castigat insipientes, qui pravè de Deo sentiebant, perversasque de eo cogitationes conceperant; q. d.: Rectores, iudices et quivis, qui insipienter de Deo sentiebant, ejusque providentiam et vindictam negabant, dum vident, vel considerant præteritos vel præsentis effectus divinæ potentie et providentie, quibus injustos et impios castigavit vel castigat; hoc argumento et hæc experientia adeò probatà convicti, possunt debentque agnoscere suum sensum et errorem; ac reipsà sæpe vel invidi, vel sponsè cedentes eundem agnoscunt et corrigunt. Ita Bonaventura, Vatablus, Clarius, Jansenius et alii. Alludit Sapiens ad illud Psal. 52, 10: *Domini dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, etc.; consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.*

Accedit Osorius, qui explicat de virtute et potentia, non Dei, sed rectorum et judicum; q. d.: Dum ipsa potentia rectorum à Deo probatur, immittitur, aufertur; tunc reipsà ipsi corripiuntur et convincuntur, ut negare non possint se insipientes de Deo habuisse opinionem ac perversas cogitationes et sensus. Unde Vatablus et Guarinus vertunt, *potentia dum tentatur, arguit insipientes.*

Verùm meliùs accipias de virtute, id est, potentia, non iudicum, sed Dei; hæc enim castigat et corripit insipientes. Igitur sicut puer protervus non timet matris minas nec servus heri, nec discipulus magistri:

NON INTROIBIT SAPIENTIA, quia cum simplicibus sermoneinatio ejus; NEC HABITABIT IN CORPORE SUBDITO PECCATIS, id est, homine obnoxio peccatis. Corpus tamen, non hominem, nominat, eò quòd corporis vitiis, præ cæteris libidine ac temulentia, ita hebescat et obbrutescat anima, ut cæca et hærens terræ ad illucescentes subinde scintillulas divinæ sapientie penè horrore concutiat. Unde quibusdam Venus, quasi *ὁ φανωός* dicta videtur. Quanquàm Græcè est singulari numero *peccato*: quo nomine sanctus Paulus concupiscentiam solet appellare, cui qui dominantì subditus et obnoxius est, multum est remotus ab inhabitatione sapientie (1).

VERS. 5.—SPIRITUS ENIM SANCTUS DISCIPLINÆ, auctor scilicet et doctor, EFFUGIET FICTUM, hoc est, detestabitur et abhorrebit fictionem, seu dolum, ut est Græcè; simulatio enim et omne mendacium degeneris abjectique animi signum est, multumque perniciosum. Fictionis autem, doli et fallacie nomine, quam spiritus disciplinæ fugit, etiam illa omninò ars habenda est, quæ alienis à proposito interpretationibus, sua dicta, quasi simpliciter prolata nonnulli exponunt et

cogitat enim minas esse minas, hoc est, esse verba, quæ aerem, non verbera, quæ carnem feriant; cogitat enim matrem esse matrem, ideòque vel non velle, vel non posse, castigare filium adeò dilectum et validum; at dum mater verba vertit in verbera, et virga pulsat pueri dorsum, tunc probat illi suam virtutem, ac puer cogitationem et sensum, quem habebat de matris minis, deponit corrigitque suum errorem et insipientiam; eodem prorsus modo rectores, iudices et quivis impii, dum audiunt doctorum et concionatorum minas de Dei vindicta, non curant, imò rident; cogitant enim Deum, vel non scire, vel non curare res humanas; aut se suos status ita stabilivisse, ut ab iis, ne à Deo quidem dejecti possint; at dum de facto iis excidunt, aut similem Dei vindictam in se vel aliis probant et sentiunt; tunc priores suos perversos λογισμοίς, id est, discursus, cogitationes et sensus corrigunt, ac vel inviti de Deo Deique providentiâ et vindictâ rectè sentire incipiunt. Dei ergo potentia potensque vindicta corrigi insipientes, id est, impios, à suis pravis opinionibus, quibus vel impotentiam vel incuriam rerum humanarum Deo ascribunt, cum scilicet contrariam ejus potentiam et adram vindictamque cum suo dolore et damno experiuntur. Hoc est quod vulgò dicitur: Stulti non credunt Sanctis, donec faciant miracula: hinc præ cæteris credunt S. Antonio, quia crebrò potentem ejus manum, ignemque sacrum ab eo incredulis immissum persentiscunt.

Paulò aliter explicat Cantacuzenus, q. d.: Curiosæ quæstiones deviant à Deo: quare dum curiosi temerè Dei potentiam tentant et scrutantur, hæc curiositate lædunt aciem mentis, produntque suam demerentiam: *Scrutator enim majestatis opprimitur à gloria*, Prov. 25, 27.

(1) *Quoniam malevolam animam non introibit sapientia.* Sic enim insipientes, id est, impii, declarantur, dum illis sapientia non datur. Sapientia autem hic appellatur non illa mundana, quæ prudentiores sunt filii hujus sæculi, Luc. 16, 8; sed illa divina et spiritalis, quam qui habet omnia iudicat, 1 Cor. 2, 15, quam jubemur à Deo postulare, quia donum ejus est, Jacob. 1, 5. Est autem Græcè, *in animam maliquam*, id est, non simplicem, sed malum semper machinantem. *Neque habitabit in corpore subdito peccatis*, Græcè, *peccati rea*. Hinc enim et ex aliis hujusmodi locis distinctio illa actus et reatus, colligitur (Maldonatus.)

pechant, de qua Tertull. lib. 4 contra Marcionem, c. 78. Justa, inquit, et digna prescriptio est, in omni questione, ad propositum interrogatorem pertinere debere sensum responsionis. Ceterum aliud consulenti aliud respondere deinde est, non ergo Christi erit, quod ne hominis quidem est. Et *verbera* sive *correctiva* *verbera* que sunt *verbera* intellectus, hoc est, tamis et impudendum; quia sapientia habitat in consilio, et nullius interest cogitationibus, suggerens eas ac promovens. Porro cogitationis nomine intelliguntur tunc potissimum que junctum habent animi consensum; nam, ut August. de gesus Pelagii, c. 4, cogitatio que culpam contrahit, et metum prohibetur, consensione non caret. Et *corripitur* a superveniente iniquitate, nempe Spiritus sanctus. Est metalepsis: fingitur nempe et contristatus discedet, sicut corrupti adeoque improprio affecti solent. Aug. tamen contra Adimantum, c. 6, mavult hominem corripit, seu puniri a superveniente sibi iniquitate, cum recesserit ab eo Spiritus sanctus. Nam et poena, quam patitur peccator nolens, et peccata subsequencia, que facit volens, precedentis iniquitatis poena et correctio sunt (1).

(1) *Sanctus disciplinae*, pro, sanctæ disciplinae; seu à quo est omnis disciplina. Fictum, id est, fictionem. *Sine intellectu*, id est, insipientes. *Corripitur*, scilicet quod fictum est, vel secundum Augustinum homo. *A superveniente iniquitate*, q. d., tum deprehenditur fictio, cum supervenit iniquitas. Quidam intelligunt Spiritum sanctum, velut corruptum et puisum ab iniquitate recedere ab homine. (Emmanuel Sa.)

Non-seulement le Saint-Esprit n'habite point dans les âmes dont les péchés sont sensibles et comme palpables : mais il fuit encore particulièrement, dit saint Bernard, celles qui semblent user avec lui de dissimulation et d'artifice, quoique cet artifice soit plutôtôt dans la corruption de leur cœur que dans la pureté de leur esprit. Car il y a des âmes, ajoute ce Saint, qui sont déguisées non-seulement à Dieu et aux hommes, mais à elles-mêmes, par un jugement de Dieu, qui est terrible et très-équitable. Ces personnes, dit-il, dissimulent avec Dieu, et Dieu dissimule avec elles. Elles se déguisent à lui, et il se déguise à elles. Car n'est-ce pas, ajoute-il, un déguisement et une fiction exécrable, que de trancher les branches et les feuilles du péché, et d'en entretenir la racine au fond de son âme? N'est-ce pas là vouloir recevoir le Saint-Esprit dans un sépulchre blanchi, lorsque l'on garde exactement toutes les apparences extérieures de la vertu, et tout ce qui attire de l'estime, et que l'on nourrit en même-temps dans son cœur une secrète complaisance en soi-même, un mépris des fables, et une jalousie imperceptible contre ceux dont la piété est reconnue de Dieu et des hommes. ?

Le Saint-Esprit fuit de ces âmes. *Il se retire de toutes les pensées sans intelligence*, c'est-à-dire, de toutes les pensées humaines qui ne sont point réglées par la vérité de Dieu, et par la lumière de la foi.

L'iniquité survenant le hantit de l'âme. Non-seulement le Saint-Esprit n'entre point dans l'âme des méchants; mais après même qu'il est entré dans l'âme d'un juste, et qu'il l'a sanctifiée par sa présence, si l'âme tombe dans un de ces péchés qui font perdre la grâce, son péché bannit le Saint-Esprit de son cœur; et il devient l'esclave du démon, au lieu qu'il était auparavant le temple de Dieu. Les tantes noires legeres *attristent* le Saint-Esprit, selon S. Paul, et les grandes l'extinguent. *Spiritum nobilitate extinguere*.

(Sacy.)

VERS. 6. — *Et quies est enim spiritus sapientie*. *Etiam non recellit consensum, sed continuat sermonem, ut quiescit, quæ, sicut in Scripturis, Græce est εἰρήνη*. Id est, homo amans et humilis, ut legit August. de *moribus*, cap. 16, id est, que non turbant mentem a virtutibus suis, id est, quia Deus in homines benignus est, non sine impunitum committere a labis suis, sive propter ea peccata que labis malefaciendo, vel detrahendo, commisit. Benignitatis ergo divina est poena nocentium, ut patet ex qua multis contigit et Deo dicitur: *Castiga te me, et eruditus sum*; quorum si non auangeretur curia, crudelis esset benignitas, quia uni noxio cum damno plurimum proferatur. *Quoniam renum illius testis est Deus*. Instrumenta ponuntur hic tanquam indicia operationum; que si venimus distinguere, *renes* significant appetitiones occultissimas ac desideria, eo quod in renibus vigeant; *cor* indicat cogitationes; *lingua*, sermones. Quanquam his omnibus tantum accurate arcuatorum secretissimorum scientia Deo tribuatur, hinc alibi eodem sensu dicitur: *Scrutans corda et renes Deus*. Et *corbis illius scrutator*, Græce, ἐπινοητής, id est, inspector et speculator; scrutatio enim cordium, renum et profundorum Dei, Spiritui sancto tributa, non ignorantis indagacionem, sed scientis comprehensionem significat, ut exponit Basil. lib. 5 contra Eunomium (1).

VERS. 7. — *Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum*: Spiritum sanctum tertiam personam significat, ex cujus immensitate hic indicat, divinitatem ejus probant Origenes lib. 7 in cap. 9 ad Rom. Athanas. Epist. ad Serapionem, et alii. Augustinus tamen spiritum Domini intellexit Deum ipsum, qui spiritus est, lib. 5 contra Maximinum, cap. 21. Simili prorsus modo Psaltes Dei omniscientiam ex ejus immensitate probat: *Quò ibo à spiritu tuo?* etc. Et hoc quod continet omnia. Phasis Græca servata est, ubi *πνεῦμα* est

(1) Græcè pro *benignus* est humanus et hominum amator, et pro *maledicum* est contumeliosum maxime in Deum. Et quod dicitur, *non liberabit, sonat, non impium habebit*. Sensus ergo est: Spiritus sapienter amans benignitatis et humanitatis, et proinde non sine impunitum hominem maledicum et blasphemum, impiè in Deum et sanctos ejus loquentem; quin gravissimè in eum vindicabit. Id enim significat illa negatio, *non habebit impium*, dum minus dicitur et plus intelligitur; sic Psal. 50: *Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies*, quasi dicat: Tale cor gratissimum tibi est super omnia sacrificia et holocausta et cetera, que nunquam tibi ab homine offerri possunt. (Justin.)

Il mans est enim Spiritus sapientie. Hebræis, pro ad sapientiam eruditionem. *Neque enim qui in te loquitur, sed qui in interioribus ipsis liberavit*. Ad verb.: *Neque innocentem habebit blasphemiam à labis ejus*, id est, blasphemum, in Deum contumeliosum, et loquentem ea quibus gloria Dei violatur, non remittet impunitum propter blasphemias ab eo prolatas. *Renum ejus testis*. Alibi, *scrutator renum*, hoc est, cogitationum internarum occultarumque dicitur, Psal. 7, 10, sicut etiam *expator cordis*; omnia enim sunt nuda et aperta oculis Dei, Hebr. 4, 15. *Etiam quæ lingua ejus profertur*, ad verb.: *Lingua amator*. Metonymia est quæ instrumentum pro re ipsa, lingua pro voce orationeque accipitur, sive pro iis que lingua profertur. (Kudvellus.)

neutrum : clariùs ergò Latinè dicemus : *Et hic qui continet omnia*, ut legit Augustinus in Speculo. Similes græcismos servatos videre licet Apocal. 11 : *Duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes*; et cap. 19 : *Accipe librum, et in ore tuo erit dulce*. Hoc ergò quod continet omnia, id est, spiritus omnia conservans ac fovens, scientiam habet vocis, omnium scilicet eorum quæ dicuntur et cogitantur. Malè proinde quidam, per hoc quod continet omnia, intelligunt ipsum universum, eò quòd scientiam vocis, seu vocalem habeat, quia cæli enarrant gloriam Dei, etc., alii hominem ipsum qui omnes alias continet creaturas : statim enim subjungitur (1) :

VERS. 8. — PROPTER HOC QUI LOQUITUR INIQUA, etc. NEC PRÆFERRET ILLUM CORRIPENS JUDICIUM. Hoc est, iudicium Dei arguens et castigans hominem, non sinet maledicum inultum præterire (2).

VERS. 9. — IN COGITATIONIBUS ENIM IMPII INTERRO-

(1) *Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Sicut hominis spiritus per omne corpus hominis se extendit, ita Dei Spiritus per orbem universum; ac proinde sicut hominis spiritus sentit si qua pars doleat, ita Dei Spiritus ea quæ in mundo aguntur. Athénagoras : *Spiritu cuncta continentur*; qui et hunc spiritum qui per materiam meat, vocat, minus quid diviniore Dei spiritu. Theophilus Antiochenus : *Omnis creatura continetur à Dei Spiritu, et spiritus continens cum ipsâ creaturâ continetur à manu Dei*. Clementi hic spiritus dicitur permeans spiritualis tenor. Contra Marcionem lib. 4 disputans Tertullianus ait : *A quo Spiritum sanctum postulem? à quo nec mundialis spiritus præstatur?*

Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Philemon :

Qui cunctis adest

Is etiam novit cuncta, quia cunctis adest. (Grotius.)

Potest hoc ad spiritum referri, de quo immediate præcedit : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Etenim pro spiritu, Græcè est πνεῦμα neutrius generis, ut sit sensus : *Spiritus qui continet omnia*, id est, cum omnia contineat et penetret etiam intima cordis, multò magis quoque vocis à quocumquæ prolata scientiam habet. Vel, qui continet, id est, conservat, regit, gubernat, cohibet omnia. Sic infra c. 6 ad principes terræ : *Qui continetis multitudines*, id est, qui populos imperio regitis. Sed prior expositio melior est eo quòd per eam significetur aliquid divinitati proprium. Insinuat itaque Sapiens, Deo (qui spiritu suo omnia implet et continet) etiam vel de verbo otioso reddendam rationem, quia cum omnia penetret, nihil eum latere, vel ante oculos ejus abscondi possit.

(Estius.)

(2) *Neque præteribit illum corripiciens iudicium*. Euripides :

Scelus ob patrum non tibi, non alteri

Iustitia supera peccus adversum petet :

Sed lenta gressu neutiquam observabili

Tergis nocentium semper adfiget pedem. (Grotius.)

L'impie n'échappera point au jugement de Dieu, parce que, dans ce jour terrible, Dieu jugera ce qu'il y a de plus secret dans le fond des cœurs. Il interrogera même les pensées des méchants, et il lera que toutes leurs mauvaises actions se souleveront contre eux, et qu'ils en seront tellement convaincus qu'ils prononceront eux-mêmes l'arrêt de leur condamnation. C'est pourquoy la pénitence est une image de ce dernier jugement, mais une image heureuse; puisque l'homme reconnaissant et punissant lui-même son péché, sait que Dieu ne s'en souviendra plus alors, et que Jésus-Christ paraîtra dans ce dernier jour comme son sauveur, et non comme son juge. (Sacy.)

GATIO ERIT, hoc est, inquisitio, sicut infra cap. 6 : *Interrogabit opera vestra*; et Psal. 10 : *Deus interrogat*, hoc est, examinat, *justum et impium*; *scrutabitur enim Jerusalem in lucernis, et manifestabit consilia cordium* (1).

VERS. 10. — QUONIAM AURIS ZELI, sive zelosa : zelotes enim Deus est, proinde curiosissimè instar zelantium indagat, et AUDIT, id est, intelligit OMNIA ET TUMULTUS MURMURATIONUM, sive murmur tumultuans, et animum ipsius hominis; aliosque perturbans, NON ABSCONDETUR, à Dei auribus. Quanquam Augustinus significari putet, cap. 16 de Mendacio, ipsas animi murmurantis cogitationes secretissimas ita perspicuè Deo innotescere, ut etiam tumultus vocentur (2).

VERS. 11. — CUSTODITE ERGO VOS A MURMURATIONE, QUÆ NIHIL PRODEST, id est, quæ nocentissima est, per meosin Scripturis usitatam : quo sensu dicit alibi Propheta : *Væ cogitantibus inutilia*, id est, mala, et *no lite declinare post vana que non proderunt vobis*, id est, perniciem afferent, Isaïæ 5. Hinc nullum Hebræorum peccatum frequentius in deserto divinam vindictam accersivit, quàm murmuratio. ET A DETRACTIONE PARTICITE LINGUE, id est, prohibete eam vehementer ad malum proclivem. Tanta enim hujus mali libido mentes hominum invasit, ut etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant, putantes se fieri aliorum vituperatione laudabiles. QUONIAM SERMO OBSCURUS, clanculum in auribus insurratus, IN VACUUM NON IBIT, nempe ut sit liber et immunis à persequente supplicio : OS AUTEM QUOD MENTITUR, pernicioso et maxime detractionis mendacio, quod præcessit, occidit ANIMAM mentientis, imò et audientis, cum, ut ait Hieronymus, de consensu datur auctoritas, alienumque nutritur vitium audiendum. Hinc Bernardus de triplici Custodiâ, vocat detractionem viperam, quæ tres uno flatu inficiat, loquentem mendacio, audientem consensu, læsum animi offensione et scandalo (3).

VERS. 12. — NOLITE ZELARE, id est, more zelantium avidè sectari, MORTEM præmaturam, IN ERRORE VITÆ VESTRÆ, per errores scilicet et scelera vitæ, quibus ita errant omnes qui operantur malum, ut relicta viâ mandatorum Dei, vitæ suæ scopum non attingant (4).

(1) *Interrogatio est*, q. d. : Inquiretur in cogitationes impii. *Auditio*, id est, fama. *Corruptionem*, id est, puitionem. (Emmanuel Sâ.)

In cogitationibus enim impii interrogatio erit; id est : Inquiret Deus etiam in cogitata. *Vox consilium, cogitata*, est apud Polybium, apud interpretes veteris Testamenti sæpè. (Grotius.)

(2) *Auris zeli*, sive Dei zelantis cogitationes hominum, eisque animum attentum adhibentis, *audit omnia, et tumultus murmurationum*, strepitus, susurrus, quamvis occultissimos, quod sequentia produunt. (Bossuet.)

(3) *Quia sermo obscurus*, id est, quamvis occultus, *in vacuum non ibit*, id est, impunè; aut, quod magis probò, non carebit peccato, id est, nulla tam exigua et occulta murmuratio excidit ex ore hominis, quin faciat eum peccare, sicut statim ait : *Os quod mentitur occidit animam*; vide 1 Cor. 10, 40. (Maldonatus.)

(4) Ad verbum : *Ac evadentem mortem in errore*

VERS. 15. — QUONIAM DIES MORTEM NON FECIT : vita enim in voluntate, seu beneplacito ejus, Ps. 1. 29. ira autem, id est, supplicium tantum in indignatione ejus, quae tantum propter peccata concipitur. Deus itaque creando non instituit hominem mortalem, sed morte plectendo punit peccatorem, ut docet Aug. lib. 5 cont. Jul. c. 7. Mors ergo à Deo est ut vindice, à diabolo ut suatore, ab homine ut auctore. NEC LEVITATE IN PERDITIONE VIVORUM, id est, in morte tan corporis intempestivâ, quàm animæ. Hinc apud Isaiam c. 4, dolens exclamat : *Heu consolabor super inimicis meis*; ubi dolor ostendit quàm displiceat causa supplicii; consolatio vero, quantâ divini judicii aequitate de peccatoribus poena sumatur (1).

VERS. 14. — CREAVIT ENIM UT ESSENT OMNIA, HOD ERGÒ UT PERIRENT VEL MORENTUR, QUÌA MORS PECCATO INVECTA EST. ET SANABILES FECIT NATIONES. GRÆCUS HABET, *salutares generationes*, sicut etiam legit Hieronymus in c. 12 Zachariæ, hoc est, salutares et bonas fecit omnes creaturas seu naturas. Quòd si verò ad homines restringas, fecit eos salutares, id est, sine mortis contagio, quod nunc inolevit, quamvis quidam intelligant, *sanabiles*, quia possunt homines à Deo ab inductis per peccatum ægritudinibus animi et corporis instaurari. ET NON EST IN ILLIS MEDICAMENTUM EXTERMINII. Græcè *pharmacum perditionis*, sive perdens et exterminans, phrasi Hebr. Medicamentum ergò exterminii nihil est aliud quàm venenum aliquod, vel malum exterminans seu mortiferum, ut loco citato legit Hieronymus; neque enim ipsa perditio et mors, vel perditionis causa, à Deo creata est. Sic pharmacum Græcè frequentissimè, et subinde medicamentum Latine in malam partem sumitur. NEC INFERORUM REGNUM IN TERRA, hoc est, neque peccati, neque corruptionis et interitùs, neque dæmonum in terrâ dominatum Deus instituit; nam etiam dæmonis tyrannis per peccatum hominis inducta est: ex quo factum est ut princeps mundi et mortis dicatur. Quamvis ergo nunc omnes homines à Deo sub peccato condantur, non hoc curat, inquit August. lib. 2 de Nup. et Concup. cap. 16, ut diabolus habeat servos, quos ipse sibi facere non potest; sed bonitate suâ fecit homines pri-

vita vestra. Significat enim *ἐπιδοθεὶς* vehementer expectare aliquid, magnoque studio quærere aut persequi. *Error*em autem appellat consuetudinem ac rationem vitæ remotam à timore Dei, et contrariam ei disciplinæ quâ sanctus castusque Spiritus vitam degit.

(Badvellus.)

(1) Reddit causam ejus quod dixerat : *Ne quis mortem sibi asciscat malè vivendo : quoniam Deus mortem non fecit*; q. d. : Unusquisque sibi est auctor mortis, non Deus. Dicitur autem Deus non esse causa mortis, non quòd non ipse mortificet et vivificet, 1 Reg. 2, 6 : *Occidat et vivere faciat*, Deut. 52, 59, sed quia prima ejus voluntas fuit ut homo non peccaret nec moreretur. Deus enim fecit hominem inexterminabilem.

(Maldonatus.)

Palam est intelligi *mortem* quam et Chaldaeus veteris Testamenti interpret et Apocalypsis secundam vocant. Nam aliqui certum est animantia à Deo mortì addicta, hominem verò ita creatum ut mori posset. Huc pertinet et quod præcessit : *Os quod mentitur occidit animam*.

(Grotius.)

mos sine peccato, et ceteros facit sub peccato (propter vitium scilicet seminis in usus profundarum cogitationum suarum (1).

VERS. 15. — JUSTITIA ENIM PERPETUA EST ET IMMORTALIS, VEL QUÌA AD IMMORTALITATEM PERDUCIT, VEL QUÌA EX SE ET SUÀ NATURÀ PERPETUA EST : in qua proinde creatus homo, si permansisset, mortem non vidisset in æternum (2).

VERS. 16. — IMPII AUTEM, TUM ADAM, TUM CETERI EJUS IMITATORES, MANUS ID EST, OPERIBUS INIQUIS, ET VERBIS ACCERSERUNT ILLAM, NEMPE MORTEM, QUÌA ADAM SPONTE AD INTERITUM RUIT, ET IMITATORES EJUS INIQUITATIS MAGNITUDE PRAMATURAM SAEPÈ MORTEM ATTRAHIIT : ET ESTIMANTES ILLAM AMICAM DELICAE RENT, ID EST, PERINDE SESE GERENTES, QUASI PERNICIES ET MORS IPSIS ESS. ET AMICA ET BENEVOLA, NEC SUUM ILLIS ESS.ET ACULEUM INFIXURA, CONTABUERUNT IN PECCATIS MORIENDIQUE NECESSITATE : ET SPONSIONES POSUERUNT AD ILLAM, sicut dicunt apud Isaiam cap. 28 : *Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum*, nempe sic sperantes, ut securè et sine metu vel venturæ mortis hic viverent, utpote cum quâ pactum iniissent, ut longâ vitâ fruerentur. Sed talibus respondet Isaias : *Delebitur fœdus vestrum cum morte*, etc. Hoc quasi fœdere et sponsione securi primi parentes cum audirent : *Nequaquam morte moriemini, sed eritis sicuti dii, omnisei scilicet et immortales, se posterosque omnes morte ac damnatione perdididerunt. QUONIAM DIGNI SUNT QUISINT EX PARTE ILLIUS, NEMPE EX PARTE MORTIS, ID EST, DIGNI SUNT UT CUM MORTE SOCIETATEM INEANT, SIVE UT MORTE, PROPTER ILLAM VIVENDI SECURITATEM ET PECCATA, PLECTANTUR (5).*

(1) *Creavit enim ut essent omnia*, id est, omnes homines, quos creare Deus dicitur quoties concipitur, Job. 10, 10. Sic. Ephes. 1. 10, *omnia, intellecta prædita*; et *omni creatura*, id est, *omni homini*, Marc. 16, 15. *Creavit ut essent*, id est, ut æternum vivant. Hinc colligas *permanisorem animarum*.

Sanabiles fecit nationes orbis terrarum. In Græco : *Et salutares generationes mundi*. Natura hominum Dei bonitate talis est ut apta reddi possit ad salutem æternam.

Et non est in illis medicamentum exterminii. Nihil est tale in animi humani naturâ cur necessariò interire debeat : sicut homo interit sumpto veneno.

Nec inferorum regnum in terrâ. Non dedit Deus interitû jus illud, ut omnes hominum animi ei subjaçant, quomodo populus suo regi. *Hic terrâ*, ut modò mundus, est *genus humanum*, ut Matth. 6. 10, Luc. 11, 14.

(Grotius.)

Ortusque mundi sunt salubres, hoc est, mundus initio ita creatus fuit ut nihil mali in eo esset. *Vidit enim Deus quod erant valde bona quæcumque fecerat. In quibus nullum venenum est perniciosum*, id est, *nec est in eis pharmacum exitiû*. Accipitur autem *venenum* hoc loco pro veneno exitioso, ac metaphorice pro malo mortifero, ut initiis mundi salutaribus opponatur.

(Badvellus.)

(2) *Justitia enim perpetua est et immortalis*; id est : Justitia originalis, quæ tunc erat, hominem faciebat immortalem.

Est transnominatio : *Justitia causam dat immortalitati*. Epicharnus eodem sensu :

Si tibi mens sancta fuerit, nil ferēs moriens mali :

Semper in calo beatus permanebit spiritus.

Antisthenis dictum : *Eos qui volunt immortales esse oportet piè et justè vivere.*

(Grotius.)

(5) *Asciverunt, advocaverunt, sive accerserunt, mor-*

tem, ut illam nemo ad justitiam referat propter ambiguitatem. *Fœdusque cum eâ inierunt, cum eâ pacti sunt, atque ita fœderati, ut vitâ privati, mortis participes sempiternæ sint.* (Badvellus.)

Æstimantes, etc., id est, perinde se ad illam habentes, ut amicam. Defluerunt, Græcè ἐτάκηνσαν, contabuerunt. Sponsiones, id est, fœdus.

Quoniam, etc. Græcè, quoniam digni sunt, qui sint partis ejus, scilicet mortis; q. d., digni sunt morte. (Emmanuel Sâ.)

CAPUT II.

1. Dixerunt enim cogitantes apud se non rectè : Exiguum, et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis :

2. Quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquàm non fuerimus : quoniam fumus flatus est in naribus nostris ; et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum ;

3. Quæ extinctâ, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquàm mollis aer, et transibit vita nostra tanquàm vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est à radiis solis, et à calore illius aggravata :

4. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5. Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri : quoniam consignata est, et nemo revertitur.

6. Venite ergo, et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creaturâ tanquàm in juventute celeriter.

7. Vino pretioso et unguentis nos impleamus : et non prætereat nos flos temporis.

8. Coronemus nos rosis antequàm marcescant ; nullum pratium sit quod non pertranseat luxuria nostra.

9. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ : ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors.

10. Opprimamus pauperem justum, et non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis.

11. Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ ; quod enim infirmum est, inutile invenitur.

12. Circumveniamus ergo justum : quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et impropertat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

13. Promittit se scientiam Dei habere, et filium Dei se nominat.

14. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.

15. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutatæ sunt viæ ejus.

16. Tanquàm nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se à viis nostris tanquàm ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur patrem se habere Deum.

Impii verò manibus et verbis accersiverunt illam. Mortem, ut diximus, secundam verbis mendacibus et factis injustis sibi accersunt. Antipho : « Qui impius æst et jura divina transgreditur, privat semetipse eâ spe quæ maximum est inter homines bonum. » *Et sponsiones posuerunt ad illam, id est, quasi contractu facto se ei obligaverunt. Quoniam digni sunt qui sint ex parte illius. Nihil melius merentur.*

(Grotius.)

CHAPITRE II.

1. Les méchants ont dit dans l'égarement de leurs pensées : Le temps de notre vie est court et fâcheux ; l'homme après la mort n'a plus de bien à attendre, et on ne sait personne qui soit revenu des enfers ;

2. Parce que nous sommes nés de rien, et après nous serons comme si nous n'avions jamais été. Le souffle est dans nos narines comme une fumée, et l'âme est comme une étincelle de feu qui remue notre cœur.

3. Lorsqu'elle sera éteinte, notre corps sera réduit en cendre ; l'esprit se dissipera comme un air subtil ; notre vie disparaîtra comme la trace de la nuée ; elle s'évanouira comme un brouillard qui est poussé en bas par les rayons du soleil, et qui tombe abattu par sa chaleur.

4. Notre nom s'oubliera avec le temps, sans qu'il reste aucun souvenir de nos actions parmi les hommes ;

5. Car le temps de notre vie n'est qu'une ombre qui passe ; et après la mort, il n'y a plus de retour ; le sceau est posé, et nul n'en revient.

6. Venez donc, jouissons des biens présents ; hâtons-nous d'user des créatures pendant que nous sommes jeunes.

7. Enivrons-nous des vins les plus excellents, parfumons-nous d'huile de senteurs, et ne laissons point passer la fleur de la saison.

8. Couronnons-nous de roses avant qu'elles se flétrissent ; qu'il n'y ait point de pré où notre intempérance ne se signale.

9. Que nul d'entre nous ne se dispense de prendre part à notre débauche ; laissons partout des marques de réjouissance, parce que c'est là notre sort et notre partage.

10. Opprimons le juste pauvre ; n'épargnons point la veuve, et n'ayons aucun respect pour les cheveux blancs de la vieillesse ;

11. Que notre force soit la loi de la justice ; car ce qui est faible n'est bon à rien.

12. Dressons des pièges au juste, parce qu'il nous est inutile, qu'il est contraire à notre manière de vie, qu'il nous reproche les violations de la loi, et qu'il nous déshonore, en décriant les fautes de notre conduite.

13. Il assure qu'il a la science de Dieu, et il s'appelle le fils de Dieu.

14. Il est devenu le censeur de nos pensées mêmes.

15. Sa seule vue nous est insupportable, parce que sa vie n'est point semblable à celle des autres, et qu'il suit une conduite toute différente.

16. Il nous considère comme des gens futiles ; il s'abstient de notre manière de vie comme d'une chose impure ; il préfère ce que les justes attendent à la mort, et il se glorifie d'avoir Dieu pour père.

17. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus que ventura sunt illi, et sciamus que erunt novissima illius.

18. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manibus contrariorum.

19. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius.

20. Morte turpissimâ condemnemus eum; erit enim ei respectus ex sermonibus illius.

21. Hæc cogitaverunt, et erraverunt; excæcavit enim illos malitia eorum.

22. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt justitiæ, nec judicaverunt honorem animarum sanctarum.

23. Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.

24. Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.

25. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

17. Voyons donc si ses paroles sont véritables; éprouvons ce qui lui arrivera, et nous verrons quelle sera sa fin.

18. Car s'il est véritablement fils de Dieu, Dieu prendra sa défense, et il le délivrera des mains de ses ennemis.

19. Interrogeons-le par les outrages et par les tourments, afin que nous reconnissions quelle est sa douceur, et que nous fassions l'épreuve de sa patience.

20. Condamnons-le à la mort la plus infâme; car si ses paroles sont véritables, Dieu prendra soin de lui.

21. Les impies ont eu ces pensées, et ils se sont égarés, parce que leur propre malice les a aveuglés.

22. Ils ont ignoré les secrets de Dieu; ils n'ont point cru qu'il y eût de récompense à espérer pour les justes, et ils n'ont fait aucun état de la gloire qui est réservée aux âmes saintes.

23. Car Dieu a créé l'homme immortel; il l'a fait pour être une image qui lui ressemblât.

24. Mais la mort est entrée dans le monde par l'envie du diable;

25 Et ceux qui se rangent de son parti, deviennent ses imitateurs.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXERUNT ENIM. Pendet ex capite præcedenti; redditur enim hic ratio cur digni sunt morte: nam astruendo sequentibus verbis, animam mori unâ cum corpore, nihilque post hanc vitam superesse, gradum sibi faciunt ad omnis pietatis et religionis eversionem, adæque ad ipsum atheismum. ENIGMATA ET CLAM TARDIO, id est, breve et molestum, EST TEMPUS VITÆ: hæc enim sunt duo humane vite incommoda præcipua, quæ et Job. c. 14 signanter exprimit: *Homo brevi vivens tempore repletur multis miseriis*; et Jacob dies vite suæ vocat parvos et malos. ET NON EST REFRIGERIUM IN FINE HOMINIS, id est, nulla mercedis retributio, nullum laborum et ærumnarum solatium. Vel quia Græcè est, *medicina*, significant, cum finis vivendi, adventat, nullum esse remedium quod mortem impediât. ET NON EST QUI AGNITIS SIT REVERSUS AD INIURIAS. Ex quo nempe intelligamus aliquid post hanc vitam superesse; quasi verò immortalitati animarum astruenda, neque Moyses, neque propheta, neque naturale testimonium animæ, quæ bene et malè defuncto precatur, ut Tertull. de Carne Christi, c. 12, neque judicii divini timor sufficerent (1).

(1) DIXERUNT ENIM COGITANTES APUD SE NON RECTE, sed pravè, insipienter et impie. Et enim notat hic dari rationem præcedentium, cur scilicet impii mortem accersierint, cum eaque fœdus interini, et æque digni sint, qui in mortis sorte et societate statuuntur. Ratio eorum hæc est: Vita nostra omniaque ejus bona et mala in morte finiuntur, ac post mortem nihil erit quod nos exhilaret vel affligat; ergo, dum vivimus, vivamus lætè, omniaque cupiditati indulgeamus, ideòque aliorum opes et bona diripiamus, ut his epulemur et voluptuemur. Radix hujus eorum paralogismi est cupiditas et voluptas, cui toti inhiant; hæc enim ut impie sectentur et expleant, sibi persuadent animam esse mortalem, ac post mortem nullam fieri animam esse Numinis vindictam et penam. Hujus erroris et hæresis auctor fuit Cain, paricide Abelis, fratris sui, qui occidit Nomen Numinisque vindictam, ideòque fratrem occidit, teste Josepho 1 Antiq. 5, ac Philone

VERS. 2.—QUIA EX NIHILO NATI SUMUS. Græcum non significat, ex nullâ materiâ, sed ex nullâ providentiâ lib. *Quod deterius potiori insidietur*, et S. Ambros. lib. de Cain et Abel, cap. 9. Hunc secuti sunt posteri ejus omnes, ob quos Deus orbem totummersit diluvio. Post diluvium perfidiam hæc et scelus renovavit Nemrod tyrannus, auctor turris Babylonica, quasi per eam in cælum conscensurus, Deoque bellum indicturus. Genes. 11; deinde Samaritæ, scilicet Assyrîi, qui a Salmansar ex Assyria traducti sunt in Samariam: hi enim censebant omnia cum morte interire, nec ullam fore resurrectionem, teste Epiphano hæresi 9, Philastro hæresi 7, et aliis; denique Sadoce, ejusque sectæ Sadducei, qui vixit sub Judâ Machabæo, teste Josepho lib. 15 Antiq. cap. 9. Eandem hæresim ex gentilibus docuerunt Democritus, teste Plutarch. lib. 4 de Placitis philos. cap. 7, et post eum Epicurus, ejusque sectatores Epicurei, quorum hoc axioma:

Ede, bibo, ludo, post mortem nulla voluptas, teste Plutarcho ibidem. Horum sensus et voces recenset Seneca epist. 124: Inde, inquit, ad hæc pervenitur verba: Virtus, et philosophia, et justitia, verborum inanum crepitus est: una felicitas est bone vite, facere omnia liberè (ubi codices legunt, *facere, esse, bibere*), trui patrimonio; hoc est, vivere, hoc est, se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit: dubitamus quod juvat facere, et ætati non semper voluptates decerpere, interim dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem, cultro mortem præcutere, et quidquid illa ablatura est, jam sibi interdiciere.)

Verum hæc eorum ratio est irrationalis et stolta: hic eorum syllogismus est paralogismus. Nam primò falsissimum est animam rationalem cum corpore mori, cum ipsa ad imaginem Dei creata, ab eo particeps immortalitatem. Secundo, esto anima foret mortalis, ac vita omnis finienda esset in morte, tamen illam virtutè, non voluptati, totam impendere oporteret. Voluptas enim est bonum bestiarum, virtus verò, sive virtus juxta doctrinam rationis, est bonum hominum, uti loco jam citato docet Seneca. Adde, veritatem, unde in veramque esse hominis voluptatem, sed spiritalem, quæ hominem Deo gratum, lætum, sanum sanctumque efficit, cum voluptas omnis carnalis hominem bestialem, Deo et angelis invisum, tristem, morbidum et secleratum efficiat. Unde pru-

et curâ; quasi fortuitò in hanc vitam effusi sumus, idèoque etiam post hanc vitam ERIMUS TANQUAM NON

denter ille juvenis in Vitis Patrum, dæmoni, qui falsò suggererat ipsum esse à Deo reprobatum, ut cum ad vitam in omni carnis voluptate transigendam impelleret, sapienter respondit: « Si in futurâ vitâ mihi non detur servire placereque Deo, serviam saltem placereque in hac præsentî. Quid enim sanctius, quid melius, quid jucundius, quàm placere Deo? servire enim Deo regnare est. Fruar ergo Deo meo in hac vitâ, si non liceat in alterâ. »

EXIGUUM, ET CUM TÆDIO EST TEMPUS VITÆ NOSTRÆ. Græcè, *exigua et molesta est vita nostra*. Nam pro *cum tædio* Græcè est *ταπρηδός*, id est, tristis, anxia, gravis, molesta, acerba, misera, qui oppositur *τερπυδός*, id est, læta, jucunda, suavis, delectabilis. Sententia hæc expositione non eget, quia clarè eam nobis exponit, imò oculis eam cernendam proponit quotidiana ejuslibet experientia. Vita enim nostra mille affert labores, mille ærummas, mille tædia et fastidia. Numera labores et dolores, quos subis uno die, ac invenies plures esse, quàm sint horæ vel actiones, adèoque quamlibet actionem iisdem undique esse impersam et refertam. Hoc est quod ait Jacob Pharaoni, quot annorum esset interroganti: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvè et malè*, id est, miseri, Genes. 47. 9, et David Psal. 58, 6: *Mensurabiles* (Hebr. *מִסְפָּרֵי תֶפַחֹת*, Septuag. *παλαιστας*, id est, *palmares*, hoc est, exiguius instar palmi, qui est mensura continens tantum quantum extensione digitorum manus comprehendendi potest, quæ vulgò spitama dicitur; unde Symmachus vertit *σποδαυξ*;) *posuisti dies meos, et substantia mea tanquàm nihilum ante te*. Consule Job 14, 1 et seq.

Vidit idipsum Seneca, qui epist. 100: « Hoc, ait, quod inter primum diem et ultimum jacet, varium et incertum est. Si molestias æstimas, etiam puero longum; si velocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum et fallax, et omni tempestate mobilius. Jactantur cuncta, et in contrarium transeunt, et in tantâ volutatione rerum humanarum nil cuiquam nisi mors certum. » Et paulò post: « Proponere profundi temporis vastitatem, et universum complectere, deinde de hoc quod ætatem vocamus humanam, compara; universè videbis quàm exiguum sit, quod optamus, quod extendimus: ex hoc quantum lacrymæ, quantum sollicitudines occupant, quantum mors antequàm veniat optata, quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni. Dimidium ex hoc edormitur. Adjice labores, pericula, et intelliges etiam in longissimâ vitâ minimum esse quod vivitur. » Et Menander: « Congenita sunt dolor et vita, illeque consenescit vitæ. » Zeno imperator: « Ludibrium Dei est homo. » Alius: « Quid est homo? mancipium mortis, viator transiens. » Aristoteles: « Quid est homo? imbecillitatis exemplum, temporis spoliū, fortune lusus, inconstantie imago, invidiæ et calamitatis trutina, reliquum verò pituita et bilis. » Ita refert Stobæus serm. 89, qui totus est de hæc re.

ET NON EST REFRIGERIUM IN FINE HOMINIS. S. Bonav., Lyrân., Hugo et Dionys. exponunt, q. d.: Impiū post hanc vitam pergunt, non ad refrigerium celi, sed ad supplicium gehennæ. Verum in Græco est: *Non est medicatio, vel curatio in obitu hominis*; Vatabl., *ne est remedium contra obitum*; q. d.: Non est medicina nec remedium ad evadendam mortem; juxta illud: *Contra vim mortis non est medicamen in hortis*. Verè Seneca in Consolat. ad Martian. e. 11: « Quid, cait, est homo? quodlibet quassam vas, et quodlibet fragile; jactatu, non tempestate, ut dissipis, est copus: ubiqueque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus et fragile, nudum, suapte naturâ inerte, aliene opis indigens, ad omnem fortune contumeliam projectum; cum bonè hæcortis ceciderit, ejuslibet fera pabulum, ejuslibet victima; ex infirmis fluidisque contextum, et lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstus et laboris impatiens:

FUERIMUS, quia nulla nostrî habebitur ratio, cum omnia casibus agantur, ita ut vita fortuitò emergat et fi-

« ipso rursus situ et otio iturum in tabem, et semper « alimta metuens sua, quorum modò inopiâ laborat, « modò copiâ rumpitur. » Et paucis interjectis: « Odor « illi, saporque, et lassitudo, et vigilia, et humor, et « cibus, et sine quibus vivere non potest, mortifera « sunt. Quòcumque se movet, infirmitatis suæ statim « conscium, non omne cælum ferens, aquarum novi- « tatibus, flatuque non familiaris auræ, et tenuissimis « causis atque offensionibus morbidum, putre, cassum, « à fletu vitam auspicatum. Cæterum, quantos tumul- « tus hoc contemptum animal movet? In quantas cogi- « tationes oblitum suæ conditionis venit? Immortalia, « æterna volutat animo, et in nepotes pronepotesque « disponit, cum interim longè conantem eum mors op- « primit; et hoc, quod senectus vocatur, pauci sunt « circuitus annorum. »

Mysticè, non est refrigerium homini in fine, quia cum febrî quâdam hecticâ, ex crudâ illâ comestione pomi vetiti, semper æstuetus, non est refrigerium, id est, non est remedium vel pharmacum, quo ardor excitata febris restinguatur; ac proinde non est remedium contra obitum hominis: febris hæc est insita homini elementorum contrariorum commixtio, quæ cum læs-sendo assidue corrumpunt et interimunt. Item febris hæc est concupiscentia, quæ hominem ad excessum gulae et luxuriæ impellit, quo perique occiduntur.

ET NON EST QUI AGNITUS SIT REVERSUS AB INFERS. Clarius, non est qui post mortem iterum vitæ sit restitutus, qui scilicet ostenderit se vivere, et aliam post mortem superesse vitam, in quâ liceat miserias hujus vitæ effugere, et in voluptates commutare, q. d.: Incerta et fabulosa sunt, quæ à poetis, cæterisque de inferis eorumque penis, ac rebus aliis post hanc vitam narrantur: hæc enim omnia sunt aniles fabulæ, et terribilamenta puerorum. Talis est descensus Æneæ ad inferos, indeque reditus duce Sibyllâ, quæ describit Virgilius 6 Æneid., et ille Thespensî Solensis apud Plutarchum, lib. de serâ Numinis Vindictâ. Tacite indicant impiū animam cum corpore interire, idèoque illi dandas suas cupiditates in hac vitâ, ut læta vivat, cum post hanc vitam nil amplius illi sit expectandum. Ita nimirum sicut anime immortalitas impellit hominem ad metum cultumque Numinis per modestam puramque vitam; sic mortalitas anime homini persuasa, inducit eum ad negandum Numen, omnemque religionem, ut homo libere vivat, sequaturque suas libidines.

Porrò hæc impiorum gnomo falsa est, quia imbi redierant ab inferis, qui suscitati sunt ad vitæ ab Eliâ, Eliseo, aliisque prophetis, Apostolis et sanctis. Vera tamen est hoc sensu, quòd illo ipsorum auro pauci, et fortè nulli à morte et inferis ad vitam redierant. Simili modo ait Homerus Iliad. 9:

Obnoxa prædæ sunt boves, et pinguis pecora, (pita. Et tripodes acquiri possunt, et equorum flavicoma ca- At hominis anima, ut redeat neque per prædam, Nec aliter capi potest, ubi semel emigraverit è valle dentium.

Et Philetas:

Iter feci ad inferos,

Per quod nullus retrorsim viator rediit.

Et Virgil. 8 Æneid.:

Facilis descensus avernî;

Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.

Nota: Anima beatorum in caelis scriptis in terram redierunt, et apparuerunt mortalibus, ut cum B. Virgo apparuit Joanni Patricio et Læcario pontif., jussitque basilicam sibi in Esquilis extruere loco qui nive lectus erat die 5 augusti; unde festum B. Mariæ ad nives; cum eadem apparuit B. Joanni Damasceno, eique manum, quam Leo Isaurus pressurâ pressurâ jussisset, rogata restituit, in Esquilis eam in ex viamore h. c. d. ut in ejus Vita narrat Joannes parricida Hæcoss.; cum S. Philippus et Joannes apparuerant Theodosio

niatur. QUONIAM FUMUS FLATUS EST IN NARIBUS NOSTRIS, id est, respiratio, vitæ indicium et fomes est instar ligni, qui facillimè diffunditur et evanescit. Et sermo SCINTILLA, id est, et sermo hostet est instar scintillæ, quæ ab igne excitata momento extinguitur. Ad COMMOVENDUM COR NOSTRUM, quia animus hominis tam

imperatorii, teste Theodor. lib. 5 Histor. cap. 54 : S. Petrus et Paulus Constantino imperatori remedium lepræ suggerentes baptismum, teste 7 synodo, act. 2.

Animæ etiam limbo redierunt, ut anima Moysis apparet cum Eliâ in transfiguratione Christi; anima Samuelem apparet Saül, ei que mortem prædicens 1 Reg. 28. S. Jeremias et Onias apparuerunt Judæ Machabæo, victoriam contra Nicanorem prænuntians, 2 Machab. 15.

Animæ quoque in purgatorio redierunt. Nam Paschasius apostolicæ curiæ diaconus, post mortem in Angulani thermis, à Germano Capuano inventus est luere delictorum pœnas, uti narrat S. Gregor. 4 Dialog. cap. 40. Justus quidam ob retentas pecunias grave supplicium pertulit; qui tandem Commodò fratri apparet se ab illo sanctis sacrificiis liberatum esse exposuit, teste S. Gregor. 4 Dialog. cap. 35. Fuit et presbyter, qui Centumcellis in balneis frequentissimè apparuit, qui sibi operam gratuitam, si quando lavaret, præstabat. Pro quo ubi, quemadmodum rogâret, Deo sacrificia obtulisset, spiritum fuisse cognovit, cui divinâ miseratione hoc modo pro peccatis satisfacere et juvari contigit, ut ibidem narrat S. Gregorius.

Animæ verò ex inferno subinde, sed rariùs redeunt et apparent, idque non tam per seipsas, quàm per dæmones; ipsæ enim ad carcerem ignemque gehennæ damnatæ, inde exire non sinuntur : unde earum loco apparent dæmones, qui in hoc aere usque ad diem judicii ad hominum tentationem et exercitationem agere à Deo permittuntur, ut inferni pœnas hominibus representent, earumque metu homines à vitis coerceant, et ad Deum colendum cogant. Sic visus est sancto cuidam eremitæ Theodorico Italiae rex Arianus, inter Joannem pontificem et Symmachum patricium vincetis deduci manibus, et detrudi in ollam Vulcani, uti narrat S. Gregor. lib. 4 Dialog. c. 50. Visa est monialis in Ecclesiâ S. Laurentii Romæ ante altare per medium seari, teste S. Gregor. eodem lib. c. 51. Idem cap. 56 narrat Petrum quemdam defunctum vidisse tormenta damnatorum in igne gehennæ, cumque et ipse in eundem proficiendus foret, angelum vetuisse, dixisseque : *Regredere, et qualiter tibi posthac vivendum sit, cautissimè attende.* Similia narrat ibidem de Stephano quodam, alioque milite. Curia quidam municipii Tulliensis, cum aliquot dies quasi mortuus jacuisset, rediens ad se mirabilia de mortuorum pœnis et præmiis narrans eadem certis argumentis confirmavit, uti refert S. August. lib. de Curâ pro mortuis, cap. 11, ubi et plura similitum apparitionum exempla recenset. Sic Josaphat conversus à Barlaam, in raptu vidit inferorum supplicia, eoque visu tentationem carnis superavit, uti narrat Damascen. in Histor. cap. 50. Vide nostrum Petrum Thyræum lib. 1 de Spirituum apparit. cap. 11; Alexandrum ab Alexand. lib. 5 Genial. c. 25, et lib. 2, c. 9; Marsilium Ficinum lib. 16 de Immortalitate animæ. Trajani imperatoris animam à pœnis interni liberatam precibus S. Gregorii ex Joanne diacono censet Ciacconus et alii; verum Baron., Bellarm. et alii emunctoris naris censent hanc meram esse fabulam.

Sed esto nemo ab inferis rediisset, non ideò negandi sunt inferi, animarumque vita et cruciatus in inferno. Nam id ipsum S. Scriptura clarè docet et comminatur. Unde impiis responderi posset id quod Abraham respondit diviti Epuloni, poscenti Lazarum mitti ad fratres suos, qui illis sua et inferorum supplicia denuntiaret : *Habent Moysen et prophetas; audiant illos; nam si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Luc. 16, 51.

(Corn. à Lap.)

audientis quàm dicentis oratione facillimè commovetur in quamvis partem. Quibus omnibus verbis hoc videntur velle significare quod philosophi quidam, Hyparchus et Heraclitus, apud Tertul. cap. 4, de Animâ, putaverunt, vitam nostram nihil esse aliud quàm vivacem quendam ignem latitantem in corde, quod quando commovetur, scintillas emittat, nempe verba quæ loquimur, et fumum quo respiramus; cujusmodi scintillas et fumum eructat ignis: proinde quemadmodum fumo cessante, scintillisque deficientibus, ignis extinguitur, ita in nobis cessante cordis motu sermonisque scintillâ ac fumo respirationis (1).

VERS. 5. — CENIS ERIT CORPUS NOSTRUM: extinctus enim ignis cinerem solet post se relinquere. Hinc Eusebius notat lib. 11 de Preparatione, duobus nominibus Hebraicis appellari hominem, Adam à terrâ, et Ish ab igne, quasi illud conditionem corporis, hoc animæ designet. ET SPIRITUS DIFFUNDETUR TANQUAM MOLLIS AER, id est, anima diffusetur ac resolvetur instar aeris materialis. Aerem enim esse animam putavit etiam Diogenes. Stoici verò cum Platone (teste Tertull. de Animâ cap. 25) arbitrati sunt primâ aspiratione nascentis infantis adduci, sicut expiratione novissimâ educi. ET TRANSIBIT VITA NOSTRA TANQUAM VESTIGIUM NUBIS. Significatur vitæ nostræ mobilitas, vanitas, mortalitas, et quasi nihil: quæ causa est ut variis Scripturæ locis vitâ nostrâ rebus fluxis, caducis et mobilibus conferatur, umbræ, fluctibus, vento, fumo, nuntio, navi transeunti, avi volanti, cineri, cursori, aeri, scintillæ, hospiti, herbæ, florî, feno, nubî, nebule, rori, etc. ET SICUT NEBULA A CALORE AGGRAVATA, id est, oppressa, cujus vis nebula, vel evanescit, vel in aquas coacta delabitur ac perit.

VERS. 5. — UMBRE ENIM TRANSITUS EST TEMPUS NOSTRUM, id est, vitâ nostrâ instar umbræ transit, quia semper mutatur, citò desinit, nihil est solidi, et nihil post se relinquit. Unde Job. c. 8 : *Hesterni sumus et ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri.* ET NON EST REVERSIO FINIS NOSTRI, hoc est, fixus manet finis,

(1) Quia ex nihilo nati sumus. Græcè ἀπογυδιος spontè, casu, nullo consilio aut providentiâ Dei. Ipsi athei testantur divinam providentiam certum esse argumentum immortalitatis animorum, eum sublata providentiâ immortalitatem tolli putant. (Maldonatus.)

Videtur potius velle dicere, *rudi ac crasso modo.* Impii enim hunc morem habent, ut minime omnium intelligant sapientiam Dei in humana præsertim fabrica.

Quoniam fumus, etc.; q. d. : *Spiritus qui est in naribus nostris, et quo spiramus, est tanquam fumus. Et instrumentum hoc, et quo loquimur, et cujus virtute movetur cor, est veluti scintilla, quæ facillè extinguitur.* (Clausius.)

Quia spiritus, qui est in naribus nostris, id est, vitâ nostrâ nihil aliud est quàm fumus: quasi dicat: Sicut fumus ita evanescit, ut nihil remaneat, ita vitâ nostrâ, quæ in respiratione consistit, ut Isai. 2, 22, et Job. 7, 7: *Ventus est vitâ.* Sed illi id dicunt de vitâ corporis, impii etiam de vitâ animi. Et sermo nihil aliud est quàm scintilla, ex motu cordis nostri proveniens. Conantur impii tacite argumentis immortalitatis respondere: quorum unum est divina providentiâ, et quod homo ad ejus imaginem factus sit: alterum vivendi ratio alia quam aliorum animalium: tertium humanus sermo, qui immortalium mentium proprius est. (Maldonatus.)

neque regreditur, ut Græcum significat : cujus rationem dant verbis sequentibus, quia finis, sive mors consignata est, id est, quasi appenso sigillo immobiliter, et certo, licet hominibus ignoto tempore, constituta est; hoc est enim quod Job dicit : *Constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt* (1).

VERS. 6. — VENITE ERGO, ET FRUAMUR BONIS QUÆ SUNT : Præsentibus scilicet quæ videmus et palpamus, relictâ futurorum incertitudine. Hæc est impiorum conclusio, ex vitæ nostræ brevitate et miseriis illata. Prudentius Paulus ex iisdem principiis : *Tempus, inquit, breve est, reliquum est ut qui gaudent, etc., præterit enim figura hujus mundi*. Sed unde mel apud educit, inde venenum aranea. TANQUAM IN JUVENTUTE, id est, tanquam qui sumus juvenes, quorum ætas voluptatibus capiendis idonea est. Celeriter : Græcè, studiosè, non segniter, summâ curâ; quasi dicerent : *Comedamus et bibamus, cras enim moriemur* (2).

VERS. 7 — UNGUENTIS NOS IMPLEAMUS, quia illis utebantur ad delicias, maximè in conviviis. Ad quem morem respiciens Magdalena, unguentum effudit super caput Jesu; cujus quidem tantus apud delicatulos est abusus, ut, teste Clemente Alexandrino, ipsas propemodum maculas olere cogerent unguenti deliciae; sicut enim boves annulis et funibus, ita intemperans suffitibus et unguentis, et suaveolentibus coronarum odoribus trahitur. Sed, ut idem ait, voluptas cui nulla accedit utilitas, meretriciorum morum opprobrium est. NON PRÆTEREAT NOS FLOS TEMPORIS, id est, florida juvenus, ætatis nostræ pars præstantissima. Alii ver intelligunt, quod jucundissima maximèque florida est anni tempestas (3).

VERS. 8. — CORONEMUS NOS ROSIS, ANTEQUAM MARCESCANT. Exclusæ rosæ marcescunt, clausæ non item, quòd illæ, ut Clemens ait lib. 2 Pædag. c. 8, plurimum odoris fluxum totumque robur expiunt. Hinc notanter Græcus habet : *Coronemus nos rosarum calicibus*, sive baccis, id est, rosis clausis quæ minùs marcescunt. Convivantes rosis se coronabant, tum propter delicias, tum quòd caput æstuans vino refrigerent. Hasce coronas, tanquam ad comensationem, proterviam et insolentiam comparatas, multum improbant Clemens ibid. et Tertull. de Coronâ militis. Hinc S. August. in Psal. 52 : *Levia videbantur jam dudum loqui : Coronemus nos rosis : quid delicatius, quid lenius? sperares de hac lenitate cruces, gladios? Noli*

(1) *Non est reversio finis nostri*, à fine ac post mortem. *Consignata est enim*. Res est sigillo clausa, quod resignare non licet, atque ineluctabili decreto firmata, quòd jam nihil simus. (Bossuet.)

(2) *Et creatura quasi adolescentia*, creatura ut juvenile utamur. Quidam vertunt *ô; simul ac*. Ego autem puto esse similitudinis, pro *ut*, aut *quemadmodum*; volunt enim frui flore ac vigore creaturarum priusquam consenescant atque intereant, sicut juvenile vigente, priusquam ad senium perveniant. Nam sequenti versu *florem ævis* appellat. *Gnaviter*, studiosè, ut in eam perfruitionem toto studio ac cupiditate incubamus. (Biblia Vatabli.)

(3) *Neque nos prætereat flos temporis*. Neque frustra præterire patiamur amenissimam ævi partem. (Castellio.)

« mirari, lenes sunt et radices spinarum, si quis eas contractet, non pungitur; sed quo pungeris, inde nascitur (1). »

VERS. 9. — NEMO NOSTRUM EXORS SIT LUXURIE NOSTRÆ. Sic se invicem cohortantur ad petulantiam. Impiis enim jucundissima est peccandisocietas, quia, ut inquit August. 3 Confess. c. 9, sæpè solus homo non faceret, sed cum dicitur : *Eamus, faciamus, pudet non esse impudentem* (2).

VERS. 10. — NEC REVEREAMUR CANOS, id est, senes insolentiæ increpatores non curemus, nec illorum gravitate terreamur. Multi Patres quos infra citabimus, hæc de Christo intelligunt; quorum nonnulli, per viduam, Ecclesiam; per veteranos, Apostolos ac doctores accipiunt. Generaliter tamen intellecta etiam vera sunt (3).

VERS. 11. — SIT FORTITUDO NOSTRA LEX JUSTITIÆ, id est, jus in armis feramus, et quidquid possumus, id justum esse dicamus : QUOD ENIM INFIRMUM EST, INUTILE INVENITUR, quia varias malè agendi occasiones elabi sinit : quæ causa fuit ut Christiani olim è paganis, quasi inutiles hominum societate indigni haberentur, et lex de diligendis inimicis ridicula (4).

(1) *Nullum pratum* : et hoc ad licentiam pertinet, ut incerti ac vagi hæc illæque discurrant; prata memorantur herbis virentibus læta, choreis ac saltationibus frequentanda. Græco tamen deest. (Bossuet.)

(2) *Nemo vestrum*. *Nullus nostrum* in omnibus Græcis exemplaribus legitur; sed legendum videtur potius in secundâ personâ propter exhortationem. *Petulantia, intemperantia dissoluta*, in quâ voluptarii homines suam diligentiam strenuitatem ostendunt. (Badvellus.)

(3) Nous voyons, dit saint Augustin, par toute la suite des paroles du Sage, les différents degrés du dérèglement des hommes. Premièrement ils se pervertissent l'esprit pour en effacer toutes les impressions de la crainte de Dieu, en se persuadant qu'ils ne trouveront plus rien après leur mort, et qu'il n'y a point d'autre vie que celle-ci. « Ayant perdu ainsi toute espérance, dit saint Paul, et ayant effacé tous les remords, ils s'abandonnent à toutes sortes de dérèglements. »

Après que le Sage a décrit les excès de l'intempérance des impies, dont ils veulent partout laisser des marques, il leur fait dire en marquant leur disposition : *Opprimons le juste, n'épargions point la veuve*. « Que sont devenues, dit saint Augustin, ces paroles si douces : *Parfumons-nous des parfums les plus précieux : Couronnons-nous de roses avant qu'elles se flétrissent ? Attendriez-vous de ces personnes si délicates et si plongées dans la mollesse, des violences et des arrêts de mort ? Qu'ont de commun les fleurs avec le fer, et les festins avec les meurtres ? Ne vous en étonnez pas, ajoute ce Saint : Les racines des épines sont douces; si on les touche, elles ne piquent point, mais c'est de là néanmoins que sortent les pointes qui percent et qui déchirent. » *Sperares de hac lenitate cruces et gladios? Noli mirari, lenes sunt et radices spinarum : si quis eas contractet non pungitur; sed quo pungeris inde nascitur*.*

Ainsi après que les hommes sont tombés de l'impieeté dans la dissolution qui les rend esclaves de leurs plaisirs, lorsqu'ils craignent qu'on ne les traverse dans ce qu'ils aiment avec tant de passion, ils se portent aisément à des pensées de sang et aux résolutions les plus barbares. (Saey.)

(4) *Sit fortitudo nostra lex justitiæ*. Sic illi apud Platonem passim, justum, inane nomen; nec justitiam esse aliud quam validioris voluntatem. *Quod in-*

VERS. 12. — **CIRCUMVENIAMUS ERGO JUSTUM.** A generalibus consuetisque impiorum consiliis ad singulare quoddam facinus delabitur Scriptura : quod in Christum Judæorum impietas designavit, ut in ipso melius intueamur, quid ceteri justis experti sunt, ut loquitur Aug. in Psal. 65. Quamvis enim nonnulli recentiores de quibusvis justis hæc velint intelligi, quotquot tamen veteres hæc verba ponderarunt, unanimiter de Christo exponunt. Ex quibus Aug. dicit lib. 17 de Civit. Dei, c. 20. Passionem Christi hoc evidentissimè prophetari. Consentiant Cyprianus, lib. 2 Testimoniorum adversus Judæos, c. 14; Tertull. lib. 3 contra Marcionem, cap. 22; Ambros. de Joseph. cap. 3; Cyrillus Alexandrinus in cap. 59 Isaiæ, et clarissimè Lactantius lib. 4, c. 46. « Nonne, inquit, ita descripsit illud nefarium consilium intum « contra Deum, ut planè interfuisse videatur? » **CIRCUMVENIAMUS ERGO JUSTUM,** id est, insidiamur verbis factisque captiosis justo illi, quem vulgus ita vocat, vel quem ipsi inviti sic vocant. **QUONIAM INUTILIS EST NOBIS.** Plus intelligunt quàm dicant : significant enim esse sibi molestissimum et incommodum; quod Græcum apertè significat : ipsa enim justis præsentia molesta est peccatoribus, quorum impietatem, vel sola justis vita suâ auctoritate redarguit magis quàm si clara voce loqueretur, teste Ambros. in Psal. 36; hoc est enim quod statim significant. **ET CONTRARIUS EST OPERIBUS NOSTRIS,** non tam verbis quàm quia totum vitæ ejus institutum ex diametro moribus nostris repugnat. Nam de verbis sequitur : **IMPROPERAT NOBIS PECCATA LEGIS,** exprobrando scilicet divinæ legis transgressionem, cum diceret : *Nonne Moyses dedit vobis legem, et nemo ex vobis facit legem?* **ET DIFEMAT IN NOS,** id est, divulgat passim contra nos, **PECCATA DISCIPLINÆ NOSTRÆ,** quæ scilicet in disciplinâ nostrâ committimus, nunc avaritiam arguendo, nunc supersticiosas traditiones disciplinæ pharisaicæ, nunc neglectum cultûs interni ac divinæ legis. Varia hic recensent opinione suâ criminata, quibus in odium Christi impulsus sunt Judæi, idque tam accuratè, ut exactius rationes odii ex hæc prophetiâ, quàm ex ipso penè Evangelio possint agnosci. Enumerantur autem omninò duodecim : quatuor vers. 12, due vers. 14 et 15, quatuor item vers. 16. **ET FILIUM DEI SE NOMINAT.** Hoc fuit caput accusationis, ut ex Evangelio patet. Unde mutatis verbis, illud infra repetitur vers. 16 et 18 (1).

firmum est. Virtus ac justitia, eò debilis quòd arquo bonoque conclusa, facile pateat injuriæ nihil non momentum, ac per fas et nefas grassantium. (Bossuet.)

(1) *Circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis.* Et vers. 18 : *Si enim est verus Filius Dei, suscipiet illum,* etc. Ex posterioribus verbis collatis cum his que sunt in Evangelio, Matth. 27, manifestissimum est hæc prophetiæ dici de passione Christi et occulsi Judæorum adversus eum consiliis. Ita testantur quoque Aug. lib. 17 de Civit. c. 20. Cyprianus, Cyrillus, et alii. Et etiamsi illi non testentur, res ita aperta est, ut non prophetiam, sed historiam hæc auctor scribere videatur. Notandum quoque quod sufficiens impius ratio est persequendi justum, quia opera ejus sunt operibus eorum contraria, ne quis anxie inquirat quare persecutionem fortè patiatur. Unde et Joannes dicit

VERS. 11. — **FACTUS EST NOBIS IN TRADITIONEM (1) COGITATIONUM.** Hoc est, tradidit, seu redarguit, et in apertum profert cogitationes secretissimas et consilia, cum diceret : *Ut quid cogitatis malitiosè, dibus vestris?* item cum propalaret consilium agri-cultorum dicentium intra se : *Ipsæ est heres; venite, occidamus eum.*

VERS. 15. — **GRAVIS EST NOBIS ETIAM AD VIDENDUM.** Nam, ut ait Aug. 7 Confess. c. 46 se esse expertum, displicet iniquis justitia, et oculis agris odiosa lux, quæ puris amabilis est; pravi enim tacitis justorum motibus arguuntur, ut inquit Ambros. scdm. 40 in Psal. 118. **DISSIMILIS EST ALIIS VITA ILLIUS,** quia non tantum paradoxa præcepta tradit de diligendis inimicis, abjiciendo fastu, etc., sed nullis se receptis Pharisæorum moribus et institutis accommodat; **ET IMMUTATA SUNT VITÆ EJUS,** supple. à nostris et communibus, id est, prorsus sunt alia. Simili propè de causâ, cum Nero Traseæ senatoris optimi speciem venerabilem ferre non posset, de medio sustulit. Qui enim vivit in multitudine, ferè vel similiis multis, vel multis exosus est. Hinc Christus : *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret* (2).

VERS. 16. — **TANQUAM NUGACES ÆSTIMATI SUMUS,** quia eludit nostra consilia, tanquam pueriles et nugatorias observantias nostras irridet. **ET PRÆFERT NOVISSIMA JUSTORUM,** quia præmia eorum futura præsentis felicitati præponit; vel etiam magni facit, ut Græcè, ac beatum prædicat justorum discessum ex hæc vitâ, quantumvis hic tristitia patientur. Hoc ut crimen impii objiciunt, quos nempe supra audivimus de vitâ futurâ, et retributione desperantes, impudicitie et omni nequitie se tradidisse (3).

VERS. 17. — **VIDEAMUS ERGO,** etc., que erant novissima illius, que scilicet ipse tantoperè felicia et beata prædicavit. **Varia volunt hic reipsâ probare de Christo,** que tamen omnia non eo sensu videntur dici

Caïn odisse fratrem suum Abel, nempe *quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem justa.* 1 Joan. 5.

(1) (T'sim.)

VERS. 15. — **PROMITTIT,** affirmat, dicitur, prædicat, profitetur, **SE SCIENTIAM DEI HABERE,** id est, cognoscere Dei voluntatem ac legem; **ET FILIUM DEI SE NOMINAT;** hoc erat quod male habebant Judæos, Joan. 5, 48.

(Maddonat.)

(1) Reprehensionem, confutationem, convictionem.

(Bossuet.)

(2) *Gravis est etiam nobis ad videndum, quia dissimilis est aliis vita illius.* Capito in Thraseam, et ei similes ad Neronem : *Reali et tristis. anò tibi lasciviam exprobrant.* Livii illud lib. 55 non longe abijt : « Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt quàm eorum qui genus et fortunam suam amaris non cequant, quia virtutem et bonum alienum odeant. »

Et immutata sunt vitæ ejus, id est, *discordes.* Sic Græci scriptores optimi *ἀποστασεν* sæpè vocant ea que sunt inusitata.

(Grotius.)

Dissimilis est aliis... immutata vitæ ejus, à vulgari hominum consuetudine abhorret. Viderint qui se satis excusatos, putant, quòd sequantur multitudinem.

(Bossuet.)

(3) *Præfert novissima justorum.* Hoc est, que vel maxime justis ludibrio habentur; quod futura expectant specus præsentibus. *Patrem se habere Deum;* Græcè brevitas, gloriatur patrem Deum. (Bossuet.)

quasi seriò dubitantes, veritatem istà vià explorare voluerint, sed omnia arbitrabantur eventura contraria, sicut fratres Joseph: *Venite, inquit, occidamus eum, et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua*; quasi dicerent: Nihil ei proderunt: quod eos in figuram Judæorum de Christo dixisse notat Ambros. lib. de Josepho, cap. 5.

VERS. 18. — SI ENIM EST VERUS FILIUS DEI, SUSCIPIET ILLUM, in suam scilicet protectionem, id est, ei opitulabitur. Eadem hæc Matth. 27 Judæi in Christum blasphemantes improperant, ut satis pateat hæc etiam per ironiam dici (1).

VERS. 19. — CONTUMELIA ET TORMENTO INTERROGEMUS EUM; id est, examinemus et probemus ejus virtutem duobus fortissimis virtutis probandæ mediis, nempe corporis cruciatu, et infamiâ, quia, ut Scriptura dicit Ecclesiast. 21: *Prudens gravabitur contumeliâ*: quæ si præsertim per calumniam irrogetur, conturbat sapientem, et perdet robur cordis ejus, Ecclesiastici 7. Ut sciamus reverentiam ejus, Græcè ἐπιεικίαν, id est, animi moderationem et tranquillitatem, quæ in tormentis et dedecore enitescit, cum aliquis non perdit etiam erga persecutores reverentiam. Vel intelligit reverentiam, quæ ipsi à Deo deferenda est, præservando filium suum à malis. Et probemus patientiam ejus, ita ut sciamus, an sit idoneus doctor veritatis, quia doctrina viri per sapientiam noscitur. Hinc aptè Tertull. de Patientiâ, cap. 5. « Vos, ô Scribæ! inquit, et Pharisei, ex patientiâ vel maxime nôsse deberetis ipsum esse Filium Dei: tantam enim patientiam, nisi Deus, nemo exhiberet (2). »

VERS. 20. — MORTE TURPISSIMA CONDEMNUMUS EUM: qualis fuit mors crucis inter duos latrones. Hinc, teste Plutarcho, Romani quotannis canem alixum cruci circumgestabant in solemnî pompâ, ut sic intelligeretur, qui pro patriâ non vigilarent, tam ignominiosâ morte afficiendos, adeoque dirissimæ imprecationes erant: *In crucem! Ad corvos!* Nec minùs apud Judæos maledictus erat omnis qui pendeat in ligno. Quibus si addas, nudos solitos fuisse crucifigi, neque Christum hæc ignominîâ caruisse, teste Ambros. lib. 10 in Lucam, nihil videtur ad mortis turpitudinem addi potuisse. Hinc inferas non tantùm ex occasione Barabbæ, sed etiam ex proposito, crucem Christo fuisse destinatam. ERIT ENIM EI RESPECTUS EX SERMONIBUS ILLIUS, id est, Deus habebit respectum. Græcè, observationem, et curam ejus, ut sæpè dictavit. Ironice loquuntur (3).

VERS. 21. — EXCEGAVIT ENIM EOS MALITIA EORUM.

(1) *Si est verus filius Dei*, Græcè: Si est ille justus filius Dei. Si est ille Christus sub justî nomine tantùm expectatus. Isai 41, 43, 51, Dan. 9. (Bossuet.)

(2) *Pro interrogemus* in Græco est *exploremus*, et *pro reverentiam lenitatem*. Hæc quoque in Dominum Jesum optimè conveniunt. *Contumeliæ* sunt sputa et alapæ; *tormenta*, corona spinica et virga.

(Caotius)

(3) *Respectus*, etc., q. d.: Ex verbis ejus deprehendatur quis sit; vel ironice, q. d., scilicet: Tunc apparebit quòd ille jactabat se filium Dei esse.

(Emmanuel Sâ.)

Voluntaria ergo fuit cæcitas, quia ex peccatis orta voluntariis, quibus ita erant affecti, et maximè passionibus odii et invidiæ ita impediti, ut quamvis multa eorum quæ scrutari volebant per tormenta, viderint impleri, tamen oculos ad lumen, quo subinde perstringebantur, non liberet erigere. Hinc impli apud Sophoniam cap. 1: *Væ nobis! quia peccavimus; ideò contenebrati sunt oculi nostri*. Item: *Ambulaverunt ut cæci, quia Domino peccaverunt*. Sic ergo peccata sunt causâ cæcitatæ, et vicissim cæcitas peccatorum. Cum itaque inveteratâ illâ invidiæ et odii malitiâ Judæi in Christum laborarent, quod mirum si solam Dei virtutem cogitantes, justo Dei judicio, ut loquitur Augustinus lib. 12 contra Faustum, cap. 44, circa carnis infirmitatem erraverunt ac veluti cæci in Christum impeerunt? temporali enim felicitati et splendoris veteris Testamenti proprio intenti, non videbant esse jam tempus, quo revelarentur in Christo bona æterna per temporalia mala quæ patiebatur, ut idem docet Epist. 120, cap. 6. Hæc ergo de causâ erraverunt.

VERS. 22. — ET NESCIERUNT SACRAMENTA DEI, id est, arcana Dei consilia atque judicia, qui per infirmitatem carnis Christi mundum liberare decreverat. NEQUE MERCEDEM SPERAVERUNT JUSTITIE, in futurâ scilicet vitâ, idque vel putantes justitiam temporali felicitate compensandam, quâ qui careret, justus non esset: quod etiam amici Job arbitrati videntur, vel quia si non verbo, saltem facto, ut supra audivimus, dicebant: *Desperavimus, post cogitationes nostras ibimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus*, ut dicitur Jeremiæ 18. NEC JUDICAVERUNT, id est, non reputaverunt secum, nec expenderunt, honorem ANIMARUM SANCTARUM, honorabile scilicet illud præmium, ut Græcè est, quod animabus ex contumeliarum perpeccatione, repositum est. Nec item expenderunt, in quâm honorabili integritate et ad quantam excellentiam Deus hominem primitus instituerat, ut hujus honoris consideratione peccatum horrerent (1).

VERS. 23. — CREAVIT HOMINEM INEXTERMINABILEM (2). Græcè *ad incorruptionem*; hoc est, ut esset incorruptibilis et inextremabilis, si non peccaret. ET AD IMAGINEM SIMILITUDINIS SUÆ (3) FECIT ILLUM, id est, ad

(1) *Et nescierunt sacramenta* vel potius *mysteria Dei*, id est, occulta Dei concilia: sic vocat præmia et supplicia future vitæ, quæ nunc non videntur, sed creduntur: hæc enim sunt mysteria; quasi dicat: Non intellexerunt Deum redditorum unicuique secundum opera sua. *Neque mercedem speraverunt justitiæ, vel sanctitatis*, id est, non crediderunt sperandam esse justis ullam operum suorum mercedem. *Neque judicaverunt honorem*. In Græco, *neque diducaverunt præmium animarum sanctarum*, id est, non putarunt plus præmii sanctos habituros quàm injustos, neque ullam inter differentiam agnovissent. Noster autem interpres præmium vocavit honorem, ut 1 Tim. 5, 17. (Maldonatus.)

(2) Immortalem, ut recordatione pristina dignitatis erigat justorum animos, ne impiorum insectationibus victi jaceant.

(3) Græcè, proprietatis. Deo enim proprium, ut sit per se immortalis; cætera omnia per se deficient, nisi continuo divinæ virtutis influentia sustententur. Alii codices habet, aternitatis suæ *ἀδιόριστος*, [pro *ἀδιόριστος*.] (Bossuet.)

imaginem, seu ut esset imago simillima sibi, capax mercedis justitiæ, non tantum temporalis, sed etiam æternæ. Quamvis imago possit etiam sumi pro exemplari. Imago hæc non in corpore sita est, quamvis in eo relucent, sed in animâ, quòd ea sit intellectualis, incorruptibilis, incorporea, libera, gratiæ Deique capax, animalium sui que corporis tanquam mundi cujusquam corporei domina et reatrix. Hæc peccato perdi non potuit, potuit tamen exacta illa similitudo perdi quæ ex gratiâ oriebatur. Unde et renovari indiget secundùm Apostolum.

VERS. 24. — *INVIDIA AUTEM DIABOLI* (1), etc., quia homini spem æternæ felicitatis invadebat, quâ ipse exciderat. Persuasit ergo peccatum, ut animâ et corpore mortuus, sibi per omnia subderetur, nempe ordine tam naturæ quàm vitii; nam antea per justitiam erat homo dæmone superior, et ab ejus dominatu exemptus; nam etiam hanc excellentiam homini

(1) Unde Christus: *Ille homicida ab initio*. Joan. 8, 44. (Bossuet.)

CAPUT III.

1. Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.

2. Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum:

3. Et quod à nobis est iter, exterminium; illi autem sunt in pace.

4. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.

5. In paucis vexati, in multis benè disponentur quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se.

6. Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum.

7. Fulgebunt justi, et tanquam scintillæ in arundinetis discurrent.

8. Judicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

9. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem; et fideles in dilectione acquiescent illi; quoniam donum et pax est electis ejus.

10. Impii autem secundùm quæ cogitaverunt corruptionem habebunt; qui neglexerunt justum, et à Domino recesserunt.

11. Sapientiam enim et disciplinam qui abjicit, infelix est; et vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum.

12. Mulieres eorum insensate sunt, et nequissimi filii eorum.

13. Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis; et incoïnquinata, quæ nescivit torum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum;

14. Et spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in templo Dei acceptissima.

15. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus: et quæ non concidat, radix sapientiæ.

invidisse notat Irenæus lib. 5. *MORS INTROITUS IN OCEANUM TERRARUM*, non propagatione, sicut mors per unum hominum intravit, sed imitatione, et imprimis dæmonis imitatione, ut docet Aug. lib. 4 de pecc. Merit. c. 9. Sequitur enim,

VERS. 25. — *IMITANTER AUTEM ILLUM*, diabolum, qui sunt ex parte illius, id est, qui melioribus invident pereuntes ipsi, et perdentes fratres invidiâ, sicut ipse diabolus livore perit primus, et perdidit, ut loquitur Cyprianus lib. de Zelo et Livore. Quem morbum diabolicum nonnulli antiqui incurabilem vocant. Unde enim sibi paravit salutem, qui de salutis materiâ facit perniciem, aliorum sanctè viventium merita, sua faciens invidendo peccata? ut loquitur Prosper. lib. 5 de Vitâ contemplativâ, cap. 5 (1).

(1) Videtur ad mortem esse referendum: *Experiuntur autem illam*, id est, mortem, qui sunt partii ejus, id est, diaboli, q. d.: Qui peccatores sunt, ii sunt morti obnoxii: *stipendium enim peccati mors*, Rom. 6, 25. (Maldonatus.)

CHAPITRE III.

1. Mais les âmes des justes sont dans la main de Dieu, et le tourment de la mort ne les touchera point.

2. Ils ont paru morts aux yeux des insensés: leur sortie du monde a passé pour une grande affliction,

3. Et leur séparation d'avec nous pour une entière ruine; mais cependant ils sont en paix:

4. Et s'ils ont souffert des tourments devant les hommes, leur espérance est pleine d'immortalité.

5. Leur affliction a été légère, et leur récompense sera grande, parce que Dieu les a éprouvés, et il les a trouvés dignes de lui.

6. Il les a éprouvés comme l'or dans la fournaise; il les a reçus comme une hostie d'holocauste; et il les regardera dans le temps.

7. Les justes brilleront et ils étincelleront comme des feux qui courent au travers des roseaux.

8. Ils jugeront les nations, et ils domineront les peuples, et leur Seigneur régnera éternellement.

9. Ceux qui mettent leur confiance en lui, auront l'intelligence de la vérité, et ceux qui lui sont fidèles dans son amour, demeureront attachés à lui, parce que le don et la paix sont pour ses élus.

10. Mais les méchants seront punis selon l'iniquité de leurs pensées, parce qu'ils ont négligé la justice, et qu'ils se sont retirés d'avec le Seigneur.

11. Car celui qui rejette la sagesse et l'instruction est malheureux; l'espérance de ces promesses est vaine, leurs travaux sont sans fruit, et leurs œuvres sont inutiles.

12. Leurs femmes sont insensées, et leurs enfants pleins de malice.

13. Leur postérité est maudite. Ainsi heureuse celle qui est stérile, mais qui n'a rien qui la souille, et qui a conservé sa couche pure et sans tache; elle recevra sa récompense, lorsque Dieu visitera les âmes saintes.

14. Heureux aussi l'eunuque dont la main n'a point commis l'iniquité, qui n'a point eu de pensées criminelles contraires à Dieu; parce que sa fidélité recevra un don précieux, et une très-grande récompense au temple de Dieu.

15. Car le fruit des justes travaux est plein de gloire, et la racine de la sagesse ne sèche jamais.

16. Filii autem adulterorum in inconsummatione erunt, et ab iniquo toro semen exterminabitur.

17. Et siquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, et sine honore erit novissima senectus illorum.

18. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.

19. Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

16. Mais les enfants des adultères n'auront point une vie heureuse, et la race de la couche criminelle sera exterminée.

17. Quand même ils vivraient long-temps, ils seront considérés comme des gens de rien, et leur vieillesse la plus avancée sera sans honneur.

18. S'ils meurent plus tôt, ils seront sans espérance; et au jour où tout sera connu, ils n'auront personne qui les console;

19. Car la race injuste aura une fin funeste.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — JUSTORUM AUTEM ANIMÆ IN MANU DEI SUNT (1); id est, in tutelâ et patrocinio Dei sunt quorumlibet justorum animæ ex corpore gressæ, et maximè martyrum, de quibus hic agitur, et quibus hoc Ecclesia aptavit. ET NON TANGET ILLOS TORMENTUM MORTIS, secundæ sive æternæ: de jam defunctis enim videtur esse sermo. Imò nec ipsa tormenta, quibus impij in morte cruciantur, justos attingent, scilicet non damnationis metus, non mundi amissi dolor, non peccatorum præteritorum horror; et quod maximè spectat martyres, quia non cedunt mortis suppliciis, sed potiùs ipsis supplicia cesserunt. Finem enim doloribus, quem tormenta non dabant, coronæ dederunt, inquit Cyprian. Epist. 6, lib. 2.

VERS. 2. — VISI SUNT OCVLIS INSIPIENTIVM MORI, id est, penitus interire corpore et animâ, irritis omnibus virtutum laboribus (2).

VERS. 3. — ET QUOD A NOBIS EST ITER, migratio scilicet ex hac vitâ, videtur impiis esse EXTERMINIVM. Græcè, *contritio*, quasi per mortem justî, instar vasis

(1) Hoc à Sapiente scriptum est tempore veteris Testamenti de animabus justorum post mortem. Ergo animabus illis benè erat, licet conspectu Dei nondùm fruèrentur. Vel in genere de animabus justorum, ut sensus sit, justorum animas à Deo conservari, ut etsi affligantur in hac vitâ et per mortem perire videantur, tamen non pereant, sed post mortem corporum feliciter agant. (Eustius.)

(2) Impij qui sententiam de rebus ex solâ ipsarum specie ferunt, easque animo prorsus crasso explorant, bonorum mortem summæ calamitatis loco habuerunt; quippe qui ipsam animam in nihilum solvi morte arbitrarentur. Neque in eo decepti sunt, quòd illos mori putaverint: *Visi sunt oculis insipientium mori*, sed quòd unâ cum corpore omnia interire censerint. *Profectò si in hac vitâ tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*, 1 Cor. 15, 19. Quid enim est piorum vita, nisi perpetuum adversus vitia corruptaque naturæ libidines prælium, ætas assiduis et diaboli et impiorum injuriis agitata? Post hæc, si anima cum corpore unâ moritur, atque in nihilum solvitur, bonorum conditio miserrima omnium est. Ita de hæc re ineptissimè sentiunt impij, et ii qui religionem odère.

Veteres quidam codices locum non leviter discrepantem hic habent. Post hæc verba enim: *Et æstimata est afflictio exitus illorum*, ferunt: *Et ab itinere justo abierunt in exterminium, et quod à nobis est, iter exterminii*. At Græcus solum legit tertij versiculi loco cum Vulgatâ: *Et quod à nobis est iter, exterminium*. Cum illi ex hominum numero discederent, id extremi exitii loco habuerunt; vel ex Græco: *Eorum à nobis discessus, contritionem*, dissipationem, veluti aliquid quod comminuitur, atque in pulverem dissipatur. Hoc reverà sentiebant Epicurei, animam scilicet, ubi à corpore discederet, instar fumi et vaporis solvi. (Calmet.)

testacei, contererentur in nihilum evanescentes, nullâque arte reparabiles. ILLI AUTEM SUNT IN PACE æternâ, quæ *exsuperat omnem sensum*. Per pacem autem Hebræi et Scriptura omne felicitatis genus significant. Hoc autem justis contingit, quia, ut Aug. 13 de Civit. cap. 4, *tantam Deus præstitit gratiam fidei; ut mors instrumentum sit, per quod transiretur ad vitam* (1).

VERS. 4. — SPES ILLORVM IMMORTALITATE PLENA EST. Quia gloriosam corporis et animæ immortalitatem certissimâ expectatione præstolantur; de justis enim defunctis loquitur, quorum dicitur spes plena, non inanis et vacua, quia non frustabuntur expectatâ immortalitatis mercede (2).

(1) *In exterminium*, scilicet opinione insipientium. *Iter*, id est, discessus. *Exterminii*, scilicet esse illis visus est, q. d.: Putârunt illos hinc à nobis in exitum discessisse. Pace, id est, felicitate. (Emmanuel Sâ.)

(2) *ET SI CORAM HOMINIBUS TORMENTA PASSI SUNT* (Græcè *κολασθῶσιν*, id est, puniti, animadversi, castigati, malis affecti sint) *SPES ILLORVM IMMORTALITATE PLENA EST*. Vatabl.: *Etenim dum cruciantur in conspectu hominum, spem alunt immortalitatis plenam*. Loquitur de justis qui tribulationes et persecutiones patiuntur, sed maximè de martyribus; hos enim in tormentis sustentat et roborat spes gloriæ, quæ postea mox vertitur in rem ipsam. Tormenta ergo martyres consecrant, et in ipsâ passionis probatione sanctificant ait S. Cypr. de Exhort. Martyr. cap. 12, qualia passi sunt Machabæi ab Antiocho, ac Judæi sub Ptolomæo Lagi, qui primus Alexandro Magno successit in regno Egypti, ac vicinos Judæos oppressit, teste Josepho, sub cujus tempora hic liber scriptus videtur. Ad illorum ergo passiones et martyria hic alludit.

SPES ILLORVM IMMORTALITATE PLENA EST. Primò, spes accipi potest metonymicè pro re speratâ, puta pro mercede, et præmio q. d.: Merces justorum afflictorum et martyrum, quam in hac vitâ sperârunt, et jam possident in cælo, est plenitudo immortalitatis, divitiæ non peritura, copia bonorum deficientium, ait Joan. Alba electorum, cap. 85. Audi S. Cypr. de Exhort. Martyrum c. 12: «*Quæ spes et merces maneat martyres, post conflictationes hujus temporis et passiones per Salomonem Spiritus sanctus ostendit et præcavit, dicens: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.*» Hoc est quod ait Job. c. 11, 17: *Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer*. Et Apost. Hebr. 11, 35: *Distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt*, etc.

Secundò, spes propriè accipi potest, q. d.: Martyres et in vitâ et in morte, ac multò magis post mortem, partâ jam victoriâ, sperant plenam immortalitatem. Hanc enim sperabant justî illius ævi vitæ functi, se brevi adepturos per adventum Christi. Hinc patet in animabus patrum in limbo, æquè ac iis quæ

VERS. 5. — IN PAUCIS VENATI. Græcè, paucis correpti, castigati et eruditi; tormenta enim, castigata

sunt in purgatorio manere spem, etiam ipsi certe sint de sua salute. Probat ad Franc. Suarez Tr. de spe, disp. I, sect. 8, dicto 5. Primo, quia in eis manet fides et charitas, ergo et spes, quæ media est inter fidem et charitatem. Secundo, qui nondum obtinent beatitudinem: ergo eam sperant. Tertio, quia nulla est in eis causa corruptionis spei, neque sunt in tali statu, in quo spei sint incapaces. Dices: Illis non est ardua consecutio beatitudinis; nam potius judicant esse necessariam, et impossibilem iudicant eam amittere, neque hoc proprie timent. Respondetur non esse necessarium ad spem, ut consecutio boni sperati apprehendatur ut difficilis, id est, dubia, vel quæ possit impediri, sed satis est si apprehendatur ut excedens naturæ perfectionem, et hoc etiam modo animabus purgatorii offertur uti ardua, consecutio beatitudinis. Unde non est de ratione spei, ut possit semper habere conjunctum timorem servilem proprie dictum cum anxietate: quare si etiam in hæc vita Deus revelaret alicui suam gratiam, et perseverantiam in illâ, nihilominus posset verè et proprie sperare, quavis non posset illo modo timere. Hinc sequitur in patribus veteris Testamenti mansisse veram spem usque ad Christi adventum. Patet ex ratione dictâ, et quia peculiariter sperabant adventum Messie, unde de illis dicitur vers. 4: *Spes illorum immortalitate plena est.* Et hæc ita sunt certa, ut non sit dissensio ulla. Hucusque Suarez, qui et addit, in animabus quoque jam in celo beatis manere habitum spei, imò et actum secundarium, quia actu sperant resurrectionem et gloriam corporis.

Hæc spes excitavit martyres, ut non tantum tormentis se offerrent, sed et ambirent, ac majora exposcerent. Audi S. Ephrem Encomio in omnes sanctos martyres, sub initium: « Sic quippe sancti martyres, toto se corde, et animo tradiderunt Deo, ut deinceps et ipsam mortem, et cunctas inimicas tyrannorum insidias contemnerent, parati ad perferenda verbera, et tormentorum necessitates, diversosque totius corporis cruciatus. Terga in lororum dederunt sectiones, et in varias fibrarum atque medullarum concisiones. » Et post nonnulla: « Quin et ossa ipsorum inmaniter confringebant; atque ideò virtutem à Deo accipiebant, ut cunctas fortiter passionibus sustinerent, et quasi sensus doloris expertes, sese ad quascumque insidias gerebant, et tanquam in alienis corporibus paterentur; imò et principibus ipsis atque iudicibus audacter insultabant, et ad majorem eos iram excitabant, dicentes: Si graviora habetis tormenta, advovete nobis; hæc enim nullius momenti sunt. Quare etiam illi magis incensi, iraque effervescentes, velut immanissima ferae adversus ipsos rugiebant, vocatisque lictoribus vehementius sancta fortium pugilum corpora cadenda dilacerandaque curabant. Illi verò vicissim ad præfectos ac iudices: Ubi sunt, inquebant, suppliciorum vestrorum minæ? nam ignis vester frigidus apparet, ac tormenta inefficacia, percussores imbecilles, et gladii vestri ligna marcida: nihil quod nostræ respondeat promptitudini atque alacritati, habetis: ad plura et majora toleranda parati consistimus. »

Vis exempla? accipe. Hæc spe animatus S. Quirinus martyr, pater S. Ballinae virginis et martyris, sub Alexandro I. pontifice, ad Aurelianum comitem intrepide dixit: « Si vis occidere, si fustibus cadere, si ignibus concrenare, hæc quod libet: omnes enim ad mortem pro Christo subeundam, non secus ac famelicæ ad panem, parati sumus. »

S. Sabina martyr, Antiocho præsidi S. Seraphiam vexanti, constanter exprobravit: « Canis rabide Asiæ, noli in tuam perniciem sanctam Dei virginem et dominicam tuam injuriis allicere. »

S. Hesteria virgo et martyr Bergomas ad præsidem: « Tu, inquit, cervix mea præstò est, in hæc

et disciplina sunt parati, quæ merito illis parva, levis et momentanea videntur, quia non sicut obediunt potestati legum temporis ac futuram gloriam. DEUS INVENIENS EOS, tentatione non deceptiois, quia Deus intentator malorum est, sed probationis, quæ secundum Augustinum gratulanda est, quia plerumque aliter non potest sibi ipsi humanus animus innotescere. Unde a Deo justi tentantur, ut eorum virtus seculo in notitiam proferatur à Deo (1).

(sevitò, hæc pro Christi Domini mei fide libenti animo trade.)

S. Sylvester pontifex et martyr sub Justiniano imperatore relegatus in Pontiam insulam, ad Amatorum episcopum scribens: Susterent, inquit, pane tribulationis et aqua angustiar, nec tamen dimisi aut dimittito allicium meum.)

S. Genesius ex nimio martyr sub Diocletiano. dum in euleo suspenderetur, unguis laceraretur, lampadibus ureretur, dicebat: « Non est Deus præter Christum, pro quo si nullus occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteris. »

S. Eusebius, Pontianus, Vincentius et Peregrinus martyres Romani sub Commodulo imperatore cum in euleo torquerentur, nervis et fustibus caderentur, asserabant tortoribus: « Nolite remittere; ante enim vobis tempus, quam nobis animus pro Christo patiendo, deficiet. » Cumque Vitellius præses constantiam eorum admiratus, eos magia præditos, in tormentis letari diceret, Vincentius respondit: « Non gaudemus nisi in Domino Jesu Christo. »

S. Achatus centurio et martyr sub Diocletiano ad præsidem: « En corpus, ait, ad flagella paratissimum; intere illo ut libet, animi certè propositum neque tu, neque imperator, nec omnis demonum malitia, ut impuris, id est, demonibus, sacrificem, evertere poterunt. »

Inter septem fratres Machabæos, qui sub Antiocho gloriosum martyrii agonem obierunt, ordine tertius linguam postulatibus cito protulit, et manus constanter elevavit et cum fiducia ait: *E caelo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero.* Eadem spe se ceteri fratres ad martyrium animarunt, 2 Machab. 7.

Denique Apost. Hebr. 11, 1: *Fides, inquit, est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium, ubi deinceps toto capite præcos fidei heroes profert, qui hæc spe animati heroica virtutum opera ediderunt, ac se suumque nomen immortalitati consecrarunt.* (Corn. à Lap.)

(1) In eo quod dicitur, *invenit eos dignos se*, satis ostenditur in justo homine aliquid esse, propter quod rectè et vere dicatur dignus esse Deo, id est, dignus, qui à Deo, cui complacuit, accipiat remunerationem æternæ vitæ, et Deo perpetuo amore adhaereat. Id autem per quod homo dignus Deo evincit, aliud esse nihil potest, nisi ipsa justitia. Nempe ideo justi Deo placent, injusti displicent, quia illos justitia Deo commendat, hos injustitia eidem exosos facit. Nam sicut *ad se sui Deo impius, et impietas ejus*, id est, sicut impium odit propter impietatem, ita amat justum propter justitiam. Verùm, quia justitia non est homini à seipso, sed ab eo qui justitiam impium, ideo et dignitas ista quæ justitiam consequitur, simul cum ipsa justitia ejusdem Dei benedictione accipitur, dicitur Apostolo ad Coloss. 1, 12: *Qui dignos nos fecit in partem sortis suarum.*

Quid ergo dicitur, *invenit eos dignos se*, non ita intelligendum, quasi dignitatem illam suis viribus essent consecuti, sed quia tales inventi, postquam eos tales fecit. Quia enim justos et sanctos fecerat, ideo dignos se invenit. Et notandus hic locus contra hæreticos, impugnantes dignitatem et merita operum, quæ ex fide et charitate quoque procedunt. Quod etiam hic de operum dignitate sermo sit, manifestum

VERS. 6. — TANQUAM AURUM IN FORNACE PROBAVIT ILLOS : quia ut illud igne non læditur, sed enitescit purius, ita nec martyres igne tribulationis consumpti sunt, sed consumptâ peccatorum et imperfectionum scoriâ, puriores emicuerunt. QUASI HOLOCAUSTI HOSTIAM ACCEPIT ILLOS, quia martyres reipsâ se totos Deo quasi holocausti victimas igne charitatis succensas, igne passionis consumptas immolârunt; holocaustum enim totum in Dei honorem cremabatur. ET TEMPORE OPPORTUNO, scilicet in die iudicii, ERIT RESPECTUS ILLORUM, quia habebitur eorum ratio, corpore et immortalitate ipsis restitutis (1).

VERS. 7. — FULGEBUNT JUSTI, celebritate famæ ac laudis, virtutibus ac miraculis in hac vitâ; ET TANQUAM SCINTILLÆ IN ARUNDINETO DISCURRENT, quia ambulant hic virtute lucentes inter improbos, quos exemplo suo incendunt, et correptionibus urunt. Ita ferè Greg. lib. 33 Moral., cap. 3, et Athanas. Apologiâ pro fugâ suâ. Sed quia quæ cohærent, de justis jam defunctis accipiuntur; hinc aptius FULGEBUNT JUSTI corporis et animæ glorioso fulgore in futurâ vitâ, magnæque agilitatis et penetrabilitatis dote discurrent: incenso enim arundineto, scintillæ magnâ luce et agilitate huc illuc volitant (1).

VERS. 8. — JUDICABUNT NATIONES, omnes quidem sancti approbationis et comparationis iudicio; « tot enim iudiciis inops adstabo, inquit August. in « Meditat., quot me præcesserunt in opere bono; est ex sequentibus, ubi inter cætera ait, vers. 15: *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus; fructum scilicet intelligens mercedem immortalitatis.* (Estius.)

In paucis vexati, id est, pro paucis malis, quæ in hac vitâ perpessi sunt, multis bonis in alterâ vitâ cumulabuntur. Ad verbum: *Exiguâ malis castigati, magnis bonis afficientur. Non enim sunt condigne passionis hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, Rom. 8, 18. Et quod in præsentî est momentaneum, et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur,* 2 Cor. 4, 17. *Quoniam Deus tentavit eos*, id est, cum Deus per multas afflictiones eorum virtutem exploravisset. *Invenit eos dignos se*, id est, vitâ æternâ, invenit maturos ad gloriam. Ex hoc loco merita nostra probantur: quid enim aliud est vitâ æternâ dignum esse, nisi vitam æternam mereri? (Maldonatus.)

(1) Il ne faut point que les méchants s'élèvent de ce qu'ils ont le pouvoir d'affliger les Saints, puisque Dieu ne le leur donne que pour les rendre des instrumens qui servent à purifier ceux qu'ils affligent. « Car comme la paille brûlant l'or dans la fournaise se consume elle-même, et rend l'or plus beau et plus pur: ainsi lorsque les méchants tourmentent les bons, ils se perdent et se consomment eux-mêmes en purifiant et sanctifiant les âmes des justes. C'est ce qui doit porter ceux qui souffrent à témoigner toujours un grand courage dans l'affliction, à avoir une compassion sincère de ceux qui les persécutent, et à rendre toujours gloire à Dieu dans leurs souffrances.

Il les a vus en holocauste; car, comme dans l'holocauste la victime est entièrement consumée par les flammes en l'honneur de Dieu, ainsi l'affliction, et particulièrement le martyre, est le sacrifice et l'hommage le plus parfait que la créature puisse rendre au Créateur. (Sacy.)

(1) *Fulgébunt*; et *tanquam scintillæ in arundineto*, clarâ luce, in materia quæ flammam læcilè comprehendat, *discurrent*, immortalem lucem circumiterentes. (Bossuet.)

« Apostoli verò et viri apostolici, etiam judiciaræ se-
« dis consortio, quo et angelo iudicabunt. » DOMINABUNTUR POPULIS, vel quia illis præerunt, quibus salutem verbis atque exemplis attulerunt, vel quia etiam facient vindictam in nationibus et increpationes in populis, pugnantes simul cum orbe terrarum contra insensatos (1).

VERS. 9. — QUI CONFIDIT IN ILLO, INTELLIGENT VERITATEM (2), illorum scilicet verborum, quæ de remuneratione sanctorum promissâ, à Scripturis prodita sunt; nam ut fides intelligentiæ meritum est, ita et fiducia. Vel *intelligent veritatem*, quia illam reipsâ experientur; opponitur enim hoc pœnæ impiorum futuræ, quæ sequitur inferiùs. ET FIDELES IN DILECTIONE, qui nempe ita constanter et fideliter diligunt, ut nihil eos possit à charitate Dei separare, ACQUIESCANT ILLI, quia obscuris mysteriis sine relucatione credunt, et voluntati Dei sine murmure obediunt. Porro Græcum verbum significat, assiduè adhærebunt illi; quod aptissimè acceperis de præmio vitæ futuræ, de quo hactenus sermo fuit: quo etiam modo Latinum verbum, licet improprie, exponi posset. QUONIAM DONUM, intelligentiæ, vel potius eximium illud gloriæ præmium, ET PAX, sive omnis felicitas, reposita est ELECTIS EJUS.

VERS. 10. — IMPII AUTEM SECUNDUM QUÆ COGITAVERUNT, id est, sic quemadmodum perverse eorum cogitationes meruerunt, CORREPTIONEM HABEBUNT, id est, increpabuntur et punientur, cum audient illud: *Ite, maledicti*, etc. Vel fortassis significat, id impio esse eventurum, quod, quantumvis athea; horrore tamen scelerum suorum perturbata ipsius conscientia, subinde præsumebat ac verebatur: tanta enim inest animæ rationali de divino iudicio ac de suâ immortalitate credulitas, ut meritò propter hoc alicubi exclamet Tertull.: « O testimonium animæ naturaliter Christianæ (3).

VERS. 11. — VAGUA EST SPES ILLORUM, quam de futuris vanè præsumunt; nam, ut dicitur e. 5, *spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur.* ET LABORES SINE FRUCTU (4), quia non possunt æternum vitæ fructum ex se proferre, nec si quis est frucus hujus seculi, amarissimis laboribus ejusdem seculi dignus est.

VERS. 12. — MULIERES EORUM INSENSATE SUNT (5), tum virorum impiorum imitatione, facilè enim mens infirma, mores eorum sibi asciscit, quorum auctoritati aliquid tribuit; tum etiam quia cum sint tales,

(1) *In eis in perpetuum regnabit.* Ad verbum, *regnabit eorum*, sive *rex erit eorum*, cum Deus erit in ipsis omnia. (Badvellus.)

(2) Qui illi affectu omni adhæserint, nullo mendacii aut erroris spiritu decipientur. (Clarius.)

(3) Impii verò sicut cogitarunt, habebunt pœnam, aut multam, hoc est, juxta prava sua consilia et cogitata multabuntur, pœnasque dabunt improbis cogitationibus suis dignas. (Biblia Vatabli.)

(4) Quidam codices Latini habent *insipientes*; sed lecto Vulgatæ, quam postimus, melior est.

(Badvellus.)

(5) Propter maritorum flagitia, quæ femina imitantur, aut ulciscuntur. (Grotius.)

impis in pœnam impietatis obtingunt : *domus enim et divitiæ dantur a parentibus*, a Domino autem proprie uxor prudens, Proverb. 19. Quæ quam gravis punitio sit, satis intellexit ille qui dixit : *Cor humile, et facies tristis, et plaga cordis, mulier nequam*, Eccles. 25. Hanc autem destinari in pœnam, significat adjungens : *Sors peccatorum cadat super illam*. Per insensatam autem mulierem, videtur adulteram intelligere, de quibus multa hic sequuntur. Et nequissimi filii locum (1), quia mali corvi malum solet esse ovum; paterna enim educatio, institutio, exemplum, solet infirmam illam ætatem ad omnem impietatem pervertere. Hæc rursus gravissima parentum pœna est, quæ Deus sæpè solet eorum impietatem castigare.

VERS. 15. — MALEDICTA CREATURA EORUM, id est, progenies et posteritas, tum quia patrum suorum maledicta scelera eorum imitantur, tum quia intuitu peccatorum parentum, Deus sæpè solet posteros relinquere omni maledictioni obnoxios, ut olim patuit in Chananeis, nunc in Judæis : quo sensu, quia patres eorum comederunt uvam acerbam, sæpè filiorum dentes obstupescunt. QUONIAM FELIX EST STERILIS, non naturæ vitio, quæ tunc temporis potius maledicta censebatur; sed castæ voluntatis arbitrio : ad quod significandum Græca legunt : *Sterilis illa quæ est immaculata* : quo modo etiam legit Hieron. in cap. 56 Isai., quîn etiam infrâ, non quilibet spado, sed qui non est operatus manu iniquitatem, beatus dicitur. QUÆ MESCIVIT TORUM IN DELICTO; id est, quæ virginitatem nullâ carnis concupiscentiâ, nullo concubitu maculavit, HABEBIT FRUCTUM, si non carnales filios, at certè alium longè excellentiorem : IN RESPECTIONE ANIMARUM SANCTARUM, cum scilicet Deus sanctas animas judicii visitatione ac remuneratione respicit (2).

(1) Propter pravam institutionem. Juvenalis :
Plurima sunt, Fuscine, et famâ digna sinistra.
Et nitidis maculam hæsuram figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.

(Grotius.)

(2) Vix ullus locus est æquè manifestus in veteri Testamento ad commendationem perpetuæ castitatis. Vetus enim Testamentum alioqui felices prædicabat fœcundos, et infelices steriles. Sed hic velut præco novi Testamenti, steriles et spadones (seu ut Græca habent, eunuchos) præfert fœcunditati. Intelliguntur enim non qui naturâ steriles, sed qui voluntatis electionem; neque eunuchi sic nati, aut ab hominibus facti, sed de quibus Christus in Evangelio Matth. 49 : *Qui seipsum castraverunt propter regnum Dei*. Prærogativam autem eorum in regno cælorum declarat Sapiens cum addit : *Dabitur illi fidei domum electam, et sors in templo Dei acceptissima*, scilicet præ aliis. Cui simile est, quod Isaias item evangelicus propheta de eunuchis talibus dicit cap. 56 : *Dabo eis in domo meâ et in muris meis locum et nomen melius à filiis et filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit*.

(Estius.)

Leur postérité est maudite, parce que lorsque le père et la mère sont déréglés dans leur vie, leurs enfants aisément leur sont semblables.

Heureuse celle qui, étant stérile, n'a rien qui la souille, et qui a conservé sa couche pure et sans tache. Ces paroles du Sage nous marquent, selon quelques uns, qu'une femme qui n'a point d'enfants, mais qui est chaste dans le mariage, ne laisse pas d'être heureuse,

VERS. 14. — Et spado, qui seipsum castravit propter regnum cælorum, auferens sibi concubitus potestatem, non carnis impotentia, quod potius nefas est, sed mentis vinculo indissolubili, quod nihil est aliud quam votum; qui non est operatus per manus suas iniquitatem. Duo in hoc spadone requiruntur: Primum quidem, ut non sit operatus per manus suas, seu manu, ut habet Græcus, iniquitatem; per quod significatur vel generaliter immunitas à criminibus, vel speciatim potius illa impuritatis labes innotuit, quæ membrorum tactu, castitatem polluit, ut notat Epiphanius heresi 26, a quâ tacite Scriptura insinuat, tanquam a peculiari laqueo, esse cavendum illis spadonibus. Alterum est, ET NON COGITAVERIT ADVERSUS DEUM NEQUISSIMA; per quod omnis occultissimarum cogitationum obscenitas removetur: quæ quia nemine, nisi solo Deo conscio ac teste, committitur, satis proprie adversus Deum cogitari dicitur; tenera enim ac delicata est pudicitia; nam cum omnes templum sinus Dei, ejus templi æditua et antistes pudicitia est, quæ nihil immundum vel profanum illud inferri sinat, ut ait Tertullianus lib. de Cultu feminarum, cap. 1. DABITUR ENIM ILLI FIDEI DONUM ELECTUM, id est, præmium singulare et eximium, quod ejus fidei seu fidelitati respondet. Et SORS IN TEMPO DEI ACCEPTISSIMA, id est, hæreditas ac merces gratissima et delectabilis, ut habet Græcus. Hæc sors non tantum erit æterna jucundissimaque divinitatis contemplatio, sed peculiaris quædam castitatis prærogativa, quam Apocalypsis exponit, quod sequentur Agnum quocumque ierit, et cantabunt canticum novum, quod nemo dicere poterit, etc. Ad hunc locum alluisse videtur Isaias cap. 56, ubi promittit spadonibus in domo Dei nomen præ filiis ac filiabus, nomen sempiternum, quod non peribit (1).

VERS. 15. — BONORUM ENIM LABORUM, quibus spadones ad propugnandam suæ puritatis arcem depugnant, propter quorum difficultates Christus dixit :

et quæ sa vertu sera récompensée de Dieu, quoique la stérilité fût alors en opprobre parmi les Juifs.

D'autres ont cru que le Sage par ces paroles a voulu marquer l'état des vierges, quoiqu'il fût inconnu au peuple Juif, et que sa gloire fût réservée à la loi nouvelle. Il dit donc que celles-là sont heureusement stériles, qui se conservent pures et sans taches, afin qu'étant saintes et pures, non seulement du corps, mais de l'esprit, elles se rendent dignes d'être les épouses non d'un homme, mais de Dieu même. Et il ajoute que, si les hommes ignorent le prix d'un état si pur, Dieu néanmoins en sera la récompense, lorsqu'il distribuera les couronnes aux âmes saintes.

(Sacy.)

(1) Et spado, supple. beatorum. Alludit ad spadones illos, de quibus Isai. 56, 3, 4, 5 : *Qui non operatus est per manus; nec cogitavit*, qui nec opere, nec cogitatione peccavit. *Dabitur illi fidei domum electam*, excellens, singulare, scilicet, nomen melius à filiis et filiabus, nomen sempiternum, quod non peribit, Isai. ibid., ut jam non in sobole ut ceteri homines, sed in bonis operibus immortalitatem consequantur. *Sors in templo Dei acceptissima*, Isai. ibid. : *Dabo eis in domo meâ et in muris meis locum*; ut et illud animo providisse videantur, cælibes honoratiore loco in templo Dei sessuros, sacrorumque administratos futuros.

(Bossuet.)

Qui potest capere, capiat, et August. serm. 250 de Tempore : « Sola duriora sunt præmia castitatis, ubi « quotidiana est pugna, et rara victoria. » GLORIOSUS EST FRUCTUS, id est, copiosa ac præstans merces, quia fructus centesimus assignatur castitati à multis Patribus, et peculiaris corporum aureola in cœlis. Et *quæ non concidat radix sapientiæ*, id est, radix sapientiæ stabilis et firma, honorum castitatis laborum est merces; nam sicut sapientia christiana est radix castitatis, ita vicissim sapientiæ nutrix, auctrix et custos est castitas.

VERS. 16. — *FILII AUTEM ADULTERORUM*, ex adulterio scilicet nati, et in parentum flagitiis educati, *IN CONSUMMATIONE ERUNT*, Græcè *imperfecti erunt*, seu immaturi, quia vel ante tempus suum, vel antequàm ediderint fructum, interibunt (1).

VERS. 17. — *IN NIHILUM COMPUTABUNTUR*. Apud Deum et homines contempti, quia nihil honore dignum præstiterint. *ET SINE HONORE SENECTUS*, propter

(1) *Filii autem adulterorum*, id est, impiorum, qui contra Deum adulterantur. *In consummatione erunt*. Græcè, imperfecti, inconsummati, id est, non pervenient ad perfectam ætatem, sed præmaturâ morte præripiuntur. Opponit impiorum filios piorum laborum fructibus, quòd hi sempiterni sint, illi brevi durent. *Et ab iniquo thoro semen*, id est, filii spurii, filii impiorum; non enim vocat spurios eos tantùm, qui ex adulterio suscepti sunt, sed etiam filios iniquorum, quia cùm contra Deum adulteri sint, spurii quodammodò sunt eorum filii. (Maldonatus.)

CAPUT IV.

1. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines.

2. Cùm præsens est, imitantur illam, et desiderant eam cùm se eduxerit; et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, et spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

4. Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita, à vento commovebuntur, et à nimietate ventorum eradicabuntur.

5. Confringentur enim rami inconsummati, et fructus illorum inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti.

6. Ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitiae adversus parentes in interrogatione suâ.

7. Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

8. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata:

Cani autem sunt sensus hominis, 9. Et ætas senectutis vita immaculata.

10. Placens Deo factus est dilectus; et vivens inter peccatores translatus est.

11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.

nequitiam et insipientiam; quod profectò grave supplicium est senectutis, ut cui ab omnibus apud omnes nationes magnus honor deferri soleat.

VERS. 18. — *NON HABEBUNT SPEM*, vitæ immortalis et gloriæ, *NEC IN DIE AGNITIONIS*, quo causa eorum agnosceretur à judice, seu in die discretionis ac didicationis, ut habet Græcus, *ALLOCATIONEM*, id est, solatium, phrasi Græcâ; sic enim et cap. 8, sapientia dicitur futura allocutio, id est, solatium cogitationis et tædii: quo pacto etiam Latinissimi auctores loquuntur. Hinc Horatius: *Deformis ægrimoniam, dulcibus alloquiis* (1).

VERS. 19. — *NATIONIS ENIM INIQUÆ*, maximè adulterorum et posteritatis eorum, *DIRÆ SUNT CONSUMMATIONES*, id est, infelices exitus; consummatio enim non rarò accipitur pro consumptione, ut Esdr. 9: *Numquid iratus etiam nobis usque ad consummationem?* etc. (2).

(1) *Non habebunt spem*, id est, non consequentur quod sperabant; *neq in die agnitionis*, Græcè, *neque in die disquisitionis*, id est, in die judicii, cùm Deus disquiret atque cognoscat singulorum merita, non habebunt ullam consolationem. *Nationis enim iniquæ*, Græcè, *generationis enim iniquæ difficiles sunt fines*, id est, infelices et adversi exitus. Verosimile est nostrum interpretem vertisse: *Nationis iniquæ diræ sunt consummationes*, eodem sensu, id est, mala progenies semper malè perit. (Maldonatus.)

(2) *Nationis*, generationis, seu sobolis *iniquæ*, inter adulteria sordesque natæ, *diræ sunt consummationes*, diri et infausti exitus. (Bossuet.)

CHAPITRE IV.

1. Mais ô combien est belle la race chaste, lorsqu'elle est jointe avec l'éclat de la vertu! sa mémoire est immortelle, et elle est en honneur devant Dieu et devant les hommes.

2. On l'imité lorsqu'elle est présente, et on la regrette lorsqu'elle s'est retirée; elle triomphe, et est couronnée pour jamais comme victorieuse, après avoir remporté le prix dans les combats pour la chasteté.

3. Mais la race des méchants, quelque multipliée quelle soit, ne réussira point; les rejetons bâtards ne jetteront point de profondes racines, et leur tige ne s'affermira point.

4. Si avec le temps ils poussent quelques branches en haut, comme ils ne sont point fermes, ils seront ébranlés par les vents, et la violence de la tempête les arrachera jusqu'à la racine.

5. Leurs branches seront brisées avant d'avoir pris leur accroissement; leurs fruits seront inutiles et après au goût, et l'on ne pourra en faire usage;

6. Car les enfants nés d'une couche illégitime, lorsque l'on s'en informe de ce qu'ils sont, deviennent des témoins qui déposent contre le crime de leurs parents.

7. Mais quand le juste mourrait d'une mort précipitée, il se trouverait dans le repos;

8. Car ce qui rend la vieillesse vénérable n'est pas la longueur de la vie ni le nombre des années;

Mais la prudence de l'homme lui tient lieu de cheveux blancs, 9. Et la vie sans tache est une heureuse vieillesse.

10. Comme le juste a plu à Dieu, il en a été aimé; et Dieu l'a transféré d'entre les pecheurs, parmi lesquels il vivait.

11. Il l'a enlevé, de peur que son esprit ne fût corrompu par la malice, et que les apparences trompeuses ne séduisissent son âme;

42. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia.

43. Consummatus in brevi explevit tempora multa.

44. Placuit enim erat Deo iunior illis : propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem violentos, et non intelligentes, nec penitentes in precordis taha :

45. Quoniam gratia Dei, et misericordia est in sanctos eius, et respectus in electos illius ;

46. Condemnat autem justus mortuos vivos impios, et juvenis celerius consummata longam vitam injusti ;

47. Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare nunerit illum Dominus.

48. Videbunt et contemnent eum, illos autem Dominus iridebit.

49. Et erunt post haec decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum ; quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, et commovebit illos à fundamentis, et usque ad supremum desolabuntur ; et erunt gementes, et memoria illorum peribit.

20. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — O QUAM PULCHRA EST CASTA GENERATIO ! non qualibet, qualis esse potest etiam in statu conjugali : Graecè est enim *atecnià*, id est, sterilitas, sive, ut legit Cyprianus de singularitate clericorum, esse sine liberis. Alii, ut Ambrosius, Melior est virginitas, nempe quam talis adulterorum scelestas fecunditas. Prosequitur igitur per antithesin praecedens caput, opponens adulterorum fecunditati castam generationem, id est, genus vel congregationem hominum castam. CUM CLARITATE, id est, cujus sterilitas seu castitas ex animi virtute tam illibata et circumspecta proficiscitur, ut nullam occasionem det adversario maledicti gratiâ ; hoc enim multum obfuset castitatis gloriam. Quanti enim, inquit Ambros. lib. 1 Offic., cap. 20, non dant locum errori, qui dederunt suspicionem ? Hinc consequenter conditiones utriusque generationis comparat, opponens brevi adulterorum vite nominis immortalitatem, ignominiosae senectutis imitationem castorum ac desiderium. **IMMORTALIS EST ENIM MEMORIA ILLIUS**, generationis castae, quia nominis immortalitate compensat posteritatis propagationem, quae ex connubio queritur : sic enim in semetipsâ semper vivit, sicut conjugati in posteris ; et hoc est quod illis Isaias promittit : *Nomen mulieris à filiis et filiabus, nomen sempiternum*. Ac si Deum non est, ET APUD HOMINES, quia à Deo et hominibus cum laude probatur ; quae causa est immortalis memoriae : nosse enim Dei, probare est ; non nosse, improbare : sic enim novit viam justorum, impiis verò dicit : *Non lovi vos* (1).

(1) *Sterilitas liberorum cum virtute*, id est, melior, aut praestantior orbitas liberorum cum virtute, hoc

42. Car l'illusion du mensonge obscurcit le bien, et les passions vaines de la concupiscentie transvertent l'esprit même d'avec du mal.

43. Avant peu vécu, il a rempli la course d'une longue vie ;

44. Car son âme étant agréable à Dieu, c'est pourquoi il s'est hâté de le tirer du milieu de l'iniquité. Les peuples violent sans comprendre, et ils ne mettent point dans leur cœur de telles considérations :

45. Que la grâce de Dieu et sa miséricorde est sur ses saints, et que ses regards sont fixes sur ses élus :

46. Mais le juste mort condamne les méchants qui lui survivent, et sa jeunesse même finie est la condamnation de la longue vie de l'injuste.

47. Car ils verront la fin du sage, et ils ne comprendront point le dessein de Dieu sur lui, et pourquoi le Seigneur l'aura mis en sûreté.

48. Ils la verront, et ils mépriseront le sage ; aussi le Seigneur se moquera d'eux.

49. Après cela ils mourront sans honneur, et ils tomberont parmi les morts dans une extrême ignominie, parce que le Seigneur les brisera, et ils tomberont devant lui contus et muets. Il les détruira jusqu'aux fondements ; il les réduira dans la dernière desolation ; ils seront percés de douleur, et leur mémoire périra.

20. Ils paraîtront pleins d'effroi au souvenir de leurs offenses, et leurs iniquités se souleveront contre eux pour les accuser.

VERS. 2. — CUM PRESENS EST, casta scilicet generatio, IMITANTUR ILLAM ; infirmis enim ac trepidantibus se accinzere ad castitatis imitationem, ostendit sese casta dignitas continentem, serenam, et non dissolutè hilarem, honestè blandientem, ne dubitent illam imitari, etc., ut latius hoc graphicè depingit August. 8 Confess., cap. 10. ET DESIDERANT IAM, tanquam florem Ecclesiastici germinis, decus et ornamentum gratiae spiritualis — ut inquit Cyprian. lib. de Habitu virg. CUM SE ABDAVERIT, Graecè, cum recesserit casta generatio, vel morte, vel locorum migratione ; nam saepe contingit illud Horatii : *Virtutem insolanem odimus, sublatam ex oculis quærimus invidi*. TRIUMPHAT INCOINQUATORUM CERTAMINUM PREMIIUM VINCENS, id est, vincens lo obtinens triumphalem coronam et laureolam, quæ velut præmium dabitur acerrimis et indefessis castitatis certaminibus, quibus ad carnis coinquinationem impellitur, sed non perpellitur ; suadet, sed non persuadetur : major est enim ille qui in nobis est, quam qui in mundo. Porrò Graecè est inverso modo, sensu simili : Certamen præmium incoinquatorum vincens, id est, certamen cui incoinquata præmia promissa sunt, quo modo etiam legit Cypri. de Singularitate clericor. (1).

est, præferenda illi soboli copiose atque improbae. *Ut corpus immortalis sit præmium*, id est, immortalitas enim est in memoria eius. Haec enim aeterna virtutis memoria in fili caduca ac fluxa liberorum propagationi opponitur. (Ladvellus.)

(1) CUM PRESENS EST, IMITANTUR ILLAM, ET DESIDERANT IAM, CUM SE ABDAVERIT, S. Cyprianus legit, *cum se abdaverit*, cum scilicet per martyrium aut mortem castorum vel virginum, castitas vel virginitas cum eis

VERS. 3. — ET SPURIA VITULAMINA, id est, adulterinæ plantationes seu stolones, hoc est, proles ex

se in cœlum subduxerit. Græcè est, *desiderant recedentem*, ideòque absentem. Sensus est, q. d. : Castitas adeò speciosa est, ut, cum se præsentem in castis exhibet, multos trahat ad sui amorem et imitationem: cum verò absens est, sui acuat desiderium; præsentia bona enim sæpè fastidimus, absentia desideramus et studiosè requirimus, juxta illud Horatii lib. 3 Carm., ode 24 :

*Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis querimus invidi.*

Et illud : *Minuit præsentia famam*. Verùm viris probis castitas cum adest, mirabilis et imitabilis est; cum verò abest, desiderabilis. Exemplum est in S. Aug., qui concubinæ astrictus, ab eà se expedit per exempla sanctarum virginum. Audi eum l. 8 Confess. 41 : « Aperiebatur, inquit, ab eà parte, quâ intenderam faciem, et quò transire trepidabam, casta dignitas continentiae, serena, et non dissolutè hilaris, honestè blandiens, ut venirem, neque dubitarem, et extendens, ad me suscipiendum et amplectendum, piæ manus, plenas gregibus honorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellæ; ibi juvenus multa, et omnis ætas, et graves viduæ, et virgines canus, et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum, de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoriâ, quasi diceret : Tu non poteris, quod isti et istæ? an verò isti et istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, et non stas? Projice te in eum, noli metuere, non se subtrahat ut cadas. Projice te, securus excipiet te, et salvabit te. Et erue bescebam nimis. » Quocirca S. Basil. hom. de S. Gordio martyre ait : « Cum in sanctis voluminibus Mosis vitam, morum lenitatem, nostræ naturæ magnoperè optatam audimus, statim æmulamur. Joseph dum audimus, aut legimus vitam illius, assequi castitatem magnoperè cupimus. Si verò Samsonis narratur historia, ad illius imitandum fortitudinem accendimur. »

ET IN PERPETUUM CORONATA TRIUMPHAT INCOINQUATORUM CERTAMINUM PRÆMIUM VINCENS. Græcè est, ἀπόδεικτον ἀθλον ἡγωνα νικώσασα, id est, *inmarcescibilem vel incorruptibilem certaminum, vel præmiorum* (ἀθλον enim, si ab ἀθλος masculino derives, idem est quod *certaminum*; sin à neutro ἀθλον, idem est quod præmiorum, quæ certamina merentur) *agonem vincens*; q. d. : Castitas, ac præsertim virginitas, quia durum agonem certaminum et tentationum libidinis, quibus ingentia et inmarcescibilia à Deo præmia proposita sunt, generosè vincit, hinc coronâ gloriæ, et lauræ sive aureolâ virginitatis coronata in caelis triumphat. Hinc S. Cyprianus legit, *incoinquatorum certaminum præmium vincens*. Ubi nota : *incoinquata certamina accipi possunt impolluta*, quæ scilicet cum tentationibus libidinis, multorum corpora et mentes pollutentibus, ita ut vix quis eas evadat illibatus et impollutus, à castis ita suscipiuntur et superantur, ut ipsi prorsus maneant ab iis intacti et incoquinati. Sin veritas *incoinquatorum præmiorum*, per ea intellige *inmarcescibilem gloriæ coronam* castis à Deo propositam, quæ nunquam marcescit, nullo mœrore, dolore aut timore inquinatur, polluitur vel maculatur. Addit Petrus Faber lib. 2 Agonist., cap. 12, et lib. 5, cap. 4, *incontaminatos* dici agones sanctarum virginum, qui Deo dicantur, ut distinguat eos à contaminatis agonibus, qui in honorem deorum, id est, dæmonum, à gentilibus celebrantur.

Noster pro ἀθλον, id est, *prælium*, vertit *præmium* metonymicè, quia in agone agonotheta vincenti certamen, sive prælium, brevii loco proponebat præmium; q. d. : Castus et virgo in tam periculoso tentationum carnis agone prælium vincens, præmium reportat, scilicet coronam gloriæ, cum quâ in æternum trium-

phat. Posset quoque per hypallagen sic exponi : *Incoinquatorum certaminum vel præliorum præmium vincens*, id est, *incoinquatorum præmiorum certamen vel prælium vincens*. Sic Psal. 18, 6, dicitur : *In sole posuit tabernaculum suum, pro in tabernaculo suo posuit solem*. Et Psal. 52, 7 : *Ponens in thesauris abyssos, pro ponens in abyssis thesauros*. Sic alibi dicitur : *Misit civitatem in ignem, pro misit ignem in civitatem*. Et *calceamenta habebitis in pedibus, pro habebitis pedes in calceamentis, sive calceatos*, Exodi 12. Quomodocumque veritas et exponas, eòdem semper redibit sensus. De coronâ sive aureolâ virginitatis vide D. Thomam, S. Bonav., cæterosque Scholast. in 4, dist. 33.

Audi virginum, ideòque martyrum, gloriosas coronas et triumphos celebrantem S. Ambros. lib. 3, epist. 25 ad Eccles. Vercell. sub finem : « Apud nos, inquit, et puellæ de mortis appetentiâ sublimes, usque ad cœlum erexere virtutum gradus. Quid Theclam, quid Agnetem, quid Pelagiam loquar, quæ tanquam nobilia vitulamina pullulantes, ad mortem, quasi ad immortalitatem festinaverunt? Inter leones virgo exultavit, et rudentes bestias expectavit intrepida. Et ut nostra cum Indorum gymnosophistis conferamus, quod ille verbis gloriatus est, sanctus Laurentius factis probavit, ut vivus exureretur, et flammis superstes diceret : Versa, manduca. Haud degener Abrahamidarum et Machabæorum concertatus puerorum, quorum alii super flammam canebant, alii cum exurerentur non rogabant ut parceretur, sed invehantur ut amplius persecutor inflammaretur. Liber igitur sapiens. » Subiecit deinde raram S. Pelagiæ fortitudinem. « Quid autem sublimius sanctâ Pelagiâ, quæ vallata persecutoribus, priusquam tamen in eorum conspectum veniret, aiebat : Volens morior, nemo me continget manu, nemo oculo protervo violabit virginem. Mecum feram pudorem, mecum incolumem verecundiam; nullum prædones lucrum suæ capient insolentiæ : Pelagia Christum sequetur, libertatem nemo auferet, nemo captivam videbit liberam fidem, insignemque pudicitiam et prosapiam prudentiæ. Quod servum est, hic manebit, nullos in usus debitum. Dixit et fecit; nam antequam à satellitibus comprehenderetur, ex alto se præcipitans, virgo et martyr evolavit in cœlum, uti reret idem S. Ambrosius lib. 5 de Virg., S. Chrysostomus et alii.

Audi et triumphos S. Victoriæ virginis et martyris. Hanc enim hisce verbis ad virginitatem servandam impulit S. Anatolia : « O Victoria, vince diabolum, et esto vera victoria. Ego die quâ explicui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum juvenem auro diadematum splendidum, in vestibus purpureis atque gemmatis, qui gratâ facie et læto vultu me inspiciens ait : O virginitas, quæ morte non vinceris, quæ à morte perpetuâ liberas ! O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris ! Virginitas purpura regalis est quam qui induit, reliquis fit eminentior. Virginitas gemma est pretiosa. Virginitas thesaurus est cregis incommensabilis. Huic fures inditas tendunt. Hanc tu exvigilans sollicitè custodi; quantumque te plus habere cognoscis, instantius custodi ne perdas. » His et similibus verbis et factis incitata Victoria, omne pretium ornamentorum suorum et ipsa distraxit pauperibus; sicque factum est ut, agentibus sponsis earum Aurelio et Eugenio, quia nubere illis virginibus Christi noluerunt, à Decio imperatore urbe Româ pulsæ, ad prædia sponsorum ducerentur, ubi fame et inediâ ita afflictæ sunt, ut vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur : nullo pacto efficere sponsi poterunt, ut vel ad nubendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito invincibiliter persistens,

diuturna. Nomen autem *vitulamina* interpres formavit, a vitulo, ad imitationem Græcorum, qui *πυλαμαζα*, id est, plantationes, formaverunt a radice *πυλαμα*, id est, vitulus, ut annotat S. Aug. lib 2 de Doctr. christ. cap. 41, ubi hoc emendandum putat: quanquam licuerit fortassis interpreti novum vocabulum ellingere, juxta formationem linguæ Græcæ, in quâ hujusmodi fictio familiaris est (1).

VERS. 4. — ET SI IN RAMIS IN TEMPORE GERMINAVÉRUNT, id est, si spurii ad tempus aliquod posteritatem velut ramos propagaverint, vel etiam virorem aliquem prosperitatis adepti fuerint, INFIRMITER POSITA, etc., ERADICABUNTUR, cò quòd careant funda-

post multa miracula facta, inter quæ plurimas virgines Domino aggregaverat, percussa est gladio in corde à carnifice Taliarcho. Qui leprosus factus, intra sex dies vermibus consumptus expiravit. Hæc omnia ad verbum habet Ado in Martyrol. die 29 decembris. Huc facit illud S. Hier. in Epitaph. Paulæ, de duabus coronis, martyrii scilicet et puritatis: *Illæ, inquit, corona de rosis et violis plectitur, ista de liliis.* Et illud Prudentii Peri Stephanon hymno 14:

*Duplex corona est præstita martyri,
Intactum ab omni crimine virgini,
Mortis deinde gloria liberæ.*

Hinc et gentiles in agone certaturi vino et venere abstinebant, ut fortiores evaderent, et victoriæ coronam reportarent; experientiâ enim constabat fortiores, si veneri vacarent, à debilibus, si eâ abstinere, superari. Audi S. Paulinum Epist. ad Severum: « Confirmemus, inquit, animam castitate, quam Apostolus docet, quam etiam carnales athletæ diligenter tuentur; quò nobis impensiore studio servanda est pro immarcescibili coronâ illâ luctantibus, cùm etiam pro temporali et fragili coronâ decernentibus excolatur. » Et S. Ephrem de Virgin. « Fac sis continens animo, vigil spiritu, abstinens cibo, abstinens risu, cogitationum quoque continentiam servans, ut per omnia veluti perfectus athleta innotescas. » Et de luctamine spirituali: « Continentiam habeto, inquit, in habitu, continentiam habeto in cibo, continentiam habeto in linguâ; abstinentiam in aspectu, in cogitatu, in risu, ut athleta pietatis perfectissimus in omnibus demonstreris. » Similia habet S. Basil. de Sacr. virg. Porrò virgines à gentilibus florèâ coronâ, vel ramis pini (pinus enim est symbolum virginitatis) coronari solitas docet Carolus Paschasius lib. 2 de Coronis, cap. 45, et lib. 6, cap. 8.

Denique virginibus triplex debetur corona: prima, virginitatis; secunda, nuptialis, quia nubunt Deo; olim enim virgines, dum nubebant, coronabantur; tertia, athletica, quia instar athletarum difficilem et durum cum luxuriâ agonem subeunt et superant. Hinc omnes penè gentes virgines dum moriuntur, rosis et floribus coronant. Virgo enim est libidinis domitor, dæmonum profligator, passionum et sensuum victor. Cui per omnia quadrat illa Machabæi præclara laudatio: « Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos, perscrutans eos; et qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis; et repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus, et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt, et directa est salus in manu ejus. » 1 Machab. 5, 4. (Corn. à Lap.)

(1) *Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis.* Quamvis multi sunt, non subsistent. *Et spuria vitulamina non dabunt radices altas.* *Vitulamina* Theophrasto aliisq; rei rusticæ scriptoribus sunt *propagines*, sive *stolones*. Ex adulterio nati non modo apud Hebræos, sed et aliis in locis ad honores non admittebantur. (Grotius.)

mento Justitiæ, adulteriâ origine attrahente post se malam, ut pene fieri solet, educationem.

VERS. 5. — ET FRUCTUS ILLORUM ACERBI AD MANDUCANDUM. Significat similem fore esse parentibus prolem, in quâ illorum improbitas et salacitas propagetur simul cum corpore. Ex tali enim arbore, quos nisi fructus acerbos expectes, Dei vindictâ eos persequente (1)?

VERS. 6. — EX INIQUIS ENIM SOMNIS FILII QUI NASCUNTUR, id est, ex iniquo concubitu, quo sensu et dormire vulgo et Gen. 59 accipitur, TESTES SUNT INQUITIBUS ADVERSIS PARENTIS, tum quia perpetuum impudicitia parentum dant testimonium, tum quia parentum pravitatem et libidinem imitatione hæreditando, nequitiam eorum quos imitantur, produunt, IN INTERROGATIONE SUA, cùm scilicet interrogati, suam originem et parentes coguntur proflare (2).

VERS. 7. — JUSTUS AUTEM SI MORTE PREOCCUPATUS FUERIT, præmaturè antè vulgi opinionem, vel annorum senectutem abreptus, IN REFRIGERIO ERIT, quia in requie: *Amodò enim jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis;* quod etiam justis ante Christi glorificationem competeat. Proinde ut Bernardus Epist. 103: « Bona mors justi propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem (3). »

(1) *Imperfecti*, qui ad suum ac perfectum incrementum non perveniunt, sed ante tempus cum radice arboreque confringuntur. Persequitur enim similitudinem, in quâ summa vastitas stirpis atque arboris, frondium ac ramorum ipsius fructus denuntiat. *Ad esum immaturus*, ad esum intempestivus. Dicitur enim fructus *crudus acerbisque*, nondum coctus ac maturatus à calore solis. Sic liberi impiorum ante maturitatem quasi fructus *acerbi* præripiuntur ac evelluntur. (Biblia Vatabli.)

(2) La race des méchants, quelque multipliée qu'elle soit, ne réussira point, ou parce qu'elle ne durera pas longtemps, ou parce qu'elle ne sera pas longtemps en honneur. Les rejetons bâtarde ne jetteront point de profondes racines, et leur tige ne s'affermira point, parce que la malédiction attachée au désordre des pères retombe d'ordinaire sur les enfants.

On peut donner aussi à ces paroles un sens plus spirituel. Lorsque l'âme conçoit un dessein dont le dehors à rapport à Dieu, mais qu'elle ne forme en effet que pour se satisfaire elle-même, quoiqu'elle se dissimule cette intention secrète par de fausses vues qu'elle se propose, on peut dire que cette vertu qui paraît bonne, est néanmoins un *rejeton bâtarde* dont la tige ne s'affermira point. Que si elle pousse en haut quelques branches par l'utilité ou véritable ou apparente d'un bien passager, lorsque le temps de la tentation sera venu, la tempête arrachera jusqu'à la racine cette plante que le Père céleste n'aura point plantée; les fruits qui en naîtront seront amers, parce qu'ils tiendront de la corruption de la tige.

C'est pourquoi la vertu doit être établie sur un fondement inébranlable, sur la pureté et sur l'humilité du cœur, qui fait qu'un homme va à Dieu sincèrement, qu'il reconnaît ses défauts, qu'il tâche de s'en corriger, et qu'il combat sans cesse contre lui-même. A moins de cela les branches des vertus ne sont point nourries; elles se rompent aisément par la violence de la tempête. Que si elles portent quelques fruits, ils sont inutiles et après au goût, parce que Dieu ne goûte que ce qu'il a fait, et que rien n'est bon que ce qui vient de la douceur de sa grâce et de l'influence de son Esprit. (Sacy.)

(3) Intellegitur in aliquo saltem refrigerio: nempe

VERS. 8. — CANI AUTEM SUNT SENSUS HOMINIS (1). *Sensus* est singulare, et *cani* substantivum pro canitie, ut in Græco insinuat, hoc sensu: Sensus sive prudentia est homini loco canitie. Unde Hieronymus et Ambrosius legunt: *Canities est prudentia*, seu *intellectus hominibus*: illis nempe quibus, ut idem ait, maturitas consilii gravitasque suppetit. Verè enim senectus illa est venerabilis, quæ, ut Ambros. lib. 5, epist. 21, *non canis albescit, sed meritis*: non enim annorum est canities illa laudanda, sed morum, quæ eò est fortior, quò diuturnior. Hinc Scriptura Eccles. 25: *Quàm speciosum canitiei iudicium, et presbyteris cognoscere consilium!* Senex enim fatuus et insensatus, puer est, etsi sit centum annorum.

VERS. 9. — ET ÆTAS SENECTUTIS VITA IMMACULATA. Quia illa, ut ait Bern. epist. 42, *moribus antiquat dies præveniens tempora meritis, et quod etati deest compensans virtutibus*; cum enim familiaria juventuti flagitia paulatim soleat senectus eluere, profectò qui juventutem duxit immaculatam, jam statum et officium senectutis præripuit. Sed quia imitari quis posset, cur ergo justus morte immaturâ præoccupetur, rationes aliquas suggerit.

VERS. 10. — PLACENS DEO FACTUS: ita Græca distinguunt: *DILECTUS EST*, nempe à Deo, atque hæc de causâ, *VIVENS INTER PECCATORES*, et proinde in magnis peccandi periculis, *TRANSLATUS EST* in aliam vitam à periculis securiorem. Nonnulli putant de Henoch sermonem esse; verba enim sunt eadem hic et Gen. 5, et ad Heb. 11. Sed tamen textus satis innuit de quovis justo agi. Et sic locum tractat Cypr. lib. de Mortalitate, et August. de Prædestinatione sanctorum, cap. 14, et de Corr. et Grat., cap. 18; sic tamen ut fiat allusio ad Henoch.

cap. præced. dicuntur justis esse in manu Dei et in pace, hoc est, in securitate salutis; etiam hi qui morte præoccupati purgantur in purgatorio. Orat tamen adhuc Ecclesia eos transferri ad locum refrigerii, illius scilicet, ubi nullus est dolor. (Estius.)

(1) Sive, ut habet Græcus, canities ipsa, prudentia est hominibus; ne eam colore aut annis æstimes.

(Bossuet.)

Pari sensu Menander:

Non albicantes dant pili sapientiam,

Natura multis prærogat mores senum. (Grotius.)

Illum Geneseos locum spectat: *Henoch non apparuit, quia tulit eum Deus.* Hæc cum Henoch optimè quadrant; sed justus, de quo hic Sapientia, reverà moritur; vers. 14: *Propter hoc propevit illum educere de medio iniquitatum*; vers. 16: *Condemnat justum mortuus vivos impios.* Henoch enim translatus quidem est, sed ex Patrum et interpretum sententiâ nondum interiit. Cum justus ex impiorum societate subducitur, id Dei beneficium est, ne mens benè instituta nequitie illorum contagio malisque exemplis corruptatur, ejusque animum fallant dolus et fraus, quibus orbis universus occupatur; vers. 11: *Ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Veterum effatus erat: *Quem amant Dei, juvenis moritur.* Menander apud S. Paulum: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Isaïas: *Rapuit justum Deus ob hominum nequitiam, vel malorum causâ, quibus Deus impios allicit.* Justum cum impio iisdem malis obvolvere non vult, quibus orbem universum alligere decrevit. Cur verò justum è numero vi-

VERS. 11. — RAPTUS EST NE MALITIA MUTARET INTELECTUM; quod in tam variis peccandi occasionibus, tentationibus, exemplis, quotidianum est; AUT NE FICTIO DECIPERET ANIMAM, id est, ne dolus hypocritarum, vel potiùs ne larvata bonorum temporalium species atque illecebra innocentem animam deciperet; sicut Deus hoc eventurum cernebat. Magnum ergò justo mortis acceleratio beneficium est. Causas breviter tangit Cyprian. lib. de Mortalitate: *Quia*, inquit, *lucrum maximum est jam seculi laqueis non teneri, jam nullis peccatis et vitis carnis obnoxium fieri, exemplum pressuris argentibus*, etc. Ex quo eodem loco August. invictè concludit contra Pelag., neminem judicari à Deo secundum merita vel demerita, quæ si viveret, esset habiturus; itemque perseverantiam esse inestimabile Dei donum, quod quibus voluerit, ipse largiatur; quosdam enim justos morte prævenit, ne labantur; alios donec labantur, vitâ productione conservat, justo quidem, sed inscrutabili iudicio (1).

VERS. 12. — FASCINATIO ENIM NUGACITATIS, id est, incantatio seu iudicii obtenebratio, per quam nugæ et res frivola hujus mundi, mentis oculis velut fascino perstrictis, majori amore et admiratione dignæ apparent, quàm rei veritas ferat, OBSCURAT BONA, spiritualia et æterna, ita ut videantur temporalibus postponenda, vel non intelligantur atque amentur ut debent. Hoc præstant inprimis animæ passiones, quæ à rebus temporalibus concitatae, ita fascinant ac dementant animam, ut homo semetipsum sibi comparans, totus sibi! alius esse videatur. Et INCONSTANTIA CONCUPISCENTIÆ, Græcè, vertigo et circumrotatio concupiscentiæ, quâ nunc hoc, nunc illud effrenis et sine satietate desiderat; nunc veluti dormiens quiescit atque hominem securum reddit, nec illecebris irritata exardescit, TRANSVERTIT SENSUM SINE MALITIA; id est, animum sincerum et malitiæ expertem evertit ex justitiæ statu. Hinc Daniel uni ex senibus impudicis: *Species*, inquit, *decepit te, et concupiscentia subvertit cor tuum*: illà enim quiescente multi conservarent statum justitiæ (2).

ventium subducit? Cur potiùs immobilem in suâ integritate non tuetur, quamvis diabolus quilibet arte illum statu movere labore? Cur alterum pium virum felici exitu à periculis elabi vult, alterum in periculo perseverare, et cadere patitur? In his rebus, inquit S. Augustinus, sublimissima Dei iudicia, et æquitas colenda sunt: *Justissima omninò, sed inscrutabilia sunt iudicia ejus.* (Calmet.)

(1) Potest ergo justitia semel habita amitti, quod negant sectarii nostri temporis. Sequitur etiam non esse hominem certum de perseverantiâ, cum possit ejus intellectum malitia mutare, quod item negant. Rationem autem hujus mutabilitatis et incertitudinis addit Sapiens, dicens: *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitiâ.* Græcè est *νεῦν ἀνακόν*, id est, mentem integram ac malitiæ expertem. Quibus verbis duæ rationes hujus mutabilitatis insinuantur; scilicet, hinc impugnant concupiscentia, inde in eo quod dicit, *transvertit*, volubilitas liberi arbitrii. (Estius.)

(2) *Fascinatio nugacitatis.* En vitam humanam: fascinatio, sive fallacia, atque deceptio, stoliditas, nugacitas, pravitas, inconstantia, sive vacillatio, *ἰν-μ-εασις*: hæc enim omnia Græcæ voces sonant. In-

VERS. 15. — CONSUMMATIS IN BREVI, id est, brevi tempore virtutis perfectionem associutus, LABEVI TEMPORA MULTA, id est, censetur satis diu vixisse, multosque annos pertulisse, qui alius ignavis fuisset necessarii. Hoc enim est redimere tempus, quoniam dies mali sunt; quod qui faciunt, nihil mirum, si novissimâ horâ venientes ad vineam, pares fiant primis. Verissimum est enim illud Proverbium: *Vixit, diu vixit bene* (1).

VERS. 14. — POPULI AUTEM VIDENTES, etc. Supple, fuerunt, id est, viderunt et non intellexerunt cur immaturâ morte defunctus sit justus; sed vel eum peccatis hoc meritum, vel pietatis ejus studium inutile esse censuerunt; NEC PONENTES IN PRELORDIS TALLIA, quæ de justî morte jam dicta sunt, et quæ jamjam dicentur.

VERS. 15. — QUONIAM GRATIA DEI, id est, non intellexerunt quod raptus ille justî ex hac vitâ proficiatur ex gratiâ Dei, sive benevolentia ejus et misericordiâ erga justum. Et RESPECTUS IN ELECTOS ILLIUS, id est, quod magna justî observatio et cura à Deo habeatur, etsi videatur hic negligi.

VERS. 16. — CONDEMNAT AUTEM JUSTUS MORTUUS, etc., nimirum, quia tam brevi tempore illam virtutis consummationem adeptus est, impiis in suâ iniquitate usque ad senium inhaerentibus. Et JUVENTES CELERITUS CONSUMMATA, perfecta scilicet virtutibus, vel fortè celerius consumpta per immaturam mortem, condemnat LONGAM VITAM INJUSTI, scilicet sui comparatione: cujusmodi condemnatione regina Austri et Ninivite surgent in judicio cum generatione istâ, et condemnabunt eam (2).

VERS. 17. — VIDEBUNT ENIM FINEM SAPIENTIS. Redditur hic ratio versûs 14, cur justus prematurè raptus sit; frequens est enim Scripturis ut respiciant ad ea que remotè præcesserunt. Et NON INTELLIGENT

constantia concupiscentia, sensuum vagi ac mutabiles motus, unde Moses: Nec sequantur cogitationes suas, et oculos per res varias fornicantes, Num. 15, 39; et Paulus: Facientes voluntates carnis et cogitationum, Ephes. 4, 5. (Bossuet.)

(1) Satis diu vixit qui vixit bene. Ille dicitur qui se totum dedit virtuti, exiis vitis. Simile illud Martialis: *Dum numerat palmas credidit esse senem.*

Seneea: *Non est vita major que longior.* (Grotius.)
(2) Simile est illud Matth. 12: *Viri Ninivite surgent in judicio, et condemnabunt generationem istam. Condemnabunt scilicet sui comparatione. Etenim etsi quidam justî in extremo die judicabunt cum Christo assessoria dignitate juxta illud: Vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel, Matth. 19: quidam tamen, teste Augustino, cum eâ dignitate non judicabunt, sed tantum misericorditer erunt judicandi: ex quorum tamen comparatione etiam impi justè condemnabuntur. Porrò verba ista Sapiens de Henoch intelligenda non sunt, sicuti præcedentia illi: *Placens Deo factus est dilectus, et sequentia de illo certum est intelligi; nam, ut Apostolus ait Hebr. 11: Fide Henoch translatus est, ne videret mortem, hinc non potest computari inter justos mortuos: sed referuntur hæc verba ad quemcumque justum, qui juvenis moritur, de quo ceperat dicere vers. 7: *Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in reprobis erit.* (Estius.)**

quod collaverit de illo Deus; nempe justum esse tollendum, eo quod versaretur inter delinquendi pericula; quod impi essent ejus conversatione indigni, quod ad præmii perceptionem maturavisset; ex quorum rerum cogitatione timorem, suæ salutis sollicitudinem, suæ indignitatis compunctionem injusti concipere potuissent. Et QUARE MURIERIT ILLUM DOMINUS, stabiliendo contra lapsum, donans illum per mortem vitæ securitate (1).

VERS. 18. — ET CONTEMNENT EUM; tanquam abjectum propter vitæ humilitatem et conversationis solitudinem, quas superbia impiorum detestatur. ILLOS AUTEM DOMINUS IRIDEBIT, Isaia dicente: *Cum fatigatus fueris contemnere, contemneris.* Metaphora est ab hominibus ducta, qui hominum stoliditates irrident.

VERS. 19. — ERUNT DECIDENTES SINE HONORE, quia vel infami etiam hujus mundi morte peribunt, qualis impiis non rarò contingit; vel per mortem cadent in sempiternum opprobrium, quod idem more Scripturæ statim clarioribus verbis exponit. QUONIAM DISRUMPET ILLOS INFLATOS SINE VOCE. Græcè, *disrumper pronos et mutos*; quasi dicat: ita confringet eos, ut voce non audeant hincere, nec præ pudore et timore vultum erigere, secundum illud Matth.: *At ille obmutuit, nihil scilicet habens quod responderet.* Sed Latinus interpret videtur verbum Græcum, quod *pronus* significat, à *πρῶτο* deduxisse, ut significet inflammatum vel inflatum: irâ enim inflammati, consequenter superbi et inflati esse solent: sic enim dicitur Gen. 51 Jacob tumens, id est, iratus cum jurgio dixisse. COMMOVEBIT ILLOS A FUNDAMENTIS, quia radicibus illos subvertet ac delebit (2).

VERS. 20. — VENIENT IN COGITATIONE PECCATORUM, id est, in recordationem, vel, ut Græcè est, *supputationem*, quasi eorum numerum incuntes; TIMIDI, de instanti judicio et supplicio; justo enim Dei judicio timor peccantium, poena est peccatorum. Et TRADUCENT ILLOS, id est, redarguent eorum peccata, EX ADVERSO, quia contra illos stabunt, et accusatorum loco adversabuntur; Deus enim juxta Psal. 49 arguet eos, et statuet totam illorum vitam contra faciem eorum; et ita fiet quod hic dicitur, et clarius apud Jerem. c. 2: *Arguet te malitia tua, et aversio tua increpabit te*, ita nempe ut alieno accusatore non sit opus (3).

(1) *Quare murierit illum Dominus adversus mundi fraudes, ipsiusque voluptatum et errorum veneficia.* Græcus Complutensis aliter legit: *Videbunt enim finem sapientis, et non intelligunt quid decrevit de ipso, et quorsum tuto conservaverit ipsam Dominus.* At Romana editio similis omnino Vulgate est, et meliorem Complutensi sententiam fert. (Calmet.)

(2) *Inflatos*, præcipites; Græcè, *sine voce*, *mutos*, frustra hiscentes, et verbi non secuturus, atque, ut in somniis, delusus vanis conatibus. *Commovebit illos à fundamentis*, dejectos omni spe, et in æternum alienatos à vitâ Dei, Ephes. 4, 18. (Bossuet.)

(3) *VENIENT IN COGITATIONE PECCATORUM* STORUM TIMIDI, Græco, *venient ἐν ἐπιλογισμῶν*, id est, in syllogismo, puta in ratiocinatione, supputatione, collectione: q. d.: *Impi in mente et memoriâ suâ, dictante conscientia, in unum quasi cumulum colligent omnia sua scelera vitæ antea, quo fiet ut summo timore*

percellantur, et extremo pudore consternentur. Hinc Vatablus vertit, *prodebunt pavidi peccatorum suorum reputatione*, prodebunt scilicet, ut rationem singulorum factorum, dictorum et cogitatorum Christo iudici exactam reddant. Unde pavidi secum reputabunt quid Christo sint responsuri, et nihil appositum invenient.

ET TRADUCENT (Græcè, ἐλέγξει, id est, palam coarguent et convincent, omnibusque ut reos convictos spectandos proponant) ILLOS EX ADVERSO INIQUITATES INSOLEM, ut eas negare, palliare, vel excusare nequeant: conscientia, quæ est mille testes, in die iudicii ostendet, non solum ipsismet impiis, sed omnibus hominibus et angelis, omnia eorum crimina, juxta illud:

Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.

Hinc Vatabl. vertit, *suisque sceleribus coram convincentur*. Sic cap. 2, 14: *Factus est nobis*, inquit, *in traductionem*, id est, in publicam reprehensionem.

Minus rectè Cantacuzenus: Traducunt, inquit, hoc est, seorsum ducent et abducunt impios à societate sanctorum; Græcum enim ἐλέγξει idem est quod redarguent. Hoc est quod impio impropert Jerem. cap. 2, 19: *Arguet te malitia tua, et aversio tua incre-*

pabit te; q. d.: Non opus erit accusatore vel teste, quia ipsa conscientia tua scelera toti orbi pandet, accusabit et testabitur. Et Job cap. 13, 24: Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui preparatur ad prælium.

Expende singula Sapientis verba à vers. 18 hucusque, et totidem impiorum ac damnatorum in gehennâ pœnas reperies; singula enim novum intentant supplicium. Porrò Holcot singulas pœnas. *culpæ congrue sibi respondentibus*, ita appositè adaptat et adæquat. Decidentium impiorum, præsertim tyrannorum, dejectio, inquit, sumet pœnam de ambitiosâ eorum superbiâ: contumelia respondebit contumeliæ quâ sanctos affecerunt, irrisio pariter irrisioni, perpetuitas irrogabitur obstinationi, quâ vitam in peccatis perpetuarunt usque ad mortem: dirumpentur, sicut pios diruperunt; erunt sine voce et muti, quia sanctos inauditos condemnarunt; nec eis spatium se defendendi, aut facultatem loquendi dederunt; commovebuntur à fundamentis, quia funditis pios extirpare conati sunt: desolatio succedet consolationi carni, gemitus risui, voluptatibus et deliciis: memoria eorum peribit, quia ipsi oblii sunt Dei legis, virtutis et salutis suæ. (Corn. à Lap.)

CAPUT V.

1. Tunc stabunt justi in magnâ constantiâ adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.

2. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,

3. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritûs gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii.

4. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore;

5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

6. Ergo erravimus à viâ veritatis, et justitiæ lumen non lavit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis.

7. Lassati sumus in viâ iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles; viam autem Domini ignoravimus.

8. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?

9. Transierunt omnia illa tanquàm umbra, et tanquàm nuntius percurrens:

10. Et tanquàm navis quæ pertransit fluctuantem aquam, cujus, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus:

11. Aut tanquàm avis, quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur argumentum itineris: sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scandens per vim itineris acrem commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius:

12. Aut tanquàm sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuò in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius;

13. Sic et nos natî continuò desivimus esse; et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere; in malignitate autem nostrâ consumpti sumus.

CHAPITRE V.

1. Alors les justes s'éleveront avec une grande assurance contre ceux qui les auront accablés d'affliction, et qui leur auront ravi le fruit de leurs travaux.

2. Les méchants à cette vue seront saisis de trouble et d'une horrible frayeur; ils seront surpris d'étonnement, en voyant tout d'un coup, contre leur attente, les justes sauvés.

3. Ils diront eux-mêmes, étant touchés de regret, et jetant des soupirs dans le serrement de leur cœur: Ce sont là ceux qui ont été autrefois l'objet de nos railleries, et que nous donnions pour exemple de personnes dignes de toutes sortes d'opprobres.

4. Insensés que nous étions, leur vie nous paraissait une folie, et leur mort honteuse;

5. Cependant les voilà élevés au rang des enfants de Dieu, et leur partage est avec les saints.

6. Nous nous sommes donc égarés de la voie de la vérité; la lumière de la justice n'a point lui pour nous, et le soleil de l'intelligence ne s'est point levé sur nous.

7. Nous nous sommes lassés dans la voie de l'iniquité et de la perdition; nous avons marché dans des chemins âpres, et nous avons ignoré la voie du Seigneur.

8. De quoi nous a servi notre orgueil? Qu'avons-nous retiré de la vaine ostentation de nos richesses?

9. Toutes ces choses sont passées comme l'ombre, et comme un courrier qui se presse;

10. Ou comme un vaisseau qui fend les flots agités, dont on ne trouve point de trace après qu'il est passé, et qui n'imprime sur les flots nulle marque de sa route;

11. Ou comme un oiseau qui vole au travers de l'air, sans qu'on puisse remarquer par où il passe (on n'entend que le bruit de ses ailes, qui trappe l'air, et qui le divise avec effort; et après qu'en les remuant il a achevé son vol, on ne trouve plus aucune trace de son passage);

12. Ou comme une flèche lancée vers son but (l'air qu'elle divise se rejoint aussitôt sans qu'on reconnaisse par où elle est passée).

13. Ainsi nous ne sommes pas plus tôt nés que nous avons cessé d'être; nous n'avons pu montrer en nous aucune trace de vertu, et nous avons été consumés par notre malice.

14. Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt.

15. Quoniam spes impij tanquàm lanugo est, quæ à vento tollitur; et tanquàm spuma gracilis quæ à procellâ dispergitur; et tanquàm fumus qui à vento diffusus est; et tanquàm memoria hospitis unius diei prætereuntis.

16. Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum.

17. Ideò accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini; quoniam dexterâ suâ teget eos, et brachio sancto suo defendet illos.

18. Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum.

19. Induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galeâ iudicium certum;

20. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem;

21. Acuet autem duram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

22. Ibunt directè emissiones fulgurum, et tanquàm à benè curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient.

23. Et à petrosâ irâ plenæ mittentur grandines; excandescet in illos aqua maris, et flumina concurrent duriter.

24. Contra illos stabit spiritus virtutis; et tanquàm turbo venti dividet illos: et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, et malignitas evertet sedes potentium.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TUNC IN DIE JUDICII STABUNT JUSTI. De Christo solo nonnulli intelligunt, cujus persecutio ac passio supra enarrata fuit. Favent Græca, quæ legunt: Stabit justus; sed verisimilius sub singulari pluralis accipiendus est. IN MAGNA CONSTANTIA, seu fiducia, quia in bonâ conscientia, inquit Aug. Epist. 50; cui adde, quia iudicis adest patrocinium, causæ justitia, parata probatio. ADVERSUS EOS QUI ABSTULERUNT LABORES EORUM: qui rapinis et oppressionibus facultates laboribus justorum partas diripuerunt, ut reges et iudices solent, quibus, ut monui, liber hic potissimum scriptus est. Alii exponunt labores justorum pro vitâ æternâ susceptos, ab impiis fuisse spretos, irritos atque inanes habitos. Sed Augustinus loco citato exponit ut ante dixi (1).

VERS. 2. — ET MIRABUNTUR IN SUBITATIONE INSPERATE SALUTIS, id est, propter inopinatam eorum salutem obstupescunt, nempe quia tanta, et tam subita illis salus advenerit, post unum mortis momentum totâ

(1) Magnâ cum audaciâ stabit, id est, stabit in libertate, sive confidentiâ multâ, erectus sensu tantæ salutis, cum impij summo et pudore et dolore afficiuntur. Coram iis qui afflixerunt eum, id est: Contra faciem eorum qui eum afflixerunt. Cogentur enim impij intueri illius gloriam, dissimilemque vitæ exitum videre, ut dives ille de quo Dominus, Luc. 16. 25. Quique ejus labores rejecerunt, id est, et qui ejus labores spreverunt, contempserunt, aut improbârunt ac vituperârunt, qui ipsis tum poterant esse salutare.

(Badvellus.)

14. Voilà ce que les pécheurs diront dans l'enfer;

15. Parce que l'espérance des méchants est comme ces petites pailles que le vent emporte; ou comme l'écume légère qui est dispersée par la tempête; ou comme la fumée que le vent dissipe; ou comme le souvenir d'un hôte qui passe, et qui n'est qu'un jour en un même lieu.

16. Mais les justes vivront éternellement: près du Seigneur est leur récompense, et le Très-Haut pense à eux.

17. C'est pourquoi ils recevront de la main du Seigneur un royaume admirable et un diadème éclatant de gloire. Il les protégera de sa droite, et les défendra par son bras saint.

18. Son zèle se revêtira de ses armes, et il armera ses créatures pour se venger de ses ennemis.

19. Il prendra la justice pour cuirasse, et pour casque l'intégrité de son jugement;

20. Il se couvrira de l'équité comme d'un bouclier impénétrable;

21. Il aiguëra sa colère inflexible comme une lance, et tout l'univers combattra avec lui contre les insensés.

22. Les foudres iront droit à eux; elles seront lancées des nuées, comme les flèches d'un arc bandé avec force, et elles fondront au lieu qui leur aura été marqué.

23. La colère de Dieu, semblable à une machine qui jette des pierres, fera pleuvoir sur eux de fortes grêles; la mer répandra contre eux sa vague irritée, et les fleuves se déborderont sur eux avec furie.

24. Un vent violent s'élèvera contre eux, et les dispersera comme un tourbillon: leur iniquité réduira toute la terre en un désert; et le trône des puissants sera renversé par leur malice.

hujuscæ mortalitatis miseriam in illam gloriam commutatâ (1).

VERS. 3. — PŒNITENTIAM AGENTES; sed, ut ait Cyprianus ad Demetrianum, erit tunc sine fructu pœnitentiæ dolor, inanis ploratio, pœnæ inefficax deprecatio; in æternam enim pœnam serò credent, qui in vitam æternam credere noluerunt. HI SUNT QUOS HABUIMUS IN SIMILITUDINEM IMPROPERII, id est, quibus alios propter nimiam abjectionem comparabamus, improperando, vel execerando, v. g.; fias sicut ille; quomodo dicitur Psal. 43: *Posuisti nos in similitudinem in gentibus*, id est, tanquàm exemplum abjectionis et contemptûs; et Psal. 68: *Factus sum illis in parabolam* (2).

VERS. 4. — VITAM ILLORUM ÆSTIMABAMUS INSANIAM;

(1) In minimè speratâ salute, id est, in admirandâ, et quæ præter opinionem acciderit salute. Quod autem in hæc narratione interpres de justis plurali numero vertit, in Græco de uno fit sermo, nempe de quo prius fuerat locutus; in quo tamen omnes justî comprehenduntur.

(2) Pœnitentiæ affecti, μετανοήτες, pœnitentes, sive pœnitentiâ tacti, sed serâ sicut Esau. Ac pressi spiritus angore, inq̄m̄scent. Est autem angor, agritudo animi premens. Dominus in Evangelio secundum Math. 22. 45. *fletum ac stridorem dentium in impiis* futurum dicit. *Quem nos quondam ludibrio habuimus, proverbioque contumelioso; ad verbum, quem in derisum quondam habuimus et proverbium opprobrii, sive contumeliæ; pro, quem derisimus, de coque contumeliosè locuti sumus.* (Biblia Vatabli.)

nihil enim magis insanum in oculis impiorum hominum carnalium, quàm vita justorum visibilia contemnunt et sperantium ea quæ non vident, secundum Aug. loco citato. Hinc ebrii Apostoli, insanus Paulus, furiosusque Christus existimatur, qui de se et suis dixit Isaïæ 8 : *Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, et in portentum Israel, etc.* (1).

VERS. 5. — ET INTER SANCTOS SORS ILLORUM EST. Sors beatitudo vocatur, quia sorte quodammodo videtur contingere ut unus assumatur, alter relinquatur; vel quia eorum electio illis non cogitantibus, nullo præeunte merito, quasi missâ sorte, à Deo facta est (2).

VERS. 6. — JUSTITIE LUMEN NON ILLUXIT NOBIS, sed propriâ culpâ; multi enim rebelles lumini oculos suos compresserunt, ne fortè viderent oculis et sanarentur, dicentes Deo : *Recede à nobis; et : Scientiam viarum tuarum nolumus, Job. 21 (3).*

VERS. 7. — LASSATI SUMUS IN VIA INIQUITATIS, quia verissimum est illud Augustini in Confessionibus : *Jussisti, Domine; et sic est, ut pœna sibi sit inordinatus animus.* Quanquàm hæc lassitudo videatur peccatorum et voluptatum expletionem ad nauseam usque denotare. *AMBULAVIMUS VIAS DIFFICILES*, id est, vias invias, ut sunt in solitudine ac deserto. Hinc Græca et Aug. lib. 1 contra Gaudentium, c. 58, legunt, *solitudines invias*, quia nempe *vivæ peccatorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos*, et in fine eorum inferi et pœnæ, Eccli. 21. Hinc apud Oseam, c. 2, peccatoribus dicit Deus : *Ecce ego sepiam viam tuam spinis*, id est, pungentibus difficultatibus, laboribus, timoribus, anxietatibus, propositi frustrationibus, suppliciis, quia, ut ait Bernardus, *in ipsis sceleribus accusat conscientia, testis memoria, ratio iudex, volu-*

(1) Quod homines impii et carnales vitam justorum et piorum reputent esse insaniam, nihil sanè mirum. Id enim necessariò consequens est ex studiis eorum. Carnales enim sectantur quæcumque carni et sensibus grata sunt, voluptates, opes, honores; qui autem secundum Deum vivunt, eadem contemnunt. Proinde homini carnali videtur insaniam simile, contempere ea quæ grata et jucunda sunt sensibus, sectari autem humilitatem, abstinentiam ab omni corporeâ voluptate, aliâque hujusmodi. Unde Petrus de impiis : *In quo admirantur, non concurrentibus vobis in eadem luxuriæ confusionem.* Porrò quod servi Dei ab hominibus carnalibus insani appellati sint, multis quoque aliis locis testatur Scriptura sacra. Sic principes Israel, 4 Reg. 9, de prophetâ quodam dicebant ad Jehu : *Quid venit insanus iste ad te!* Et Festus ad Paulum Act. 26 : *Insanis, Paule; multæ te litteræ ad insaniam convertunt.* Talia sunt insensatorum de sanctis judicia. Unde et infructuosè tandem pœnitentes hic dicunt : *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Et ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, etc.* (Estius.)

(2) *Inter filios Dei, et inter sanctos.* Virum probum deriserant, qui sese in numero filiorum Dei recensebat; in alterâ jam vitâ hujus rei veritatem vident. Filii Dei et sancti hoc loco iidem sunt; justisque veteris et novi Testamenti hominibus nobilissima hæc laus Christi meritis comparata est. (Calmet.)

(3) *Justitiæ lumen.* Sol intelligentiæ, sol simpliciter, Græcè. Aliis sol justitiæ de quo Malach. 4, 2. Hoc est quod ait Paulus : *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitate cordis ipsorum,* Ephes. 4, 18. (Bossuet.)

ptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum (1).

VERS. 8. — QUID NOBIS PROFUIT SUPERBIA? etc. Pulchris comparationibus latè deplorant impii inanitatem et brevitate seculi jam peracti.

VERS. 9. — TRANSIERUNT TANQUAM UMBRA, quæ ad nubeculæ intervenientis obstaculum momento dispareret, nihil post se relinquens, ad nihil serviens, nisi ut lucem et cognitionem eripiat, nihil solidi continens quod apprehendi queat. *TANQUAM NUNTIUS PERCURRENS*, qui nunquàm consistit; sed præterit alios quos post se relinquit. Quâ locutione significant bonorum hujus mundi fugacitatem, quæ si non relinquuntur, relinquunt (2).

VERS. 10. — ET TANQUAM NAVIS QUÆ PERTRANSIT. Crescit paulatim oratio : navis enim sine lassitudine, vel quiete, quæ nuntiis competunt, rectoribus etiam dormientibus ad portum appellit. Eandem similitudinem cursoris navis et avis adfert Job; sed multum auget, quod dies suos ait præterisse, sicut naves poma portantes, quæ scilicet festinatione nautarum, ne poma marcescant, celerius transeunt (3).

(1) *Ambulavimus per solitudines inaccessas.* Verè enim viæ peccatorum solitudines sunt quædam *inaccessas*, per mille mortis pericula ducentes, plenæque molestiis omnibus. (Clarius.)

(2) *Tanquàm umbra.* Æschylus :
Humana soboles in diem tantum sapit,
Nec est solidior umbra quàm fumi levis.

Sophocles :

Homo flatus est et umbra, præterea nihil.
Nuntius percurrrens, id est, nuntiatio.

(Grotius.)

(3) Pro *carinæ* Græcè est *πορείας*, id est, *itineris* (aliqui perperam legunt *τρεῖων*, id est, *semitarum*), vel *ingressus*, aut *meatus ejus inter fluctus*; hunc enim illicò ubi navis pertransiit fluctus obruunt. Verùm exemplaria correctæ pro *πορείας* habent *πρόπιδος*, id est, *carinæ*, uti vertit noster. *Carinæ* propriè est ima pars navis, ejusque fundus et quasi venter, qui aquam subintrat et sulcat, non relicta semitâ, sive non terendo viam.

Vox *fluctuantem* et *fluctus* notant pericula navis et navigantium, ut nunc fluctibus in cælum attolli, nunc in abyssum deprimi videantur, juxta illud Psal. 106, 26 : *Ascendunt usque ad cælos, et descendunt usque ad abyssos : anima eorum in malis tabescebat.* Et illud Ovidii :

Tollimur in cælum, nunc imas radimus undas.

Longè majora sunt pericula hujus vitæ, præsertim voluptuariæ impiorum.

Appositè voluptas et vita comparantur navi et navigationi ob æquam utriusque brevitate, fugacitate, pericula et naufragia. Navis enim est currus marinus, quo multi merguntur. Nota est historia Jonæ natantis et navigantis in ventre ceti, et ad Deum suspirantis, cap. 2, 6 : *Circumdederunt me aquæ, inquit, usque ad animam; abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluderunt me in æternum.* Hinc Sodalis apud Stobæum serm. 124 : *Mors, inquit, omnium mortalium portus est.* Hinc et priscorum sepulcra erant ad mare et portus, unde ibidem sepulti sunt Ajax et Cato, teste Plutarch. in eorum Vita, ac Mathabias cum filiis Machabæis, ut patet 1 Machab. 13, 29. Hinc illud Propertii lib. 3, eleg. 5 :

Ite, rates curvæ, et lævi contextite causas :

Terra parùm fuerat, fatis adjecimus undas.

Et illud Alexidis apud Stobæum serm. 59 : « Quisquis, ait, mare navigat, is aut insanit, aut mendicus est, aut mori cupit : ex his tribus non fieri potest,

VERS. 16. — JUSTI AUTEM IN PERPETUUM VIVENT.

Hic justorum perpetuitas et soliditas evanescit uti in-
cquin unum saltem verum sit. Quibus cum fuit Plinius
lib. 2, c. 47, dicens : Nec tamen savitia tem-
pestatum concludit mare, parata primum cogitavit
mortis periculo in incerto furore, etc., nunc plena
hoc avaritia cogit. Addit S. Hieron. in Sophocle :

Mare navigantes planè sunt homines miseri,
Quibus neque dæmoni, neque deorum aliquis inquam
Instruatur dignam tribuat gratiam ;
Siciles autem arnavitibus navigis,
Sæpenumero de navibus mare circumspæctantes
Sedemus ad littora cœcæ, illa vero adhuc omnes
Alluatur, modicum autem liquoris in mare præhibet.
Addit Plin. in Proem. lib. 19, quod vallis navigat, et
tot modis provocari mortem.

Porrò recte per hanc vitam navigandi methodum
docet S. Gregor. Nazianz. orat. 5 de Pace : Non a me-
clemini, inquit, mercatores, qui, ut cum maris incerti-
tibus operati navigantem potius distulerint, navigan-
te que aquis demerserint, quam ut ex inexplebili avidi-
tate fructum capiant, et dum pauca lucra captant,
gravissimis damnis afflictiuntur : cavendum ergo ne
caveantur corda, etc., ut Luc. 21, 54, cavetur. Et
S. Chrysostomus martyr scribens S. Anastasie, Chri-
sti gratiâ in vincula conjuncta, sic ait : eadem omnes
mare navigamus, et corpora nostra ejus fluctus
suscitant, veluti navigia, que anime perinde ac nau-
cleri gubernant ; ex his autem navigiis aliqua tan-
ta fortia, tam bonè compacta sunt, ut perfacile scin-
dant impetu maris undas, et per medios fluctus abs-
que detrimento pertrahant ad portum exoptatum ;
tam alia fragilia, ut passim de salute periclitentur ;
gaude ergo, Anastasia ; esis enim tua ista navigatio
non sine maximis tempestatibus et periculis agitur,
brevis atque feliciter cursum navigationis tue finitur,
atque in portum exoptatum, Christo fruitura cum
martyrii palmâ, pervenies.

Vidè B. Petrum Chrysolog. serm. 8 de Jejunio, et
S. Chrysost. orat. de Philogonio, et S. Maximum
hom. 2 de S. Eusebio. Porrò Plinius lib. 32, cap. 4,
ait : Licet incredibile dictum, aliqui tradunt tardius ire
navigia testudinis dextram pedem relictâ. Sed hoc
fabulosum et superstitiosum videtur, si litteram spes-
tes ; verum tamen est, si tropologicè intelligas : pes
enim testudinis est affectus acedi, tardi et pigri, qui
navim et navigationem suam in portum felicitatis suâ
inertiâ multum remoratur et retardat. Largo vitam
humanam navigationi esse persimilem liquet, et ex
humani corporis fabricâ universam ac sigillatim per
partes inspectâ, et primò, ex loco ubi ea architecta est
à Deo ; penè enim ad hujus ætatis generationis cæ-
terâ ; secundò, varietate rerum, quibus constat ; ter-
tiò, ventorum flabris, quibus movetur ; quartò, ex
spinâ, capite, linguâ, umbilico, et id genus aliis, que
singularem cum carinâ, puppi, clavo et anchorâ ha-
bent analogiam. Solet navis constructi atque compo-
si ad sinus et ripas aquarum, in quibus proximas facie
jam perfecta conjici possit ; sed ita ut maximis opus
sit ; ut de navibus propter late missam navigationem
in litus sublevis, et transa a litore in mare deducen-
dis, à parte totum nominans, canit Lyricus lib. 1,
ode 4 :

Solvitur aeris hiems gratâ vice veris et Favosi,
Trahuntque siccas machina curvas.

Sic et corpus Ade propter, sive juxta aquas, Genes. 2,
7, formavit Dominus Deus. Audi S. Gregor. lib. 6,
epist. 26 : Vita nostra naviganti similis est : is qui
navigat stat, sedet, jacet, vadit, quia impulsu navis
ducitur ; ita et nos sumus, qui sive vigilantes, sive
dormientes, sive tacentes, sive loquentes, per mo-
menta temporum quotidie ad finem trahimur.
(Corn. à Lap.)

VERS. 11. — AUT TANQUAM AVIS, etc. Aut cum
avis, etc. : aut, ut ave pervolante aerem, nullum in-
venitur indicium itineris, sive progressus. Perios-

porum brevitati incipit opponi. Et cogitatio illorum
vix altissima ; id est, cura, sollicitudo, et provi-
dentiâ eorum habetur apud Deum ; quamquam ali
velint significant justos de Deo divinæque rebus assidue
cogitare, sed prius videtur veritas : hæc enim merces,
non meritum justorum exprimitur. 15.

VERS. 17. — ILLI ACCIPIENT REGNUM GLORIÆ, ET
DILEXERUNT PERICLI ; id est, regnum cœlestis decorum, et
coronam regni speciosam ; hæc est enim illa immar-
cescibilis et incorrupta gloriæ corona, que sanctis pro-
mittitur. 2.

VERS. 18. — ACCIPIET ARMATURAM ZELUS ILLIUS (5).
Inductum hoc Deus omnis generis peccatorum armatus ad
descendendum, sive, ut Græcus habet, instar satellitis
propugnandum sanctos. Et quidem primo defensiva
describit arma, quibus utitur tempore judicii, et quod
illud immediate precedet. Tunc ergo zelus illius,
id est, iracundia, vel etiam proprie zelus ex amore
conceptus, quo non patitur fidelium suorum injurias,
ARMAT CREATURAM, angelos, homines, eorum, ter-
ram, ignem et aquam, ut paulo post sequitur, ad ul-
tionem inimicorum.

VERS. 19. — INDUIT PRO THORACE JUSTITIAM, quia
instar thoracis, seu lorice se cinget justitia, que si-
cut thorax in bello, ita in judicio potissimas partes
aget : justitia enim et judicium præparatio sedis tuæ :
de quo Isaias c. 59. ACCIPIET PRO GALEA JUDICIUM CER-
TUM (4), id est, falli nescium ; Græce, judicium sine
sine verò, etc. Ictu autem turbas verberatum actum
levem, et scissum vi sudoris, motis abis pertransit.
(Heldi Valardi.)

VERS. 12. — AUT TANQUAM SACUTIA EMISSA, voluti
pemata sagitta.

VERS. 15. — IN MALIGNITATE AUTEM NOSTRA CON-
SUMPTI SUMUS. Vitam omnem consumpsimus malè
agendo. TALIA DIMITTIT IN INFERNO BI QUI ET CAVERE-
RUNT. Hæc in Græco non sunt, sed ad connectenda
que sequuntur sunt addita. *Impios* est status animarum
post mortem ante resurrectionem. (Grotius.)

Ita firma, vel statum in pieum post mortem signi-
ficat, internum qui proprie dicitur, unde impij, veluti
malus dives, justos in sanu Abrahæ quos invenit :
vel locum ubi supremum judicium exercet, quo
loco tum boni tum mali eorum supremo iudice colliguntur.
(Calmet.)

(1) Les justes vivront éternellement, parce qu'ils
auront toujours considéré la vie présente comme une
mort, et qu'ils auront soupiré après la vraie vie. *Le*
Salaire leur réservo leur récompense, parce qu'ils se
sont bes en lui, et qu'ils auront attendu dans les maux
de cette vie les biens de l'autre. *Et le Trés-Haut a*
les yeux sur eux, parce qu'ils ont eu sans cesse les
yeux sur lui. C'est Dieu qui les a regardés le pre-
mier ; mais après cela ils ont attiré ses regards en le
regardant.
(Sap.)

(2) *Impios accipient regnum decoris*, necipio post res-
urrectionem, Apoc. 1, 6, et *accipient speciosum*, id est,
speciosum, Jac. 1, 12, 1 Pet. 5, 4, Apoc. 2, 10, et 4,
1, et 9, 7, et 12, 1. *Delectat sua tentos*, et *brachio*
sancto suo depellet illos, ne quid sit quod ipsis no-
cere possit.
(Grotius.)

(3) Ad verbum : *Accipiet universam armaturam ze-
lû suam* ; q. d. : Zelo armabitur, et erit ei pro uni-
versâ armaturâ.
(Clariss.)

(4) *Accipiet judicium galeam sibi impositam*, vel,
Impios accipiet galeam judicium non fictam. hoc est, sin-
ceram a quo integram, summaque æquitatis pleni-
ssimam. Aut Scriptura appellat Deum iudicem *æquam*.

hypocrisi, sive sincerum, quod nesciat simulare vel dissimulare; nam galea tegit oculos. De cujus tamen iudicii rigore nimio, ne quis queratur, atque ita illud irritum reddat.

VERS. 20. — SUMET SCUTUM INEXPUGNABILE ÆQUITATEM, quæ significat moderationem iudicii consentaneam rationi. Hanc etiam Psaltes sæpius in extremo iudicio justitiæ adjungit comitem: *Justus Dominus et justitias dilexit; æquitatem vidit vultus ejus*, Psal. 10. Et alibi: *Judicabit orbem terrarum in justitiâ, et populos in equitate* (1).

VERS. 21. — ACUET DURAM IRAM IN LANCEAM. Hactenus arma defensiva, nunc describit offensiva. Tunc ergo pro lanceâ, sive, ut Græcè est, pro gladio et romphæâ, utetur durâ irâ, id est, inflexibili et misericordii: hic enim cum Deus irascitur, misericordiæ recordatur; ibi erit iudicium sine misericordiâ in eos qui non fecerunt misericordiam. Hæc ergo ira impiorum corda, ut lancea penetrabit, ut satis ex eo patet, quod multi dicent montibus: *Cadite super nos, et abscondite nos à facie sedentis super thronum, et ab irâ Agni*, Apocal. 6. PUGNABIT CUM ILLO ORBIS TERRARUM, tum ut quodammodo sese ab impiorum abusibus in libertatem asserat, tum ut instar familiæ, et suas et patrisfamiliâs injurias ulciscatur (2).

in quo nulla est acceptio personarum. (Badvellus.)

(1) Græcè, *ἰσότης*, id est, primò sanctitatem; secundò æquitatem, jus, fas; tertio religionem et numinis observationem cultumque; quartò expiationem: Deus enim in die iudicii expiabit terram et mundum, ideòque impios, qui eam suis sceleribus contaminarunt, quasi sordes ex eâ everret, eosque quasi catharmata et piacula, terrâ hiantē absorbebit et retrudet in tartara, quasi in imam fœdamque cloacam.

Sanctitas ergo, id est, plena innocentia et puritas, armat hic sinistram Dei, quasi scutum inexpugnabile, ut eâ indutus à nullo possit sævitæ vel crudelitatis in impios accusari; impij enim et damnati jaculabuntur ex desperatione et furore quasi rabidi canes maledicta in Deum, eumque vocabunt crudelem, tortorem et tyrannum, quod ipsos tam dirè exerceat; at Deus omnes has criminationes et maledicta scuto sanctitatis excipiet et repellet; ostendet enim se non passione, sed sanctitate moveri ad hanc tam atrocem in impios vindictam, seque sanctè, æquè ac religiosè agere causam singulorum: adeò ut qui recto rationis oculo vindictam hanc Dei intuentur, clarè videant illam sanctam esse, et à sanctitate sanctoque Deo proficisci. Sic Christi sanctitas in corrigendis et castigandis peccatoribus, præsertim Scribis et Phariseis, tantâ erat, ut ipse se suaque facta hostibus judicanda offerret: *Quis, inquit, ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8, 46. Magnum sanè et impenetrabile est scutum quod petitur ab innocentia et vitæ sanctitate. Minus rectè Dionys. Carth. per *æquitatem* accipit *ἰσότητος* sive moderationem, quâ Deus moderatur supplicia, et citra condignum reprobos puniet: omnia enim hic spirant severitatem, iram et vindictam acrem Dei in impios. (Corn. à Lap.)

(2) *Il aiguëra sa colère comme une lance perçante.* La colère de Dieu sera comme une lance perçante, qui pénétrera jusqu'au fond de l'âme des méchants, parce que cette terreur de sa puissance irritée qu'il répandra dans leur cœur, sera leur plus grand supplice.

Et tout l'univers combattra avec lui contre les insensés. Toutes les créatures gémissent maintenant de ce que les méchants abusent d'elles, et de ce qu'ils les détournent en des usages contraires à la fin pour laquelle

VERS. 22. — ET TANQUAM A BENE CURVATO ARCU NUBIUM EXTERMINABUNTUR, id est, erumpent fulgura è nubibus, sicut jacula ab arcu benè tenso. Litteraliter enim sub tempus iudicii fulgura Deus multiplicabit, ut conturbet peccatores, et inflamet in circuitu inimicos suos.

VERS. 23. — ET A PETROSA IRA, id est, ut habet Græcus, ab irâ petras et saxa jaculante, PLENÆ MITTENTUR GRANDINES, id est, ingentes, et sicut talentum, ut habet Apoc. cap. 16. Quemadmodum enim grandinibus pugnavit Deus in Ægypto et contra Chanaanæos, ita et ante iudicium pugnavit contra peccatores. Hinc apud Job cap. 38: *Numquid thesauros grandinis aspexisti, quæ præparavi in tempus hostis, in die pugne et belli* (1)? EXCANDESCET IN ILLOS AQUA MARIS, id est, magno furore insurget, ita ut in terris futura sit *pressura gentium præ confusione sonitus maris et fluctuum ejus*, ut Luc. 21. ET FLUMINA CONCURRENT DURITER, id est, exundabunt alveis suis egressa, magnoque cum impetu et sono fluentia (2).

VERS. 24. — CONTRA ILLOS STABIT SPIRITUS VIRTUTIS, id est, ventus seu flatus vehementissimus in illos prosiliet. ET TANQUAM TURBO VENTI DIVIDET EOS, nempe à bonis, vel etiam instar procellosæ tempestatis, dissipabit, et ventilabit illos, projiciendo à facie terræ. Turbo enim Dominicæ incarnationis egredietur: *et tempestas erumpens super caput impiorum veniet*, ut ait Jerem. cap. 23 (3).

Dieu les a créées. C'est pourquoi elles se souleveront alors contre eux. Ce n'est pas que Dieu ait besoin d'elles pour se venger de ses ennemis; mais il leur donnera cette force pour apprendre aux méchants quelle a été leur folie de se faire des dieux de ces créatures, puisqu'elles s'armeront au contraire alors pour la querelle du Créateur, afin qu'ils soient punis par les choses mêmes dont ils auront abusé, et que les objets de leurs plaisirs deviennent les instruments de leur supplice. (Sacy.)

(1) *Eas veterum machinas spectat, balistas appellatas, quibus in urbium obsidione lapides jaculabantur. Dei furor balistæ similis, grandinem, lapidibus duritiæ et magnitudine æqualem, pro lapidibus mittet.*

(Calmet.)

(2) *Procellæ descriptio. Tellus, mare, amnes, cælum, nubes, aer, omnia in impios pugnabunt. Græcus ad verbum: Indignabitur contra eos aqua maris.*

(Calmet.)

(3) *Spiritus virtutis est ventus potentia, hoc est, potens, validus et vehemens, qualis est turbo, qui omnia in orbem agit et rotat, procella, typho et prester; qui adeò validi sunt, ut naves, domos et montes evellant, et in alium locum transferant. Pro dividet Græcè est ἐκλαμύσει, id est, eventilabit, jactabit. Sicut enim vando eventilantur paleæ, ut sola maneat tritici grana, sic Deus vento hoc eventilabit reprobos, ut soli remaneant justii.*

Pro ad eremum deducet, Græcè est ἐρημόσει, id est, desolabit, desertam et desolatam faciet terram. De his ventis ait Eccles. c. 39, 35: Sicut spiritus, qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua.

Est hæc quarta acies Dei, ventorum et procellarum, tum super terram, tum sub terrâ grassantium: super terram enim sternunt homines, segetes, arbores, domos, etc.; sub terrâ excitantur terræ motus, adeoque, ut nonnulli censent, totam terram in die iudicii e suo centro convellent, ut impios percellant et obruant. Notum est ex historiis, quantas strages terræ motus

ediderint Constantinopoli, in Asiâ, Bithyniâ, cæterisque provinciis; at iidem longè majores edent sub diem judicii, adeò ut omnes domos, arces, mœnia, urbes, etc., concutiant, dejiciant et sternant, ut totam terram videantur desolare, et in eremum sive solitudinem redigere, juxta illud Nahum c. 1, 3: *Dominus in tempestate et turbine via ejus*; et Jerem. 23, 18: *Ecce turbo Dominicæ indignationis egrediatur, et tempestas erumpens super caput impiorum veniet*. Omnes hosce turbines et procellas procurabunt angeli: hi enim sunt administri divinæ providentiæ et vindictæ.

AD EREMUM, id est, ad extremam solitudinem et desolationem, PERDUCET OMNEM TERRAM INQUITAS (ita Romana et Græca; perperam ergo aliqui legunt, *iniquitatis*) ILLORUM. Hoc enim est ἐρημοσύνη, juxta illud Isaïæ 13, 9: *Ecce dies Domini veniet, crudelis, et indignationis plenus, et iræ furorisque ad, ponendam terram in solitudinem, et peccatores ejus conterendos de eâ. Quare impertinens est multorum expositio, qui per eremum intelligunt infernum*; q. d.: Iniquitas terram, id est, incolas terræ, perducet ad infernum, ubi summa erit desolatio.

ET MALIGNITAS, id est, peccatum, non tantum factum ex malitiâ, ut vult Holcot, sed quodlibet (Græcè

enim est κακουργία, id est, mala operatio, peccatum, scelus, malitia, ut vertit Vatablus præsertim fraus et dolus), EVERTEIT SEDES POTENTIUM, puta palatia, arces regias, urbes splendidas et magnificas regum et principum. Est epiphonema; q. d.: Peccatum est noxa et pernicies hominum, totiusque orbis; ipsum enim evertet in die judicii omnes terras arces et urbes, quia propter peccatum omnia hæc diruent angeli.

Porrò urbis cujusque et regni, acque ac orbis, ruina et excidium, à Deo fieri solet ob duo maxime peccata, scilicet injustitiâ et religionis violata, præsertim per dolum et hypocrisin. Ob utrumque mundus periiit diluvio tempore Noe, ac peribit igne sub diem judicii.

Huc facit quod scribit Eusebius Emis. hom. 2 de Adventu: « Terra quoque sua signa dabit, quia terræ motus tam magni fient, ut penè omnia manu facta cruant, omnesque lapides etiam parvi conseindantur. Et feræ de montibus descendentes inter homines manebunt, nullique nocebunt. Ipsi quoque homines quasi amentes et præ timore arescentes, hinc illuc discurrentes tabescent; et his quidem Evangelii verba convenire videntur, quibus Dominus ait: *Arescentibus hominibus præ timore et expectatione, quæ supervenient universo orbi.* » (Corn. à Lap.)

CAPUT VI.

1. Melior est sapientia quàm vires; et vir prudens, quàm fortis.

2. Audite ergo, reges, et intelligite; discite, judices finium terræ.

3. Præbete aures, vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum.

4. Quoniam data est à Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur:

5. Quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè judicâstis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulâstis.

6. Horrendè et citò apparebit vobis: quoniam judicium his qui præsentur fiet.

7. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.

8. Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam; quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus.

9. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

10. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et non excidatis.

11. Qui enim custodierint justa justè, justificabuntur: et qui didicerint ista, invenient quid respondeant.

12. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam.

13. Clara est, et quæ nunquam marcescit sapientia; et facilè videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quærunt illam.

14. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.

15. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inveniet.

16. Cogitare ergo de illâ, sensus est consummatus; et qui vigilaverit propter illam, citò securus erit.

17. Quoniam dignos se, ipsa circuit quærens, et in

CHAPITRE VI.

1. Ainsi la sagesse est plus estimable que la force, et l'homme prudent vaut mieux que l'homme courageux.

2. Ecoutez donc, ô rois, et comprenez-le bien; recevez l'instruction, juges de la terre.

3. Prêtez l'oreille, vous qui contenez les peuples, et qui vous glorifiez de voir sous vous un grand nombre de nations.

4. Considérez que vous avez reçu cette puissance du Seigneur, et cette domination du Très-Haut, qui interrogera vos œuvres, et qui sondera le fond de vos pensées.

5. Parce qu'étant les ministres de son royaume, vous n'avez pas jugé équitablement, que vous n'avez point gardé la loi de la justice, et que vous n'avez point marché selon la volonté de Dieu;

6. Il se fera voir à vous d'une manière effroyable, et dans peu de temps; parce que ceux qui commandent les autres seront jugés avec une extrême rigueur.

7. Car on a plus de compassion pour les petits; mais les puissants seront puissamment tourmentés.

8. Dieu n'exceptera personne, et il ne respectera la grandeur de qui que ce soit; parce qu'il a fait les grands comme les petits, et qu'il a également soin de tous.

9. Mais les plus grands sont menacés des plus grands supplices.

10. C'est donc à vous, ô rois, que j'adresse ces discours, afin que vous appreniez la sagesse, et que vous vous gardiez d'en déchoir.

11. Car ceux qui auront fait justement les actions de justice seront traités comme justes; et ceux qui auront appris ce que j'enseigne, trouveront de quoi se défendre.

12. Ayez donc un désir ardent pour mes paroles; aimez-les, et vous y trouverez votre instruction.

13. La sagesse est pleine de lumière, et sa beauté ne se flétrit point; ceux qui l'aiment la découvrent aisément; et ceux qui la cherchent la trouvent.

14. Elle prévient ceux qui la desirent, pour se montrer à eux la première.

15. Celui qui veille dès le matin pour la posséder, n'aura pas de peine à la rencontrer, parce qu'il la trouvera assise à sa porte.

16. Ainsi occuper sa pensée de la sagesse, c'est la parfaite prudence; et celui qui veillera pour l'acquiescer, sera bientôt en repos.

17. Car elle tourne elle-même de tous côtés, pour

vires ostendit se illis hilariter, et in omni providentiâ occurrit illis.

18. Initium enim illius, verissima est disciplinæ concupiscentia; cura ergo disciplinæ, dilectio est. Et dilectio, custodia legum illius est; 19. Custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est;

20. Incorruptio autem facit esse proximum Deo.

21. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.

22. Si ergo delectamini sedibus et sceptris, ô reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.

23. Diligite lumen sapientiæ, omnes qui præestis populis.

24. Quid est autem sapientia, et quemadmodum facta sit, referam; et non abscondam à vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non præteribo veritatem.

25. Neque cum invidiâ tabescente iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

26. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum; et rex sapiens stabilimentum populi est.

27. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, et proderit vobis.

chercher ceux qui sont dignes d'elle; elle se montre à eux agréablement dans ses voies, et elle va au-devant d'eux avec tout le soin de sa providence.

18. Le commencement donc de la sagesse est le désir sincère de l'instruction; le désir de l'instruction est l'amour de la sagesse, et cet amour est l'observation de ses lois; 19. L'attention à observer ses lois est l'affermissement de la parfaite pureté de l'âme.

20. Et cette parfaite pureté approche l'homme de Dieu.

21. C'est ainsi que le désir de la sagesse conduit au royaume éternel.

22. Si donc vous vous complaisez dans les trônes et les sceptres, ô rois des peuples, aimez la sagesse, afin que vous régniez éternellement.

23. Aimez la lumière de la sagesse, vous tous qui commandez les peuples.

24. Je représenterai maintenant ce que c'est que la sagesse, et quelle a été son origine; je ne vous cacherai point les secrets de Dieu; mais je remonterai jusqu'au commencement de sa naissance; je la produirai au jour, et je la ferai connaître, et je ne cacherai point la vérité.

25. Je n'imiterai point celui qui est desséché d'envie, parce que cet homme n'aura point de part à la sagesse.

26. Or la multitude des sages est le salut du monde; et un roi prudent est le soutien de son peuple.

27. Recevez donc l'instruction par mes paroles; et elle vous sera avantageuse.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MELIOR EST SAPIENTIA QUAM VIRES : quia prudenti consilio vires ipsas enervat et subvertit (1).

VERS. 2. — AUDITE ERGO, REGES, etc. Regum enim non infima sapientiæ pars est, audire virorum prudentium consilia, quorum integritatem sæpè in aulis vel adulterat adulatio, vel non admittit arrogantia. Hinc Jacobi 3 una est sapientiæ cœlestis conditio, ut sit *suavis*, quæ nempe bonis monitis aliorum obtemperet; et cor docile, Hebr. cor audiens, sibi dari petit Salomon (2).

(1) Hæc gnoma jam deest in Græco, ipsa autem initio capitis ponitur quasi thema et argumentum, quod toto capite pertractatur; quia enim reges suum robur et splendorem collocant in viribus et fortitudine suorum militum, urbium et opum, ut fecit primus orbis rex et tyrannus Nemrod, sed imprudenter et frustra; hinc illud elidit, docetque regni firmamentum magis esse sapientiæ quam vires, ac proinde eos ad studium sapientiæ incitat. Huic gnomæ similis est illa Proverb. c. 16, 52 : *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium*; et illa Eccles. 9, 16 : *Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine*. Unde putant nonnulli hanc gnomen ex illis esse desumptam. Vide ibi dicta.

Est ergo hic conclusio, educta ex principis assignatis cap. præced. Ibi enim descripsit impiorum in die judicii gemitus, quod in vitâ studuerint vanitati opum, deliciarum et honorum, neglectâ veritate sapientiæ; quare sibi iram et vindictam Dei, omniumque creaturarum accesserunt. Ex quibus hic concludit: Ergo, ô reges et principes, si sapitis, si acrem Dei vindictam vitare cupitis, studete veritati, non vanitati: vacate sapientiæ, non cupiditati. Hic enim est scopus totius libri. (Corn. à Lap.)

(2) Quando Deus omnium, etiam regum et principum, judex aliquando futurus est, videte quid agatis. (Grotius.)

VERS. 5. — QUI CONTINETIS MULTITUDINES; Græcè, qui imperatis multitudini; hoc est, qui regitis ac gubernatis. Est enim κράτειν imperium ac potestatem

VERS. 4. — QUONIAM DATA EST VIRTUS AB ALTISSIMO. Græcè δυναστεία, id est, potestas ac dominatus, qui vel immediatè regibus à Deo, tanquam primo principio concessus est, ut Davidi; vel saltem, mediante hominum voluntate, quibus hoc Deus inservit, ut ad coercendas iniquitates, et ad innocentium tutelam, potestatem quamdam sibi præficerent, sive regiam, sive aliam, quæ proinde potestas à Deo est, utpote per quam ita ipsemet mundum regit, sicut generationum corruptionumque vicissitudines interventu solis et siderum (1).

VERS. 5. — NEQUE SECUNDUM VOLUNTATEM DEI AMBULASTIS, quæ postulat ut non justa modò, sed etiam justè feratur sententia, nempe ex amore justitiæ: justè enim quod justum est persequeris, non metu, non amore, non odio, non prece, non pretio (2).

VERS. 6. — JUDICIUM DURISSIMUM HIS QUI PRÆSENT, FIET: qui enim aliorum volunt magistri, vel judices fieri; sciant quoniam majus judicium sumunt, ut inquit Jacobus, ut quibus non tantum quomodò in officium intraverint, vixerint, rexerint, sed etiam pro mini-

habere in aliquos. Inde κράτος et κράτησις, pro dominatione ac imperio. (Biblia Vatabli.)

(1) Dieu vous a donné cette haute puissance que vous exercez, qui est plus grande, selon les saints Pères, que celles des Rois. C'est pourquoi il vous en redemandera un compte très-exact. Il ne considèrera pas seulement vos paroles. Il interrogera vos œuvres, et il n'en jugera pas par le dehors et par l'apparence, mais par la racine, dans laquelle les actions qui paraissent éclatantes au-dehors sont souvent impures et corrompues aux yeux de celui qui pénètre le fond du cœur. (Sacy.)

(2) Nec consilium Dei estis secuti, vel neque juxta consilium ejus ambulastis. Ambulare autem apud Hebræos accipitur pro aliquâ in re se gerere, sive versari. (Badvellus.)

stris ipsorumque subditorum animabus ratio sit reddenda. Hinc quia ejusmodi alius præcedentes Deo soli peccant, nec facile argui, vel coerceri ab alio possunt, dicit illis Dominus Isaie 49: *Et qui judicaverunt te, ego judicabo* (4).

VERS. 8. — NON ENIM SUBTRAHET PERSONAM CUJUS-
GRAM DEUS, id est, non eximet quemquam, aut excipiet à suo judicio, quasi potentium supercilio inflexus aut terribis, sicut Job dicit cap. 54: *Non accipit personam principum, nec cognovit tyrannum*; opus enim manuum ejus sunt universi (2). Et AQUALITER EST

(1) Cùm fertis sententiam, Dei ne unquam obliviscimur, neque vobis blandiamini ore, ut iniquitatem vestram aut obliviscatur, aut dissimulet. Neque judicium differet, seseque quantocius prodet: va autem is qui potestati abusi fuerint! quo enim sublimiori dignitate inserunt, eo severiori examine exagitantur. Quibus plura dedit, plura ex his exiget Deus, Luc. 12, 8. Quâ severitate puniit Moysen, promissæ regionis ingressu prohibito, ejusmodi peccati causa, quod levissimum esse plerumque censetur? Quâ Saulen, levissimam in re non obedientem 1 Reg. 15, 49; Davidem levis curiositatis et superbiæ causâ, ubi populi censum instituit 2 Reg. 24; Ezechiam, quod thesauros superbe ostentârât 4 Reg. 24, 16; proprietam, qui ad Jeroboamum missus fuerat, quod divinis imperiis non religiosissimè obtemperârât 5 Regum 15, 16? Suam ipsius gloriam, suorumque perfectionem studiosissime amat ac defendit Deus. Vide 7, 9, quibus eandem sententiam repetit Sapiens. Nunquam satis hoc ipsum principibus magnalibus prædicatur, dùm inter assidua discrimina sunt, ut aut Dei, aut sui ipsorum obliviscantur.

(Calmet.)

VERS. 7. — EX IGNO ENIM CONCEDITUR MISERICORDIA, etc., vel nam infirmi homines digni sunt misericordiâ, vel potius, minimus enim dignus est misericordiâ, sive dignus cui misericordia tribuatur; nam cui plus datum est, plus ab eo requiretur. In potentes vero inquiretur acriter; vel potius, in potentes vero potenter inquiretur, hoc est, severè ac vehementer ratio potestatis commissæ ab illis repositur.

(Badvellus.)

(2) Nullius nobilitati, amplitudini, dignitati parceret, et animo omnibus æquo sententiam feret. Sub illius imperio ejusque legibus judicisque, obnoxii æquè sunt et qui magnâ, et qui tenui conditione censentur. Unumquemque sequetur ea sententia, quâ propria uniuscujusque munera, collataque à Deo beneficia postulabant. Illum neque favor, neque metus, neque cupiditas, aut importuna misericordia, precæsse aut munera movebunt, quin æquissimam unicuique sententiam ferat. Græcus: *Non enim reveberitur personam si qui omnium dominus est*. Principis præsentiam non veretur, ipsumque hominis conspectus non deterrebit.

PUSILLUM ET MAGNUM IPSE FECIT, ET AQUALITER CURA EST ILLI DE OMNIBUS. Communis est principis et subditi pater Deus. Ex unâ omnes argillâ creati sunt homines. Conditionis inæqualitas, quam homines invexerunt, nulla apud Deum est: si quem supra cæteros is eligit, eandem in hunc quam in hominum humillimum auctoritatem servat. Omnes æquè homines ipsius Dei providentiâ complectatur; ita tamen uti cujusque res, munera, merita poscunt, suaque ipsius de unoquoque consulta jubent. Principes et imperia majori studio curat providentiâ; quippe ex quibus innumerorum pax et tranquillitas, felicitas aut calamitas pendent. Electos amicosque magis sedulo amore et misericordiâ prosequitur, quam eos quos in sua ipsorum potestate relictos, libidini suæ servire patitur. *Equaliter* hoc loco usurpatur pro *communitate*, *similiter*; cum non propriè dicta et religiosa aequalitas, sed cum proportione designetur.

ILLI CURA DE OMNIBUS, *Græce, similiter*, non quasi omnibus rebus æque præstantes sua providentiâ effectus imperitia; sed quia nullâ res quatuorvis vitis, ejus cura subtrahitur: que etiam naturis quarumcumque rerum ita conveniens, æqualis ac proportionata est, ut unamquamque ad suum terminum ducat, idque maxime in præmiis penisque retribuendis, de quibus hic agitur; quod breviter et nervosè Cypr. lib. 5, epist. 8 exprimit: *Deus, inquit, se omnibus aequalitate liberatâ, præbet parem*.

VERS. 11. — QUI ENIM CUSTODIERINT JUSTA JUSTE, eo modo quo supra dictum est ad versum 5. JUSTIFICABUNTUR, id est, sanctiores et justiores fient; vel potius, sancti et justii declarabuntur: sic enim sæpè verbum justificandi in Scripturis usurpatur, ut Isaie 5: *Qui justificatis impium pro muneribus*. INVENIENT QUOD RESPONDEANT, ut se defendant in Dei judicio, quia conversatio eorum libro Dei ex quo judicandi sunt homines, erit consentanea.

VERS. 12. — CONCPISCITE ERGO SERMONES MEOS; necesse est enim ut præcedat in animâ Sapientiæ desiderium, deinde amor, hinc studium, ac tum demum cùm eam quasieritis quasi pecuniam, et sicut thesauros, effoderitis illam; HABEBITIS DISCIPLINAM, Græcè erudiemini, Deique Sapientiam assequemini: nemo enim, ut habet proverbium, erit *sæpes*, id est, sapiens, qui non fuerit ante *quæsiçes*, id est, amator sapientiæ. Porrò disciplina apud Scriptores Ecclesiasticos est vera vitæ ex virtute peragenda ratio et regula, quatenus illa à Deo doctore discitur: quod quia vix fieri potest, nisi vel ruditas, vel negligentia, vel levitas animi verberibus compellatur, hinc ipsa Dei flagella et castigatio vocatur disciplina. In hanc ergo Sapientiam, ut studia nostra exardescant, præmissio elogio, modum assequendi præscribit.

VERS. 15. — FACILE VIDETUR AR HIS QUI DILIGANT EAM. Dilectio enim, seu charitas, cùm sit luminosissima, ut à S. August. vocatur, et ardentissima, lumine suo facit videre sapientiam, ardore excitat diligentiâ, atque ita diligentes et pios quasitores Sapientiæ facit: quorum utrumque necessarium est; cùm enim scientiam veritatis seu sapientiam, neque omnes à quibus queritur, docere possint, neque om-

Abutebantur hoc loco Pelagiani, docebantque gratiam actualetn minime necessariam homini esse, uniusque liberæ voluntatis viribus fieri posse, ut sanctus sit, qui sanctus esse voluerit. At validis illis argumentis repulere S. Augustinus, S. Prosper, S. Hilarius, docentes Deum velle omnes homines salvos fieri, at neminem sine Jesu Christi gratiâ fieri salvum posse. Denique non hic agere videtur auctor de supernaturali gratiâ, et sanctificante, neque de naturali, sed de divini justitiæ divinarumque erga singulos judiciorum æqualitate, sive magni illi sint, sive parvi, divites aut pauperes. Omnes ex æquo judicat, habita nullius ratione.

(Calmet.)

VERS. 10. — AD VOS ERGO, etc.; ad verbum: *Ad vos igitur, o tyranni, sermones mei*. Tyrannos autem appellat reges ac principes in bonam partem. Neque enim illud nomen apud veteres contumeliosum fuit, nec magis invidiosum quam *regem*. Postea eorum crudelitas fecit ut nomen illud malè audiret. Initio hujus capituli *1 zava*; reges appellavit. (Baldia.)

nes qui quærunt, discere digni sint, diligentia fit ut scientes inveniamus pietate, ut scire mereamur, ut tradit Aug. lib. de Moribus Ecclesie, cap. 2. Facile INVENITUR AB HIS QUI QUÆRUNT ILLAM, nempe sicut oportet, in simplicitate cordis sapientiam invocando sapientes consulendo, pro sapientia perseveranter pulsando. Ratio est quia

VERS. 14. — PRÆOCCUPAT QUI SE CONCUSPISCUNT, desiderium sui ultrò inferendo, ut illis se prior ostendat, quia nisi ipsa seipsam Sapientia per donum creatæ sapientiæ infundat, frustra est ejus omnis assequende labor. Hinc Ambr. de initiandis c. 4 : *Inopinantibus melius se ipsa lux mysteriorum infundit, quam si eam sermo aliquis præcarrisset* (1).

(1) Vatabl. : *Ultrò se cupidis offert cognoscendam*; Pagnin. : *Præoccupat cupientes, ut prænoscat*; Clemens, Alexandrinus lib. 9. Strom. : *Prævenit eos qui cupiunt, ut prænoscant*. Sic de Sapientia ait Eccl. 15, 1 et seqq., quod quærentibus justitiam obviiabit quasi mater honorificata, et quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Vide ibi dicta. Dupliciter hæc gnome accipi potest. Primò, ut *ut* referatur ad *præoccupat*, et *eo qui concupiscunt* accipiatur materialiter; quasi dicat : Sapientia, puta Deus Deique gratia, prævenit eos qui se concupiscunt, ita ut illis se prior ostendat, in eisque sui concupiscentiam et desiderium excitet. In hoc enim consistit præventio gratiæ et præoccupatio Dei, quod ipse omne nostrum desiderium præveniat, imò illud suscitet, uti docet concilium Trident. sess. 6, item Arausican. et Milevit. ; et Sanctus Augustinus passim contra Pelag. ; Pelagianorum enim error erat, initium virtutis et salutis non esse à Deo, sed ex nobis. Hominem enim per liberum arbitrium se disponere ad gratiam, eamque à Deo poscere, itaque impetrare; quod plane falsum et erroneum est. Deus enim et Christus est quasi sol, qui suâ luce et gratiâ omnes prævenit, nec ab ullo præveniri potest.

Secundò, ut *eo qui concupiscunt* accipiatur in sensu formali, ac *ut* referatur ad *qui se concupiscunt*; q. d. : Sapientia præoccupat eos qui eam concupiscunt, et petunt ut illa se præoccupet, et prior se illis ostendat. Præoccupet, inquam, ad ipsam sapientiam confusè jam cognitam, particulatim et distinctè cognoscendam; ignoti enim nulla cupido: quare prius est hominem in confuso cognoscere et concupiscere sapientiam, quam ab illâ particulatim præoccupari et edoceri; sed illud ipsum confusè cognoscere et concupiscere sapientiam manat ab aliâ priore præoccupatione sapientiæ, scilicet primâ et generali. Primò enim Deus in animâ excitat generalem et confusam cognitionem, et concupiscentiam sapientiæ, virtutis et salutis, ut anima illam postulet à Deo. Cum ergo anima illam postulat, Deus illam ei particulatim, sed sensim et per gradus infundit. Primo enim per fidem, illam illuminat; secundò, spem salutis ingerit; tertio, dolorem peccatorum immittit; quarto, actum amoris et contritionis excitat: que est ultima et proxima dispositio ad gratiam et justitiam, uti docet Trident. sess. 6. Sic Ecclesia, et fidelis quisque ac justus, assidue orat, ut nova Dei gratia preveniatur ad nova et heroica sapientiæ, id est, virtutum, opera edenda. Sed hæc ejus oratio manat ab aliâ priore gratiâ præveniente, que eum ad orandum excitavit. Hæc enim est oratio Ecclesie: in Dominicâ sextâ decimâ post Pentecosten: *Tua nos, quesumus, Domine, gratia semper et præveniat et sequatur ac bonis operibus jugiter præstat esse intentos*. Uterque sensus verus est, uterque congruus, uterque demonstrat insignem humanitatem, benevolentiam, liberalitatem, sollicitudinem et philanthropiam Dei nostri, qua questuo amore, vocatione et gratiâ nos indignos, imò peccatores et hostes suos prævenit, ut suos amicos, imò filios et hæredes efficiat. Utroque ergo Deus nos

VERS. 15. — QUI DE LUCE VIGILAVERIT AD ILLAM. Somno scilicet matutino abrupto tradens cor suum ad

præoccupat; utrobique sapientia, id est, Dei illuminatio et gratia, nos prævenit, utrobique primos in studio sapientiæ occupat et anticipat; nam et primitiùs animæ sese confusè cognoscendam auferit, sui que generalem cupidinem excitat; deinde ab eâ confusè cognitâ et concupitâ, in eâ speciale, eamque ardentiorè sui concupiscentiam suscitât, idque in dies magis et magis, ut ejus munere glistat animo exorta cupido, donec illa sui fiat cupidissima, totaque ejus amore inflammetur. Hinc Christus, Joan. 4, 14, sic de sapientiâ loquitur Samaritanæ sub aquæ nomine: *Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Et Joan. 7, 58, clamans in templo: *Si quis sitit, ait, veniat ad me: et qui biberit de aquâ quam ego dederò ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Et Apoc. 5, 20: *Ego sto ad ostium et pulso, si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi janam, intrabo ad illum, et convivo cum illo, et ipse mecum*. Et S. Aug. 11 Confess. 2: « Per Christum, ait, quæcisti nos, non quærentes te; quæcisti autem ut quæceremus te. »

Mysticè, beata Virgo velut æternæ Sapientiæ mater, præoccupare dicitur eos qui se desiderant, et obviare illis qui se inquirunt. Quia nemo tantâ celeritate ad implorandam Virginem currit; quin ipsa Virgo ad imploratorem suum audiendum velocior præcurrat. Unde Cant. 4, 5, hinnulus comparatur, quia, ut hi, interprete Richardo Victorino, veloces sunt ad currendum, ita B. Virgo ad succurrendum. Imò et à D. Epiphanio, serm. de ejus Laudibus, currus cherubicus appellatur, quia, ut hic decem millibus multiplex citatissimus volat, ita et illa innumeris misericordie alis elata festinat, ut patrocinetur. Nec mirum, cum matris non judeis, munere fungatur. Quo nomine velocior aliquando ad auxilium ferendum Virgo mater, quam ejus filius Christus Dominus videtur, ut D. Anselmus lib. de Excellentia Virginis, c. 6, asserit: « Velocior est, inquit, nonnunquam salus memorato nomine ejus (id est, Mariæ), quam invocato nomine Domini Jesu. Et rationem reddit, quia ad Christum, tanquam ad judicem pertinet etiam punire; ad Virginem, tanquam ad patronam, non nisi misereri. »

Moraliter discite hic, Christiane, imitari æternam Sapientiam, puta Christum ejusque matrem, ut tam inimicos, quam amicos amore et honore prævenias, juxta illud Apost. Rom. 12: *Honore invicem prævenientes*. Hoc enim exigit perfecta charitas et beneficentia. Si ergo vis amari, ama; magne enim amoris est amor; hinc Christus prius homines prævenit, factus homo, ut eos ad se redamandum cogeret. Hinc facit illud Luciani:

Gratia que tarda est, ingrata est gratia; namque

Cum fieri properat, gratia grata magis.

Audi Senecam lib. 2 de Benef. c. 1: « Gratissima sunt beneficia parata, facile occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientibus verecundiâ. Optimum est antecedere desiderium, cujusque proximum sequi, illud meliùs, occupare antequam rogemur, quia cum homini probo ad rogandum os concurrat (alii captiùs legunt *corruat*), et suffundatur rubore; qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum. Non tulit gratis, qui cum rogasset accepit. Quandoquidem ut majoribus nostris gravissimis visum est, nulla res charitius constat quam que precibus empta est. » Et inferiùs: « Ideo divinanda cujusque voluntas, et cum intellecta est, necessitate gravissima liberanda est. Illud beneficium jucundum victurumque in animo scias, quod obviâ venit. Si non contingit prævenire, plura rogatus verba intercedamus, ne erogari videamur; sed certiores facti statim promittamus, facturosque nos etiam antequam interpellaremur, ipsâ festinatione approbemus. »

(Corn. à Lap.)

vigilandum diliculo ad Dominum qui fecit illum. Significatur ergo sapientiæ quærenda studio omnia esse postponenda : quod qui fecerit, NON LABORABIT, frustra videlicet ; Græcè est enim : Non fatiscet laborando, quasi laboris sui mercede frustratus. *Dominus enim dat lassio virtutem, et his qui non sunt, robur et fortitudinem multiplicat,* Isai 40. Et quod potissimum est, ASSIDENTEM ENIM ILLAM FORIBUS SUIS INVENIET, si quâ viâ possit irrepere, quemadmodum amator ad amata fores importunè expectat; stat enim Dominus ad ostium et pulsat, ut si quis aperuerit ei januam, intret ad illum, etc., Apoc. 3. Et quamvis semper possit intrare, non vult tamen importunus irruere, ut inquit Ambr. serm. 12 in Psal. 11, 8. Quod si per moram fuerit exclusus, recedit; sed citò redit, et iterum pulsat. Ubi observa sapientiam quidem animæ fores obsidere, sæpè etiam tanto impetu pulsare, ut quodammodò vi fores obsurdulentium atque obduratorum effringat, et ita inveniatur à non quærentibus illam; sed hoc non est perpetuum; sæpè enim requirit reciprocam diligentiam, quæ tamen ab ipsâ sapientiâ ac Deo inspiranda est, ut ejus jam visitatione admoniti ac tacti, diligamus eam, quæramus, vigilemus, et observemus ad postes ostii ejus; alioquin declinat et transit, imò sæpius contempta, cum invocatur, non exaudit: cum manè consurgunt, non inveniunt eam (1).

VERS. 16. — COGITARE ERGO DE ILLA, SENSUS EST CONSUMMATUS (2). Græcè, prudentiæ perfectio, quia qui hoc facit, totum facit quod ut faciat ita natus est, ut est apud Aug. 1 contra Academicos, c. 5. Cum enim prudentiæ sit actiones vitæ in debitum scopum dirigere; sapientia verò quis ille finis sit, et quo pacto vita sit instituenda, intus cum sapore doceat; apex prudentiæ, in hujusmodi sapientiæ investigatione et inventæ contemplatione consistit.

VERS. 17. — QUONIAM DIGNOS SEIPSA CIRCUIT QUÆRENS; idque diligentius quàm quærent homines, ut eâ se dignos reddant. Digni autem sunt, quos ipsa sui desiderio et studio ita præoccupavit, ut pulsanti libenter aperiant, et intendenti se insinuare toti animæ, non oblucentur. Et in viis ostendit se illis hilariter. Greg. 26 Moral. c. 8, per vias intelligit opera creata sapientiæ, per quam tanquam per vias quasdam in sapientiæ ac divinitatis cognitionem assurgimus; sed hoc mysticum videtur. Malim per vias actiones vitæ præsentis intelligere, quas dum obeunt sancti, sæpè sapientia etiam non cogitantibus revelat incognita, sæpè inexpectata, interdum diu, et magno labore quæsita, idque HILARITER, id est, cum benevolentia erga hominem significatione, vel etiam hilaritate.

(1) Accede modò ad illius aedes, obviam in foribus habebis, te excipere et introducere paratam. Expressus est hic locus ex Proverb. 1, 20, et 8, 59, et 9, 1 et seq., ubi sapientia describitur homines in domum suam vocans, ipsaque compita et fora lustrans, ut unumquemque appellet. Felicem prædicat eum qui sese audierit, suisque foribus vigil adfuerit; sese enim inventa, inventurum vitam, salutemque à Domino accepturum. Vide inferius 16, 17, 18. (Calmet.)

(2) Nulla est cupiditas justior. (Grotius.)

tem animi adferendo. Et in omni providentia, id est, in omni consilio hominis et cogitatione, ut Græcè est, seu in omni studio ejus; OCCURRIT ILLIS, ultrò præluens, insinuando et suggerendo quid agendum sit. Quæ beneficia quia non omnibus præstat, sed tantum iis quos dignos fecit, nempe diligentibus eam atque ad eam vigilantibus; hinc velut rationem subjungit (1):

VERS. 18. — INITIUM ENIM ILLIUS, VIRESSIMA EST DISCIPLINE CONUPISCENTIA, id est, sincerus ac fervens amor disciplinæ, seu vite bene instituendæ, est initium et fundamentum sapientiæ, suoque quodam pondere intrinseco ad sapientiam trahens, cujus timor servilis intrinsecum est, retrahendo scilicet à malo (2).

VERS. 19. — CURA ERGO DISCIPLINÆ, DILECTIO EST. Pulchrâ gradatione ostendit quò tandem pertingat cura et concupiscentia disciplinæ; primò namque est dilectio, quia nempe Dei divinæque sapientiæ dilectionem, vel inserit animo, vel insertam adauget. Et dilectio, CUSTODIA LEGUM ILLIUS EST, quia ut eadem incarnata dicit: *Qui non diligit me, mandata mea non servat*; mandatorum enim observatio sive divinâ charitate est impossibilis. CUSTODITIO AUTEM LEGUM, CONSUMMATIO INCORRUPTIONIS EST (3), id est, confirmatio immortalitatis, ut Græcus habet, tam animæ scilicet quàm corporis, quibus illa propter legum custodiam suo tempore conferetur.

VERS. 20. — INCORRUPTIO AUTEM FACIT ESSE PROMINUM DEO. Quia immortalis Deo per visionem amoremque beatificum jungit; cum enim apparuerit, similes ei erimus, 1 Joan. 5. Hæc autem locutio satis exponit omnes præcedentes esse causales, nempe quòd cura disciplinæ faciat dilectionem, dilectio custodiam legum, custodia incorruptionem (4).

(1) *Ipsa quærit circummeando*, id est, circuit quærens, hoc est, circumquaque quærit, ut ejus sollicitudinem studiumque erga sui amatores significet. *Atque in viis benevole se illis ostendit*; vel potius: *Et in viis apparet eis, ipsorum opinione ac mente concepta, comprehensa atque informata, benigne.* Est enim imaginari et cogitatione ac mente aliquid informare. Ita sapientia dicit se in eorum mentibus ac cogitationibus ita versari, ut amicè se illis ostendat ac communicet. (Badvellus.)

(2) *Cura verò disciplinæ dilectio. Curat id disciplinæ sapientiæ* ut quis diligat et adhiæatur ei; nam continuo ubi amare coeperit, observabit leges illius.

(Clarius.)

(3) Græcus: *Confirmatio incorruptionis*, absoluta animi puritatis. Puritatis perfectio, quam in hæc vitæ cupimus, via est quæ ad immortalitatem pervenimus, vers. 20: *Incorruptio facit esse proximum Deo.* Animi et sensuum integritate ad Deum accedimus, illique similes efficiemur, quoad ejus rei fieri à creaturis in hæc vitæ potest. Ubi sapientiam ames, ejusque instituta sequaris. Deum amas, ejusque legibus obtemperas. Hæc denique omnia sunt hominis officia, totaque moralis disciplinæ perfectio. (Calmet.)

(4) Græcè: *Incorruptio autem facit esse prope Deum*, id est, proxime Deo. Sæpè enim positiva pro superlativis usurpantur. Syrus: *Veritas que non corrumpitur, et opus quod est sine corruptione, appropinquat ad Deum.* Arabicus: *Et privatiõ tentationis ponit hominem proximum Deo.* Arabes tentationem vocant omne malum, omnem corruptionem. Pergit in gradatione; q. d.: Integritas mentis, quam affert custodia legum, facit ut

VERS. 22. — SI ERGO, etc., DILIGITE SAPIENTIAM, UT IN PERPETUUM REGNETIS. Transfert enim, non admittit regnandi cupiditatem sapientia, sicut neque naturales passiones, quasi aegritudines quasdam animæ ac morbos evellit, ut Stoici voluerunt; sed tantum objecta virtuti commensurata præscribit (1).

homo sit similis Deo per gratiam et sanctitatem, eademque faciet ut homo sit Deo similis in cælo per immortalitatem et gloriam, juxta illud: *Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*, 1 Joan. 32. Visio enim Dei nos beabit, facietque ei similes. Unde S. Iren. lib. 4 contra Hæres. c. 75: *Visio Dei, inquit, efficax est incorruptelæ; incorruptela verò proximum facit esse Deo*; qui et paulò ante: *Subjectio Dei, inquit, incorruptelæ perseverantiæ est; incorruptela autem gloria insecti*, q. d.: Incorruptio est dos et gloria propria Deo, qui non est factus, sed per se semper existit; à quo eandem participant justi et beati, illi planè subjecti et uniti. Esto enim damnati sint futuri quoque immortales, tamen erunt in perpetuis tormentis; unde erunt corruptibiles incorruptibiles, et mortaliter immortales. S. Bonavent. per *in corruptionem accipit virginitatem*; hæc enim facit integros mente et corpore, ac proximos Deo, imò castas animas facit sponsas Dei. Unde virgines proximè sequuntur Agnum quocumque ierit, Apoc. 14, 4. Verùm hæc partialis est incorruptio; totalis verò est custodia legum, quæ competit omnibus justis. Huc facit illud Plinii in Panegy. Trajani. Nil præstabilius aut pulchrius deorum, quam castus et sanctus, et diis simillimus princeps. Et illud, quod scribit Plutarchus, lib. *Quòd cum principe philosophandum sit*, Minoem esse Jovis discipulum: «Non enim, inquit, privatos homines, vel otiosos deorum voluerunt esse discipulos, sed reges, qui sapientiam et virtutes animi consecuti, ea essent ad utilitatem omnium conversuri.»

Huc quoque facit illud Aristot. 10 Ethic. cap. 8: «Qui mente operatur, et eam colit, disponitur optimè, et is amicissimus diis immortalibus esse videtur. Nam si dii curam humanarum rerum, ut existimatur, aliquam habent, rationi sanè consentaneum fuerit, ipsos eo gaudere quod est optimum, maximèque sibi cognatum; hoc autem fuerit ipsa mens; et in eos qui maximè hoc amant atque honorant, beneficia vicissim conferre, tanquam curam habentes eorum quæ sibi sunt chara, ac diligentiam adhibentes, et rectè benèque agentes. At constat hæc omnia maximè sapienti inesse; amicissimus igitur sapiens ipse diis immortalibus est; eundem autem conveniens est et felicissimus esse: quare sapiens hoc quoque modo maximè fuerit felix.» (Corn. à Lap.)

VERS. 21. — CONCUSPISCENTIA IGITUR SAPIENTIE DEDUCIT AD REGNUM PERPETUUM. Illud *perpetuum* hic in Græco non est, sed rectè est additum ex eo quod sequitur:

Nescitis cupidi arcium

Regnum quo jaceat loco.

Si vultis in æternum regnare, benè vivite, benè regnate.

Pulchrum eminare est inter illustres viros,

Consulere patriæ, parcere afflictis, ferâ

Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,

Orbi quietem, seculo pacem suo.

Hæc summa virtus, petitur hæc cælum viâ. (Grotius.)

(1) VERS. 25. — DILIGITE LUMEN SAPIENTIE, OMNES QUI PRÆESTIS POPULIS. Hæc gnome non est in Græcis codicibus, sed Latinis omnibus. Hinc veteres clypeum rotundum dicebant Palladii, quo significabant orbem totum regi à sapientiâ; sapientiæ enim præses erat Pallas. Unde Martianus Capella de Pallade canit:

Hinc tibi dat clypeum sapientia, quod regat orbem.

Ita Pierius Hierogl. 42, c. 42. Dictum est votus: *Romanorum clypeus fuit Fabius Max., gladius verò Marcellus*. Porro principes sunt doctores et ductores populi; quantâ ergo eos luce sapientiæ pollere oportet, ut

VERS. 24. — QUEMADMODUM SAPIENTIA SIT, REFERAM, id est, quemadmodum animo meo hominumque sapientium ingenerata sit: loquitur enim ex suâ personâ Salomon, ut infra patebit. Porro sermo est hic perlisque in locis de Sapientiâ increatâ, cujus commendavit dilectionem; sic tamen ut subinde ad eam ipsam humanam sapientiam, vivam suam imaginem, subinde delabatur; nunquam enim humano animo creata sapientia infunditur, nisi scilicet accipiat increatam; quemadmodum cum datur charitas, ipse Spiritus sanctus, qui amor est, datur: nam quæ toto hoc libro commendatur sapientia hominis animo inhærens, non tam est subtilis quædam naturalium rerum cognitio (tametsi illa in Salomone veluti gratia gratis data dono sapientiæ copularetur), quam ea quæ *doctrix est disciplinæ Dei, electrix operum illius*, ut dicitur cap. 8, sive quæ est vitæ ex severis divinæ legis præceptis peragenda scientia; hoc enim qui faciunt, in Scripturis sapientes vocantur, et verè sunt, etiamsi omnium aliorum essent ignari; sicut insipientes dicuntur omnes peccatores. Hinc Job cap. 28: *Timor Domini ipsa est sapientia, et recedere à malo, intelligentia*. NON ABSCONDAM SECRETA DEI, id est, mysteriosam et mysticam hanc sapientiam quæ instar magni sacramenti abscondita est ab oculis viventium. SED AB INITIO NATIVITATIS INVESTIGABO, id est, à primâ

omnes sua doctrina sanctaque vita illuminent. Unde ab Isaiâ c. 29, 10, vocantur oculi: *Miscuit, inquit, vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros*. Quocirca principes orationi se addicant, ac cum Salomone à Deo sapientiam postulent, ac in dubiis ad Deum recurrant. In oratione enim Moses luce Dei afflatus cornua, id est, radios lucis faciei affixos, accepit, Exodi 34, 30. Quin et Augustus Cæsar, inquit Suetonius, cap. 79, vitæ ejus, *oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris; gaudebatque si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis vultum submitteret*. Tiberius quoque Augusti successor, ut ait Sueton. c. 68, vitæ ejus, *prægrandibus fuit oculis, et qui (quod mirum esset) noctu etiam et in tenebris viderent, et cum primum à somno patuissent*. Hæc est claritas oculorum corporis, sed illi præstat fulgor oculorum mentis.

Sapienter S. Thomas lib. 3 de Regimine principum c. 5, regem comparans angelo primo, qui proximè à Deo illuminatur, et cæteros illuminat: «Irradiationis jam dictæ, inquit, ad bonum regimen necessariæ et in principe et in subditis, motum circularem cognoscimus, rectum et obliquum. Motus rectus ideò dicitur, quia fit per divinam illuminationem super principe ad benè regendum, et à principe in populum meritis principis. Sed obliquus est, quando per divinam illuminationem sic subditos regit, quod virtuosè ipsi vivunt, et insurgit in eis divina laus et gratiarum actio, ut sit quasi quædam arcualis figura ex chordâ rectâ et arcu obliquo. Sed circularis motus divinatorum radiorum dicitur, quando divina illuminatione irradiat principem, et à principe subditum, ex quâ quidem elevatur ad Deum contemplandum et diligendum; qui ideò circularis motus vocatur, quia est ab eodem in idem. Nam à Deo in principem, ab hoc in subditos, ab his ad Deum reditur.»

Denique, quam sapientia necessaria sit principi, præclare docet Plato lib. 5 de Republicâ, Stobæus serm. 46, qui est de regno, Lipsius 1 Polit. c. 10, Tiraquel. lib. de Nobilit. c. 5, et noster Pineda lib. 7 de Rebus Salomon. c. 9. (Corn. à Lap.)

ejus origine eam indagabo, tum exponendo aternam ejus ex Patre processionem, *candor est enim lucis aterna*, etc., tum etiam recensendo adductis natiuitatis meae primordis, quomodo mihi prævia oratione, primum diuinitus ingenerata atque infusa est (1).

VERS. 25. — NEQUË CUM INUIDIÀ TABESCENTE, id est, auctorem suum tabescente, ITER HABEBO, hoc est, non inuidebo vobis sacramenti tam absconditi manifestationem (2).

(1) *Et quomodo orta fuerit, referam*, et quemadmodum exstiterit, siue orta fuerit, annuntiabo; nam postea *γινωσκω* orbem ejus appellat. *Atque in apertum proferam*, hoc est patefaciam et palam faciam, siue declarabo. (Biblia Vatabli.)

(2) *Neque verò cum eo qui inuidià contabescit, vel nec vero cum eo qui inuidià tabescit*; quo verbo natura livoris atque inuidiæ significatur. *Cum eo*, inquit, *non habebō iter*, hoc est, non communicabo, siue nihil commune habebō, siue non versabor. Sic vete-

CAPUT VII.

1. Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum caro,

2. Decem mensium tempore, coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, et delectamento somni conveniente.

3. Et ego natus accepi communem aerem, et in similiter factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emisi plorans.

4. In involumentis nutritus sum, et curis magnis.

5. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.

6. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, et similis exitus.

7. Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus; et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ:

8. Et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.

9. Nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, et tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.

10. Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.

11. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illâ, et innumerabilis honestas per manus illius.

12. Et lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientiâ, et ignorabam quoniam horum omnium mater est.

13. Quam sine fictione didici, et sine invidiâ communico, et honestatem illius non abscondo.

14. Infinitus enim thesaurus est hominibus; quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitie Dei, propter disciplinam dona commendati.

15. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententiâ, et præsumere digna horum qua mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, et sapientium emendator:

16. In manu enim illius, et nos, et sermones nostri, et omnis sapientiâ, et operum scientiâ, et disciplina,

VERS. 26. — MULTITUDO ACTUM SAPIENTIUM, non dicit, eloquentium, ut notat August. 4 de Doctrinâ christiana, cap. 4. SANTIUS EST ORBIS TERRARUM, partim quia consiliorum suorum prudentiâ orbem terrarum regunt, partim quia insipientium cetera resuscitant, denique quia mutuum sese pro populo opponentes, vite sanctitate man Dei ascertunt, ut Israëlitiæ sæpè in deserto experti sunt. ET IBI SAPIENS STABILIMENTUM POPULI EST. Principes enim dicit Greg. 9 Moral. c. 10. sunt illi qui *portant orbem*: inconditos enim et effraenes populi motus potestatis pondere, instar columnæ fixi regunt (1).

res dixerunt *apertas musarum januas*, quoniam dona Dei candidè ac liberaliter sunt communicanda. (Badvellus.)

(1) VERS. 27. — ET PRODERIT VOIBS, *Et utilitatem percipietis*; vel *et adjuvabimini*, siue *vobis proderit*. (Badvellus.)

CHAPITRE VII.

1. Je suis moi-même un homme mortel, semblable à tous les autres, sorti de la race de celui qui fut formé le premier de terre; mon corps a pris sa figure dans le ventre de ma mère,

2. Pendant dix mois, et j'ai été formé d'un sang épaissi, et de la substance de l'homme, dans le repos du sommeil.

3. Etant né, j'ai respiré l'air commun à tous, je suis tombé dans la même terre, et je me suis fait entendre d'abord en pleurant, comme tous les autres.

4. J'ai été enveloppé de langes et élevé avec de grands soins.

5. Car il n'y a point de roi qui soit né autrement.

6. Il n'y a donc pour tous qu'une manière d'entrer dans la vie, et qu'une manière d'en sortir.

7. C'est pourquoi j'ai désiré l'intelligence, et elle m'a été donnée; j'ai invoqué le Seigneur, et l'esprit de sagesse est venu en moi.

8. Je l'ai préférée aux royaumes et aux trônes, et j'ai cru que les richesses n'étaient rien au prix de la sagesse.

9. Je n'ai point fait entrer en comparaison avec elle les pierres précieuses, parce que tout l'or, au prix d'elle, n'est qu'un peu de sable; et que l'argent devant elle sera considéré comme de la boue.

10. Je l'ai plus aimée que la santé et que la beauté; j'ai résolu de la prendre pour ma lumière, parce que sa clarté ne peut jamais être éteinte.

11. Mais tous les biens me sont venus avec elle, et j'ai reçu de ses mains des richesses innombrables.

12. Je me suis réjoui dans toutes ces choses, parce que cette sagesse marchait devant moi, et je ne savais pas qu'elle était la mère de tous ces biens.

13. Je l'ai apprise sans déguisement; j'en fais part aux autres sans envie, et je ne cache point les richesses qu'elle renferme:

14. Car elle est un trésor infini pour les hommes; et ceux qui en ont usé sont devenus les amis de Dieu, recommandables par les dons d'une science profonde.

15. Dieu m'a fait la grâce de parler avec un grand sens, et d'avoir des pensées dignes des dons que j'ai reçus; parce qu'il est lui-même le guide de la sagesse, et que c'est lui qui redresse les sages.

16. Nous sommes dans sa main, nous et nos discours avec toute votre sagesse, la science d'agir, et le règlement de la vie.

17. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram : ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum ;

18. Initium, et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinum permutationem, et commutationes temporum ;

19. Anni cursus, et stellarum dispositiones ;

20. Naturas animalium, et iras bestiarum ; vim ventorum, et cogitationes hominum ; differentias virgultorum, et virtutes radicum.

21. Et quæcumque sunt absconsa et improvisa, didici ; omnium enim artifex docuit me sapientia.

22. Est enim in illâ spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens,

23. Humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis.

24. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia : attingit autem ubique propter suam munditiam.

25. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotens Dei sincera ; et ideo nihil inquinatum in eam incurrit ;

26. Candor est enim lucis æternæ, et speculum sine maculâ Dei majestati, et imago bonitatis illius.

27. Et cum sit una, omnia potest ; et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert ; amicos Dei et prophetas constituit.

28. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientiâ inhabitat.

29. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum ; luci comparata invenitur prior :

30. Illi enim succedit nox ; sapientiam autem non vincit malitia.

17. C'est lui-même qui m'a donné la vraie connaissance de ce qui est ; qui m'a fait savoir la disposition du monde, les vertus des éléments,

18. Le commencement, la fin et le milieu des temps, le changement des saisons et le retour des époques,

19. Les révolutions des années, les dispositions des étoiles,

20. La nature des animaux, les instincts des bêtes, la force des vents, les pensées des hommes, la variété des plantes, et les vertus des racines.

21. J'ai appris tout ce qui était caché, et qui n'avait point encore été découvert, parce que la sagesse même, qui a tout créé, me l'a enseigné ;

22. Car il y a en elle un esprit d'intelligence, qui est saint, unique, varié, subtil, disert, agile, sans tache, clair, doux, ami du bien, pénétrant, que rien ne peut empêcher d'agir ; bienfaisant,

23. Amateur des hommes, bon, stable, infaillible, calme, qui peut tout, qui voit tout, qui renferme en soi tous les esprits, qui est intelligible, pur et subtil ;

24. Car la sagesse est plus active que toutes les choses les plus agissantes, et elle atteint partout à cause de sa pureté.

25. Elle est la vapeur de la vertu de Dieu, et l'effusion toute pure de la clarté de Tout-Puissant ; c'est pourquoi elle ne peut être susceptible de la moindre impureté ;

26. Parce qu'elle est l'éclat de la lumière éternelle, le miroir sans tache de la majesté de Dieu, et l'image de sa bonté.

27. N'étant qu'une, elle peut tout ; et toujours immuable en elle-même, elle renouvelle toutes choses ; elle se répand parmi les nations dans les âmes saintes, et elle forme les amis de Dieu et les prophètes,

28. Car Dieu n'aime que celui qui habite avec la sagesse.

29. Elle est plus belle que le soleil, et plus élevée que toutes les étoiles ; si on la compare avec la lumière, elle l'emportera ;

30. Car à la lumière succède la nuit, mais la malignité ne peut prévaloir contre la sagesse.

COMMENTARIUM.

Investigaturus Salomon ab initio nativitatis, ut supra dixit, sapientiam, et positurus in lucem scientiam illius, præmittit suum introitum ad vitam nativitati cæterorum similem, ne quis de illo mirabilia, et plus quam hominem esse suspicatus, assequi se posse sapientiam desperaret.

VERS. I. — SUM QUIDEM ET EGO... EX GENERE TERRENI ILLIUS QUI PRIOR, etc. Græcè, terrigenæ filius protoplasti, nempe Adami de terrâ terreni, cujus corpus ex terræ pulvere, quasi manibus plasmatum et fictum est ; *πλάσσω* enim est more figuli, fingo ; unde videtur Deus corpus protoplasti primò velut statuam de limo finxisse, in quam postea animam velut spiraculum vitæ infuderit. Ita Chrys. hom. 12 in Genesim : hoc enim esse videtur quod Job dicit : *Memento quòd sicut lutum feceris me ;* cujusmodi figulinam plasmationem significans naturam etiamnum imitari, subdit : *ET EX VENTRE MATRIS FIGURATUS SUM CARO.* Græcè est, sculptus sum caro, id est, caro seu corpus meum paulatim in maternis visceribus, tanquam in officinâ sculptoriâ sculptum et effigiatum est, instar statuæ affabrè

cælatæ. Tria enim tempora, quæ post conceptionem à medicis in fetu observantur, breviter comprehendit : primò enim fit caro ; deinde tria vitæ principia, cor, cerebrum et jecur formantur, obscurè reliqua membra delineantur ; tertio, tota membrorum textura, quasi per artem sculptoriam absolvitur (1).

(1) *SUM QUIDEM ET EGO MORTALIS HOMO, SIMILIS OMNIBUS.* Hactenus libri præfatio fuit. Incipit hic Sapiens principes proceresque instituire, docetque statim quid ipse naturâ sit, et quâ arte sapientiam acquisierit, ut sui ipsius exemplo, illi sapientiam quærere et amare discant. Naturæ vestræ infirmitatem, aut dignitatis sublimitatem, aut difficultatem operis ne causemini. Vestrum similis ego regio natales habui ; sapientiam à Deo poposci, eamque omnibus prætuli ; illam denique adeptus sum. Quid vetat quin me imitemini ? Salomonem tanquam libri scriptorem loquentem inducit.

EX GENERE TERRÈNI ILLIUS. Filius Adami sum, primò omnium parentis, cujus nomen ducitur ex adamâ, terra. Ad verbum : *Et terrigena progenitus protoplasto.* Nomen *terrigenæ* auctor è Græcis mutuatus est, quâ voce illi significant primos homines, quorum vetustas adeò remota est, ut origo penitus ignoratur.

VERS. 2. — DECIM MENSUM TEMPORE COAGULATUS SUM, id est, instar casei concretus sum et compactus: hoc est enim quod Job. cap. 10. clarius dicit: *Nam sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti?* In caseo enim coagulando lac velut casei totius materia ab activitate et calore coaguli, densatur atque compingitur; quo pacto etiam fetus formari, et velut coagulari hic innuitur. Eandem comparisonem ad fetus formationem explicandam medici et philosophi usurpant, Galenus, Plinius, Aristoteles. IN SANGUINE, sive ex sanguine, nempe matris que seminalem sanguinem velut materiam totius corporis suppeditat. EX SEMINE HOMINIS, id est, viri vim activam conferente, idque decem mensium tempore, ubi nonnulli volunt breviores, nempe lunares menses esse accipiendos, ut ita magis ad novenarium numerum mensium accedat, quo ferè solet formatio fetus absolvi, ut communis habet medicorum opinio, cui mater Machabæorum attestatur lib. 2 Machab. c. 7. Sed nulla ad hoc cogit necessitas, cum ad litteram possent menses solares intelligi: non enim idem omnibus mensis nascendi est; nam à conceptu tertius, quem quidam Druso ex Lydiâ adscribunt, et in proverbium abiit, non est partui vitalis, sicut nec reliqui ferè infra septimum; septimus autem, ut plurimum vitalis est, octavus vitalis, non ordinarius, undecimus rarus, decimus tertius et decimus quartus, imò et decimus sextus insolitâ raritate monstruosi; decimus autem propter absolutissimam perfectionem heroibus adscriptus, et ab auctoribus passim celebratus maximè si decimum mensem per synecdochem inchoatum accipias, quem idè Tertull. lib. de Animâ, c. 57, *perfectorem humanæ nativitatis vocat*. Hinc Hercules à Theocrito, edilio vigesimo quarto, decimo prognatus mense asseritur. Aristoteles non uno in loco decimi mensis partum præfert, quem et commendat Hippocrates; imò ipse Christus decimo mense natus est, ut patet si à sexto kal. april., qui ut conceptionis, ita et passionis dies fuit, usque ad 8 kal. januaris, quo natus est, dies omnes ducentos septuaginta sex, in menses deduxeris; erunt enim novem menses et sex dies, ut docet August. 4 de Trinit. c. 5. ET DELICAMENTO SOMNI CONVENIENTE, id est, voluptate somni

IN VENTRE MATRIS FIGURATUS SUM CARO. De hominis structurâ, cum fingi in ventre matris incipit, aliter ac nos veteres sentiebant. Putabant illi, hominis corpus in ventre matris formari, ipsius imaginationis vi, secretâque virtute, quâ viri semen, et sanguis matris instruitur, quæ corpori infantis materiam et alimentum suppeditat. Primis mensibus, antequam infantis forma perficiatur, non dicitur infans, sed fetus. Homo denique nominatur, cum tota corporis moles undique formata fuerit, vitæque et motu instructa. In hanc rem animadvertit, Septuaginta in Exodo hominem abortivus causati reum melleâ damnare, modo infans nondum formatus fuerit; morte verò, si fuerit formatus. Recentiorum tamen philosophorum doctrina, qui omnia nasci animalia eadem fermè simili ratione nasci tradunt, ex ovo scilicet, quod in ventre matris est, probabilissima creditur. Quis jubet sacros auctores ex physicorum principis loqui? Communes illi ætatis suæ opiniones sequuntur.

(Calmet.)

concurrente, seu concomitante; hoc enim aperte Græcum significat, non autem quod voluptas somno conveniebat, seu congruebat, ut quidam voluerunt. Somnum autem pro concubitu poni supra audimus; ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur, etc. Omnia ergo hæc particulatim inoleat, ut naturali prorsus ratione doceat se esse conceptum. Posset tamen etiam ille somnus intelligi, quo fetus omnibus sopitis sensibus, propter humorum copiam, totum tempus in utero dormiende consumit, ut testatur Aristoteles 5 de Generatione animalium, quanquam quæ hic voluptas sit, non facile pateat. Proinde etiam nimis subtilis eorum videtur expositio, qui post somnum tanquam qui conceptui prohs utilior sit, Salomonem conceptum volunt (1).

(1) DECIM MENSUM TEMPORE COAGULATUS SUM IN SANGUINE (MILLETIO); MATRIS ENIM SEMEN RUBRUM EST, ac potius sanguis videtur quam semen, ut patet ex ejus residuo sanguine (MENSTRUO) IN SEMINE HOMINIS (Græcè ἀσπερ, id est, VIRI) ET DELICAMENTO SOMNI CONVENIENTE. *Et decem mensium tempore magis pertinet ad 7: figuratus sum caro, quam ad coagulatus sum.* Nam hæc coagulatio breviori fit tempore, figuratio verò et plena organisatio fit decem mensibus. Sub sanguine, non tantum semen femine sanguineum, quod cum semine viri potius habet rationem agentis, quam materie elaborandæ, sed et verum sanguinem ab utroque semine attractum, et in prolem elaborandum accipe. Sanguis ergo maternus materiam formando proli corpori, ac deinde alendo subministrat. Ita Galenus lib. 2 de Natur. facult. cap. 5. Idem lib. 4 de Semine, cap. 9, quatuor formationis fetus tempora recenset, primum, cum semen nihil aliud quam genitura est: secundum, cum substantia factus, carnea jam et non amplius seminalis apparet, quem Hippocrates vocat fetum; tertium, cum jam trium principiorum, cordis, cerebri, jecoris, distinctio et formatio evidenter conspici potest, reliquorum autem membrorum obscurior quædam delineatio; quartum, cum brachia et crura distinctè absoluta cernuntur, neque amplius fetum, sed infantem appellat Hippocrates, cum eum palpitare et moveri, ut animal jam perfectum inquit. Plura vide apud Galenum et Hippocratem lib. de Formatione fetus.

Communis sententia est, factum utero matris gestari novem duntaxat mensibus, illudque assignatur 2 Machab. 7, 27. Sapiens tamen hic decem menses assignat. Idem faciunt multi auctores classici, ut Virgil. in Pollione:

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Et illud Plautinum in Amphitryone: *Decimo post mense nascitur puer.* Quibus concinit Ovidius 4 Fastorum. Ubi locutus de Romulo, qui annum decem tantum mensibus complebat, subdit rationem quâ ducebatur:

Quod satis est utero matris, diu prodeat infans.

Hoc anno statuit temporis esse satis.

Accedit jus civile. Nam in C. tit. 29 de posthumis hæred. Institut., legitimi hæredes consentiunt filii posthumi, qui decimo mense à patris interitu nascuntur. Tertull. lib. de Animâ, c. 57: *Legitima, inquit, et nativitas fermè decimi ingressus est.* Et rationem addit moralem: *Ut decem, inquit, menses et decalogo magis inaugurentur hominem, ut tanto temporis numero nascamur, quanto disciplina numero renascuntur.* Consentit D. Ambrosius serm. 15 in Psal. 111, ubi locutus de naturali amore erga parentes: *Non possum, inquit, salvo pietatis jure obesse patri, cui deo, quod creatus sum, nec matrem, longo decem mensium fastidio pii fetus onera portantem.* Idem censet S. Aug. lib. 5 de Trin. c. 5, e epist. 5 ad Volusian. Denique B. Petrus Damian

VERS. 3. — ET IN SIMILITER FACTAM; Græcè *similiter affectam*, id est, similibus passionibus et mole-

lib. 2, epist. 21, et in ordine 42, refert *plerosque Ecclesiarum doctores* in eâ esse sententiâ, ut asserant «decem mensibus hominem in materno utero coalescere, nec intra novem mensium spatium fateantur exire.» Quod tamen ipse interpretatur de decem mensibus triginta tantum dierum, iisque non impletis, sed tantum inchoatis. Sic enim et Christus Dominus, qui conceptus 25 martii, et natus 25 decembris, novem tantum menses implevisse videbatur; in decimum nihilominus dicendus est excurrisse, cum ex illis novem mensibus quinque unum et triginta dies sortiantur, atque ideò ultra novem menses quinque dies, qui decimum inchoant, supersint. Si igitur decemestre est spatium, quo uterus gestatur, seu factus maturescit, rectè 1 Reg. 4, 20, in nativitate Samuelis vocatur *circulus dierum*; nam denarius à mathematicis appellatur numerus sphaeralis, seu circularis, ut Georgius Venetus de Harmonia mundi, Cantic. 1, tom. 8, et cap. 3, testatur. Ita noster Alphons. Mendoza in lib. 1 Reg. cap. 1, vers. 20.

Adde, ex Aristot. lib. 7 Histor. animal. c. 4, cæteris animalibus certum et determinatum esse conceptionis et pariendi tempus, homini verò incertum et varium. Nam et septimo mense, inquit, et octavo, et nono, mater parere potest, et quod plurimum accidit, decimo; nonnullæ etiam undecimum attingunt, aliquæ etiam decimum tertium, ait Plinius lib. 7, c. 5, quin et subindè decimum quartum, ait Avicenna lib. de Animâ. Verùm hi partus sunt monstruosi, ideòque eos jura non admittunt. Optimi ergo et perfectissimi nascendi fines novem vel decem mensibus terminantur. Adjungit Rabanus, quem citat Holcot, natos decimo mense esse perfectiores, magisque vitales, velut perfectissimo tempore genitos. Sic et Hippocrates lib. de Septimestri partu, et lib. de Naturâ foëtus, præfert cæteris natos mense decimo, non completo, sed inchoato. Unde Theocritus, idyllio 24, Herculem virorum fortissimum asserit mense decimo prognatum. Idem de cæteris heroibus docet Pineda lib. 1 de Rebus Salomonis, c. 7. Hinc et S. August. lib. 83 quæst. 56, et lib. 4 de Trin. c. 5, ait Christum natum post 276 à conceptione dies, id est, post novem menses exactos, et decimum inchoatum per sex dies, si cuilibet mensi 30 dies assignes. Idem asserit S. Chrys. serm. de S. Joanne Baptistâ, etsi dies præcisè non numeret. Si tamen omnes dies anni in duodecim menses æqualiter partiaris, cuilibet mensi obvenient 30 dies et decem horæ cum dimidiâ: quo posito, decimus mensis Christi in utero matris, erit inchoatus tantum per unum diem et sesquioram circiter. Imò noster Pineda loco jam citato, num. 20, naturalissimum et perfectissimum partum requirere à conceptione decem menses integros, probat ex partu Christi Domini, qui fuit perfectissimus: ipse enim primo conceptionis suæ instanti fuit à Spiritu sancto perfectè formatus, organisatus et animatus, quod in cæteris feminis tantum contingit die quadragesimo à conceptu; quod si novem mensibus, quibus Christus fuit in utero, hosce 40 dies addas, utique decem menses integros invenes, quos partus perfectissimus exigere videtur. Addit Petrus Bongus in Myster. numer. cap. 45, primogenitos decem mensibus saltem inchoatis utero gestari. Ergo dum decem menses sibi attribuit Salomoni, significat accidisse sibi, quod et primogenitis uti quinque diebus supra novem menses gestatus fuerit, atque adeò, ut in ipsâ gestatione jam prænuntiaret fore, ut primogeniti jure in regnum paternum successurus esset, quamvis minimè esset primogenitus.

Aliter hæc concehit Franc. Valesius S. Philosoph. cap. 85, ubi asserit maximè naturalem et communem nascendi periodum esse novem à conceptu menses. Sapientem ergo, cum hic decem menses assignat, non solares intelligere, sed lunares, quibus Hebraei

stis frigoris, caloris, etc., obnoxiam, DECIDI TERRAM, nempe materno utero effusus, non quòd verè ceci-

utebantur, eosque non integros, sed novem integros, et decimum currentem; novem verò menses communes sive solares, quos assignat auctor Machab. lib. 2, c. 2, v. 27, faciunt novem menses lunares, et totidem ferè dies, qui decimum mensem inchoant. Quare idem in re hic præscribit nascendi tempus, quod 2 Machab. c. 7, v. 27. Hæc ipse. Porrò hæc omnia ærumnosam hominis nativitatem vitamque significant. Nonne enim ærumnosum est latuisse per decem menses in tenebroso et fœdo matris utero, velut in carcere, vel sepulcro?

Audi B. Petr. Damiani lib. 7, ep. 5 ad Agnetem Augustam: «*Decem mensium tempore coagulatus sum ex sanguine et semine hominis, et delectamento somni convenientis*; si non pigeat vigilantem advertere, quæ mens hæc audiens typho valeat arrogantiae superbire, et quis continuò non compellatur sese nosse putredinem, dum tam obscenam ortus sui considerat fœditatem, dicens intra se: Quid superbis, terra et cinis?»

Audi S. Bernard. in Medit. c. 2: «*Quid ego sum? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus, deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est.*» Porrò materiæ huic humanæ multis nominibus arborum et plantarum semina præferuntur. Primò, quòd hæc munda sunt, et sine ullo horrore in sinum mittuntur, oculis videntur et manibus atteruntur; illa verò materia adeò impura est et fœtida, ut nec manu tangi, nec oculis sine rubore aspicì possit. Secundò, arborum semina purissima quâdam emanatione procedunt; sed materia hæc emanat, non sine pruritu carnis, fervore libidinis, et fœtore luxuriæ. Ideò conceptio hominis tenebras amat, et tanquam res obscena, et quæ genitori ignominia est, lucem fugit, et aliorum etiam familiarissimorum aspectum exhorret. Tertio, semina arborum atque etiam animalium nullo peccato nullâque iniquitate inficiuntur; at hæc materia ejusque emanatio sæpissimè aliquo peccato, saltem levi fœdatur, quod parentes ex nimia delectatione solent contrahere. Quarto, illa semina durabiliora sunt, ac multis diebus, et mensibus, et annis incorrupta servantur; nam et vidimus aliqua post tres aut plures annos germinasse: hoc verò semen quasi momentaneum, post modicum temporis corruptionem subit, et incorruptelam pertransit. Quintò, tandem arborum semina semel putrefacta, et in arbusculam vel plantulam versa, purissimo terræ humore concresecunt; at semen hominis in corpus humanum coagulatum, cibo spurcissimo augetur. Sed attende, inquit Innoc. lib. 1 de Contemptu mundi, c. 4, quo cibo conceptus nutriatur in utero. Perfectò sanguine menstruo, qui cessat in feminâ post conceptum, ut ex eo conceptus nutriatur in feminâ, qui fertur esse tam detestabilis et immundus, ut ab ejus contactu fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbæ, et amittant arbores foëtus, et, si canes inde comederint, in rabiem efferentur. Ecce homo parentes tuos, ex quorum dignitate glorieris, duo hæc semina viri et feminæ libidinosè commixta, in quibus nominandis jam modestiæ et pudicitia metas transilimus. Ita noster Alvarez de Paz, lib. 4 de Cognitione sui, part. 2, c. 5.

ET DELECTAMENTO SOMNI (Græcè, ὕπνος, id est, somno) CONVENIENTE. Ita Romana et Græca: minus rectè ergo S. Ambros. serm. 8 in Psal. 118, et S. Bonavent. hic legunt *somni* (alii *somni*) *convenientis*. Græcè est, ἰδούσης ὕπνος συνειδητός, id est, ex voluptate vel delectatione, quæ venit cum somno, sive quæ concurrat cum tempore somni, id est, quæ noctu peragitur. Honestâ periphrasi circumscribit actum generationis. Addit S. Bonavent. et Carthus. actum hunc vocari somnum, quia rationem ligat, et illicò transit, sicut delectatio somni. Verùm prius duntaxat significat

derit, sed quod cecidisset, nisi obstetricantis manus impedisset. Propter cuius casûs representationem, nudus infans olim ab ethnicis humi stangebatur atque auxilium Opis deæ, quæ terra est, invocabatur; ex quo mansit Latinorum phrasis, quæ infantem *tollere* pro *educare* usurpant. Hinc August. 4 de Civit. Dei, cap. 11: (Ipse (Deus) opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terræ, et vocetur Opis, ipse levet de c'terrâ, et vocetur dea Levana.) PRIMAM VOCEM SIMILEM OMNIBUS EMISI PLORANS, tanquam augur incommodorum *de prospectu lacrymabilis vitæ*, inquit Tertull. libro de Animâ, cap. 19. Infans enim prophetat quodammodo, ut loquitur August. 21 de Civit. cap. 14,

Græcum *συμβεβήσας ὕπνῳ*, id est, *convenientis somno*, id est, venientis cum somno, comitantis somnum. Somnus enim post conceptionem, eam adjuvat et promovet, uti docent philosophi et medici. Unde Job cap. 5, v. 3: *Pereat, inquit, dies in quâ natus sum, et nox in quâ dictum est: Conceptus est homo.* Perperam ergo Lyranus, Clarius et Holcot, hæc accipiunt de dulci infantium somno, quo jugiter absorpti in utero matris decem transigunt menses. Minus quoque genuinè Jansenius delectationem somno convenientem exponit eam quæ decet somnum, quæque congruit nocti ob actûs fœditatem et verecundiam. Positus est enim, inquit, genitivus pro dativo, *puta somni pro somno*, hæc ipse. Porro quia noster vertit *somni* in genitivo, qui referri debet ad τὸ *delectamento*, non ad *conveniente*, id est, simul veniente, ut patet ex syntaxi: hinc Salomon ait se coagulatum ex sanguine femineæ et semine viri, *et delectamento*, et significat, *id est* (est appositio), q. d.: Quod est delectamentum somni, id est, noctis, *conveniens*, id est, simul in unum veniens et conveniens ad generandam et formandam prolem. Tergo *conveniens* significat confluxum et concursum seminis virilis et femineæ, qui fit per congressum viri et femineæ ad generandam prolem. Sic dicitur Matth. 1, 18: *Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequàm convenirent*; sic enim honestè vocatur congressus conjugum. Honesta ergo periphrasi circumscribit delectationem actûs maritalis, quo fit, ut delectabiliter concurrat semen tam maris quam femineæ ad formandum embryonem, illamque vocat *somni*; tum quia noctu fit, cùm solent homines somnum capere; tum quia somnus multum juvat conceptionem; somnus enim præcedens conceptionem in utroque parente semen concoquit, elaborat et maturat; subsequens verò in feminâ facit ad concepti seminis intentionem, digestionem et perfectionem, uti docent Galenus et medici. Sic e. 4, 6, ait: *Ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur.*

Salomon fœditati materiae, puta sanguinis et seminis, ex quo formatus est, addit fœditatem actûs quo conceptus est, ut originis suæ vitilitatem et fœditatem ostendat: hic enim actus adeo fœdus est, ut lucem fugiat, ac somnum et noctem, id est, tenebras et latebras, quibus se occultet, quærat. Ipse enim homini eripit usum rationis (unde philosophus eum definiit esse modici temporis epilepsiam), eumque quasi in brutum et bestiam transformet. Nullus enim actus magis brutus et bestialis est quam venercus. Unde Alexander Magnus duabus potissimum rebus, cùm Deus à multis prædicaretur, se quod mortalis esset deprehendere dicebat, somno et coitu, quod hæc præcipuè proderent humani corporis imbecillitatem: ad cætera invidius erat. Somnus enim mortis imago est, et coitus species est morbi comitialis. Ita Plu. in Alexandro.

Porro singula penè verba hujus versûs et præcedentis habent emphasim, novasque et singulas hominis nascentis ærumnas continent, ut patet sigillatim ea expendenti.

(Corn. à Lap.)

quid malorum ingressus sit. (Solum, inquit, quando natus est, ferunt risisse Zoroastrem, nec ei, ut crepente magistarum artium inventori boni aliquid monstruosus ille risus portendit.) Vagitum autem pro ploratu accipias; vagiunt enim, non lacrymantur pueri primis diebus, ut vult Aristoteles libro 7 de Hist. animalium. Hanc miseriam ita miratur Plinius lib. 7, in prologo, quia cause fuit ignarus, ut ironicè dicat: *Itaque feliciter natus jacet manibus pedibusque devinctus, flens animal cæteris imperaturum, et à supplicis auspicatur unam tantum ob culpam, quia natus est* (1).

VERS. 4. — IN INVOLUMENTIS NITRITUS SIM, id est, in fasciis infantilibus, ne propter membrorum teneritudinem eorum figura distorqueretur; quod quò diutius fit eò solidiora et rectora sunt corpora. Et CURIS MAGNIS, per quas diu noctuque adhibitas *profundissimæ atque horrendæ*, ut eam vocat Aug. 4 de Pecc. Merit. c. 37, infantium ignorantie et imbecillitati parentes subveniunt (2).

ET DELECTAMENTO SOMNI CONVENIENTE. Videtur mihi hic significare velle, se acque atque alii pueri voluptatem somni percepisse. Nam quod quidam putat hic intelligi verecunde congressum viri ac mulieris ad conceptionem, non admodum ardeat. (Clarius.)

(1) ACCEPI COMMUNEM VERBEM. Clausus in utero matris puer halitum non ducit: at statim in lucem editus, vivere sine halitu nequit. Nonnulli tamen veterum putavere pueros spiritum ducere antequàm pariantur. At ex veteribus Aristoteles, et recentiorum plerique negant; quibus favet hoc loco Sapiens.

IN SIMILITER EAMDEM BEEDI TERRAM. Græcus verti potest: *In terram iisdem incommodis obnoxiam accidi.* Veteres Romani pueros mox natos nudâ in humo exponebant, Opem invocantes, ut infantem tolleret, eique opem ferret.

PRIMAM VOCEM SIMILEM OMNIBUS EMISI PLORANS. Singularum dierum experientia docemur, unicam esse infantibus vocem, vagitum. His prima vite indicia ostendunt. Prima verò clamorum causa peccatum est ex origine relatum; altera dolor quo affliguntur, rerumque circa se omnium mutatio. Animadvertunt interpretes, pueros primis vagitibus sonum literæ A, puellas sonum literæ E, veluti *Adamum* et *Evam* appellent, edere. Levem sanè animadversionem! Asserit Aristoteles, infantes primis quadraginta statim ab ortu diebus oculorum usu carere, quamvis apertos habeant, nec lacrymas fundere, sed siccis oculis vagire. Deus vagitum præses apud Romanos erat. Fuere olim, qui nascente homine flerent, veluti illius fatum dolentes, qui longam laborum malorumque seriem iniret; moriente verò gauderent, veluti bujus vite calamitatibus liberatum gratularentur. Prodigii malique omnis loco habitum est, quod Zoroaster contrario cæteris infantibus more, non flere, sed ridere statim editu cœperit. Testis est Cardanus, pueros nonnisi longo post partum tempore ridere, viteque initium plerumque somno occupari. (Caluet.)

(2) VERS. 6. — UNUS ERGO INTROITUS EST OMNIBUS AD VITAM, ET SIMILIS EXITUS. Quælibet conditione homines, reges, privatiq. pauperes aut opulenti, eadem omninò ratione nascimur morimurque. Prima et ultima vite singularum momenta vilissimorum mancipiorum momenti similia sunt. Theatrum est orbis terrarum, ubi suam unusquisque personam agit. Antequàm in scenam prodemus, nullum inter nos disscimen, nullumque iterùm, ubi à scenâ discessimus. Augustus morti proximus amicos percunctatus est: *Ecquid vis videretur nimium vitæ commode transcurisec?* (Caluet.)

VERS. 7. — PROPTER HOC OPTAVI; id est, cum viderem me cæteris nihil esse præstantiorem, infirmitate et ignorantia plenum, optavi, sive magnis precibus votum meum exposui. ET DATUS EST MIHI SENSUS, prudentia scilicet et intelligentia (1).

VERS. 10. — SUPER SALUTEM ET SPECIEM DILEXI ILLAM; id est, super sanitatem corporis diesque vitæ multos, et super formæ pulchritudinem, sciens quòd fallax esset gratia et vana pulchritudo. ET PROPOSUI PRO LUCE HABERE ILLAM, id est, magis illam elegi quàm lucem oculorum, ut insinuat Græca; vel potius, decrevi lucis loco habere sapientiam, quæ me antecederet, velut lucerna pedibus meis, et lumen semitis, docens quid agendum, dicendum, omittendum, etc. QUONIAM INEXTINGUIBILE EST LUMEN ILLIUS, id est, insomne et pervigil, quod nunquàm occidit, ut lumen astrorum insomne est, secus quàm lumen oculorum, denique in perpetuo motu et actione (2).

VERS. 11. — INNUMERABILIS HONESTAS PER MANUS ILLIUS. Honestas sæpè in hoc libro sumitur pro divitiis ut ex Græco manifestum est, quia magnum vitæ decorem adferunt. Venerunt ergo divitiæ innumerabiles tum corporales, tum spirituales virtutum et gratiarum; hoc est enim quod ei dicit Deus 3 Reg. 3: *Sed et hæc quæ non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet et gloriam*: quærentibus enim regnum Dei, hæc omnia adjiciuntur, quantum expedit.

VERS. 12. — QUONIAM ANTECEDEBAT ME ISTA SAPIENTIA, id est, velut dux deducebat me ad ista bona. Alii enim interpretantur, his bonis præibat sapientia, vel antecedebat, quia in omni providentiâ et consilio meo, ut supra, occurrebat mihi. ET IGNORABAM, nempe ante petitam obtentamque sapientiam; vel potius, non expectabam. QUONIAM HORUM OMNIUM MATER EST; id est, quod etiam rerum externarum affluentiam afferret sapientia. Quo significat castissimè se divinæ sapientiæ amplexus desiderasse, ita ut nihil extrinsecum præter ipsam intenderet (3).

VERS. 13. — QUAM SINE FIGTIONE DIDICI, sine dolo scilicet, in simplicitate cordis sapientiæ discendæ me tradens. SINE INVIDIA COMMUNICO, ne aliis lucem invidens, ipsemet oculis et lumine sapientiæ priver, quia, ut inquit Aug. Epist. 132, *officium impertiendi est meritum ampliùs accipiendi* (4).

(1) SPIRITUS SAPIENTIE. Vide 1, 5. *Sapientiæ nomine hic pietatem maximè intelligit.* (Grotius.)

(2) SUPER SALUTEM, valetudinem; ET SPECIEM, egregiam formam; quæ duo hominibus jucundissima. (Bossuet.)

(3) ANTECEDEBAT, viæ ac vitæ dux. IGNORABAM, antequàm me studio addicerem sapientiæ. Sic sapientissimi quique ab ignorantia ordiuntur. (Bossuet.)

(4) VERS. 14. — *Car elle est un trésor infini pour les hommes. Le trésor de Dieu est infini, ses richesses sont inépuisables. C'est pourquoi on les doit communiquer aux autres sans envie, puisque plus on les répand sur eux, plus on en jouit, et qu'elle ne diminue point par la multitude de ceux qui la possèdent.*

Ceux qui en ont usé sont devenus les amis de Dieu. Posséder le trésor de la sagesse, c'est en user, non pour s'acquérir une vaine estime parmi les hommes, mais pour devenir en l'aimant ami de Dieu, et pour se rendre recommandable par les dons de la science

VERS. 15. — MIHI DEDIT DOMINUS DICERE EX SENTENTIA, id est, ita dicere ut animo sentiebam, sic ut nullum esset cordis et linguæ dissidium; nam parem sensui et optimis cogitatis posse sermonem proferre, apex est sapientiæ et eloquentiæ: lingua enim sapientium ornat scientiam, quia aptissimum personis et rebus accommodando sermonem, scientiam ornatam reddit et jucundam. Tametsi Greg. lib. 23 Moral. c. 10, eum dicere velit ex sententiâ, qui nequaquam tantum sciendo dicit; sed sentiendo experitur quod dicit, eò quòd sententiâ à sensu dicta sit. ET PRESUMERE DIGNA HORUM QUÆ MIHI DANTUR; id est, ut alii transferunt, animo cogitare et conceptus adferre dignos dono sapientiæ mihi collato. Neque enim de verbis tantum, sed etiam inprimis de conceptionibus, hoc est, quid et quomodò dicat, sapienti cogitandum est, ut docet Aug. lib. 4 de Doctr. christ. cap. 16. Posset tamen propriè sumi, *presumere*, ut sic idem quòd non reformidare, ea aggredi quæ donis mihi datis commensurata sunt: pusilli est enim animi terreri iis ad quæ sincero maturoque, non adulantium judicio, alius judicatur idoneus. QUONIAM IPSE SAPIENTIE DUX EST, id est, auctor et infusor, vel etiam director movens ac docens, ut opportunè sapientia in medium proferatur. ET SAPIENTIUM EMENDATOR, ita ut si quid aliter tantum homines sapiant, id iis revelet, sive per occultas inspirationes atque admonitiones, sive per manifesta eloquia sua, sive per fraternali sermocinationes, ut loquitur Aug. lib. 1 de Trinit. c. 3. Quo Dei beneficio, ut aliquis dignus habeatur, omnis pertinax contendendi et sui defendendi cupiditas ableganda est, ita nempe ut putet magnum se fructum sui laboris cepisse, si ostendatur errasse.

VERS. 16. — IN MANU ENIM IPSIUS ET NOS, quia, ut ait Apost., *in ipso vivimus, movemur, et sumus*. ET SERMONES NOSTRI, quia ipsius est gubernare linguam, dando sermonem benè sonantem in os nostrum, quòd cum ubique locum habeat, tum inprimis in illis qui populum erudiunt; cum enim de unâquaque re multa sint quæ dicantur, et multi modi quibus dicantur, quis novit quid ad præsens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Et quis facit ut quod oportet, et quemadmodum oportet, dicatur à nobis, nisi in cujus manu sunt et nos et sermones nostri? ut inquit Aug. 4 de Doctrinâ christianâ, cap. 15. ET OMNIS SAPIENTIA, quæ æterna spectat, ET OPERUM SCIENTIA, id est, rerum agenda-rum cognitio; ET DISCIPLINA, sive recta discendi, imò et vitam instituendi ratio: *omnis enim sapientia à Domino Deo est*, velut radiolus descendens à magno illo intelligentiæ sole et patre luminum.

VERS. 17. — UT SCIAM DISPOSITIONEM ORBIS TERRARUM, id est, constructionem et fabricam, partiumque singularum, cæli, terræ, elementorum, virtutes, naturam et positionem (1).

des saints, qui consiste à préférer Dieu à tout, et à aimer à faire sa volonté sainte, en la préférant à la sienne propre. (Calmet.)

(1) Ut sciam scilicet ordinem, regimen, institutio-

VERS. 18. — VICISSITUDINEM PURGATIONIS : quomodo alternatim quatuor tempestates anni, hinc hiex et dies, inter se commutantur. COMMUTATIONES TEMPORUM, quomodo sibi frigora, calores, siccitates, pluviaque succedant.

VERS. 20. — HIAS BESTIARUM, id est, naturales antipathias, ipsarumque causas, proinde consequenter quomodo cicurandæ sint. COGITATIONES HOMINUM, quia quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, ita corda hominum manifesta sunt prudentibus, qui non tantum ex corporis constitutione inclinationes animæ, sed sapè ex uno verbo, unoque nictu oculorum, totam penè hominis constitutionem, cogitationes, simulationes ac dissimulationes conji- ciunt (1). —

VERS. 22. — EST ENIM IN ILLA, sapientiã scilicet, SPIRITUS INTELLIGENTIE SANCTUS. Pulcherrimis elogiis et epithetis spiritum sapientiæ describit : quod S. Ambros. variis in locis, de Incarnat. cap. ult., tract. in Symbolum, c. 7, de Spiritu sancto, c. 19 et 23, intelligit de Spiritu sancto, tertiam scilicet personam Trinitatis; qui in sapientiã esse dicitur, quia ab illã procedit, manens ta-

nem, creationem; quo nexu universæ partes jungantur, quibus unaquæque respondeat, aut à quibus invicem pendeat, quã ratione formentur nubes, imbres, tonitru, et reliqua quæ in naturã conspiciuntur. Uno verbo, enim hie philosophum sese prædicat Salomon. Illud sibi proposuisse videtur hujus libri auctor, ut veram sapientiã philosophiæ ethnicorum præstare ostenderet. Salomonis sapientiã, et immensam rerum naturalium eruditionem nobilissimã oratione commendat Scriptura. Ipsemet Sapiens ita loquentem inducit in Proverbiis sapientiã : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. Quando præparabat cælos, aderam; quando certã lege et gyro vallabat abyssos..... cum eo eram, cuncta componens, etc.*

VIRTUTES ELEMENTORUM, vires, qualitates, temperamentum; quid sit quod eã in mundi hujus mole et animalium corporibus jungit et servat; quid sit quo separantur et dissipantur. Porrò hoc præcipuum est medicorum studium. (Calmet.)

(1) NATURAS ANIMALIUM, ET IRAS BESTIARUM, affectus bestiarum. Optimè explicatur Græcus de bestiarum instinctu et propensione. Salomon dicitur in 5 Reg. 4 scripsisse de animalium, avium, reptilium pisciumque naturã. Scripsit etiam *differentias virgultorum, et virtutes radicum.* (Calmet.)

VERS. 21. — OMNIUM ARTIFEX DOCUIT ME SAPIENTIA. Recitavimus in vers. 17 locum Proverborum, ubi Sapientia rerum omnium creationi præfuisse dicitur; quamobrem quid in illã gestum sit, ipsa optimè omnium noverat, neque melior Salomoni magistra esse potuit. Sapientia, quã Deus animum Salomonis imbuit, surculus et radius fuit æternæ illius Sapientiæ, quam sub increati Verbi et Filii Dei nomine veneramur. Divinæ hujus Sapientiæ ministerio Deus orbem condidit. Quæ homini communicatur, ab illã ex naturã differt; at altera aliquid è proprietatibus suis, eã causa effectui, illi communicat. Quæ in hoc libro de Sapientiã leguntur, nunc de sapentiã increatã, nunc de creatã et homini concessa intelligenda sunt.

(Calmet.)

Sapientiã intelligit eã quæ contingit hominibus. Dei munere, omnium artium repertricem. Sed, ut dixi, in sapientiã præcipuè pietatem comprehendit; cetera ei velut ornamenta accedunt. (Grotius.)

men in illã per identitatem essentia. Sed quia datur hic ratio, cur omnium artifex Sapientia ipsum tanta potuerit docere, itemque vers. 24, tanquã ratio aliquot præcedentium epithetorum subjungitur : *Omnia enim mobilibus mobilior est sapientia*, satis apte intelligi possunt de ipsã sapentiã, de quã toto libro est sermo. In illã ergo sapientiã EST SPIRITUS INTELLIGENTIE, id est, intelligens et sagax, quia ipsamet est Spiritus, sicut in Deo, qui est vita, essentia, bonitas, dicitur esse vita, etc. Sic de Filio, Isaia 45 : *Tantum in te est Deus.* UNICUS, Græcè, unigenitus; quod ipsum probat secundam personam intelligi. MULTIPLEX, charismatum multitudinem, vel, ut inquit Ambros. in Symbolum cap. 9, eò quòd multa in se habeat, et per ea omnia unus est, nec in aliquid eorum quod operatur, ipse mutatur. Item, quia multipliciter filiis hominum inspiratur, ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad fervorem, ut ait Bernard. sermone 3 de Pentecoste. SUBTILIS, non tantum intelligendi perspicaciã, quo sensu postea acutus vocatur, sed naturæ actionisque penetrabilitate, quia *sermo Dei et sapientia penetrabilior est omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animæ et corporis*, etc. DISERTUS, quia *linguas infantium facit disertus*, dans homini os et sapientiã, cui non possunt resistere adversarii; nam omnia penè epitheta hic posita causaliter possunt intelligi, et nonnulla debent; quòd scilicet tales reddat eos quos inhabitat sapientia. MOBILIS, quia per infusa Spiritus sancti dona facilè nos reddit mobiles ad ejus impulsus excipiendos : *stabilis enim manens dat cuncta moveri*; vel, ut inquit Gregor. homil. 5 in Ezech., mobilis dicitur, quia ubique etiam nescientibus se præsentem exhibet, et occurrit instar hominis, qui hæc illac discurrens, ex improvise præsens est; qui tamen Spiritus sapientiæ infra vocatur (1).

(1) Probabilius hic locus exponitur, ut spiritus intelligentiæ dicatur unicus simul et multiplex. *Unicus*, id est, unigenitus (id enim vox Græca significat), vel quia Filius Dei, qui est Sapientia Patris, unigenitus est; vel quia quidquid de illo spiritu participatur ab homine, unum est genere, seu origine, utpote à Deo auctore profectum. *Multiplex* verò, quia idem intelligentiæ spiritus, circa multa, id est, omnia, quæcumque sunt intelligenda, versatur; ipsum hominem rerum plurimarum cognitione imbuit. Et hunc sensum, eã quæ proximè præcedunt, omninò exigere videntur.

(Estius.)

Spiritum sanctum intellige, vivificantem, cujuslibet luminis bonorumque omnium fontem, tertiam sanctissimæ Trinitatis personam, quæ eadem est substantia et natura cum increatã Sapientiã, de quã mox egimus. Cùm verò id quod de increatã dictum est, de creatã sapientiã dici ex parte queat; ita eã quæ de Spiritu divino hic dicuntur, ex alterã parte spectatã, hominis spiritui, cœlesti lumine illustrato, aptantur. Cùm enim in iis quæ ad naturam spectant, eã quæ propria causarum sunt, effectui tribuantur, ita in iis quæ ad spiritalia pertinent, intellectui hominis sancti et illustrati tribuitur id quod uni sancto Spiritui, sanctificantì atque illustranti, convenit. Spiritus sanctus naturã sanctus est, unicus essentia, multiplex effectibus, subtilis et acutus, qui ubique est, omnia videt, omnia novit (vide supra, l. 7); disertus, linguas mutorum solvens, ani-

VERS. 23. — STABILIS, quia per naturam omnia continet; in promissis fidelis est, et cor hominis in bono firmat, statuens supra petram pedes nostros. CERTUS, id est, manifestus, quia certò, perspicuè seu manifestè ex iis quæ facta sunt, à nobis agnoscitur. Infra verò vocatur CERTUS, quia non errat vel fallitur, nihil habens pro probabili vel ambiguo. QUEM NIHIL VETAT, quominus ubi lubeat, operetur; non enim est in potestate hominis prohibere Spiritum, neque est qui possit resistere ejus voluntati, si salvare decrevit. SECURUS, id est, sine mordenti anxietate; idque quia nec malis tangi, nec propositis suis potest frustrari. Adde quòd tales reddat justos: *opus enim justitiæ pax et securitas usque in sempiternum*. BENIGNUS, in adhortando, consolando, corpiendo. OMNEM HABENS VIRTUTEM, id est, omnipotens, ut habet Gregor., ex quo Spiritus sancti divinitatem loco supra citato probat Ambros. QUI CAPIAT OMNES SPIRITUS, quia omnia scrutatur, *etiam profunda Dei*, habens in se omnes thesauros spirituales absconditos, spiritum sapientiæ et scientiæ, spiritum fidei, virtutis et continentiæ, etc., denique quia omnes spiritus humanos atque angelicos eminentiâ potestatis continet, scientiæ sublimitate comprehendit, naturæ sublimitate pervadit. Sequentia tria epitheta, INTELLIGIBILIS, MUNDUS, SUTILIS, Græci jungunt in accusativo præcedentibus, hoc modo: *Qui capiat omnes spiritus, intelligibiles, mundos*, etc., sed faciliè *ὁμολογῶν*, in aliam litteram mutatum fuit (1).

VERS. 24. — OMNIBUS ENIM MOBILIBUS MOBILIOR EST SAPIENTIA, partim in se, quia operandi celeritate omnia superat, præoccupans causas, præveniens vota, præcurrens cogitationes; partim in operibus, quia omnibus creaturarum operationibus et maximè mentibus hominum, tantâ se mobilitate et quasi flexibilitate accommodat, ut ipsa una manens infinitis modis videatur variari. Græci autem sumunt hæc activè hoc sensu: *Omni motu vel movente magis motiva est sapientia, quia omnibus causis moventibus velocior est et efficacior* (2). ATTINGIT AUTEM

mosque vel pervicacissimos insuperabili divinæque virtute quamlibet in partem trahens. Græcus, *ἐκδινῶν* mobilis, tenuis, nunquam non agens, nunquam otiosus. Mobilis, Græcè *ττανόν*, perspicuus, lucidus, evidens. Idem fortassè epitheton est, quod auctor Vulgatæ reddidit *disertum*. Addit Spiritum certum esse, securum, falsitate doloque carentem. Græcus, *σαφής*, manifestus.

QUEM NIHIL VETAT, BENEFACIENS. Plures legunt: *Quem nihil vetat benefacere*. (Calmet.)

(1) HUMANUS, BENIGNUS. Græcus fert solum *humanus*. QUI CAPIAT OMNES SPIRITUS. Non corporeas modò, verum etiam spirituales res Dei Spiritus intuetur ac pervadit. Spiritus omnes in illius potestate sunt. Ipse tenuitate, penetrandi vi, profunditate, superat quidquid tenuissimum et acutissimum in reliquis spiritibus est.

INTELLIGIBILIS, MUNDUS, SUTILIS. Romana Græci editio ita legit hunc locum, cum superioribus junctum: *Omnes spiritus acutissimos, purissimos, subtilissimos pervadens*. Congeruntur hæc epitheta, ut divini Spiritus supra creatas mentes præstantia significetur. (Calmet.)

(2) Tribuitur hoc sapientiæ, nempe quòd per omnia extendat et diffundat se ejus operatio; quodque om-

UBIQUE PROPTER SUAM MUNDITIAM, id est, naturæ simplicitatem et puritatem; ex quibus fit non ut nihil immundum attingat, sed ut illum actum omnimodò purissimum nulla essentiæ limitatio circumscribat, nulla materiæ fœculentia sordesve coinquant, quominus illæsus ubique pertingat; sicut solis radii, qui nullis putoribus inquinantur, ut pulchrè August. de Fide contra Manichæos, cap. 4.

VERS. 25. — VAPOR EST ENIM VIRTUTIS DEI, id est, procedit à Deo Patre, ut vapor ab aquâ, cui consubstantialis est. Quanquàm aliqui velint vaporem dici, quòd ut odor exhalatur ex flore, ita sapientiâ velut vitalis quædam fragrantia à Patre producitur. Sed primum aptius quadrat; exponens enim consubstantialitatem, clariùs addit: *ET EMANATIO QUEDAM EST CLARITATIS DEI SINCERA*, id est, velut rivus sincerus seu limpidissimus, ex claritate Dei Patris ut ex fonte emanat; quibus verbis et consubstantialitatem et generationis ejus modum exponit: quod enim emanat, maximè sicut rivus, de substantiâ alterius procedit, ut docet Aug. 2 de Animâ et ejus origine, cap. 3 et 5. Rursùm vapor nubilus est, sapientia sincera; vapor enim emanat ex obscuris fœculentisque corporibus, sapientia ex claritate omnipotentis Dei, ut proinde omnipotens et Patri æqualis processerit: Pater enim nullâ generandi infirmitate, nullâ communicandæ æqualitatis invidiâ potest prohiberi.

VERS. 26.—CANDOR EST ENIM LUCIS ÆTERNÆ: «*Quid hoc aliud, inquit Aug. lib 4 de Trinitate, c. 20, quàm lux est lucis æternæ? candor quippe lucis, quid nisi lux est? Et ideò coæterna luci, de quâ lux est.*» Maluit autem dicere *candor*, id est, splendor lucis, quàm, lux lucis, ne obscurior putaretur ista quæ manat, quàm ista de quâ manat. Hoc est ergo quod dicit Symbolum: *Lumen de lumine*; et Paulus: *Splendor gloriæ*. Ex quibus coæternitatem Filii cum Patre probant Ambros. lib. 1 de Fide, cap. 4, et August. tum supra, tum tractat. 20 in Joan.: «*Si separas, inquit, candorem solis à sole, separa Verbum à Patre.*» SPECULUM SINE MACULA DEI MAJESTATIS, quia instar speculi nitidissimi atque tersissimi, sine ullâ obscuritate majestatem Dei Patris ita repræsentat, ut quidquid Pater habeat, quidquid operetur, hoc et Filius habeat et faciat similiter. Quod Patri convenit, Filio competit, quia vi intellectus in identitate substantiæ divinæ producitur; nulla enim creatura ita potest esse speculum divinitatis, ut eâ cognitâ tanquàm objecto, Deus sine ullo ænigmate, aut obscuritate cognoscatur, ut satis insinuat Christus, cum dicit: *Qui videt me, videt et Patrem*. Ex quo proinde rectè colligit Cyrill. lib. 9 in Joannem, cap. 37, Patri Filium esse consubstantialem. ET IMAGO BONITATIS IL-

nibus rebus motum et actionem tribuat, ipsa in se immobilis permanens. Exponit idipsum sapiens initio capitis sequentis, dicens: *Attingit ergo à fine ad finem fortiter*, etc. Huc pertinet, quod Plato dixit Deum seipsum movere, scilicet, ut D. Thomas explicat part. 1, q. 9, art. 1, ad 1, quia per se agit et movet, non motus ab alio principio. (Estius.)

tus : quod simile est illi quod Paulus dicit : *Character seu figura substantiæ Patris*, utroque enim loco significatur, instar characteris qui sigillo exprimitur, Filium tanquam imaginem à Patre exprimi ac produci. De quibus breviter Ambros. lib 4 de Fide, cap. 4 : « Vide, inquit, quanta dicantur : Splendor sive candor, quod charitas paternæ lucis in Filio sit ; speculum sine maculâ, quod Pater videatur in Filio ; imago bonitatis, quod non corpus in corpore, sed virtus in Filio tota cernatur, imago docet non esse dissimilem ; character expressum, splendor æternum (1). »

VERS. 27. — ET IN SE PERMANENS, sine ullâ vel perfectionum, vel cogitationum sibi succedentium mutatione, aut vicissitudinis obumbratione. OMNIA INNOVAT, non producta producens, producta conservans, collapsa redintegrans, vetustum hominem renovans, ut ambulet in vitæ novitate, denique novos cœlos et novam terram creans. ET PER NATIONES, id est, per singulas hominum generationes, sive per omne hominum genus IN ANIMAS SANCTAS SE TRANSFERT, ut earum spiritum innovet, excitando, illuminando, sanctificando : non ergo se transfert luci commutatione ; sed effectuum novitate (2).

(1) CANDOR EST ENIM LUCIS ÆTERNÆ. In Græco, *effluentia*, id est, quasi *sol repercussus in nube*. Hanc vocem sensu eminentissimo de Christo usurpat divinus ad Hebræos scriptor 1, 5. Philo de Somniis : « Sicut enim qui solem ipsum videre non possunt, vident splendorem solis repercussis, et lunæ mutationes pro ipsâ ; ita et Dei imaginem, nuntium ipsius sermonem, pro ipso contemplantur. »

ET SPECULUM SINE MACULA DEI MAJESTATIS. Vocat *speculum non mentiens*, qualia sunt plana, non media depressa, non elata, non aversa, non obliqua. Vide Plinium 35, 9.

ET IMAGO BONITATIS ILLIUS. Hoc quoque nomen sublimissimo sensu Christo tribuit Paulus 2 Cor. 4, 4, 1 Coloss. 1, 45. Philo : « De unius imperio, sermo enim est Dei imago, per quem totus mundus est conditus. » (Grotius.)

(2) ET CUM SIT UNA, OMNIA POTEST. Unum, *actu*, est mens ; omnia *potentiâ*.

ET IN SE PERMANENS OMNIA INNOVAT. Veritates

CAPUT VIII.

1. Attingit ergo à fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.

2. Hanc amavi, et exquisivi à juventute meâ, et quæsi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum forme illius.

3. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei ; sed et omnium Dominus dilexit illam.

4. Doctrix enim est discipline Dei, et electrix operum illius.

5. Et si divitiæ appetuntur in vitâ, quid sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia ?

6. Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex ?

7. Et si justitiâ quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes ; sobrietatem enim et prudentiam docet, et justitiâ, et virtutem, quibus utilis nihil est in vitâ hominibus.

8. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit

VERS. 28. — NEMINEM ENIM DILIGIT DEUS, tanquam amicum scholæ, NISI QUI CUM SAPIENTIA INHABITAT, quasi cum conjuge suâ in eodem domicilio commorando, ut indicant Græci ; unde infra sapientiam tanquam sponsam suam late describit. Inhabitat autem ille cum sapentiâ, in quo habitat sapientiâ, non enim putandum est solum Spiritum sanctum sanctificato inhabitare, sed totam Trinitatem.

VERS. 29. — LUCI COMPARATA INVENIUNTUR PRIOR, non tantum tempore, seu æternitate, sed maxime dignitate et præstantiâ. Rationem addit :

VERS. 30. — ILLI ENIM SUCCEDIT NON, luce videlicet solis occubente. SAPIENTIAM AUTEM NON VINCI MALITIA, non tantum quia per suam essentiam sancta et munda est, ita ut nullæ tenebræque nihilque inquinatum in eam possit incutere, sed quia ipsamet ab aliorum malitia vinci nequit ; imò illam vicit, *quando occasionem veniæ quam non invenit in homine, in thesauro indeficientis suæ pietatis invenit*, ut ait Bernard. homil. 2 super Missus (1).

æterna semper eadem sunt, sed diversis rebus applicantur, ab universali ad particularia.

ET PER NATIONES IN ANIMAS SANCTAS SE TRANSFERT, id est, per *artes diversas*. (Grotius.)

(1) Il a paru souvent aux hommes que la malignité des méchants a prevalu sur l'innocence et la sagesse des bons. Ils ont opprimé et toule aux pieds les justes, et après une longue persécution, ils les ont fait mourir d'une mort cruelle. Mais si la malignité a paru avoir le dessus, ce n'a été qu'aux yeux des insensés, comme il a été dit auparavant, et la sagesse est demeurée toujours victorieuse aux yeux des sages.

On peut dire encore sur cette parole, que les vrais sages sont ceux en qui la nuit de l'iniquité ne succède point au jour de la vérité et de la justice. La sagesse du monde est inégale et inconstante. Elle paraît forte et juste aujourd'hui, elle sera demain lâche et injuste. Elle est mêlée de clarté et de ténèbres, de bien et de mal. Mais la sagesse de Dieu et des hommes de Dieu est toujours égale. Elle a pour principe le Père des lumières, dont saint Jacques dit, « qu'il n'est susceptible ni de vicissitude ni d'ombre ». Elle n'a pour but en toutes choses que de lui plaire, et demeurant toujours attachée à Dieu, elle devient immuable comme lui-même. (Sacy.)

CHAPITRE VIII.

1. La sagesse atteint avec force depuis une extrémité jusqu'à l'autre, et elle dispose tout avec douceur.

2. Je l'ai aimée, je l'ai recherchée dès ma jeunesse, et j'ai tâché de l'avoir pour épouse, et j'ai été épris de sa beauté.

3. Elle fait voir la gloire de son origine, en ce qu'elle est étroitement unie à Dieu, et qu'elle est aimée de celui qui est le Seigneur de toutes choses.

4. C'est elle qui enseigne la science de Dieu, et qui est la directrice de ses ouvrages.

5. Si l'on souhaite les richesses de cette vie, qu'y a-t-il de plus riche que la sagesse qui fait toutes choses ?

6. Si l'esprit de l'homme fait quelques ouvrages, qui a plus de part qu'elle dans cet art avec lequel toutes choses ont été faites ?

7. Si quel qu'un aime la justice, les grandes vertus sont encore son ouvrage ; c'est elle qui enseigne la tempérance, la prudence, la justice et la force, qui sont les choses du monde les plus utiles à l'homme dans cette vie.

8. Si quel qu'un désire la profondeur de la science :

præterita, et de futuris æstimat; scit versutias sermonum et dissolutiones argumentorum; signa et monstra scit antequàm fiant, et eventus temporum et seculorum.

9. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et tædii mei.

10. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis;

11. Et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me;

12. Tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus ori suo imponent.

13. Præterea habeo per hanc, immortalitatem; et memoriam æternam his qui post me futuri sunt, relinquam.

14. Disponam populos, et nationes mihi erunt subditæ.

15. Timebunt me audientes reges horrendi; in multitudine videbor bonus, et in bello fortis.

16. Intrans in domum meam, conquiescam cum illâ; non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiâ et gaudium.

17. Hæc cogitans apud me, et commemorans in corde meo: quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ,

18. Et in amicitia illius delectatio bona; et in operibus manuum illius honestas sine defectione, et in certamine loquelæ illius sapientiâ, et præclaritas in communicatione sermonum ipsius; circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.

19. Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam:

20. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

21. Et ut scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det (et hoc ipsum erat sapientiæ, scire ejus esset hoc donum), adii Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis præcordiis meis:

c'est elle qui sait le passé, et qui juge de l'avenir, elle pénètre ce qu'il y a de plus subtil dans les discours, et de plus précieux dans les arguments, elle connaît les signes et les prodiges avant qu'ils paraissent, et ce qui doit arriver dans la succession des temps et des siècles.

9. J'ai donc résolu de la prendre avec moi pour la compagne de ma vie, sachant qu'elle me fera part de ses biens, et que dans mes peines et dans mes ennuis elle sera ma consolation.

10. Elle me rendra illustre parmi les peuples; et quoique jeune, je serai honoré des vieillards;

11. On reconnaîtra la pénétration de mon esprit dans les jugements; les plus puissants seront surpris, lorsqu'ils me verront; et les princes témoigneront leur admiration sur leurs visages.

12. Quand je me tairai, ils attendront que je parle; quand je parlerai, ils me regarderont attentivement; et quand je m'étendrai dans mes discours, ils mettront la main sur leur bouche.

13. C'est elle aussi qui me donnera l'immortalité, et c'est par elle que je rendrai la mémoire de mon nom éternelle dans la postérité.

14. Par elle je gouvernerai les peuples, et les nations me seront soumises.

15. Les rois les plus redoutables craindront, lorsqu'ils entendront parler de moi; je ferai voir que je suis bon à mon peuple, et vaillant dans la guerre.

16. Entrant dans ma maison, je trouverai mon repos avec elle; car sa conversation n'a rien de désagréable, ni sa compagnie rien d'ennuyeux; mais on n'y trouve que de la satisfaction et de la joie.

17. Ayant donc pensé à ces choses, et les ayant méditées dans mon cœur, considérant que je trouverais l'immortalité dans l'union avec la sagesse,

18. Une joie pure dans son amitié, des richesses incuisables dans les ouvrages de ses mains, l'intelligence dans ses conférences et ses entretiens, et une grande gloire dans la communication de ses discours; j'allai la chercher de tous côtés, afin de la prendre pour ma compagne.

19. J'étais un enfant bien né et j'avais reçu de Dieu une bonne âme;

20. Et devenant bon de plus en plus, j'ai réussi à posséder un corps sans souillure.

21. Et comme je savais que je ne pouvais avoir la continence, si Dieu ne me la donnait (et c'était déjà un effet de la sagesse de savoir de qui je devais recevoir ce don), je m'adressai au Seigneur, je lui fis ma prière, et je lui dis de tout mon cœur:

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—ATTINGIT ERGO A FINE USQUE AD FINEM, id est, à fine superiore, quod est initium spiritualis creaturæ, usque ad finem inferiorem, quod est mors corporis, inquit Augustinus lib. 4 de Trinitate, c. 13, insinuans utrumque finem in Incarnatione fuisse conjunctum. Vel clariùs, ut Bernardus lib. de Gratiâ et lib. Arbitr. versùs finem, à summo cælo usque ad inferiores partes terræ, à maximo angelo usque ad minimum vermiculum: Tantùm enim significatur essentiæ suæ plenitudine ac operationis efficacîâ divinam sapientiâ omnia ab uno extremo usque ad alterum, ut habet Græcus, penetrare atque pervadere. Fortitèr, quia quidquid quocumque modo decrevit, nullo impediante, nullo defectu, infatigabili

et inimpedibili constantiâ peragit, ita ut non sit fortior in creaturâ tam summâ quàm infimâ. Et DISPONIT OMNIA, id est, ordinat et administrat, SUAVITER: tantâ enim suavitate et facilitate se rerum naturis accommodat, ut quidquid quæcumque ratione facere proposuerit, per creaturas ipsas quasi spontè ad opus impulsas fiat, operantibus sine necessitate causis liberis, sine violentiâ necessariis, eò quòd omnibus aptissimas potentias habitusve agendi et virtutes inseruerit: « Neque enim, ut inquit Aug. cap. 5 contra Jul. ita Deus naturas creat, ut leges auferat, quas cedit natalibus ejusque natura; nec ita administrat, ut non etiam ipsas proprio se exercere et agere motus sinat, » ut idem dicit lib. 7 de Civitate, c. 50.

Cujus sapientiæ imitatione monet Bernardus loco citato, ut ratio fortiter imperet sensui, et per hilaritatem promptitudinemque suaviter. Hujus ergo sapientiæ tot magnificis elogiis commendatæ amore se exarsisse consequenter testatur, ita ut illius connubium ambierit. Ejus interim velut sponsæ suæ mirabiles dotes, quas amatores spectare solent, prolixè describit, pulchritudinem, generis nobilitatem, educationem in aulâ Dei, omnium rerum scientiam, divitias, virtutes omnigenas, convictûs suavitatem, denique omnium rerum cornu copiam, quam velut matrimoniallem dotem amatoribus suis confert (1).

VERS. 3. — GENEROSITATEM ILLIUS GLORIFICAT, etc., id est, ipsa sapientiâ celebrat et gloriosam ostendit generositatem illius, id est, suam generis et prosapiæ ex Deo patre nobilitatem; Græcè enim deest *illius*; et sæpè in Scripturâ personæ de se velut de tertio quopiam loquuntur. CONTUBERNIUM HABENS DEI, quia Dei fruitur convictu et consortio, tanquàm unigenita proles quæ est in sinu Patris. SED ET OMNIUM DOMINUS, nullius nempe indigus, DILEXIT ILLAM, tanquàm omnium arcanorum divinorum consciam; quod magno perè dignitatem ejus commendat (2).

VERS. 4. — DOCTRIX EST ENIM DISCIPLINÆ DEI, sive scientiæ Dei, cujus veluti doctrix mystes est, sive *institrix*, ut habet Græcus; cùm enim *Deum nemo vidit unquam, Unigenitus qui est in sinu Patris ipse enarrabit*, atque adinveniens omnem viam disciplinæ tradidit eam Jacob puero suo et Israel dilecto suo. ET ELECTRIX OPERUM ILLIUS, quia mandatorum Dei adimpletionem in hominibus operatur, quorum et ipsa proinde electrix est, quia dilectrix. Assignat autem hic Salomon multas dotes ac munia divinæ sapientiæ, quæ ipsa partim per se præstat, partim per creatam sapientiam operatur in hominibus, quibus eam adspirat, et quibus ipsa tanquàm sponsa conjungitur (3).

(1) *Attingit*, etc. Scilicet Deus omnes alias causas movet, et ad operationes suas applicat, adeoque prius naturâ, etsi non prius tempore, effectus omnes causarum secundarum ipse producit; sed suaviter, hoc est, secundùm rationem ipsius causæ secundæ.

(Estius.)

(2) GENEROSITATEM (splendorem generis) ILLIUS, suam, GLORIFICAT. Commendat ipsa sapientiâ. CONTUBERNIUM; ex eo quòd consociet Deo. DILEXIT ILLAM, et in sinu suo genitam et ad homines postea propagatam. (Bossuet.)

(3) DOCTRIX ENIM EST DISCIPLINÆ DEI, ET ELECTRIX OPERUM ILLIUS. Pro *doctrix* Græcè est *παιδεία*, id est, *mystis*, id est, secretorum Dei conscia et quasi secretaria, eorundemque revelatrix et doctrix, quæ scilicet novit arcana Dei, et quibus vult, ea revelat. Rursùm *mystis*, id est, sacerdotissa et institrix; quæ scilicet alios sacris iniciat, ac sacerdotes et prophetas (est enim ipsa prophetis æquè ac mystis) constituit, ut dixit c. 7, 27. Secreta enim, sacrâ præsertim, non nisi sacerdotibus creduntur et committuntur. Unde Vatablus vertit: *Scientia Dei sacerdos est, et operum ejus antistes*; Nannius: *Est enim sacerdos Dei*, id est, mysteriorum Dei conscia et cultrix; Jansenius. *Est enim arcanorum Dei perita*; Budæus: *Institrix, dux, interpres*; Cantacuzenus: *Residens in consilio Dei*, et penitus quæ ad illum spectant noscens, juxta illud

VERS. 6. — SI AUTEM SENSUS OPERATUR, id est, artificum prudentia pulchrum aliquod opus molitur,

Prov. 8, 12: *Ego sapientiâ habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus*: *σοφία* enim vocatur mysteriorum conscia, qui ea velut arcana celat, et non nisi dignis revelat, ita dictus *σοφός* dicitur, id est, ab obsignando ore, quod os habeat clausum et quasi obseratum. Sicut ergo sacerdos et mystes mysteria celat, et quæ divina sunt pro dignitate tractat, ita et sapientiâ, ac sapiens sapientiæ beneficio initiatus, Deum dignè colit et sancte tractat sancta; quin et alios ad hoc idoneos eadem docet, Deumque dignè et sanctè colere docet. Simili phrasi ait Celsus jurisconsultus: *¶ Jus est ars boni et æqui, cujus meritò ceteros quis sacerdotes appellet; justitiam namque colimus, boni et æqui notitiam profitemur*: *¶ hæc autem sacra sunt; ergo ejus professores sunt quasi sacerdotes. Dat causam ejus quod dixit: ¶ Sed et omnium Dominus dilexit illam*; quia sapientiâ est quasi quædam sacerdos, et mystica magistra sancta Dei disciplinæ et scientiæ. Deum hominibus declarat et manifestat; nam si, ut dicitur Daniel. 12, 5, *qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*, quantò magis quæ omnes erudit, et Dei amicos facit? Ita à Castro. Rursùm, q. d.: *Deus diligit sapientiam; nam ex eo quòd eam amet, fecit eam suam mystin, id est, mysteriorum omnium et secretorum consciam, juxta illud Christi: Jam non dicam vos servos, etc., sed amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis*, Joan. 15, 15; summum enim amoris et amicitia signum est, communicare alicui sua secreta. Ad hæc fecit eam suam mystin, vel mystidâ, id est, doctricem suorum mysteriorum, ac antistitem suorum sacerdotum, ac electricem operum suorum: præfecit ergo eam, tam doctrinæ et sacris, quàm operibus suis, ut quidquid illa eligit, hoc Deus operetur: quod illa negligit, hoc Deus pariter negligat et non operetur. Utrumque autem summi amoris est indicium.

Est hæc quarta dote sponsæ nostræ, puta sapientiæ, quòd scilicet ipsa sit sacerdos et mystis, id est, doctrix disciplinæ, Græcè *ἐπιστήμη*, id est, scientiæ Dei, quòd scilicet instruat et doceat nos scientiam sanctorum, quâ Deum cognoscamus, colamus, amemus ac fide, religione et pietate, quâ tantam majestatem decet. Id præstitit Christus, qui est sapientiâ incarnata, ac summus mystes, sacerdos et pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedec; unde de illo ait S. Joan. c. 1, 18: *Deum nemo vidit unquam: Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit; qui proinde Isaia 9, 6, vocatur magni consilii angelus, id est, nuncius, juxta Septuag. Unde et Christus Joan. 7, 16: Mea doctrina, inquit, non est mea, sed ejus quæ misit me*. Denique ipse novos mystas, novos sacerdotes, novos legis evangelicæ doctores, puta Apostolos, novos discipulos, instituit, instruit, consecravit, ac per totum orbem misit et in dies mittit.

Symbolicè noster Pineda lib. 5 de Rebus Salomonis c. 26, n. 5, per sapientiam accipiens theologiam, hæc elogia eidem adaptat. Theologia, inquit, theologum nobilitat, facitque illustrem. Primò, quia ipsa nobilitatem supremam inter omnes scientias obtinet; secundò, assidue conversatur cum Deo, de quo disserit; tertio, conscia est mysteriorum Dei; quartò, divina docet; quintò, tantum excellit scientiis naturalibus, quantum sacerdos laicos; sextò, tam familiaris est Deo, quàm huic sacerdos; septimò, quia Cantacuz. in id: *¶ Hanc amavi ex theologie adytis et penetralibus, animum Salomonis contendisse ad hujusmodi amoris afflacionem* affirmat.

ET ELECTRIX OPERUM ILLIUS. Græcè, *αἰρετική*, id est, doctrix; pro quo Anastasius Nicenus in sacr. Script. quæst. 78 (exstat tom. 6 Biblioth. SS. Patrum), Cantacuzenus et Budæus in Comment. lingua Græcâ, legunt *ἐπιστήμη*, id est, *inventrix operum illius*. Sicut

QUIS HORUM QUÆ SUNT, etc., id est, quis pulcherrimam hanc rerum omnium materialium et artificialium universitatem magis quàm ipsa elaboravit (1)?

VERS. 7. — ET SI JUSTITIAM QUIS DILIGIT, hoc est, vitæ sanctitatem, quâ etiam ipsemet sponsus ornatur. Hæc est justitia generaliter dicta; nam paulò post strictiùs accipitur. LABORES HUIUS MAGNAS HABENT VIRTUTES, Græcè, *labores hujus sunt virtutes*, id est, proprium ipsius opus et labor est, veras hominum animis virtutes inspirare. SOBRIETATEM ENIM DOCET, id est, temperantiam, quæ concupiscibiles passiones frænât; ET PRUDENTIAM, quæ discernit inter bonum et malum; ET VIRTUTEM, Græcè *fortitudinem*, quæ partem irascibilem ratione moderatur, ut neque temeritate prosiliat, neque terribilium timore retrocedat. QUIBUS UTILIUS NIHIL EST IN VITA HOMINIBUS, in vitâ nempe humanâ ad homines comparatâ. Virtutes enim istæ quatuor cardinales, omnium etiam philosophorum ore decantatæ, ad quas etiam cæterarum

enim canis venaticus olfacit, et olfactu invenit capite leporem, sic sapientia solerter indagat, et invenit mille agendi operandique modos et rationes. Unde Vatablus vertit, *antistes operum ejus*; q. d. : Sapientia Dei, tum essentialis, tum notionalis, quâ Pater æternus produxit Filium, artificiosè invenit omnia Dei opera; nam ad miram ejus inventionem pertinet ornatus, varietas, summaque pulchritudo operum Dei. Ipsa ergo, quasi sagacitate quâdam admirandâ in nihilo olfecit, invenitque opera Dei, quæ cum ipso extra nihilum produxit. Secundò, tantam tamque mirabilem varietatem rerum commentatione et cogitatione adinvenit. Tertiò, veluti casu id fecit, citra laborem et fatigationem. Quartò, quantum ad opera gratiæ, id fecit inventione crucis Joan. 3, et sacramentorum, Eucharistiæ præsertim, Joan. c. 6 et 13, ac sanctitatis animarum, quasi pulchrarum pretiosarumque margaritarum; item resurrectionis et exaltationis sui corporis veri et mystici, non sine labore, sudore, cruore, nece.

Verùm alii passim legunt *αἰπετίς*, id est, *electric*; q. d. : Sapientia præest omnibus Dei operibus, quare ex variis quæ sese offerunt, meliora seligit; licet enim duplex sapientiæ, quatenus prudentiam tangit, munus sit, scilicet primò, per eubuliam, id est, consultationem et consilium, inquirere et invenire; secundò, per synesim, id est, judicium, commodiora et meliora ex eis seligere, teste Aristotele 6 Ethic. cap. 5, tamen hoc illo potius et præstantius est. Unde S. Hilari. in Psal. 127 vertit : *In labore utilium operum valida*, q. d. : Sapientia in mediis ad finem utilibus eligit magis valida et efficacia. Noster Pineda lib. 5 de Rebus Salomonis, c. 5, n. 6, vertit, *ponderatrix*; q. d. : Sapientia creaturas Dei pro dignitate tractat, eligit optima, negligit viliora; rursùm æquissimâ rationis trutinâ, cujusque merita atque dignitatem ponderat et examinat, ac cuique id quod exigit vel meretur, assignat. Sic Christus ex tot millionibus hominum, ex merâ gratiâ duodecim Apostolos elegit, qui converterent totum orbem. Sic et hodiè eligit viros apostolicos ad infidelium et hæreticorum conversionem, illisque gratias et dotes ad tantum opus necessarias, vel opportunas liberaliter attribuit et assignat.

(Corn. à Lap.)

(1) Si prudentiæ et solertiæ ope ea quæ volumus ad felicem exitum perducimus, bonaque, honores et gloriam consequimur, quid hæc facilius nobis comparat, quàm sapientia? Vel : Si prudentia et solertia res adeò eximias agunt, quis melior harum artifex erit, quàm sapientia? Cæteræ artes uni rei serviunt, unamque rem docent : at universalis omnium rerum ars est sapientia.

(Calmet.)

omnium chorus velut ad suos cardines et duces revocatur, universam humanæ vitæ rationem inter homines benè disponunt; hominemque jam erga Deum, fide, spe, et charitate quam individuè comitantur, dispositum esse supponunt (1).

VERS. 8. — ET SI MULTITUDINEM SCIENTIÆ QUIS DESIDERAT, non theoreticæ, sed practicæ, quâ sese in vitæ humanæ directione gubernet; nam in originali est : *Multitudo experientiæ, quæ prudentiæ mater et nutrix est*. SCIT PRÆTERITA, omnia ab initio temporum, et scire facit nos, sicut in Moyse Genesim enarrantem et prophetis apparuit. DE FUTURIS ÆSTIMAT, per tempestivam futurorum providentiam ex rebus præteritis, ut Joseph sapientiam edoctus fecit. SCIT VERSUTIAS SERMONUM, quia penetrando verborum strophas, non sinit se decipi. DISSOLUTIONES ARGUMENTORUM, Græcè, *ænigmatum*, id est, obscurissimorum figurisque occultorum sermonum et argumentorum, quibus enodandis ad miraculum usque Salomonem fecit excellere sapientia, et pro suo modulo excellunt omnes qui sapientiæ spiritu imbuti sunt; ipsa enim veritatis cognitio est subversio falsitatis. SIGNA ET MONSTRA SCIT ANTEQUAM FIANT, quia cæli terræque portenta diu ante prænoscit. EVENTUS TEMPORUM ET SECLORUM, quia scit quid singulis temporibus, imò seculis eventurum sit; cujus quidem præscientiæ tot testes habuit sapientia, quot habuit prophetas (2).

VERS. 9. — QUIA MECUM COMMUNICABIT DE BONIS, de pulchritudine, de scientiâ, de divitiis, de generositate et cæteris; ET ERIT ALLOCUTIO COGITATIONIS ET TÆDI, id est, solatium molestarum et anxiarum cogitationum, ut Græcè est, et tristitiæ; nihil enim magis animi anxietatem pellit, quàm ex veræ sapientiæ penu hausta meditatio : quæ multorum etiam annorum solitudinem ita lenit, ut nec alex lenociniis ad fallendum tempus, nec venationis, nec musicæ modulationis indigeant. Hactenus eos sapientiæ fructus exposuit, quorum utilitas maximè in privatos redundat : nunc illa potissimùm prosequitur, quæ in reipublicæ emolumentum cedunt; nam honor sapienti etiam apud magnates exhibitus, quamvis et sapienti gloriosus sit, ipsis tamen principibus ac populis est utilior, quia sic ad sapientiæ perceptionem præparantur. Quæ autem hic dicuntur, reipsâ sibi

(1) LABORES HUIUS MAGNAS HABENT VIRTUTES. *Virtutes cunctæ sunt effecta hujus, nempe sapientiæ. Vera enim sapientia, cujus præcipua pars est Dei hominisque cognitio, omnes ex se virtutes gignit : Quarum generalissimæ, et ad quas cæteræ proportionaliter referri possunt, sunt prudentia in consiliis capiendis, fortitudo circa pericula, temperantia circa voluptates, justitia in societate.* (Grotius.)

(2) SCIT PRÆTERITA, ET DE FUTURIS ÆSTIMAT : Græcè : Novit et præterita, et futura conjectari, hoc est, ut arbitrator, futura ex præteritis. VERSUTIAS SERMONUM : ratiocinationum strophas. *Dissolutiones argumentorum : ænigmatum.* Græcè. *Signa et monstra scit antequam fiant* : quales conjectores volebat Christus cum diceret : *Faciem ergo cæli dijudicare nôtis; signa autem temporum non potestis scire?* Matth. 16, 4, et illud : *Ab arbore autem fici discite parabolam, etc.* Matth. 24, 32, 33. (Bossuet.)

magnâ ex parte contigisse narrat Job, c. 29 (1).

VERS. 14. — DISCONAM POPULOS, leges ferendo et gubernando : quò quis enim magis præstat sapientiâ, eò aliis regendis est magis habilis : quâ de causâ quoddam in naturis ipsis fundamentum dominii et servitutis voluit esse Aristoteles.

VERS. 15. — TIMEBUNT ME AUDIENTES REGES HORRENDI; metum enim ac venerationem ab invitis elicit sapientia, ita ut Nabuchodonosor in faciem suam caderet et Danielem adoraret, et Herodes Joannem metueret. IN MULTITUDINE VIDEOR BONUS, id est, in populo, seu erga populum mihi subjectum iudicabor benignus et mansuetus. ET IN BELLO FORTIS : quæ duæ imprimis virtutes in rege tanquam populi duce et custode debent esse copulate (2).

VERS. 16. — INTRANS IN DOMUM MEAM, ut à tumultuosis reipublicæ negotiis paulisper in secessu respirerem; CONQUIESCAM CUM ILLA, quietem animi ex sapientiæ velut sponsæ meæ alloquio et meditatione mihi concilians. Causam reddit : NON ENIM HABET AMARITUDINEM CONVERSATIO ILLIUS, ut subinde solet uxorum et mulierum, quæ sæpè viris domi morte amariore sunt : SED LETITIAM ET GAUDIUM, quia spiritus sapientiæ super mel dulcis, et hæreditas ejus super mel et favum (3).

(1) Les grands du monde cherchent des sujets pour leurs intérêts particuliers, parce qu'ils ne sont grands qu'à proportion qu'on les sert et qu'on les honore. Mais Dieu est lui-même sa propre grandeur ; il n'a aucun besoin de tous les hommes. Que s'il les cherche et s'il les exhorte de venir à lui, ce n'est que pour les délivrer de leurs maux, pour leur faire part de ses biens, et pour les soulager dans toutes leurs peines. (Saey.)

VERS. 12. — TACENTEM ME SUSTINEBUNT, expectabunt dum loquar, ET LOQUENTEM ME RESPICIENT, intenti ora tenebunt, orationis meæ admiratione. Melius nemo, majorive hominum favore et obsequio disseruit, quam Salomon. *Universa terra, inquit Scriptura 5 Reg. 10, 24, desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus. Et 3 Reg. 4, 34 : Veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.* Hæc eadem sapientiæ fama reginam Saba in Judæam accessit. Job de seipso agens 29, 9, cum rerum prosperitate frueretur, eandem fermè sententiam habet : *Principes cessabant loqui, et digitem superponebant ori suo; vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adharerebat. Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi.* Messias adventum describens Isaias 52, 15, ait : *Super ipsam continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo, viderunt.* (Calmet.)

VERS. — 13. PRÆTEREA HABERO PER HANC IMMORTALITATEM. Deo dante. (Grotius.)

(2) TIMEBUNT ME AUDIENTES REGES HORRENDI. In Græco, tyranni horribiles, nempe Syri, Palestini, Amalecites, qui omnes Salomonis tempore nihil ausi movere.

IN MULTITUDINE VIDEOR BONUS, ET IN BELLO FORTIS. In multitudo, id est, in publicis conventibus. Sensus idem qui in illo versu homerico :

Egregius miles simul et rex optimus idem.

(3) In hæc, domum meam ingressus, conquiescam, vel, cion intravero (hoc est, me recepero) in domum meam, acquiescam in eâ. Significat privatam delectationem quam habet domi cum sapientiâ. Nam omnia ejus ad-

VERS. 17. — HÆC COGITANS, ETC., QUONIAM IMMORTALITAS IN COGNATIONE SAPIENTIÆ, id est, in affinitate ejus velut sponsæ, quæ quos sui participatione sapientiæ cognatos facit, spiritum iis infert incorruptibilem in hoc seculo, et vitæ futuræ confert immortalitatem (1).

VERS. 18. — ET IN OPERIBUS MANUM ILLIUS, id est, ex operatione sapientiæ obungit homini HONESTAS SINE DEFLECTIONE, id est, omnis generis divitiæ indeficientes, ut supra monui, honestatem suam : repetit enim ea quæ supra explicuit. ET IN CERTAMINE LOQUENTE ILLIUS SAPIENTIA, quia in verbis sapienter disputantium et concertantium tanta elucet sapientia et gravitas, ut verborum et rerum ponderi adversarii non possint resistere. ET PRÆCLARITAS IN COMMUNICATIONE SERMONUM IPSIUS, quia magnus decor et majestas elucet in sermone quo aliis communicatur sapientia; vel etiam, ut magis Græca sonant, nominis gloria et celebritas sapientem consequitur, cum super alios mittit velut imbres eloquia sapientiæ suæ; nam et in hæc vitâ, honor et gloria est in sermone sensati; et in alterâ, qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ, etc. CIRCULUM QUI FERENS, ETC. Quo ardentissimum sapientiæ sibi jungendæ desiderium fuisse indicat (2).

VERS. 19. — PUER AUTEM ERAM INGENIOSUS. Græcè, benè à naturâ datus, atque compositus ad sapientiæ perceptionem. ET SORTITUS SUM ANIMAM BONAM, id est, bonam animi indolem ad omne virtutis officium ex corporis temperie propensam, quam sortitum se dicit, quia naturæ dona velut felici sorte homini à Deo contingunt. Hinc tritum illud : *Felices benè nati.* Aug. interim 18 de Genesi ad litt. c. 17 et 18, videtur hunc locum de Christo accipere, qui sortitum se dicat animam bonam, ne aliquibus meritis præcedentibus, ad tantum apicem subvecta putaretur, ut cum eâ Verbum caro fieret. Sed mysticus sensus videtur; nam textus coherentia et maximè initium, c. 7 et 8, indicant literaliter de Salomone esse intelligendum. Hæc tamen bonitas animæ, de gratiæ dotibus posset intelligi, quas sit sortitus à Deo quasi sorte, sine meritis; nam, ut inquit August., *solent quæ sorte dantur, divinitus dari* (3).

jumenta aut sunt publica aut privata. Nullam enim acerbitatem, etc. Non enim habet amarulentiam conversatio ipsius, hoc est, ipsius consuetudo non est amara, sed suavis et jucunda. (Badvellus.)

(1) *Summâque animi curâ perpendens, vel et curans in corde meo, hoc est, studiose ac sollicite considerans; significat enim susceptam cogitationem cum studio curaque conjunctam.* (Badvellus.)

(2) *Divitiisque inæhaustas, id est, divitiæ quæ nunquam depent, ut antea thesaurum appellavit. Divitiæ perpetuæ divi possunt. Atque in congressione, etc. vel, et in coarctatione colloqui ejus.* (Badvellus.)

(3) Illud magis refertur non ad bonum proprie, sed ad id quod sequitur, veni. Ita enim Græce sonat : Magis autem, cum essem bonus, veni ad corpus incompunctum; q. d. : Cum essem bonam sortitus animam, insuper etiam sortitus sum corpus incompunctum. Sed quaeritur quomodo hæc non repugnet lunatissime Idæi de peccato originali, qua credimus

VERS. 20. — ET CUM ESSEM MAGIS BONUS; seu cùm fierem magis bonus, in dies virtutis studio sapientiæque proficiens, VENI AD CORPUS INCOINQUINATUM, id est, citra adulterium, extra menstrua quibus ingenia gravantur, conceptum. Ita August. loco citato. Alii referunt ad corpus sine maculâ et vitio, aptâ nempe ad virtutem temperiæ. Sed quo momento potuit antea bonus fuisse Salomon, ut deinde ad corpus incoinquinatum veniret? Nam corpus etsi propter animam, ante tamen animæ creationem concipitur. Potior ergo sensus videtur: Cùm virtutis exercitatione in bonitate proficerem, corporis quoque munditiem et castitatem mihi adseivi (1). Unde modum obtinendæ puritatis corporis exponens, addit:

VERS. 21. — ET UT SCIVI QUONIAM ALITER NON POSSEM ESSE CONTINENS, id est, cùm sapientiæ et inprimis castitatis aliter compos fieri non possem; sic enim continens, et maximè Græcum ἐγκρατής, sæpè alibi sumitur, ut Eccles. 15: *Qui continens est justitiæ, etc.*; et c. 6: *Continens factus sapientiæ, ne derelinquas eam.* Cui sensui aptè cohæret sequens precatio. Sed tamen Latini Patres ferè de continentia virtute accipiunt, ut Prosper contra Collatorem, c. 36, et alibi. Aug. aliquibus in locis, ut 10 Confess. c. 29, continentiam illam intelligit, quæ hominis animum ab omni pravâ cupiditate, et corpus ab omni Veneris, cibi et potûs excessu coercescit, colligens animum in unum, à quo in multa defluserat. Qui sanè sensus

animam eujuslibet hominis, simul ut creatur, in corpus infundi, adeoque in ipsâ infusione maculari peccato. Id si verum, quomodò iste dicit se animam accepisse bonam, et simul venisse in corpus incoinquinatum, seu mundum? Augustinus, lib. 10 de Gen. ad litt., cap. 17, accommodat ad Christum, qui dubium non est ita competere. Ipse enim solus sortitus animam omni modo bonam; ipse solus venit ad corpus omni modo incoinquinatum. Verùm ex capite præcedenti constat non posse ad litteram hæc de Christo intelligi, quia ibi, vers. 2, is qui hic loquitur dicit se coagulatum in sanguine ex semine hominis, seu viri, ut Græca habent, quod in Christum nullo modo convenit, quod et Augustinus eodem loco observavit. Itaque dicendum animam bonam hoc loco intelligi non bonitate morali, aut gratiæ justificantis, sed bonitate naturali, quæ est quædam ad multas virtutes morales, in quibusdam hominibus, dispositio, ex quo dicuntur esse bonâ indole, et bonas habere propensiones. Sic Job cap. 31 dicit quòd de utero egressa sit secum miseratio. Corpus autem incoinquinatum intelligitur liberum à defectibus corporis, cum quibus multi alii nasci solent, id est, corpus pulchrum, sanum, robustum. (Estius.)

(1) CUM ESSEM MAGIS BONUS. Græcè magis autem (hoc est, seu potiùs) cùm essem bonus, *veni ad corpus*: non quòd esset bonus antequam veniret ad corpus; absurdum enim, cùm de toto, uti se habet, loquatur homine, conjuncto jam corpore, neque quòd corpus illud in iniquitatibus, humano more, conceptum, atque immundo concreteret semine, prorsus intaminatum esset, tum cùm infusa est anima; sed quòd puer bonæ indolis, bonamque sortitus animam, cò facili devenerit, ut corpus etiam incorruptum servaret à pravis libidinibus. Quanquam nec illud defugerim, quin anima è Dei manibus, seu potiùs ex oris ejus afflatu ad castum corpus suo quodam modo venisse dicatur, ut tamen bonum illud, castumque non absolute, sed comparate et vulgari hominum more sumatur; quod firmatur sequentibus. (Bossuet.)

parum à primo distat: fundamentum enim et magna pars sapientiæ est, pravarum cupiditatum, et inprimis corporis continentia; unde nec illius in oratione suâ Salomon obliviscitur: *Deducet, inquit, me in opibus meis sobriè.* ET HOC IPSUM ERAT SAPIENTIE, SCIRE, etc., quia non tantùm in hoc nos Deus adjuvat, ut amando agamus quod discendo jam scimus, sed ut sciamus quid agendum sit, ita ut nemo possit esse non solum continens, nisi Deus det, verùm etiam sciens, ut August. Epist. 145. DIXI EX TOTIS PRÆCORDIIS MEIS, toto nempe animi ardore et nisu, corde non hæsitante aut fluctuante, ita ut partim vellem et partim nollem: quomodò nonnulli à Deo continentiam petunt, et se fecisse in adolescentiâ testatur S. August. 8 Confess. c. 7 (1).

Porrò malè colligunt hinc sectarii votum continentia esse temerarium, cùm nemo sciat, utrùm doni continentia futurus sit compos; dat enim Deus utique quam jubet continentiam, sed petentibus et gemitu interno aures ejus pulsantibus, ac fide solidâ in eum jactantibus curam suam, ut ibidem docet Augustin. 6 Confess. cap. 11. Talibus enim non se subtrahet Deus ut cadant, sed excipiet et sanabit eos. Qui autem in se suisque viribus stat, non stat; unde nec mirum est, si cadat. Fides christiana et continentia conjugalis, Dei utique dona sunt; nec tamen temerè fidem amplectitur, vel matrimonii vinculo indissolubili sese adstringit, cui perseverantiam nemo spondit; hæc enim in voluntatis arbitrio est, sed adjuto sanatoque per gratiam, quam nemini Deus negat, qui sicut Salomon ex totis præcordiis suis ejus implorant auxilium.

(1) ET UT SCIVI. Ne tamen crederemus bonam indolem, temperatamque corpus ad continentiam assequendam sufficere, docet nos unde vera continentia habeatur; Dei quippe dono quod urget Augustinus de Grat. et lib. Arb. c. 4, n. 8, de Bono persev. 17, n. 45, etc., l. 10. Memoratu autem dignum videtur sequenti prece, quæ ad finem usque libri deducitur, nihil haberi speciale de continentia; sed cùm de sapientiâ ubique agatur, quâ homo verè continens, sique compos efficitur, datur intelligi, sapientiæ nomine, comprehensam etiam continentiam. (Bossuet.)

ET UT SCIVI, QUONIAM ALITER NON POSSEM ESSE CONTINENS, etc. Pro *continens* Græcè est ἐγκρατής. Quæ vox etsi sæpè significet eum qui voluptatum est continens seu abstinens, tamen etiam pro eo qui compos sit alicujus rei, eamque obtinet, eaque potitur, accipi potest. Neque ea acceptio à sacris litteris aliena est. Ita ἐγκρατής accipitur Eccl. 27, ubi dicitur: *Vir peccator continens erit illorum*, scilicet iræ et furoris. Neque enim ita continens erit istorum vir peccator, sicut quis voluptatum dicitur continens, ut ab iis abstineat, sed potiùs, ut iræ et furori sit obnoxius. Et Eccl. 6: *Et continens factus (scilicet sapientiæ) ne derelinquas eam.* Itaque sensus hujus loci est: *Ut scivi quoniam aliter non possem esse continens, etc.*, id est, eum viderem sapientiam mihi adeò necessariam, et tamen scirem me non aliâ ratione posse sapientiæ competentem fieri, nisi Deo dante; alii Dominum, etc. De eâ enim solâ in antecedentibus et sequentibus est sermo, et nihil speciatim de virtute castitatis. Accommodatur tamen non malè etiam ad virtutem illam, scilicet quantum sapientiæ de quâ hic sermo est, continet simul fidem, spem et charitatem, ac proinde omnem virtutem. (Estius.)

CAPUT IX.

CHAPITRE IX.

1. Deus patrum meorum, et Domine misericordiae, qui fecisti omnia verbo tuo,
2. Et sapientiã tuã constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta est ;
3. Ut disponat orbem terrarum in æquitate et justitiã, et in directione orbis judicium judicet :
4. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare à pueris tuis :
5. Quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum judicii et legum.
6. Nam et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientiã tuã, in nihilum computabitur.
7. Tu elegisti me regem populo tuo, et judicem filiorum tuorum et filiarum tuarum :
8. Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, et in civitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparãsti ab initio.
9. Et tecum sapientiã tuã, quæ novit opera tuã, quæ et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid esset placitum oculis tuis, et quid directum in præceptis tuis.
10. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, et à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te :
11. Scit enim illa omnia, et intelligit : et deducet me in operibus meis sobriè, et custodiet me in suã potentiã.
12. Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum justè, et ero dignus sedium patris mei.
13. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei ? aut quis poterit cogitare quid velit Deus ?
14. Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentiæ nostræ.
15. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.
16. Et difficilè æstimamus quæ in terrã sunt ; et quæ in prospectu sunt, invenimus cum labore : quæ autem in cœlis sunt, quis investigabit ?
17. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis :
18. Et sic correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, et quæ tibi placent didicerint homines ?
19. Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, à principio.

1. Dieu de mes peres, Dieu de misericorde, qui avez tout fait par votre parole.
2. Qui avez formé l'homme par votre sagesse, afin qu'il eût la domination sur les creatures que vous avez faites ;
3. Afin qu'il gouvernât le monde dans l'équité et dans la justice, et qu'il prononçât les jugemens avec un cœur droit ;
4. Donnez-moi cette sagesse qui est assise auprès de vous dans votre trône, et ne me rejetez pas du nombre de vos enfans,
5. Parce que je suis votre serviteur et le fils de votre servante, un homme faible, qui dois vivre peu, et qui suis peu capable d'entendre les lois et de bien juger ;
6. Car encore que quelqu'un paraisse consommé parmi les enfans des hommes, il sera néanmoins considéré comme rien, si votre ouvrage n'est point en lui.
7. Vous m'avez choisi pour être le roi de votre peuple, et le juge de vos fils et de vos filles.
8. Et vous m'avez commandé de bâtir un temple sur votre montagne sainte, et un autel dans la cité où vous habitez, qui fût fait sur le modele de ce tabernacle saint que vous avez préparé des le commencement.
9. Et votre sagesse qui est avec vous, est celle qui connaît vos ouvrages, qui était présente lorsque vous formiez le monde, et qui sait ce qui est agreable à vos yeux, et quelle est la rectitude de vos preceptes.
10. Envoyez-la du ciel, votre sanctuaire, et du trône de votre grandeur, afin qu'elle soit et qu'elle travaille avec moi, et que je sache ce qui vous est agreable ;
11. Car elle a la science et l'intelligence de toutes choses ; elle me conduira dans mes œuvres de circonspection, et me protégera par sa puissance.
12. Ainsi mes actions vous seront agreables ; je conduirai votre peuple avec justice, et je serai digne du trône de mon père ;
13. Car qui est l'homme qui puisse connaître les desseins de Dieu ? ou qui pourra pénétrer ses volontés ?
14. Les pensées des hommes sont timides, et nos prévoyances sont incertaines ;
15. Parce que le corps qui se corrompt appesantit l'âme ; et cette demeure terrestre abat l'esprit par une multitude de soins.
16. Nous ne comprenons que difficilement ce qui se passe sur la terre ; et nous ne discernons qu'avec peine ce qui est devant nos yeux ; mais qui pourra découvrir ce qui se passe dans le ciel ?
17. Et qui pourra connaître votre pensée, Seigneur, si vous ne donnez vous-même la sagesse, et si vous n'envoyez votre Esprit-Saint du plus haut des cieus,
18. Afin qu'il redresse les sentiers de ceux qui sont sur la terre, et que les hommes apprennent ce qui vous est agreable ?
19. Car c'est par la sagesse, Seigneur, qu'ont été guéris tous ceux qui vous ont plu des le commencement.

COMMENTARIUM.

Ab hoc capite usque ad libri finem, videtur esse perpetua quædam precatio Salomonis, quã capite quidem 9 magno affectûs ardore postulat sapientiam ; sequentibus verò per modum encomii sapientiæ multis ad Deum apostrophis interceptis decurrit : jungit sapientiæ effectus, repetit historias et exempla multorum omnium ætatis hominum, qui sapientiæ beneficio

salutem adepti sunt, vel ejus judicio severè puniti.

VERS. 1. — DEUS PATRUM MEORUM. Quo exemplo nos hic moneri dicit August. q. 16 in Exod., ut cum merita nostra nos gravant, ne diligamur, relevari nos putemus illorum meritis posse, quos Deus diligit. QUI FECISTI OMNIA VERBO TUO, tanquam sapientiæ tuæ conceptu, per quem omnia facta sunt. Quo

significatur summa omnia condendi facilitas (1).

VERS. 2. — CONSTITUTEISTI HOMINEM, UT DOMINARETUR

(1) DEUS PATRUM MEORUM, ET DOMINÉ MISERICORDIÆ, QUI FECISTI OMNIA VERBO TUO. *Tō meorum* non est in Græco : Holcot legit *nostrorum*, puta Davidis et patriarcharum, præsertim Abrahamæ, Isaac et Jacob, qui totius Israelis, id est, populi fidelis et religiosi, fuere patres, eumque optimè et sapientissimè rexerunt; quâ in re ipse illos imitari cum velit, jure idem sapientiæ donum ab eodem auctore Deo postulat. Rursùm hi ob fidem et sanctitatem Deo fuere charissimi, adeo ut Deus eorum nomine glorietur, eoque vocari et invocari voluerit, dicens ad Mosen et Hebræos Exod. 3, 15 : *Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob misit me ad vos; hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationem.* Atque sic Deus humano generi suum nomen elargitus est, auctore Philone in libro de Abrahamo, ut habentes refugium ad preces et supplicationes, à spe bonâ non excluderentur, tribus illis patribus ob Dei oculos præmissis : quod melius facit nunc nomen Jesu Christi Domini nostri, quo nostras omnes preces claudimus et obsignamus. Nam majorum merita, et præcipuè sanctorum, Deo proponere ad postulandum quidpiam, consuevere prohi in primis viri. Ita Cantacuzenus, à Castro, Pineda et alii. Deus enim patrum, est pariter Deus filiorum, quos ipse patribus dedit, ut filius propter patrum merita, se æquè ac patribus Deum propitium exhibeat; præsertim quia id olim ipse promiserat patribus, ut cum dixit Abrahamæ : *Statuum pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generationibus tuis federe sempiterno : ut sim Deus tuus, et seminis tui post te*, Genes. cap. 17, 7; et : *Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, etc., et benedicentur in semine tuo omnes gentes*, Genes. 22, 17.

DOMINE MISERICORDIÆ. Vatabl., *benevolentia*; Pagnin., *pietatis*, id est, summè beneficis, pius, misericors et miserator, qui peccatum homicidii et adulterii patri meo Davidi, et matri meæ Bethsabæe misericorditer remisit, ait Liranus. Unde Lucifer Calar. legit : *Domine misericordiarum.* Hoc titulo gaudet Deus, eoque invocatus postulata audit et exaudit. Misericordiæ enim proprium opus est, miserorum misereri, eisque opem ferre; atque omnes indigent Dei misericordiâ, ut eam velut sibi patrocinantem coram Deo allegare possint et debeant. Sic pauperes, ut stipem emendicent à divitibus, solent eorum misericordiam et liberalitatem allegare et dilaudare. Emphasim habet *Domine*, q. d. : Tu es Dominus, ac dominaris infinitæ tuæ misericordiæ, æquè ac immensæ miseriæ nostræ; illam ergo velut ditissimus et liberalissimus Dominus in nos eroga, ut miseriæ tantæ succurras; abyssus enim miseriæ nostræ invocat abyssum misericordiæ tuæ. Tu enim es primus et summus omnium eleemosynarius, imò *tu es pater misericordiarum, et Deus totius consolationis*, 2 Cor. 1, 3.

Rursùm, Deus propriè dicitur *Domine misericordiæ*, quia dominium suum ostendit miserando potius quàm puniendo, vel aliud quid agendo, juxta illud quod orat Ecclesia : *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè et miserando manifestas*; patiens enim et clemens est potens iræ, animique sui et rerum omnium, uti ostendi Prov. 16, 32, ad illa : *Melior est patiens viro forti.*

QUI FECISTI. Conciliat sibi hoc versu Dei benevolentiam tribus Dei attributis, scilicet primò, allegando Dei amorem et fidelitatem, quòd scilicet, sit Deus patrum suorum, eisque promiserit se eorum posteris benedicturum, id est, benefacturum; rogat ergo, ut idipsum nunc fideliter, ac reipsâ posteris egentibus et invocantibus præstet, ac amorem, quo prosequitur patres, testetur et extendat in filios. Secundo, allegando Dei misericordiam, ut eam sibi misero, eam poscenti more suo exhibeat. Tertio, allegando Dei potentiam, quòd scilicet omnia verbo suo fecerit et creâ-

CREATURÆ, etc., nempe ut præset non angelis, sed piscibus maris et volatilibus, et bestiis, universæque terræ, ut est Genes. 1, qui finis est hominis secundarius; nam hominem instituit Deus ut quærat eum, si fortè attrahat eum aut inveniat (1).

VERS. 3. — UT DISPONAT ORBEM TERRARUM, administrando et regendo, tum irrationabilia jam dicta, tum etiam homines, quorum in statu innocentiae directio et gubernatio non defuisset parentum erga filios, mariti erga uxorem, et fortè superiorum erga rempublicam, ut satis insinuat Aug. 49 de Civit. c. 14. IN ÆQUITATE, nempe generaliter dictâ; vel etiam sanctitate, ut Græcè est, quæ Deum respiciat, et justitiâ, quæ homines. ET IN DIRECTIONE CORDIS JUDICIUM JUDICET, id est, corde recto et flecti nescio. Rectum est autem cor, cum rectæ suæ regulæ, quæ lex est et voluntas Dei, conjungitur, ut Aug. in Psal. 51 et 55 (2). Quia ergo, tu ipse, Deus, principatus, regiminis ac judiciorum auctor es.

rit, ac proinde ei per facile sit, rem hanc petenti annuere. Docet ergo nos hisce tribus titulis stringere, et quasi cogere Deum ad præstandum id quod petimus; vult enim efficaci ardentique oratione et desiderio stringi et quasi cogi Deus à nobis.

VERBO TUO. Solo jussu tuo, puta in mente dicendo : Fiat lux, fiant luminaria, etc., Genes. 1. Mysticè, Verbo, id est, Filio tuo : per hunc enim Deus Pater fecit omnia. Itaque *verbum* notat, tum facilitatem, tum sapientiam, quâ Deus cuncta creavit. Vide dicta Gen. 1. Verbum denique, id est, Filium Dei, tacitè doctorem sibi poscit Salomon, qui per incarnationem futurus erat doctor Israelis, et gentium omnium. Unde 3 Reg. 3, 9, cum apparuit Deus Salomoni, non Patrem, sed Filium apparuisse censet Pineda et alii. Imò concilium Sirmiense docet in omnibus Dei apparitionibus veteris Testamenti, Filium duntaxat apparuisse, ut suæ incarnationi, quâ visibilis hominibus appariturus erat, præluderet.

Præclare S. Basilius lib. 1 contra Eunomium : « Nonne, inquit, cum de Deo audivimus, quòd in sapientiâ omnia fecit, conditricem tunc ejus artem docemur? cum verò quòd *aperuit manum suam, et implet omne animal benedictione*, Psal. 144, providentiam ejus, quæ per omnia transit? cum verò, quòd *posuit tenebras latibulum suum*, Psal. 17, 12, invisibilis naturæ ejus admonemur? Cum rursus è *personâ ipsius Dei dicitur Malach. 3, 6 : Ego sum, et alteratus non sum, identitatem æternam, immutabilitatemque divine substantiæ discimus?* » Quin et Plato : Bonus, inquit, est Deus; omnia ergo sibi simillima fieri voluit; nam bonus nullius unquam rei invidiâ tangitur. Et Seneca lib. 4 de Benef. : « Non mentiar, si dixerò neminem non amare beneficia sua, cui non causa sit iterum dandi beneficii, semel dedisse. Cui initio non fuisset ratio præstandi, aliquid ei præstamus, quia præstitimus. » (Corn. à Lap.)

(1) Universa per Sapientiam, per Verbum, per Filium condidit Deus. Id verò innumeris Scripture locis traditur. Ad conditoris imaginem effectus est homo, ut ipsius loco cæteris animalibus imperaret. Nunquam satis hæc discimus, cum totius moralis institutionis nostrorumque officiorum radix et fundamentum sint; quamobrem Sapiens in ipso orationis exordio illorum meminit. (Calmet.)

(2) *Dieu de mes pères.* Salomon n'attend pas que Dieu l'exauce par son propre mérite, mais par celui des anciens Patriarches, comme Abraham et David son père. *Dieu de miséricorde.* Il n'espère rien que de la pure bonté de Dieu : car la première condition de la prière, est qu'elle soit humble. *Vous avez établi d'abord l'homme par votre sagesse, afin qu'il dominât les animaux et les créatures insensibles que vous avez*

VERS. 4. — DA MIHI SEDUM TEARUM ASSISTENTIAM ET PLENITIAM (1), id est, que throno ac tribunal tuo. Velut consors assistit, atque tecum omnia operatur, regit ac iudicat. Hanc petit, ut sibi iustas assessores, qui junioribus iudicibus dari solebat, tribunali suo assiderent ac presideant. Quin et olim in ecclesiasticis conciliis co-dex evangelicus excelsiori loco statuebatur, ut iudicis Christi referret presentiam. Et NOTI ME REPROBARE ET PETRIUS TUUS (2), denegatione sapientiæ te postulatae, reijcendi me extra numerum filiorum tuorum; neminem enim diligit Deus, nisi qui cum sapientiâ inhabitat.

VERS. 5. — QUONIAM SERVUS TUUS SUM EGRO; LOC EST, servituti tuæ jam abundantiam dedicatus; imò ET UT ES ANCELLUS TUUS, tanquam verna scilicet in familiâ et populo tuo natus. Homo INFIRMUS, corpore et animo, ideoque multis repletus miseriis, quæ à percipiendâ sapientiâ me impediunt. Et ENIGI TEMPORIS, quia adolescens admodum et penè puer regno inauguratus sum anno scilicet 12 ætatis, ut docet Hieron., Epist. 122 ad Vitalem, et Ignatius initio Epist. 6. Imò quantumvis senex essem, vitæ sum brevissimæ, cum tamen ars regni administrandi sit longa multoque usu et experimentis comparanda. ET MINOR AD INTELLECTUM JUDICII ET LEGUM; hoc est insufficiens ad rerum civilium tractationem; sive, ut leges tuas naturales, judiciales, ceremoniales intelligam, ex quarum præscripto populus est iudicandus et gubernandus (3).

faites, et qu'il gouvernât le monde dans l'équité; et vous m'avez fait rentrer en quelque sorte en cet état en me faisant roi, et m'obligeant de gouverner non des animaux, mais des hommes, qui se rendent souvent semblables aux bêtes, en s'abandonnant à leurs passions, sans pouvoir être retenus par la crainte de la peine et le frein des lois.

Ces paroles font encore voir aux princes de l'Eglise, que le Saint-Esprit les a établis pour la gouverner avec un esprit d'équité et de justice, qui est inséparable de la charité, et pour se conduire en toutes choses avec un cœur droit et une intention pure, qui n'ait point pour but l'agrandissement de leur autorité propre, mais le soulagement et le salut de ceux qu'ils conduisent. (Sacy.)

(1) Scripsit, puto, *assessoricem*. Latine potuit dicere *assessorem*; nam ejus soni verbalia etiam feminino aptantur generi, ut *dea sponsor* apud Ovidium. Sæpè per scriptores de sapientiâ loquuntur ita generaliter ut et divinum et humanum sub eodem nomine *suo modo* comprehendant. Vide Proverborum 8. (Grotius.)

(2) Noli me excludere ex eorum numero quos tu doces atque instituis. (Grotius.)

Nota primò: Non ergo certus erat se prædestinatum ad salutem. Iterum quæret quis, an Salomon hæc parte orationis suæ fuerit exauditus? Si sic, an ergo salvatus? An dici potest hæc eum exauditionem, quia hoc ad tempus consecutus est, ut non adijceretur; postea gravi suâ culpâ commertum, ut reprobaretur, id est, ut ad effectum perduceretur ab æterno facta reprobatio? (Estius.)

(3) *Homo imbecillus, ac vitæ brevis, vel potius homo infirmus ac exigui temporis; cujus vita non est diuturna, sed brevis: cui opponitur loquax vitæ. Et minor quam, etc., id est, minor in intelligentiâ patris ac legum, hoc est, inferior sive imbecillior quam ut judicium et leges intelligam.* (Badvellus.)

VERS. 7. — JUDICEM FILIORUM TUORUM ET FILIARUM. Judicis nomen idem valet ac regis tum hoc, tum in aliis Scripturæ locis. Primum regis munus est jus populo dicere. Illos illos monet, utendum sibi esse æqui-

VERS. 8. — ET EXISTI ME TUDICARE, id est, jussisti, ut Psal. 156. *Dei*, id est, facta sunt; vel *divisti ut adificarem*, phrasæ Græcæ. *Existera*, significans primum regis munus dicitur religionis et sacramentum curam. *Existera* sive *Existera* quæ est mons Moris, propter multorum mysteriorum sanctitatem venerabilis; mons enim iste continebat varios colles, in quorum uno, Calvaria, Adam sepultus, Isaac obtatus, et Christus crucifixus est, ut ex Hieronymo, docet August. serm. 71 de tempore; in altero, Oliveti, remotione, Christus ascendit; in alio, nempe Sion, arx David extructa est; in arcæ vero Ornan Jebusæi Sion adhaerente, templum edificatum est; quæ area pars montis esse censetur. Et altare: holocaustorum ingens; non altare thymiamatis nonnulli volunt non esse structum à Salomone, sed antiquum illud Moysis fuisse, cedro et auro vestitum. Favet Scriptura, quæ dicit de altari thymiamatis, 5 Reg. 6: *Sed et altare vestivit cedro*. Et sane Josephus lib. 8 Antiq. c. 5, altaris holocaustorum fabricam narrat; de altari vero thymiamatis nihil, nisi quòd dicit, medium inter candelabrum et mensam locum obtinebat altare illud aureum, quasi antiquum illud, et satis notum altare designaret. SIMILITUDINI TABERNACULI QUOD PRÆPARASTI AB INITIO, olim nempe per Moysen: quod tabernaculum, multis additis, templo Salomonis representabatur.

VERS. 9. — ET TECUM SAPIENTIA TUA: supple præparavi tabernaculum, etc., intus Beseleel spiritu sapientiæ et intelligentiæ. QUÆ SCIEBAT QUID ISSIT DIRECTUM IN PRÆCEPTIS TUIS: id est, quid in præceptis rectum esset, sive quænam essent recta et justa præcepta. Cùm ergò tam sit efficax tua sapientia, mihi quæ tam necessaria,

VERS. 10. — MITTE ILLAM A SEDE MAGNITUDINIS TUE. De throno gloriæ, ubi tecum assistit, iudicans ac disponens orbem terrarum, *mitte illam*, non ut locali migratione cælos deserat, quod impossibile est, sed UT MEcum SIR, infuso mihi sancto sapientiæ Spiritu, ET MEcum LABORET, sive collaboret mihi utique laboranti. Frustra proinde hæretici gratiæ efficaciam statuunt libertatis interitum; adjuvat enim Spiritus infirmitatem nostram, tantò nos magis rediens liberos, quanto minus servituti peccatorum obnoxios.

VERS. 15. — QUIS ENIM HOMINUM, suâ scilicet industriâ, Dei voluntatem arcanam, et consilia scrutari conantur, VOLERIT SCRIBI CONSILIUM DEI? hoc est, voluntatem Dei, et ut est vers. 27, sensum Dei: *animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei*: stultitia enim est illi, et non potest intelligere.

VERS. 14. — COGITATIONES ENIM MORTALIUM, rationationes scilicet et discursus, TIMIDA, errorem semper et lapsum in tantis tenebris rerum tam naturalium

tate et justitia in ferendis sententiis. Auctoritas, quæ gaudet, judiciaria potestas est, prudens, æqua, cupiditatis et favoris expert. Neque temerè hic addit Sapiens, *filiorum tuorum, et filiarum*; populus enim universus in Dei potestate est, communis omnium patris. Quapropter ea debent erga populum sapientiâ, prudentiâ, clementiâ, lenitate uti reges, quæ erga Dei ipsius filios et familiares decet. (Caluget.)

quàm divinarum formidantes, unde hærent ac titubant. Et INCERTÆ PROVIDENTIÆ NOSTRÆ, id est, falli prona sunt nostra de rebus gerendis consilia, quæ in specie, optima et prudentissima, tamen vel propter futurorum caliginem, quam non penetrat mens humana, vel propter lubricas rerum vices et mutationes, vel denique Domino dissipante consilia gentium, et reprobante cogitationes populorum, infelicissimos crebrò exitus sortiuntur (1).

VERS. 15. — CORPUS ENIM QUOD CORRUMPITUR, id est, corruptibile et mortale, ita scilicet ut non tantùm mori possit, sicut et in Adamo potuit, si vellet, sed, ut famis, sitis, frigoris, caloris, concupiscentiæ, passionum, morborum et mortis denique necessitati obnoxium sit. AGGRAVAT ANIMAM (2), quia ejus alas ne

(1) Rationem his verbis reddit Sapiens, quare homini tantoperè necessaria sit sapientia; videlicet, quia cogitationes mortalium timidæ sunt propter incertitudinem eventus, et simul incertæ sunt providentiæ nostræ, id est, consilia nostra, quibus de rebus agendis deliberamus. Ideò ergo in omnibus opus habemus directione divinâ, per sapientiam ab eo acceptam. Potest hic locus quoque proferri contra hæreticos nostri seculi, qui omnimodam securitatem sibi suisque pollicentur, et nihil timendum, vel offensam vel supplicium gehennæ. (Estius.)

(2) Id est: *Corpus animam prægravat*, est et apud Horatium. Virgilius:

Quantum non noxia corpora tardant,

Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Idem corpus quod corrumpitur quod membra moribunda Virgilio, Papinio fragilis usus corporis.

(Grotius.)

CORPUS QUOD CORRUMPITUR AGGRAVAT ANIMAM, ET TERRENA INHABITATIO DEPRIMIT SENSUM MULTA COGITANTEM. Græcè sic: *Terrenum tabernaculum deprimit mentem plenam curarum.* August. lib. 13 de Civit. c. 16, ostendit quâ ratione corpus animam aggravat. Neque enim putandum est animam propter peccata aliqua præcedentis alicujus vitæ detrusam esse in corpus, velut in carcerem, sicut opinatus est Plato cum suis, et post eum quoque Origenes; sed longè aliâ ratione corpus quod corrumpitur, aggravat animam; de quo sic Augustinus dicto loco: «Corpus, inquit, corruptibile aggravat animam. Utique addendo corruptibile, non qualicumque corpore, sed quale factum est ex peccato, consequente vindictâ, perhibuit animam aggravari. Quod etiam si non addidisset, nihil aliud intelligere deberemus.» Sic ille.

Quæret aliquis an, quia corpus corruptibile aggravat animam, dicendum sit animam habere causam peccati ex corporis consortio? Et utrùm caro corruptibilis sit vitiorum omnium causa, ut Plato voluit?

CAPUT X.

1. Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit,

2. Et eduxit illum à delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia.

3. Ab hæc ut recessit injustus in irâ suâ, per iram homicidii fraterni deperiit.

4. Propter quem, cum aqua deleret terram, sanavit iterum Sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans.

5. Hæc et in consensu nequitæ cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querelâ Deo, et in filii misericordiâ fortem custodivit.

6. Hæc justum à percuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in Pentapolim:

sursùm volet, ita onerat et quasi ligatas tenet, ut non posset quidquam spirituale sine phantasmate, et quasi veste corporeâ, nisi summo cum labore concipere, nec sine distractione rebus contemplandis insistere, sine defatigatione persistere, sine sensu magni ponderis affectum ad Deum à terrenis erigere, sine repugnante carnis legè bonum amplecti, sine quotidianâ corporis curâ ac servitute Deum ac divina scrutari. Ex quo fit ut cum Paulo quisque exclamet: *Infelix ego homo, quis me liberabit?* etc. Et TERRENA INHABITATIO, Græcè, terrenum habitaculum, seu, ut Job cap. 4, *domus lutea*, quæ est corpus humanum, DEPRIMIT SENSUM MULTA COGITANTEM, id est, de multis anxie curantem, de cibo, potu, aliisque infinitis huc spectantibus; quarum curarum totus mundus est plenus (1).

Ad hoc Aug. lib. 14 de Civit. cap. 3 respondet «corporis corruptionem non esse causam primi peccati animæ, sed pœnam potius. Neque enim primitus corpus corruptibile animam fecit peccatricem; sed anima peccatrix carnem reddidit corruptibilem. Imò si anima jungeretur carni, etsi corruptibili, quæ tamen ex Adam non esset propagata, ea pateretur quidem corruptibile corpus, sed peccato non esset obnoxia, neque ex corpore ad peccatum inclinata. Tantùm ergo significatur, quòd corruptio corporis sit pœna peccanti animæ.» (Estius.)

Terrenum tabernaculum in Græco. Pythagoricum est corpus vocare *tabernaculum*. Eurysus, aut, ut alii volunt, Epphantus Pythagoricos de Homine, *tabernaculum par cæteris*. Aristoxenus itidem Pythagoricos: *Parata sunt omnibus, quorum tabernaculum indiget*. Pythagoricos in hæc locutione imitatur Plato Axiocho. Eodem modo loquitur liber Cabalisticus Zoar, et Paulus 2 Cor. 5, 1, 4. (Grotius.)

(1) VERS. 17.—SENSUM TUUM QUIS SCIET, NISI TU DEDERIS SAPIENTIAM? Tua, ô Deus, jussa à nobis perfici vis; à nobis, inquam, quibus populi tui regimen creditum est, quos consilia tua optimè omnium nôsse jubes. Quibuslibet regis verbis ea auctoritas esse deberet, ut oraculorum loco haberentur, tantusque inter populum esse, quantum vel angelus Dei foret, vel ipse Deus, cujus locum et personam gerit. Id verò quis assequatur, nisi tui spiritus tuæque sapientiæ ope juvetur?

VERS. 18.—Et sic correctæ sint semitæ eorum, etc.; ad verbum: *Et ita directæ fuerunt viæ eorum qui in terrâ*, sub. verbum, *vixerunt* aut *fuerunt*. Nam ita malo vertere in præterito, quàm in præsentis, et *directæ fuerunt*, quoniam statim in sequentibus capitibus commemorat exempla eorum qui sapientiâ gubernati, pericula hujus præsentis vitæ evaserunt.

(Biblia Vatabli.)

CHAPITRE X.

1. C'est elle qui conserva celui que Dieu avait formé le premier pour être le père du monde, ayant d'abord été créé seul.

2. C'est elle aussi qui le tira de son péché, et qui lui donna la force de gouverner toutes choses.

3. Lorsque l'injuste dans sa colère se sépara d'elle, il périt malheureusement par la fureur qui le rendit le meurtrier de son frère.

4. Et lorsque le déluge inonda la terre, à cause de lui, la Sagesse sauva encore le monde, ayant gouverné le juste sur les eaux par un bois méprisable.

5. Lorsque les nations conspirèrent ensemble pour s'abandonner au mal, c'est elle qui connut le juste, qui le conserva irrépréhensible devant Dieu; et qui lui donna la force de vaincre la tendresse qu'il ressentait pour son fils.

6. C'est elle qui délivra le juste lorsqu'il fuyait du

7. Quibus in testimonium nequitiæ tumebunda constat deserta terra, et incerto tempore fructus habentes arbores, et incredibilis animæ memoria, stans figmentum salis.

8. Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed et insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his quæ peccaverunt, nec latere potuissent.

9. Sapientia autem hos qui se observant, à doloribus liberavit.

10. Hæc profugum iræ fratris justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum; honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

11. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum.

12. Custodivit illum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum; et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est Sapientia.

13. Hæc venditum justum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum; descenditque cum illo in foveam.

14. Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos qui eum deprimebant; et mendaces ostendit qui macularunt illum, et dedit illi claritatem æternam.

15. Hæc populum justum, et semen sine querelâ, liberavit à nationibus quæ illum deprimebant.

16. Intravit in animam servi Dei, et stetit contra reges horrendos in portentis et signis.

17. Et reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in viâ mirabili; et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem.

18. Transtulit illos per mare Rubrum, et transvexit illos per aquam nimiam;

19. Inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum eduxit illos; ideò justi tulerunt spolia impiorum.

20. Et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter:

21. Quoniam Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.

milieu des méchants qui périrent par le feu tombé sur la Pentapole.

7. Dont la corruption est marquée par cette terre qui fume encore, qui est demeurée toute déserte, où les arbres portent des fruits qui ne mûrissent point, et où l'on voit une statue de sel qui est le monument d'une âme incrédule;

8. Car ceux qui ne se sont pas mis en peine d'acquiescer la sagesse, non-seulement sont tombés dans l'ignorance du bien, mais ils ont encore laissé aux hommes des marques de leur folie, sans que leurs fautes aient pu demeurer cachées.

9. Mais la Sagesse à délivrer de tous les maux ceux qui ont eu soin de la révérer.

10. C'est elle qui a conduit par des voies droites le juste, lorsqu'il fuyait la colère de son frère; elle lui a fait voir le royaume de Dieu, lui a donné la science des saints, l'a entraîné dans ses travaux, et lui en a fait recueillir de grands fruits.

11. C'est elle qui l'a aidé contre ceux qui voulaient le surprendre par leurs tromperies, et qui l'a fait devenir riche.

12. Elle l'a protégé contre ses ennemis; elle l'a défendu des séducteurs; et elle l'a engagé dans un rude combat, afin qu'il demeurât victorieux, et qu'il sût que la sagesse est plus puissante que toutes choses.

13. C'est elle qui n'a point abandonné le juste, lorsqu'il fut vendu; mais elle l'a délivré des mains des pécheurs; elle est descendue avec lui dans la fosse;

14. Et elle ne l'a point quitté dans ses chaînes, jusqu'à ce qu'elle lui eût mis entre les mains le sceptre royal, et qu'elle l'eût rendu maître de ceux qui l'avaient traité si injustement. Elle a convaincu de mensonge ceux qui l'avaient déshonoré; et elle lui a donné un nom éternel.

15. C'est elle qui a délivré le peuple juste, et la race irrépréhensible, de la nation qui l'opprimait.

16. Elle est entrée dans l'âme du serviteur de Dieu; et il s'est élevé avec des signes et des prodiges contre les rois redoutables.

17. Elle a rendu aux justes la récompense de leurs travaux; elle les a conduits par une voie admirable, et leur a tenu lieu de couvert pendant le jour, et de la lumière des étoiles pendant la nuit.

18. Elle les a conduits par la mer Rouge, et les a fait passer au travers des eaux profondes;

19. Elle a enseveli leurs ennemis dans la mer, et elle les a retirés du fond des abîmes; et ainsi les justes ont remporté les dépouilles des méchants.

20. Ainsi ils ont honoré, par leurs cantiques, votre saint nom, ô Seigneur, et ils ont loué tous ensemble votre main victorieuse;

21. Parce que la Sagesse a ouvert la bouche des muets, et qu'elle a rendu éloquentes les langues des petits enfants.

COMMENTARIUM.

Prosequitur precationem suam perpetuâ laude sapientiae. Probat autem egregiâ exemplorum inductione id quod proximè dixerat, per sapientiam sanatos esse omnes qui placuerunt Deo à principio.

VERS. 4. — HÆC ILLUM CUSTODIVIT, id est, Adamum in innocentia, ne Dei præceptum prævaricaretur, quandiu custodivit; idque, ut vult Abulensis, in sequentem diem sabbati; ut Pererius, usque ad octavum, quo et creatus est; ut quidam, ad quatuor et triginta annos quos vixit Christus; ut alii, ad quadraginta dies quos jejunavit. Verisimilius fortassis quod sensit Irenæus l. 4, c. 25, brevissimo tempore fuit custoditus, eò quòd eodem die quo creatus est, eadem horâ quâ Christus passus, nempe nonâ, peccaverit, et statim paradiso pulsus sit: nam, ut Christus

locum Calvariae, in quo Adam sepultus est, ita etiam diem et horam peccati ejus tunc notavit, ut crucifixione suâ eodem loco, die et horâ, damna ligni solveret (1).

VERS. 2.— ET EDUXIT ILLUM A BELICTO SVO, dans illi penitentiam et peccati remissionem: ejus penitentia indeicia docet Irenæus lib. 5, cap. 57, tuisse timorem ejus, confusionem, absconsionem, pungentia foliorum asperitate perizonata. Hinc à Tertul. 2, contra Marcionem, vocatur restitutionis candidatus; et alibi, ex homologesi in Paradisum restitutus. Hæresis enim fuit Tatiani auctoris Encratarum, Adamum salute

(1) HÆC ILLUM QUI PRIMUS FORMATUS EST A DEO, QUAM PRIMIGENIAM, dixit Philo Biblius, nec aliter hujus Orphici, et schola Pythagoræ. (Grotius.)

excidisse, ut testantur Irenæus lib. 4, cap. 50 et 51, Tertullian. de Præscript. cap. 51, Epiphanius hæresi 46, August. hæresi 25. Sed iidem eum refutant, quòd perabsurdum esset et irrationabile, ramis salvæ, radicem non esse salvam, et filios in captivitate generatos liberari, non eum qui præcipuè erat captivus. Vide Augustin. Epist. 99. DEDIT ILLI VIRTUTEM, non obstante tam gravi peccato, CONTINENDI OMNIA, nempe suo imperio gubernandi, et in officio continendi totam hominum Rempublicam ab eo ortam; vel etiam continendi suo imperio omnia inferiora: quanquam hæc virtus *continendi omnia*, multùm per peccatum diminuta sit, maximè circa extrema animalia, scilicet maxima et minima (1).

(1) ET EDUXIT ILLUM A DELICTO SUO. Complut. leunt. ἐξέλατο, id est, exemit, extulit; alii, ἐξέτεινεν, id est, extendit, vel extraxit, asseruit, aut vindicavit eum à delicto et lapsu suo; Syrus: *Liberavit eum à casu animæ illius*; Arabicus: *Et redemit eum à seductione ejus*. Hinc patet Adam pœnituisse de suo inobedienciæ, quâ pomum à Deo vetitum comedit, peccato, ideòque illud ipsi fuisse remissum, imò veteres ex communi Ecclesiæ traditione et consensu tradunt Adamum esse salvatum; quare temerarium est id negare, et favet hic Sapientiæ locus. Hæc omnia docet S. Aug. Epist. 99 ad Evodium, ubi sic ait: « De illo primo homine patre generis humani, quòd Christus, « cum descendit ad inferos, inde eum liberavit, Ecclesia ferè tota consentit; quod eam non inaniter credidisse credendum est, undecumque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum Scripturarum hic expressa non proferatur auctoritas. » Idem tradit S. Irenæus lib. 3, cap. 54, Epiphanius hæresi 46, S. Hilar. in Psal. 119, et canone 8 in Matth. S. Hier. in Psal. 98, et in cap. 20 Matth. Nazianz. orat. in S. Cyprian., S. Athan. serm. de Cruce, S. Basil. Exhortat. ad Baptismum, Origen. in c. 5 ad Rom., S. Thom., lib. 4 contra Gentes c. 52 et 53, Hugo Victor. in Gen. c. 5, qui id probat ex illis Dei verbis: *Inimicitias ponam inter te et mulierem*, etc., Gen. 3, 15, ac cæteri unico excepto Ruperto in c. 3, Gen. 31, qui assentiuntur veteres hæretici, ut Tatianus, Saturninus, Severus, Marcion, Valentinus, qui dixerunt Adamum esse damnatum, teste S. Epiphanius hæresi 46 et aliis. Addit S. Aug. lib. 2 de Peccat. Merit. cap. 54 (et refertur de Pœnitent. dist. 4, cap. 85: *Sicut primi homines*), quem sequitur S. Anselm. lib. *Cur Deus homo*, cap. 16, de utroque parente, hoc est, de Evâ æquè ac Adamo, meritò id credi. Probat idipsum Iren. lib. 3, cap. 57, et Tertull. lib. de Pœnitentiâ in fine, ex eo quòd confessi sint peccatum, quodque induerint se perizoniatis et foliis ficulneis, quasi sacco et cilicio in signum pœnitentiæ. Et S. Ambros. asserit Adam post culpam statim ejectum de paradiso, separatum à deliciis, et ut ageat pœnitentiâ, vestitum tunicam pelliceam, non sericam; S. Chrysostomus idipsum probat ex singulari amore quo Deus ipse convenit lapsum et erexit. S. Gregorius lib. 6 epist. 51 ad Eulogium, scribit Adæ animam in peccato mortuam non à substantiâ vivendi, sed à qualitate vivendi; tamen postmodum per pœnitentiâ ad vitam reddisse. Leo IX, cap. *Hi duo* de consec. dist. 4, reddit rationem, cur *Gloria in excelsis et alleluia* in Septuagesima intermittantur? quia, inquit, peccavit primus homo: cur in Paschate repetantur? quoniam Christo resurgente resurrexit ille lapsus protoplastus. S. Epiphanius quoque hæresi 46: « Castigatione, inquit, non vulgari plexus est, et è regione paradisi in exilium actus, quò memor esset bonæ vitæ per pœnitentiâ in memoriam revocata. » Quin et Hebræorum sententiâ est, in suo diuturnissimo exilio Adam se consolatum, Psal. 92: *Dominus requavit, decorem indutus est*, etc., à se composito.

VERS. 5. — AB HAC, sapientiâ et ejus dictamine, UT RECESSIT INJUSTUS, Cain, PER IRAM HOMICIDII DEPERUIT,

Denique communis est Patrum sententiâ, Adamum in monte Calvariæ esse sepultum, ut qui primus peccati fuerat auctor, primus vim sanguinis Christi in eodem Crucifixi sentiens salvaretur. Ita censent S. Athanas., Orig., Basil., Chrysost., Epiphanius, Tertull., Cyprian., Aug., Ambros., Hier., et alii quos citat noster Pererius lib. 7 in Gen. cap. 46. Porrò quòd objicit Rupert., Adamum opponi Christo Rom. 5 et alibi, quòd Adam peccati, mortis et damnationis fuerit auctor; Christus verò gratiæ, vitæ et felicitatis æternæ, verum est quoad initia Adæ quando peccavit, non quoad sequentiâ, et præsertim exitum vitæ, quando per gratiam Christi illi promissi et ex illo nascituri, pœnitens veniam et salutem consecutus est. Decebat enim Deum, qui eum creâret, non sinere opus suum, puta protoplastum perdi, sed eum à lapsu elevare, renovare et quasi recreare. Decebat quoque Christum, qui genus humanum redimere venerat, ut generis humani caput et patriarcham, ideòque suum quoque patrem redimeret et salvaret: *Ut cum salvatur homo*, inquit S. Irenæus lib. 3, cap. 54, *oporteat salvari eum qui prior formatus est homo*. Unde Adamum à Christo descendente in limbum ex eo fuisse eductum, ac cum Christo resurrexisse, docent Origen. tract. 55 in Matth., S. Athanas. orat. de Passione, S. August. q. 161 in Gen., S. Macarius homil. 11. Vide Bellarm. lib. 3 de Amissione gratiæ et statu peccati cap. ult., et Pererius lib. 7 in Gen. Narratur in historiâ Passionis Christi, sub nomine Nicodemi, Christum in inferno, id est, in limbo, manum Adam tenuisse et dixisse: *Pax tibi cum omnibus filiis tuis justis meis*; Adamum verò respondisse Christi genibus advolutum cum lacrymis et voce magnâ (tamen nondum receperat corpus, imò non certò constat adhuc, an receperit): *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me; educisti ab inferis animam meam, salvasti me à descendentibus in lacum*, Psal. 29, 1, et seq. Verum hic Nicodemi liber est apocryphus. Complut. et Regii necnon Hugo, Lyran., Dionys. hic addunt: *Et eduxit illum de limo terræ*. Verum idipsum delent Græci et Romani. Probabiliter suspicatur Franc. Lucas in Notis hic, verba hæc hoc modo irrepsisse. Quispiam, inquit, pro illis verbis: *Et eduxit illum à delicto suo*, supposuit, et eduxit illum de limo terræ; conveniunt enim litteris *delicto et de limo*; in aliquibus libris legitur tantùm: *Et eduxit illum de limo terræ*. Postea retulit alius utrumque in textum, nempe id quòd jam dixi, et illud: *Et eduxit illum à delicto suo*.

ET DEDIT ILLI VIRTUTEM CONTINENDI (Syrus et Arabicus, *tenendi*) OMNIA, scilicet suo dominio et imperio; nam Græcè est κρατῆσαι πάντων, id est, *dominandi omnibus*, sicut rex dominans omnibus omnia continet arbitrio: Deus enim Adæ dedit potestatem in omnia animalia cæteraque terrena, juxta illud Gen. 1, 28: *Dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli, et universis animalibus quæ moventur super terram*, et quæ potestas homini post peccatum reddita et renovata est, licet non eâ plenitudine et perfectione, quâ data fuerat primitus Adæ, dum Deus post diluvium dixit Noe et filiis ejus: *Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, et super omnes volucres cæli, cum universis quæ moventur super terram; omnes pisces maris manû vestræ traditi sunt*.

Tropologicè, Deus dedit Adæ robur et vires κρατῆσαι, id est, superandi omnia vitæ pericula, adversa et tentamenta, quæ post peccatum eum undique invaserunt et quasi circumvallarunt; ad illa enim vincenda, Deus illi gratiam et fortitudinem suggestit.

Quare immeritò Rupertus loco jam citato, auctorem hujus libri errasse dicit, eò quòd Adæ tribuit virtutem continendi omnia, quæ soli Christo competit, ideòque librum hunc esse apocryphum. Jam enim

tum quia anima ejus justitiæ mortua est, tum quia gravitate peccati desperavit, majorem censens iniquitatem suam, quam ut veniam mereretur, tum quia ut Hebræi volunt, et ex iis Hier. Epist. 125, q. 1, in poenam peccati illius à Lamech imprudente occisus est.

VERS. 4. — PROPTER QUEM, Cain scilicet, ejus fratricidium, prædas, luxuriam ac tyrannidem quas, secundum Josephum 1 Antiq. cap. 3, factus dux latronum exercuit, posteri ejus sunt imitati. CUM AQUA DELERET TERRAM, SANAVIT ITERUM SAPIENTIA, vulnus scilicet illud omnium rerum viventium deletionem terræ inflictum. PLEB. CONTEMPTIBILE LIGNUM, id est, per arcam quæ sufficiens tam immani diluvio perlerendo non videbatur, et ejus structura ab impiis contemnebatur, et velut fatuorum hominum molitio ridebatur : JUSTUM GUBERNANS, Noe cum inclusis animalibus ; magis enim divina providentia, quam humana prudentia nantem arcam gubernavit, ne incurreret ubique naufragium, ut Aug. de Civit. cap. 27.

VERS. 5. — IN CONSENSU NEQUITIÆ CUM SE NATIONES CONTULISSENT ; id est, postquam impiæ et superbæ conspiratione factæ, gentes in unum confluiscent, nempe ut ædificatione turris Babel, cujus culmen ad cælos pertingeret, nomen suum celebrarent : hic enim consensus, nequam, superbus et ambitiosus fuit, quidquid tandem dicat Abulensis, qui fabros illos non peccasse putat. SCIVIT JUSTUM, Abraham, illâ nimirum scientiâ, quâ novit Deus, id est, approbat et gratam habet viam justorum, non quòd Abraham ædificationi turris interfuerit, sed quòd eâ transactâ Deo placuerit. Unde Græcè est, cum gentes commixtæ seu confusæ fuissent, scilicet linguarum confusione : hæc enim confusio circa annum 170 à diluvio contigit ; quod erat initium tyrannidis Nemrod seu Beli, totius operis velut arcis tyrannidis suæ architecti et promotoris. Abraham verò natus est anno 292. Posset tamen satis commodè intelligi de gentium, maximè Chaldæorum confluxu in idolorum culturam, et ad affligendum ignemque exurendum Abraham, à quo Dei misericordiâ liberatus sit. Nam Abraham seu domum Thare pro verâ pietate in Chaldæâ fuisse afflictam, manifestum esse dicit Aug. 16 de Civit. c. 15. Etsi autem Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Genesim id fabulam vocet, tamen paulò inferius, ut verum approbat, fabulam fortè narrationem vocans. ET IN FILII MISERICORDIA, quia viscera ejus super immolatione Isaac commovebantur, FORTEM CUSTODIVIT, id est, servavit constantem ; nam ingenti animi robore omnem humanæ naturæ affectum vincebat, ut Deo obtemperaret. Ponderant egregie hujus tentationis magnitudinem Patres. Vide Ephrem tom. 3 de Abraham, Orig. homil. 8 in Gen.

VERS. 6. — HEC JUSTUM, Loth, LIBERAVIT (1)...

ex decreto concilii Trident. constat hunc librum esse canonicum.

(Corn. à Lap.)

(1) *Justi* vocabulo Lothus appellatur etiam 2 Petri 2, 7, et merito si cum illis comparatur quos inter vivebat.

(Grotius.)

DESCENDENTE IGNE, cum sulphure, ut ait Genesis, sive igne sulphureo, qui videtur esse ignis fulmineus ; fulmina enim sulphuris odorem et lucem præ se ferunt. Unde fulmen Deus intentans apud Ezechielem : *Ignem*, inquit, et *sulphur pluam super illam*. IS PENTAPOLIM (1), regionem illam quæ à quinque urbibus Sodoma, Gomorra, Adamo, Seboim et Bala sive Segor, dicebatur Pentapolis ; Segor enim quæ subversioni à Deo fuerat destinata, precibus Loth est subtracta incendio, et tempore Hieronymi, imò Bochari, erat superstes, ut ipsi testantur, tametsi Theodoretus q. 69 in Genes. post discessum Loth, hiatu terræ incolas absorptos esse velit.

VERS. 7. — QUIBUS, etc., FUMIGABUNDA CONSTAT DESERTA TERRA, quia, ut testatur oculatus testis Bocharus, lacus ipse, in quem tota regio conversa est, semper est fumans et tenebrosus : « Sicut ego, inquit, oculis meis vidi, ut videatur esse os inferni ; adeo tetrum vaporem fumat, ut vicina ad mediam dietam loca, hoc est, ad quatuor vel quinque leucas, reddat sterilia, ita ut ne gramen quidem producant. » ET INCERTO TEMPORE, Græcè, imperfectis anni tempestatibus, hoc est, intempestivos ac immaturos evanidosque FRUCTUS HABENTES ARBORES, quia, ut Josephus lib. 5 Belli Judaici, cap. 5, licet ibi videre renascentes in fructibus cineres, qui colore quidem sunt edulibus similes ; carpentium verò manibus in fumum dissolvuntur et cinerem : cui, qui ea viderunt, vel describunt loca, attestantur : Tertull. carmine de Sodomâ ; Adricomius, apud quem vide plura ex Josepho et aliis. ET INCREDIBILIS ANIMÆ MEMORIA, hoc est, monumentum animæ incredulæ, quæ non credebat aliquid referre ad salutem suam, si retrò respiceret ; unde contra angelorum præceptum respexit, provocata scilicet, ut verisimile est, fragore fulminis igneæque pluvix, calore pereuntium, dolore subversæ terræ amicorum, timore similis interitûs. STANS FIGMENTUM SALIS, nempe simulacrum et statua salis, in quam non anima utpote immortalis et incorporea, sed corpus ejus conversum est, idque non ideò quòd vesperi ex inhospitalitate gentilitiâ salem non apposuisset hospitibus, ut nugantur Hebræi, sed ut esset divinæ castigationis perenne monumentum, atque ita fatuus condiret, ut Deo per omnia obedirent nec proficientes in sancto proposito noxiâ curiositate retrospecterent, ut est apud Prosperum lib. 4 de prædicationibus et promissis cap. 16. Duravit hoc simulacrum inter mare Mortuum et Engaddi ad nostra usque secula, ut testis est Adricomius. Audi Tertull. :

Durat adhuc nudâ statione sub æthram,

Nec pluviis dilapsa situ, nec diruta ventis :

Quin etiam si quis mutilaverit advena formam,

Protinus ex sese suggestu vulnera complet.

Dicitur et vivens (id est, quasi viveret) alio jam corpore sexus

(1) Sic rectè dicitur regio illa in quâ Sodoma, Gomorra, Adamo, Seboim, Segor, Genes. 14 et 19, Deut. 29, 25. *Pentapolim Judaicam* solent hanc appellare scriptores Christiani ad discrimen Cyrenica.

(Grotius.)

Munificos solido dispungere sanguine menses.

Cujus fides sit penes ipsum. Porrò salem istum volunt fuisse metallicum, qui pluviis resistit, et ædificiis suâ soliditate prodest (1).

VERS. 10. — ILLC PROFUGUM IRÆ FRATRIS JUSTUM, Jacob scilicet, qui Esaü fratris sui iram declinabat, præveniens præceptum Apostoli : *Date locum iræ*, id est, cedite iræ. DEDUXIT PER VIAS RECTAS, in Mesopotamiam, et inde rursùm in Chananæam, secundùm promissionem Dei : *Ero custos tuus quòcumque perrexeris. Addit rectas, quia tot injuriis et calamitatibus vexatum per rectas justitiæ semitas deduxit, ita ut neque ad dextram, neque ad sinistram, in iram, odium, pusillanimitatem fraudesve deflecteret. ET OSTENDIT ILLI REGNUM DEI, cùm ei apparuit Dominus innixus scalæ, omnia, quasi internunciis angelis regens et gubernans, ipso Jacob dicente : Non est hic aliud nisi domus Dei et porta cæli. ET DEDIT ILLI, in ipsâ apparitione, SCIENTIAM SANCTORUM, id est, cognitionem sanctarum rerum, nempe angelorum discurrentium, divinæ de se curæ ac providentiæ, benedictionis omnium gentium in semine suo quod est Christus futuræ, et reliquorum scalæ mysteriorum. Quin etiam, quia scientia sanctorum est prudentia, dedit illi scientiam illam sanctis propriam, quâ nihil putant Deo et Justitiæ præponendum. HONESTAVIT ILLUM, id est, locupletavit, IN LABORIBUS, quibus apud Laban desudavit ; ET COMPLEVIT, maturè finem afferendo laboribus, cùm Jacob reverteretur ad Isaac ; vel aptiùs ad Græcum, *complevit multiplicando*, LABORES ILLIUS, hoc est, laborum ejus fructus, cùm per virgas decorticatas factus ovium maculati velleris multiplicavit (2).*

VERS. 11. — IN FRAUDE CIRCUMVENIENTIUM ILLUM : quâ fraude, seu avaritiâ, ut alii vertunt, Laban, conabatur circumvenire Jacob mutans mercedem ejus decem vicibus. AFFUIT ILLI, quia Deus non dimisit eum, ut noceret ei.

VERS. 12. — CUSTODIVIT ILLUM AB INIMICIS, divertendo iram et conatum Esaü, minando Laban,

(1) ET INCERTO TEMPORE FRUCTUS HABENTES ARBORES, *inani specie fructum præferentes arbores.* Tacitus de iis locis : « Cuncta spontè edita aut manu sata, sive herbâ tenui, aut flore, seu solitam in speciem adolevere, castra et inania velut in cinerem vanescunt. » Solinus de iisdem : « Apud quæ pomum quod gignitur, habeat elicit speciem maturitatis, mandi tamen non potest ; nam fuliginem intrinsecus favillaciam ambitus tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel levi pressa tactu fumum exhalat, et latiscit in vagum pulverem. »

ET INCREDIBILIS ANIMÆ MEMORIA STANS ILLUM TUM SALIS. Rectè veritas, *incredula anima.* Deinde *columna salis.* Sic Genes. 19, 26. Sic et Josephus, qui eam ad sua tempora mansisse et à se inspectam memorat. Benè autem animam incredulam refert salis columna ; nam ut sal infrugiferum, ita et fiducia in Deum experta anima.

(Grotius.)

(2) ILLC PROFUGUM (ac velut exulem, Græcè) IUR (ab irâ) FRATRIS (ESAU) JUSTUM (Jacobum). REGNUM DEI, angelos scilicet ascendentes et descendentes, scalæque ad cælos pertingentis cæcimini imitantem Deum. Gen. 28, 12, 15. SCIENTIAM SANCTORUM : dedit ei nosse angelos, et cum eis scire Deum et cælum, et domum Dei, Bethel sive locum in quo Deus coleretur. Ibid. 17.

(Bossuet.)

terrendo Sichemitarum vicinos, ne auderent persequi recedentes. ET A SEDUCTORIBUS TUTAVIT ILLUM, quia insidias Esaü per prudentiam Jacobi dissipavit ; variis enim artibus conabatur eum in Idumeam reducere. ET CERTAMEN FORTE DEDIT ILLI UT VINCERET, quondò cum angelo totâ nocte luctatus, eum tandem superavit, unde et nomen *Israel*, id est, dominans seu prævalens Deo, promeruit, ut inde disceret, quoniam si contra Deum fortis fuisset, quantò magis prævaleret contra homines, Esaü scilicet et vires ejus quas tantoperè metuebat. ET SCIRET QUONIAM POTENTIOR OMNIUM EST SAPIENTIA, cujus providentiâ eum gubernabat ; hæc enim per gratiæ infusionem suos electos facit ut civitatem munitam et columnam ferream, ut omnis generis hostes debellent adversùs eos, astutiâ, fraudibus, opibus, crudelitate, et non prævaleant.

VERS. 15. — ILLC JUSTUM, Joseph, A PECCATORIBUS LIBERAVIT, fratribus invidiâ ac odio in eum flagrantibus ; peculiari enim Dei consilio Ismaelitis est venditus. Vel quia Græcè est, *à peccato*, posset etiam intelligi peccatrix hera ejus, à quâ ad stuprum sollicitabatur ; tantâ enim munitus fuit constantiâ, ut responderet ; *Quomodò ergo possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum?* DESCENDITQUE CUM ILLO IN FOVEAM, id est, in carcerem, qui subinde fovea in Scripturis vocatur ; nam in carcere dedit ei sapientia gratiam in conspectu principis carceris, ubi etiam somnia captivorum per sapientiam revelabat.

VERS. 14. — ET DEDIT ILLI CLARITATEM ÆTERNAM, nempe gloriam longam in Ægypto, et famam virtutis nunquàm interituram.

VERS. 15. — ILLC POPULUM JUSTUM, Israeliticum ; in quo nonnulli justî ; vel *justum*, id est, Ægyptiacæ afflictionis immerentem.

VERS. 16. — INTRAVIT IN ANIMAM SERVI DEI, Moyses quem charitatis, sapientiæ et magnanimitatis infuso spiritu, per multos annos erudit in deserto, et postea docuit eum quid loqueretur Pharaoni.

VERS. 17. — ET REDDIDIT JUSTIS MERCEDEM LABORUM, dans iis gratiam, ut mutuando spoliarent Ægyptios : quæ spolia justissimè ab iis retenta sunt, sive belli, sive pacis jure, ut docet Clemens Alexand. lib. 4 Strom. cap. 15 : belli quidem, quia res hostium justo bello victores meritò prædabantur ; pacis, quia cedebant iis in tot gravissimorum laborum mercedem et stipendium ; extra quas causas adhuc citra injuriam servare poterant, quia Israelitis, tanquàm justitiæ divinæ executoribus, à justo judice Deo donabantur, qui, ut August. q. 59 in Exod., noverat quid quemque pati oporteret. ET DEDUXIT ILLOS IN VIAM FRABILIT, quia secundùm Jeremiam, cap. 2, terra erat inhabitabilis et invia, terra sitis et imago mortis, in quâ non ambulavit vir, neque habitavit homo, sed signis et portentis divinis multò mirabilior. ET FUIT ILLIS IN VELAMENTO DIEI : Græcè, in velamentum diei, id est, per diem, quia Deus lucidissimam nubem creabat per diem quæ castra eorum obumbraret ; ut ita esset umbraculum diei ab æstu. ET IN LUCE, id est, in lucem, STELLARUM PER NOCTEM, quia columna ignis mirifico splen-

dore fulgens instar stellarum iis per noctem lucebat, ut eo indicio etiam noctu sibi Deum præsentem agnoscerent, et si forte proficiscendum esset, ut in mari Rubro contigit, eam viam ducem sequerentur. Nubes hæc una atque eadem erat interdum luce candida, atque expansa castra tota obumbrabat, noctu igneo quodam fulgore iisdem lucem præbebat, columnali figurâ tabernaculo incumbens, et ab angelo mota, cum ejus esset quodammodo domicilium, et tanquam viam indicium proficiscentes antecederet.

VERS. 19. — ET AB ALTITUDINE INFERORUM, hoc est, maximâ, vel abysso maris instar inferni profundâ, EDUXIT ILLOS, Hebræos, vel potius Ægyptios, jam submersos; Græcè enim est, æstuando ejecit, seu ebullire fecit, quemadmodum, ollâ bulliente, spumæ aliæque sordes ex fundo ebulliunt; mare enim magno impetu confluens corpora Ægyptiorum, sicut cæteras

CAPUT XI.

1. Direxit opera eorum in manibus prophetæ sancti.

2. Iter fecerunt per deserta quæ non habitabantur, et in locis desertis fixerunt casas.

3. Steterunt contra hostes, et de inimicis se vindicaverunt.

4. Sitiuerunt, et invocaverunt te; et data est illis aqua de petrâ altissimâ, et requies sitis de lapide duro.

5. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potûs sui, et in eis, cum abundarent filii Israel, lætati sunt;

6. Per hæc, cum illis deessent, benè cum illis actum est.

7. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti injustis;

8. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè,

9. Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum necares.

10. Cum enim tentati sunt, et quidem cum misericordiâ disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum irâ judicati impii tormenta paterentur.

11. Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti.

12. Absentes enim et præsentis similiter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tedium, et gemitus cum memoriâ præteritorum.

14. Cum enim audirent per sua tormenta benè secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitûs.

15. Quem enim in expositione pravâ projectum deriserunt, in finem eventûs mirati sunt, non similiter justis sitiientes.

16. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quidam errantes, colebant mutos serpentes, et bestias supervacuas; immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam:

sordes ad litus evomit; sequitur enim: IDEO JUSTI TULERUNT SPOLIA IMPIORUM, Ægyptiorum quos in litore mortuos spoliârunt.

VERS. 21. — QUONIAM SAPIENTIA APERUIT OS MUTORUM, Hebræorum scilicet, qui pavore conterriti lætentiâ à Dei laudibus obmutuerunt. ET LINGUAS INFANTUM, simplicium et imperitorum, FECIT DESERTAS; vel fortassis, *infantium*, id est, puerorum, quia, ut ait auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ apud Aug. cap. 21, magno miraculo omnes etiam pueri uno quasi ex ore idem canticum concinebant, Deo ex ore infantium et lactentium perficiente laudem, quemadmodum et tempore Christi fecit (1).

(1) OS MUTORUM... INFANTUM: Maria, et cum eâ omnis sexus, omnis ætas, magnificentissimo carmine Dominum celebrabat. (Bossuet.)

CHAPITRE XI.

1. C'est elle qui les a conduits heureusement dans toutes leurs œuvres par le saint prophète.

2. Ils ont marché par des lieux inhabités, et ils ont dressé leurs tentes dans les déserts.

3. Ils ont résisté à leurs ennemis, et ils se sont vengés de ceux qui les attaquaient.

4. Ils ont eu soif, et ils vous ont invoqué, et il leur fut donné de l'eau du sein d'un rocher très-élevé, et d'une pierre dure de quoi apaiser leur soif.

5. Car comme leurs ennemis avaient été punis en ne trouvant point d'eau, lorsque les enfants d'Israël se réjouissaient d'en avoir en abondance,

6. Il fit au contraire alors grâce aux siens, en leur donnant de l'eau dans leur extrême besoin:

7. Car au lieu des eaux d'un fleuve qui coulait toujours, vous donnâtes du sang humain à boire aux méchants.

8. Et au lieu que ce sang avait fait mourir les Égyptiens, en leur reprochant leur cruauté dans le meurtre des enfants, vous avez donné à votre peuple de l'eau en abondance par un prodige auquel il ne s'attendait pas;

9. Et vous avez fait voir, par cette soif qui arriva alors, de quelle manière vous relevez ceux qui sont à vous, et faites périr ceux qui les combattent:

10. Car après que vos enfants eurent été éprouvés par un châtement mêlé de miséricorde, ils reconnurent de quelle sorte vous tourmentez les impies, en les jugeant dans votre colère.

11. En effet vous avez éprouvé les premiers comme un père qui avertit lorsqu'il châtie; et vous avez condamné les autres comme un roi inflexible qui punit sévèrement.

12. Ils étaient même également tourmentés, soit dans l'absence, soit dans la présence des Hébreux.

13. Car en se souvenant du passé, ils trouvaient pour eux un double sujet de peines et de larmes.

14. Et ayant appris que ce qui avait fait leur tourment était devenu un bien pour les autres, ils commencèrent à reconnaître le Seigneur, étant surpris de l'événement des choses.

15. Et ils admirèrent enfin celui-là même qui avait été le sujet de leur raillerie dans cette cruelle exposition à laquelle il avait été abandonné, voyant la différence qu'il y avait entre leur soif et celle des justes.

16. Et parce que vous avez voulu punir les pensées extravagantes de l'iniquité de ces peuples, et les erreurs de quelques-uns qui adoraient des serpents muets et des bêtes méprisables, vous avez envoyé contre eux une multitude d'animaux muets pour vous venger d'eux,

17. Ut scirent quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.

18. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materiâ invisâ, immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones,

19. Aut novi generis irâ plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes :

20. Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed et aspectus per timorem occidere.

21. Sed et sine his uno spiritu poterant occidi, persecutionem passi ab ipsis factis suis, et dispersi per spiritum virtutis tuæ; sed omnia in mensurâ, et numero, et pondere, disposuisti.

22. Multum enim valere, tibi soli supererat semper : et virtuti brachii tui quis resistet ?

23. Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram.

24. Sed misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter poenitentiam.

25. Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti; nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti.

26. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conservaretur ?

27. Parcis autem omnibus : quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas.

17. Afin qu'ils fussent que chacun est tourmenté par la même chose par laquelle il pèche;

18. Car il n'était pas difficile à votre main toute puissante, qui a tiré tout le monde d'une matière informe, d'envoyer contre eux une multitude d'ours et de fiers lions,

19. Ou de bêtes d'une espèce nouvelle et inconnue, pleines de fureur, qui jetassent des flammes par les narines, ou qui répandissent une noire fumée, ou qui lançassent d'horribles étincelles de feu de leurs yeux,

20. Qui non-seulement auraient pu les exterminer par leurs morsures, mais dont la seule vue les aurait fait mourir de frayeur.

21. Sans cela même ils pouvaient périr d'un seul souffle, persécutés par leurs propres crimes, et renversés par le souffle de votre puissance; mais vous réglez toutes choses avec mesure, avec nombre et avec poids;

22. Car la souveraine puissance est à vous seul, et vous demeure toujours; et qui pourra résister à la force de votre bras?

23. Tout le monde est devant vous comme ce petit grain qui fait à peine pencher la balance, et comme une goutte de la rosée du matin qui tombe sur la terre.

24. Mais vous avez compassion de tous les hommes, parce que vous pouvez tout; et vous dissimulez leurs péchés, afin qu'ils fassent pénitence;

25. Car vous aimez tout ce qui est, et vous ne laissez rien de tout ce que vous avez fait, et vous n'avez rien créé, rien établi avec haine.

26. Qu'y a-t-il qui pût subsister, si vous ne le vouliez pas, ou qui pût se conserver sans votre ordre?

27. Mais vous êtes indulgent envers tous, parce que tout est à vous, ô Seigneur, qui aimez les âmes.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIREXIT OPERA EORUM; id est, ut habet Græcus, rectâ seu prosperâ duxit viâ, iter, bella, mores et actiones Israelitarum : *dirigere enim pro prosperare* frequens est Scripturis. IN MANIBUS PROPHETÆ SANCTI, id est, operâ et ministerio Moysis; organum enim organorum est manus, unde fit ut sæpius pro ministerio ponatur; et sic dicitur : *Factum verbum Domini in manu Aggæi*; et Osee 12 : *In manu prophetarum assimilatus sum* (1).

(1) DIREXIT OPERA IN MANIBUS PROPHETÆ SANCTI. Moysis. Pro *direxit* græcè ἐπέδωκεν, id est, benè direxit, bonâ viâ duxit, prosperavit, fecit ut felices exitus haberent opera et itinera Hebræorum in deserto, per spatium quadraginta annorum. *In manibus*, id est, per ductum, actionem, directionem et gubernationem Moysis, ac, ut verbo dicam, per Mosen velut Dei ministerium et instrumentum. Manus enim est instrumentum instrumentorum; unde in Scripturâ causam instrumentalem designat. Sic in prophetis sæpè dicitur : *Factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ, Isaïæ, Zachariæ*, etc., id est, per Aggæum, Isaïam, Zachariam, qui erant manus, id est, instrumentum, puta os Dei; prophetia enim propriè fit ore, non manu. *In manu ergo*, hoc est, operâ et ministerio Moysis Deus Hebræos feliciter gubernavit, et dedaxit per vastas Arabiæ solitudines, ut in deserto arido abundarent cibo, potu, veste, cæterisque rebus necessariis. Sic in manu Judæ Machabæi *directa est salus*, id est operâ et ductu Judæ parta est Hebræis victoria, 1 Machab. 5, 6. Salus enim populi pendet à duce, rege, principe bono et sapiente. Sic salus Hebræorum consistebat in Mose, utpote prophetâ, eoque sancto. Fe-

VERS. 2. — ITER FECERUNT PER DESERTA, valdè varia, Ethan, Sur, Sin, Pharan, Sinai, Cades, Idumææ, Moab (1).

VERS. 4. — SITIERUNT ET INVOCaverunt TE, non per se, sed per Moysen et Aaron; de populo enim murmurante dixit Moyses : *Adhuc paululum, et lapidabit me*. Quanquàm Cyrillus lib. 3 in Joannem, c. 54, modestæ petitioni perfectorum velit adæquari imbecillum ac infirmorum objurgationem et murmurationem :

lices republicæ et regna quæ reges habent sanctos et sapientes, quales plures hoc ævo habemus, per quos providè Deus populos eis subditos benedixit, hæreses profligat, fidem orthodoxam restituit, Ecclesiæ jura et fines propagat. Illi sit laus et gloria. (Corn. à Lap.)

(1) Qui per desertum, etc. Mihi non displicet subjungi relativum *qui*, quod in Græco non est, ne mutatio in verbis *direxit* et *fecerunt*, durior sit. *In locis inviis tentoria posuerunt*, ἐν ἀβάταις, in inaccessis : τὰ ἀβάτα dicuntur loca quæ nullum aditum accessuumque habent. (Biblia Vatabli.)

VERS. 3. — STETERUNT CONTRA HOSTES, ET DE INIMICIS SE VINDICaverunt; de Amalecitis, qui eam Israelitarum partem, quæ exercitum vel lassitudine vel infirmitate sequi nequiverat, aggressi sunt, Exod. 17; de rege Arad, qui minimè lacessitus ipsos invasit, Num. 21, 4; de Madianitis, quorum filiaè populum in libidinem et idololatriam pertraxere, Num. 25; de Og rege Basan, et Schon rege Amorrhæorum, qui arma Israelitis proficiscentibus intulerunt Deut. 3, 1, Num. 21. Nemo Hebræis restitit, dum sub Mose fuerunt, ejusque imperiis obsecuti sunt. (Calmet.)

« Nam sicut, inquit, ploratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, et hoc modo mater ad fovendos filios suos provocatur, sic questuosus obligatorum etibus plenus clamor ad Deum, petitionis (si ab infirmis et ab infantibus in habitu virtutis fiat) locum tenet. » Et DATA EST ILLIS AQUA DE PETRA DURISSIMA, idque non semel tantum, ut voluit Oleaster, putans ob similitudinem, eandem esse narrationem, Exod. 17 et Num. 20, sed bis; una enim contigit anno 2 in Raphidim, altera 40 in Cades, ubi et Moyses punitus est. Multò incredibilius quod ex Hebraeis etiam nonnulli Catholici putaverunt, eandem petram perpetuo cum castris Israelitarum, quasi plaustro circumductam fuisse, et quâ aquarum copia semper Hebraeis suppeteret, ex post Mariæ mortem cessâsse. Sed quod Apostolus ait : *Bibebant de consequente illos petrâ*, significat spiritualia petræ, nempe Christi, divinam potentiam eos consecutam esse, atque aquam suppeditasse (1).

VERS. 5. — PER QUÆ ENIM DOENAS PASSI SUNT, ETC. Sensus in Latino obscurus, ex Græco sic redditur : Per quæ inimici Israelitarum Ægyptii cruciati sunt, cum aquis in sanguinem versis, potus eos deficeret, et in quibus tunc Israelite, quando siti cruciabantur Ægyptii, lætabantur ob abundantiam aquarum in terrâ Gessen : per hæc, inquam, eadem benè cum Israelitis actum est in deserto, quando sitientibus aqua ex petrâ profluxit (2).

VERS. 7. — NAM PRO FONTE SEMPERITERNI FLUMINIS, id est, perenniter fluentis Nili, HUMANUM SANGUINEM DEDISTI INJUSTIS, Ægyptiis scilicet, quia Nilus qui divinis honoribus ab Ægyptiis colebatur, ut testantur Plinius et Theodoretus, in verum quidem sanguinem,

(1) *Summâ ex rupe, ἐκ πίτρας ἰαζυπέτρος, ex petrâ altâ ac profundâ*; cujus venæ ad lapides excindendos cruentosque altiùs potende essent. Significat autem aquam interiùs inclusam, ex ipsis visceribus terræ vastissimâ rupe apertâ, erupisse. Itaque mihi magis placet verti *alta* quàm *dura*, cum utrumque ἰαζυπέτρος significet, quoniam statim subiungitur ἰαζυπέτρος, è duro lapide, ut significet rupem fuisse et *altam* et *duram*. *Sitis sedatio*, ad verbum, *remedium sitis*; hoc est, sitis levatio : Aqua est *remedium* ad sitim levandam sedandamque accommodatum ac necessarium; sic cibus quoddam est *remedium* famis; utrumque ad desiderium nature aut levandum aut explendum comparatum. (Biblia Vatabli.)

(2) Defuit Ægyptiis in Ægypto aqua, eosque cruciavit sitis, cum Moyses Nili aquas in erorem verterit; gaudentibus interim Hebraeis ubere aquarum copiâ, cum illorum fontes corrupti non fuissent, eosque Moyses plaga non tetigisset. In solitudine vers. 6, infinitam erga populum elementiam exhibuit Deus. Medias inter Nili aquas in sanguinem conversas, siti languabant Ægyptii, cum ullo in loco, ipsisquemet puteis subinde effossis potabiles aquas invenire non possent. At vix Hebraei in arenâ deserticæ regione voces ad Deum extulère, ubi aqua indiguerunt, statim Deus aquarum torrentes illis dedit.

Græcus solum legit : *Per quæ cum puniti sunt inimici eorum, per eadem ipsi iudicantes bonis suis affecti sunt*. Aquarum Nili in erorem conversarum vitio puniti sunt Ægyptii; Hebraeis date sunt in solitudine aquæ à rupe eductæ. Illis justissimum fuit impetatis ac perverciæ suæ supplicium; his præmium fidei et obedientiæ. (Calmet.)

sed humano similem, a fratribus Æthiopiæ, ut vult Philo, vel saltem a terminis Ægypti usque ad Mediterraneum mare, conversas est. Hinc liquoris in alveo putrefactio, infectus passium, pestilentia, sitis per aliquot dies, et strages Ægyptiorum tanta, ut domesticis sepeliendis non sufficerent, teste Philone in vitâ Moysis (1).

VERS. 8. — QUI (Ægyptii) CUM MINUERENTUR, id est, dum per plagam illam sitis occisi pauciores fierent, IN TRADUCTIONE INFANTUM OCCISORUM, SIVE, ut Græce est, in redargutionem, correptionem et exprobrationem crudelitatis infantidii Hebraeorum. (Fluvius enim ille, inquit Theodoretus quest. 9 in Exod. mutatus in sanguinem, velut conquerebatur de corde puerorum, unde et *sanguinem Deus dedit us bibere* : *digni enim erant*, ut est Apoc. 16.) Quâ eadem de causâ idem notat aquam protulisse ranas, quia pueri incessu suo ranas imitantur; cum enim nondum solis pedibus niti possint, manibus supplem pedum imbecillitatem. DEDISTI ILLIS AQUAM, ETC., q. d. : Tu è contrario, Domine, contra omnem spem dedisti Israelitis in deserto sitientibus copiam aquarum de petrâ fluentium (2).

(1) *Pro fonte enim, etc.* Totâ hæc oratio est perturbata et manca, si legamus τὸ πρῶτον, turbati in nominativo plurali, sicut legitur in omnibus exemplaribus quæ ego viderim : deest enim aliquid in primâ parte comparationis. Sed ego legendum puto τὰς ἀφ' ἑωυτοῦ in genitivo, ut conjungatur cum nomine præcedente, τὸ πρῶτον, fluminis, scilicet, Nili, qui fluvius à Deo sanguine ita fuit conturbatus ac infectus, ut pisces interirent, nec homines ullo modo possint bibere. Facile autem fuit mutare litteram τ in ε, ac τὰς ἀφ' ἑωυτοῦ legere pro τὸ πρῶτον. (Biblia Vatabli.)

(2) QUI CUM MINUERENTUR, ETC., q. d. : Cum Ægyptii ob aquas versas in sanguinem, indeque consequentem sitim, viribus, vitâ et numero minuerentur (multos enim necabat, vel sitis, vel potus aque sanguine corrupte, teste Philone et Josepho), idque justè, utpote in *traductione*, Græcè ἀποστρέφω, id est, ob correptionem et ultionem infantidii Hebraici; aquis enim sanguineis merito puniti sunt Ægyptii, qui eas sanguine et morte infantium Hebræorum macularant. Hinc *dedisti illis*, scilicet Hebræis in deserto siti laborantibus, *abundantem aquam*, sedurientem ex petrâ.

Græca significantiùs habent, εἰς ἑσπέρην ἀποστρέφω δεικνύσαστες, id est, *ad redargutionem vel exprobrationem infantidialis edicti*. Aquæ enim sanguinea reipsâ exprobrabant Ægyptiis infantidia Hebræorum. Unde Vatablus vertit, *ad exprobandum illis de occidendis infantibus carum*. Hinc patet nonnullos perperam τὸ πρῶτον cum minuerentur referre ad Hebræos; q. d. : Cum Hebræi ob infantidia suarum probrum minuerentur numero. Ex Græco etiam liquet referendum esse ad Ægyptios eo sensu quem dedi. Ita Cantacuzenus, Osorius, Vatablus, Janssenius, Clavius, à Castro et alii. Vide dicta Exod. 7, 29.

Porro interpres noster Græca non ad verbum, sed ad sensum fideliter et clare redditit; Græca enim ad verbum sic habent : *Pro quædam fuste peremi fluminis sanguine cruento perturbati, in correptionem infantidialis præcepti donasti illis abundantem aquam i'esperato*. Ubi τὸ πρῶτον, id est, *perturbati*, per Hebraismum (Hebræi enim carent casibus; unde uno casu et terminatione exprimiunt omnes), idem est, quod *perturbatis*, vel, cum perturbarentur et consternerentur Ægyptii, quod noster vertit *eum minuerentur*, animo scilicet, aquæ ac viribus, vitâ et numero.

(Corn. à Lap.)

VERS. 12. — ABSENTES ENIM ET PRÆSENTES, etc. enim pro *autem* ponitur ut ex Græco patet; non enim hic redditur ratio præcedentium, sed continuatur oratio. Significat autem Ægyptios, sive aquis sanguinolentis essent præsentés, sive absentes, similiter sitiisse; vel aptius ad sequentia, significat eos cruciatos fuisse perinde cum præsentés essent Hebræi in Ægypto, ac cum ab iis recessissent, nempe quando audiebant eis sitientibus singulari Dei beneficio aquam ex petrâ in deserto scaturisse, cum olim sibi in sanguinem converteretur (1).

VERS. 13. — ET GEMITUS CUM MEMORIA PRÆTERITORUM, id est, ex memoriâ rerum præteritarum, nempe sitis quam, flumine in sanguinem verso, passi fuerant (2).

VERS. 9. — OSTENDENS PER SITIM QUÆ TUNC FUIT, vel existit, διὰ τοῦ τότε δίψους: *Ostendens per quam tunc fuit sitim* (hoc est, eo genere sitis atque afflictionis quo tuos tentasti) *quam severè inimicos tuos tractares.* Ostendit enim dissimiles afflictiones piorum atque impiorum etiam in iisdem rebus. (Badvellus.)

VERS. 10, etc. — CUM ENIM TENTATI SUNT, etc. *Cum tentarentur molestiis Israelitæ, quamvis illa tentatio esset potiùs misericors disciplina, intellexerunt impios iudicio irati Dei torqueri, et Deum erga se quidem agere ut patrem, qui quasi monitis quibusdam probaret suos, in hostes verò ut dirum regem, ita ut et qui præsentés viderant, et qui absentes audierant famam rerum, æquè torquerentur, et duplici, id est, ingenti (ut sit Hebraismus) tristitiâ tenerentur.* Vel, cum memorarentur præteritas molestias, futurorum etiam solliciti erant. *Cum enim audierit, inquit, per sua tormenta illos (Israelitas) beneficio affectos, senserunt et experti sunt illum esse Dominum qui hæc ageret.* (Clarius.)

VERS. 11. — HOS QUIDEM (pios Hebræos) TANQUAM PATER MONENS PROBASTI: ILLOS AUTEM (impios Ægyptios) TANQUAM DURUS REX INTERROGANS, id est, examinans per questionem et torturam sitis, CONDEMNASTI. Græca invertunt, *condemnas interrogasti*, vel ad damnationem examinasti, et in quæstione exagitasti, hoc est, de Ægyptiis questionem habuisti, eos sitis cruciatu, quasi tormento adhibito torsisti vel examinasti; aqua enim sanguinea et sitis fuit quasi tortura, quâ Ægyptios torsit et examinavit Deus; q. d.: Quare vos infantes Hebræorum in aquas projecistis? cur eos aquâ mersistis et necastis? cur sanguine innocentis aquas fœdastis? Fœdastis illas, fœdatis nunc bibite; cruciastis eos aquis, nunc eisdem eruciamini et vos; aquis illos necastis, nunc et aquæ vos necent, et innocentum necem vindicent. (Corn. à Lap.)

(1) ABSENTES ENIM ET PRÆSENTES SIMILITER TORQUEBANTUR, quasi dicat: Ægyptii sive absentes ab Hebræis, sive iis mixti et præsentés, eadem siti torquebantur. Ex eodem enim Nilo, vel fonte, aquas sanguineas et impotabiles hauriebant Ægyptii, ex quo Hebræi puras et limpidas, ait Joseph. 2 Antiq. c. 13: ita Cantacuzenus. Aut potiùs, q. d.: Ægyptii ab Hebræis jam Ægypto egressis, et in deserto aquam à petrâ bibentibus absentes, æquè ac illi in Ægypto adhuc degentibus præsentés cruciati sunt. Modum cruciatús explicat in sequentibus. Hunc verum esse sensum patebit ex eo quod sequitur: *Et gemitus cum memoriâ præteritorum*; et: *Non similiter justis sitientes.* Ita Jansenius, Lorinus, à Castro. Quartò, minus appositè Lyranus exponit, q. d.: Ægyptii, sive præsentés Pharaoni, sive ab eo absentes, siti torquebantur. Et Hugo, qui hæc accipit de Chanaanais et Amalecitis.

(Corn. à Lap.)

(2) DUPLEX ENIM ILLOS (Ægyptios) ACCIPERAT TEMENTUM, seu molestia, Gr.; cum ad eos perlata esset fama ejus sitis, quâ Israelite in deserto laborassent, duplici cruciatu affecti sunt. Primum quidem ex MEMORIA

VERS. 14. — CUM ENIM AUDIRENT, Ægyptii scilicet ex allato in Ægyptum nuncio, PER SUA TORMENTA, per aquam quæ fuerat tormentorum et cruciatuum suorum instrumentum, BENÈ SECUM AGI, id est, benè cum Hebræis actum fuisse; nam Græcè est ipsos beneficio affectos fuisse, scaturiente scilicet ex petrâ aquâ. Sic alibi sæpè reciprocum pro relativo ponitur, ut *dispersit superbos mente cordis sui*, id est, eorum. Cum ergo Ægyptii hoc audirent, COMMEMORATI SUNT DOMINUM, quia deprehenderunt et agnoscere cœperunt Dominum, cujus priùs noluerant mandatum virtutem et potentiam agnoscere; ad quod probandum subdit (1):

VERS. 15. — QUEM ENIM IN EXPOSITIONE PRAVA PROPECTUM DERISERUNT, Moysen scilicet, quem tanquam vilem hominem, et ex aquis salvum Ægyptii initio subsannaverant, aut etiam Deum ipsum quem in expositione infantium Hebræorum deridentes nolebant agnoscere; IN FINEM EVENTUS, id est, in fine eventuum, ut est in Græco, nimirum post tot patrata mirabilia in Ægypto, sitimque Hebræorum in deserto sedatam, MIRATI SUNT, NON SIMILITER JUSTIS SITIENTES, quia cum ipsi dirissimâ siti cruciarentur ac morentur, Hebræis aquæ datæ solatium adferebant (2).

VERS. 16. — PRO COGITATIONIBUS AUTEM INSENSATIS, etc., supple, hæc evenerunt illis, nempe ut pœnâ aptissimâ cogitationes eorum stultas punires, quæ eò usque prodierant, ut quidam errantes colerent BESTIAS SUPERVACUAS, id est, viles et abjectas. Nam Ægyptii omnium mortalium supersticiosissimi, omnibus penè vilissimis animantibus divinos honores deferrebant, cani, bovi, ovi, serpenti, piscibus. Talpas et vesperiliones nominat Isaïas cap. 2 ab Ægyptiis, credo, acceptos; felem adjicit Strabo; Plinius scarabeum, qui stercorarias pilas volvit et sugit. Audi Juvenalem, satyrâ 5:

Crocodilum adorat

Pars hæc, illa pavet saturam serpentibus Ibin,

Æffigies sacri nitet aurea cercopithecci.

Addit item Plinius lib. 19, et alibi, per cæpas, porcos, et allia, ut per numina eos jurare solitos, de quibus poeta:

PRÆTERITORUM, atque horrendæ illius sitis quam perpessi essent, aquis in sanguinem versis: iterum autem, quòd viderent Israelitas inimicos ex eodem incommodo tantâ benignitate reffectos, invidiâ tabescebant; atque hoc postremum est quod habent seq.

(1) PER SUA TORMENTA BENE SECUM AGI. *Benè cum illis agi*, cum Israelitis scilicet, quiasitis eorum sublevabatur, cum Ægyptii siti periissent. (Grotius.)

(2) QUEM ENIM, etc. Ad verbum: *Et quem in expositione olim abjectum bene secum agi. Benè cum illis agi*, cum Israelitis scilicet, quiasitis eorum sublevabatur, cum Ægyptii siti periissent. (Grotius.)

(2) QUEM ENIM, etc. Ad verbum: *Et quem in expositione olim abjectum bene secum agi. Benè cum illis agi*, cum Israelitis scilicet, quiasitis eorum sublevabatur, cum Ægyptii siti periissent. (Grotius.)

Itaque ἀπειπὴν τῶν ἐπιπέδων, pro *spem despondere* sive *deponere* ac *abjicere*. Itaque ἀπειπὴν τῶν ἐπιπέδων est *deploratum aliquem habere*. In FINEM EVENTUS, vel: *In extremo rerum eventu*, hoc est, in exitu atque eventu rerum, quo Deus per Moysen suos liberavit. NON SIMILITER JUSTI SITIENTES: ὅτι, ὡσαύτως τοῖς δικαίοις διψασσάντες: non eadem quâ justis siti affecti. Nam cum utriusque à Deo afflictis fuerint, tamen exitus afflictionum diversus fuit: ita in eodem etiam genere dissimilitudo quadam apparuit.

(Biblia Vatabli.)

O sanctas animas, quibus hæc nascuntur in hortis

Numina!

Et quod omnem superat fatuitatem, et penè humanam fidem, eos adorasse crepitum ventris; nec minùs cum extimuisse quàm Serapidem, testis est Minutius Felix in Octavio, paulò post medium, itemque Hieronym. in vers. 4, cap. 46 Isaïe: « Nam, inquit, et pleraque oppida eorum ex bestiis et iumentis habent nomina, ut taceam de formidoloso et horribili crepe, et crepitu ventris inflati, quæ Pelusiaca religio est. » Itaque qui bestias ab ipsis cultas occideret, capite plectebatur, ut auctor est Tertullianus in Apologetico. Cùm quis moreretur, capillos tondebant, planetuque publico decreto in templis sepeliebant, ut docet Athenagoras legatione pro Christianis. Hinc apud eos fuisse ultra 660 genera sacrificiorum, quidam asserunt. De prodigiis eorum religione non pauca Herodotus et Diodorus Siculus et multi Patres (1). Pro his ergo cogitationibus insensatis, IMMISISTI ILLIS MULTITUDINEM MUTORUM ANIMALIUM IN VINDICTAM, ranas, cinipbes, muscas, locustas, seu pediculos, Exod. 8, 2, 16, 21, et 10, 4.

VERS. 17. — Ut (per vilissima animalcula, quibus similia coluerunt, inflicto supplicio), SCIRENT QUIA PER QUE PECCAT QUIS, PER HEC ET TORQUETUR; quemadmodùm et per capillos suos Absalon, per vineam Naboth Achab, per patibulum Aman, per linguam Epulo pœnas dedit, qui, ut ait Cyprianus epist. 55, *plus linguâ suâ et ore peccaverat* (2).

(1) Ut Ægyptiorum insaniam impietatemque puniret Deus, in suâ illos libidinis potestate reliquit, permisitque, ut in superstitionem probrosissimam ruerent, quodlibet animalium genus colentes, angues etiam ferasque indomitas et venenatas. Asserit Ælianus cultos olim fuisse ab Ægyptiis aspides, anguesque adeò perniciosos mites ac cicures in Ægyptiorum domibus fieri. Inter filios innoxii vivunt, eosque Ægyptii digitorum crepitu arcessunt. Ubi cœnavère, cibum aspidi parant, eademque in mensâ similitam melle et vino subactam exhibent. Tum ubi signum crepitu digitorum datum est, suis è forulis aspides prodeunt, atque ad mensam, quæ humillima est, accedunt; erectoque super mensam capite, paratas dapes comedunt, abeuntque. Sicui Ægyptio noctu surgendum est, digitis crepat, ne quem aspidem calcet; auditoque crepitu, secedunt aspides, nullusque penitus obvius ambulanti est. De cæteris, quas colebant, belluis, res multò est notior, quàm ut in eâ immoremur.

Græcus fert solùm: *Colebant multa reptilia*, vel ratione carentia, et viles bestias, insecta, muscas, scarabæos, et quodlibet anguini genus. Vide Philonem, Tertullianum, Athenagoram, profanosque scriptores, qui inanes Ægyptiorum superstitiones irrident.

(Calmet.)

(2) Arabicus: *Ut sciant quòd iis rebus, quibus homo peccat, crucietur*; Syrus, *retribuetur*; q. d.: Quia Ægyptii bestias coluerunt, hinc per viles bestias, non ejusdem, sed alterius speciei puniti sunt. Causam subdit Sapiens versu sequenti. Huic gnoma succenturiantur leges talionis late, tum à Deo, tum à principibus. Notum est illud Dei mox à diluvio: *Quicumque effuderit sanguinem hominum, fundetur sanguis illius*, Genes. 9, 6. Et illud Christi: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*, Matth. 26, 52, et illud Isaï. 55, 4: *Vae qui prædaris, nome et ipse prædaberis? et qui spernis, nome et ipse sperneris?* Et illud Habacuc cap. 2, 8: *Quia tu (ò Babylon) spoliasti gentes multas, svoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis. Deni-*

VERS. 18. — NON ENIM IMPOSSIBILIS, id est, impotens et infirma, ERAT OMNIPOTENS MANUS TUA, QUE CREAVIT ORBEM TERRARUM, RES OMNES ET SPECIES QUIBUS TERRA ORDINATUR; nam cælum ipsum et terra ex nihilo creata sunt. EA MATERIA INVISA, Græce, informi et inornatâ, quia terra aquis usque ad cælos tecta, velut rude atque indigestum chaos omni suo decore quem naturaliter postulat, plantis, animalibus, seminibus, graminibus, luce, fluviis, collibus, campis carebat, quæ ex istâ informi massâ, et propter tenebras existentes super faciem abyssi invisibilis, formata sunt. IMMITERE ILLIS MULTITUDINEM URSORUM, etc., sed vilissimis usa est animalibus, ut nempe culti vilissimarum bestiarum suum responderet supplicium (1).

VERS. 21. — SED ET SINE IIS UNO SPIRITU, seu flatu vehementique ventorum turbine; tametsi alii angelum intelligunt, POTERANT OCCIDI PERSECUTIONEM PASSI AB IPSIS FACTIS SUIS; reum enim non tam iudex quàm scelera occidunt: ET DISPERSI PER SPIRITUM VIRTUTIS TUE, ventilati nimirum ac dissipati vento valido,

que, *quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis*, Luc. 6.

Moraliter hic discite quodlibet vitium sibi ipsi esse supplicium, sive sibi afferre tormentum. Sic gula parit crapulam, vigiliam, dolores capitis et stomachi, quibus ipsa punitur. Hinc dives Epulo linguâ in igne gehennæ punitus est, quia linguâ peccarat. Libido parit luem veneream, pluresque morbos, quibus ipsa plectitur. Avaritiâ parit mille curas, sollicitudines, arumnas, dolores, quibus ipsa muletatur. Superbia parit innumerum angore animi, quòd honoribus quos ambit non potiat, sed potius ubique humilietur et deprimatur. Ira parit mille animi tumultus et fremitus, qui iratum assidue lancinant ac lacerant. Acedia parit inopiam, famem, nuditatem, quibus ipsa castigatur. Invidia invidum magis torquet, quàm amulum; nam instar viperæ invidi viscera dolore et angore rodit et corrodit. Quare verè rectèque S. Augustinus: « Jussisti, Domine, et ita est, ut sibi poena sit omnis inordinatus animus. » Et S. Chrysost. in Psal. 5: « Unde est fons peccati, inquit, illinc est plaga supplicii. »

Rabbini viros quinque recensent, qui iis in rebus quibus excelluerunt, et fortè superbiuerunt, puniti sunt. Primus est Samson, qui in suo robore; secundus Saül, qui in collo altiori; tertius Absalon, qui in comâ densâ et venustâ, unde ex eâ suspensus interiit; quartus Sedecias rex, qui in oculis bellis, ideòque execratus est; quintus Asa rex, qui in pedibus, unde pedum languore percussus est, 5 Reg. 15, 25: ita ipsi. *Plerumque ea in quibus peccamus, sunt flagella peccantium*, ait Rupert. in c. 2 Joannis, ac vitia justè fiunt supplicia. Pulchro emblemate idipsum representant nonnulli, qui pingunt equum, quem stimulat insidens Cupido, fugere, sed aligatum caudæ suæ lapidem molarem post se reptare, de quo carmen:

Ut fugit, et semper sequitur sua damna caballus,

Qui trahit, heu! scabræ pondera dura mole:

Sic fugiet, semperque miser sua damna sequetur,

Qui fugit ultorem post sua terga Deum. (Corn. à Lap.)

(1) NON ENIM IMPOSSIBILIS, etc.; vel: *Non enim impotens erat omnipotens manus tua*; hoc est, præpotens manus tua non erat potentiâ destituta, non erat imbecilla, aut ita debilitata ut non posset. Significat enim ἀπειρο hoc loco destituti facultate. Paulus, 2 Cor. 4, 8, dicit: *Laboramus, at non destituimur*, aut, *ADVERSES LEONES*, vel *animosos leones*, hoc est, feroces. Est enim illud animal maximè animosum et audax.

(Biblia Vatabli.)

sicut dispergitur pulvis turbine raptus ex aëre : hoc est enim quod apud Job dicitur cap. 4 : *Vidi eos qui operantur iniquitatem, flante Deo, periisse, et spiritus iræ ejus esse consumptos.* SED OMNIA IN MENSURA, ET NUMERO, ET PONDERE DISPOUISTI. « Mensura, inquit, » Aug. lib. 4 de Gen. ad litt. c. 3 et 4, omni rei modum quantitatis et perfectionis præscribit ; numerus omni rei speciem præbet ; pondus rem omnem ad quietem et stabilitatem trahit, » nempe in ordine ad operationes et finem. In his ergo omnia Deus disposuit, quia ista omnibus rebus inseruit. Aliquibus placet per tria mensurarum genera idem significari, quasi dicat : Non punivisti Ægyptios secundum potentiam tuam magnitudinem ; sed omnia adversus eos ita egisti, ut mirabili proportionem et mensurâ, numerus et pondus pœnæ, responderet mensuræ, numero et ponderi seu gravitati peccatorum, quemadmodum etiam istam essentiam operationumque modum et proportionem omnibus rebus tribuisti, ita ut non temerè aliquid contingat insolitum. Simili phrasi dixit apud Isaiam : *Ponam judicium in pondere, et justitiam in mensurâ.* De suppliciis enim Ægyptiorum hæc agi, patet ex antecedentibus, et ex eo quod sequitur (1).

VERS. 23. — QUONIAM TANQUAM MOMENTUM STATERE, hoc est, lingula bilancis, quæ libratis lancibus levisimo motu huc illuc vergit. SIC EST ANTE TE ORBIS TERRARUM, quia uni levissimo tuo nutui ad omnia patet, inclinans sese quocumque impuleris, ET TANQUAM GUTTA RORIS ANTELUCANI, QUÆ, magnâ facilitate à prætereuntibus excussa, DESCENDIT IN TERRAM, ita ut ibi uno solis radiolo absumatur, vel à terrâ absorbeatur.

VERS. 24. — SED MISERERIS OMNIUM, QUIA OMNIA POTES ; q. d. : Omnipotentia tua est mensura misericordiam tuam, ita ut tantum sis misericors, quantum potens ; potenti enim satis est posse ulcisci : ab irâ verò vinci ut ostendat potentiam, impotentis est animi. Hinc Ecclesia : *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime ac miserando manifestas.* ET DISSIMULAS PECCATA HOMINUM, connivendo, ut ea non statim ac sunt admissa punias extremo supplicio ; PROPTER PŒNITENTIAM, quam ab iis agendam, præ divitiis bonitatis, patientiam

(1) UNO SPIRITU, UNO FLATU TUO ; aut PERSECUTIONEM PASSI AB IPSIS FACTIS SUIS, urgente seclerum conscientia, quæ illos respirare non sineret ; sive, ut habet Græcus, ab ipso judicio, ab ipsâ ultrice seclerum divini justitiâ. SED OMNIA IN MENSURA. Ductâ similitudine à venditionibus, in quibus omnia traduntur certâ mensurâ, ut agri jugera, frumentum, vinum, oleum ; certo numero, ut tot oves, tot calcei, tot tunicæ ; certo pondere, ut metalla et alia. Sic Dei sapientiam modum et ordinem rebus imponens, dat omnia numeratò, capillos etiam ac minutissima quæque mensurat : *mensuram enim bonam, et conferam, et coagitatam... dabunt in sinum vestrum,* Luc. 6, 38. Ad pondus ; novit enim quam levi momento tribulationes, quam gravi et æterno pondere gloriam præstat, 2 Cor. 4, 17. Quæ et universim valent, et hic speciatim. *Omnia enim hæc in mensurâ disposuisti,* hoc est, non agis cæco impetu, aut vires immoderatas effundis ; quæ altera fuit ratio, cur Deus minuta animalia immitteret, ne statim uno ictu conficeret impios, et daretur pœnitentiæ ac misericordiam locus, ut habes infra 12, 2, 10.

(Bossuet.)

et longanimitatis tuæ, exspectas : hoc enim magis hæret contextui, quam si pœnitentiam intelligas jam ab hominibus actam (1). Hinc statim subjicitur generalis ratio.

VERS. 25. — DILIGIS ENIM OMNIA QUÆ SUNT, ET NIHIL ODISTI EORUM QUÆ FECISTI : Naturarum enim, non vitiorum conditor est Deus : mala quæ odit, ipse non fecit ; amans tamen suum in vitiosis hominibus, vel creationis donum, vel sanationis beneficium, vel damnationis judicium, ut docet Aug. tract. 110 in Joannem. NEC ENIM ODIENS, hoc est, ex odio, vel si odisses, ALIQUID CONSTITUISTI, SEU CONSTITUISSES, ut legit Aug. l. 1, q. 2, ad Simpl. Quasi dicat : Quod omnia diligas, signum est, quia non ex odio, sed ex amore et bonitate ad res creandas impulsus es : hæc enim causa est, cur etiam post rerum creationem, nullam earum odio prosequaris ; odium enim non ad rerum constructionem, sed ad destructionem tendit. Hinc idem Augustin. lib. 1 de Genes. ad litt. cap. 8. *Placet, inquit, Deo quod factum est eadem benignitate, quâ placuit ut fieret.* Quod inde patet, ut sequitur (2).

VERS. 26. — QUOMODO AUTEM POSSET ALIQUID PERMANERE, NISI TU VOLUISSES ? scilicet ut permaneret ; hoc enim esse divinæ bonitatis et misericordiam, significat ; aut QUOD A TE VOCATUM NON ESSET (3), à non esse scilicet ad esse, hoc est, quod electum non esset et conditum, ad existendum et permanendum ; vocare enim Dei est condere et efficere ut adsit. Sic famem vocat super terram, gladium, frumentum, siccitatem, et ea quæ non sunt, etc., cum omnia illa solo verbo et imperio facit ut sint.

VERS. 27. — PARCIS AUTEM OMNIBUS, non hominibus modo, sed etiam jumentis, omnibusque omnino rebus, dum instar boni patrisfamilias nullas temerè et sine

(1) Dieu fait voir principalement sa toute puissance dans la bonté qu'il a pour les hommes, selon que l'Eglise le publie dans ses prières : *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas.* Il a compassion de leur misère, parce qu'il en connaît la profondeur, et qu'il en prévoit l'effroyable suite. *Il dissimule leurs péchés,* comme s'il ne les voyait point, afin que, par cette patience infatigable, il les attire peu à peu à rentrer en eux-mêmes, et à se convertir à lui par une sincère pénitence.

Car si un père aime son fils dans sa désobéissance même et dans son dérèglement, parce qu'il est son père : combien plus Dieu aimera-t-il les âmes, lors même qu'elles sont abandonnées au péché, lui qui en est le Créateur et le père unique ? Heureux ceux qui comprennent cette bonté infinie de Dieu, et qui s'en servent pour leur salut. Car si on ne la connaît que pour en abuser, et pour s'affermir dans un oubli de sa justice par le souvenir de sa miséricorde, on doit craindre que sa patience tant de fois méprisée ne se change en fureur, comme le Sage le représente avec des paroles si fortes au commencement de ses Proverbes.

(2) ET NIHIL ODISTI (abominaris) EORUM QUÆ FECISTI. Tuas enim creaturas agnoscis ac diligis. NEC ENIM ODIENS ALIQUID CONSTITUISTI AUT FECISTI ; vel : *Neque enim quidquam tibi odiosum effici potuisset ;* aut hoc modo : *Nam tu quidem nihil unquam tibi invisum effecisses.* Tu enim delectatus es in tuis operibus.

(Badvettus.)

(3) Necessè est ut quæ sunt, jugi Dei influxu ab ipso nihilo evocentur.

(Bossuet.)

maiore fructu consumis. QUONIAM TUA SENS. DOMINE, in que proinde tanquam in opera tua affectus tuus propendet. QUI AMAS ANIMAS, pecculati amore, velut spiraculum oris tui, et speciosiorum creaturarum tuarum portionem, quibus proinde longe libentius parcis, tolerando, condonando, revocando, et mitius puniendo (1).

(1) PARCIS OMNIBUS, QUONIAM TUA SENS. PARATUS
CAPUT XII.

1. O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus!

2. Ideoque eos qui exerrant, partibus corripis; et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relictâ malitiâ, credant in te, Domine.

3. Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti,

4. Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia injusta:

5. Et filiorum suorum necatores sine misericordiâ, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis à medio sacramento tuo;

6. Et auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti per manus parentum nostrorum;

7. Ut dignam perciperent peregrinationem puero-
rum Dei, quæ tibi omnium charior est terra.

8. Sed et his tanquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitûs tui vespas, ut illos paulatim exterminarent.

9. Non quia impotens eras in bello subijcere impios justis, aut bestiis sævis, verbo duro simul exterminare;

10. Sed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

11. Semen enim erat maledictum ab initio; nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

12. Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti?

13. Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non injustè judicas judicium.

14. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inirent de his quos perdidisti.

15. Cùm ergo sis justus, justè omnia disponis; ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum aestimas à tuâ virtute.

16. Virtus enim tua justitiæ initium est; et ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

17. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus; et horum qui te nesciunt, audaciam traducis.

18. Tu autem Dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, et cum magnâ reverentiâ disponis nos: subest enim tibi cùm volueris, posse.

19. Docuisti autem populum per talia opera, quoniam oportet justum esse et humanum, et bonæ spei

semper ad eis parcere qui ad te pœnitentiâ revertuntur: potius stultos qui nos vel pernicatissimos amplexi non renuit, dùm illos facti ex animo permissat. Idcirco igitur Egypcius pœnitens non delavisti, quod illos præstolaretis, ut resipiscerent: quodque singuli hominum tui sunt. Pater dominusque peccantium a que ac justorum es, tibi que quodammodo detrimento est, si qua impiorum anima suo ipsas crimine, suæque pernicitiæ causâ in exitum ruat. Vide capit 12, 10. (Calmet.)

CHAPITRE XII.

1. O Seigneur, que votre esprit est bon, et qu'il est doux dans toute sa conduite!

2. C'est pour cela que vous châtiez peu à peu ceux qui s'égarent; vous les avertissez des fautes qu'ils font, et vous les instruisez, afin que, se séparant du mal, ils croient en vous, ô Seigneur;

3. Car vous aviez en horreur ces anciens habitants de votre terre sainte,

4. Parce qu'ils faisaient des œuvres détestables par des enchantements et des sacrifices impies.

5. Ils tuaient sans compassion leurs propres enfants, ils mangeaient les entrailles des hommes, et ils dévoraient le sang contre votre ordonnance sacrée.

6. Ils étaient tout ensemble les pères et les parricides des âmes cruellement abandonnées, et vous avez voulu les perdre par les mains de nos pères;

7. Afin que cette terre qui vous était la plus chère de toutes, devint le digne héritage des enfants de Dieu.

8. Mais cependant vous avez épargné ces pécheurs, comme étant hommes, et vous leur avez envoyé des géôpes pour être les avant-coureurs de votre armée, afin qu'elles les exterminassent peu à peu.

9. Ce n'est pas que vous ne puissiez assujettir par la guerre les impies aux justes; ou les faire périr tout d'un coup par des bêtes cruelles, ou par la rigueur d'une seule de vos paroles:

10. Mais, exerçant sur eux vos jugements par degrés, vous leur donniez lieu de faire pénitence, quoique vous n'ignorassiez pas que leur nation était méchante, que la malice leur était naturelle, et que leur pensée corrompue ne pourrait jamais être changée:

11. Car leur race était maudite dès le commencement. Ce n'était pas par la crainte de qui que ce soit, que vous les épargniez ainsi dans leurs péchés;

12. Car qui est celui qui vous dira: Pourquoi avez-vous fait cela? ou qui s'élèvera contre votre jugement? ou qui paraîtra devant vous pour prendre la défense des hommes injustes? ou qui vous accusera, quand vous aurez fait périr les nations que vous avez créées?

13. Car après vous, qui avez soin généralement de tous les hommes, il n'y a point d'autre Dieu devant lequel vous avez à faire voir qu'il n'y a rien d'injuste dans les jugements que vous prononcez.

14. Il n'y a ni roi ni prince qui puisse s'élever contre vous en faveur de ceux que vous aurez fait périr.

15. Cependant étant juste comme vous êtes, vous gouvernez toutes choses justement, et vous regardez comme indigne de votre puissance, de condamner celui qui ne mérite pas d'être puni.

16. Car votre puissance est le principe même de la justice: et vous êtes indulgent envers tous, parce que vous êtes le Seigneur de tous.

17. Vous faites voir votre puissance, lorsqu'on ne vous croit pas souverainement puissant, et vous confondez l'audace de ceux qui ne vous connaissent pas.

18. Mais comme vous êtes le Dominateur puissant, vous êtes lent et tranquille dans vos jugements, et vous nous gouvernez avec une grande réserve, parce qu'il vous sera toujours libre d'user de votre puissance, quand il vous plaira.

19. Vous avez appris à votre peuple, par cette conduite, qu'il faut être juste et porté à la douceur, et

fecisti filios tuos ; quoniam judicans das locum in peccatis poenitentiae.

20. Si enim inimicos servorum tuorum, et debitos morti, cum tantâ cruciasti attentione, dans tempus et locum per quæ possent mutari à malitiâ :

21. Cum quantâ diligentia judicasti filios tuos, quorum parentibus juramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum ?

22. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes ; et cum de nobis judicatur, speremus misericordiam tuam.

23. Unde et illis qui in vitâ suâ insensatè et injustè vixerunt, per hæc quæ colucrunt, dedisti summa tormenta.

24. Etenim in erroris viâ diutius erraverunt, deos aestimantes hæc quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes.

25. Propter hoc tanquam pueris insensatis judicium in derisum dedisti.

26. Qui autem ludibriis et increpationibus non sunt correcti, dignum Dei judicium experti sunt,

27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt ; propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUAM BONUS ET SUAVIS EST, DOMINE, SPIRITUS TUUS IN OMNIBUS ! præmiis maximè poenisque dispensandis (1).

VERS. 2. — IDEOQUE EOS QUI EXERRANT, PARTIBUS CORRIPIS, id est, per partes et paulatim, ne totam indignationis tuæ procellam simul effundendo, vel omnia peccata simul arguendo, infirmi sustinere non possint ; vel ne supplicii gravitate, vel correctionis difficultate desperent ; ET DE QUIBUS PECANT, ADMONES ET ALLOQUERIS, idque innumeris modis, externâ doctrinâ, internis instinctibus et admonitionibus, bonorum præmiis, malorum poenis, beneficiis, miraculis, creaturarum contemplatione, ita ut aures eorum audiant penè assidue verbum post tergum monentis : *Hæc est via, ambulate in eâ*, Isai. 10. Ut credant in TE, DOMINE, eâ fide scilicet quæ tibi monenti et alloquenti obsequatur (2).

VERS. 3. — INHABITATORES TERRE SANCTE TUE (3)

(1) In Græco : *Nam spiritus tuus incorruptus est in omnibus* ; id est, ille spiritus quem inseruisti hominibus, datus illis est in spem immortalitatis. (Grotius.)

(2) IDEOQUE EOS, QUI EXERRANT, PARTIBUS, paulatim, CORRIPIS. Poenam inferre minimè festinat Deus, ut ii qui verentur ne hostis effugiat ; neque uno impetu omnem in illos iram effundit, veluti qui animi æstu iraque rapiuntur. Denique præter modum non punit, ut ii solent, qui hostium exitum querunt. Patris, Dei Dominique more et auctoritate punit Deus, puniti hominis salutem, correctionem ac vitam volens. (Calmet.)

(3) Maximè omnium digni, quibus irasceris, Chananæi erant, Amorrhæi, veteresque Chanaanitidis incolæ. Quantâ vero usus in illos es misericordia !

(Calmet.)

vous avez donné sujet à vos enfants d'espérer qu'en les jugeant vous leur donnerez lieu de faire pénitence de leurs péchés.

20. Car si, lorsque vous avez puni les ennemis de vos serviteurs, et ceux qui avaient si justement mérité la mort, vous l'avez fait avec tant de ménagement, et si vous leur avez donné du temps, afin qu'ils pussent quitter leur mauvaise vie,

21. Avec combien de circonspection avez-vous jugé vos enfants, aux pères desquels vous avez donné votre parole avec serment, en faisant alliance avec eux, et leur promettant de si grands biens !

22. Lors donc que vous nous faites souffrir quelque châtement, vous tourmentez nos ennemis en plusieurs manières afin que nous pesions votre bonté avec une sérieuse attention, et que, lorsque vous nous faites éprouver votre justice, nous espérons en votre miséricorde.

23. C'est pourquoi, en jugeant ceux qui avaient mené une vie injuste et insensée, vous leur avez fait souffrir d'horribles tourments par les choses mêmes qu'ils adoraient.

24. Car ils s'étaient égarés long-temps dans la voie de l'erreur, prenant pour des dieux les plus vils d'entre les animaux, et vivant comme des enfants sans raison.

25. C'est pourquoi vous vous êtes joué d'eux, en les punissant comme des enfants insensés.

26. Mais ceux qui ne se sont pas corrigés par cette manière d'insulte et de réprimande, ont éprouvé une condamnation digne d'un Dieu ;

27. Car, ayant la douleur de se voir tourmentés par les choses mêmes qu'ils prenaient pour des dieux, et voyant qu'on s'en servait pour les exterminer et pour les perdre, ils reconnurent le Dieu véritable, qu'ils faisaient profession de ne pas connaître ; et ils furent enfin accablés par la dernière condamnation.

EXHORRISTI. Chananæos inhabitatores Judææ, quæ antequam Christi vestigiis esset calcata et mysteriis sanctificata, nomine terræ sanctæ gaudebat, eò quod patriarchis esset promissa, Dei cultoribus tradita, divino cultui dicata, et regni cœlestis imaginem præferret.

VERS. 4. — ODIBILIA OPERA TIBI FACIEBANT PER MEDICAMINA (1), id est, veneficia seu malficia dæmonum interventu comparata, sicut sumitur medicamentum cap. 1 et apud Poëtam.

Melle soporatum et medicatis frugibus offam

Objicit,

id est, incantatis frugibus. ET SACRIFICIA INJUSTA (2) ; quia falsis diis oblata, cum uni, soli et vero Deo debeantur : injusta quoque, quia impia et profana.

VERS. 5. — ET FILIORUM SUORUM NECATORES, quos parentes immolabant præ cæteris idolo Moloch. Unde Judæis talis immolatio per ignem, et similis lustratio sæpè prohibetur, ut Levit. et Deuter. 18. Et tamen ex familiaritate cum Chananæis (teste Psalmo) didicerunt opera eorum, et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, etc., quos sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. Fiebat hoc in Gehennon, id est, valie Ennon, propè Jerusalem, ubi idolum Moloch colebatur, aneum et concavum : quod cum subjecto

(1) *Opera magica.* Id nomen apud interpretes veteris Testamenti pro artibus magicis sumitur. Vide Isaiæ 47, 9. (Grotius.)

(2) *Cruenta sacra, et pro remedio scelus,* ut Justinus ; *sacrilegium verus quam sacrum,* ut Curtius.

igne ignescere cœpisset, latis ejus manibus expansisque brachiis puer imponebatur, et ne intantum ejulatus à parentibus audiretur, *toph*, id est, tympanum, à sacerdotibus pulsabatur: hinc locus dicitur *tophet*, qui propter hanc immanitatem ab Isaâ c. 50, sicut et gehennâ à Christo, pro inferno ponitur. ET COMESTORES VISCERUM HOMINUM (1). Hoc convivium sacrum fuisse de filiorum per gladium immolatorum sacrificio verisimile est; nam et nostri temporis magi ac stryges pueris in sacrificium adhibitis, eorum sanguinem lambunt et carnes vorant. Cujusmodi scelus etiam Plinius à Romanis sublatum dicit. Tametsi igitur de hæc immanitate Scriptura non notet alibi Chananeos, sufficit hic notari ut non opus sit hæc moraliter intelligere de mutuâ oppressione, sicut Michæas dicit cap. 3: *Qui comederunt carnem populi mei*. DEVORATORIS SANGUINIS A MEDIO SACRAMENTO TUO (2). Obscurissimus locus est, quem nihil juvant Græca, in quibus quinque diversæ lectiones sunt ferè à nostrâ alienæ. Antiquiores Latini transponendo hæc verba, jungentibus sequentibus, hoc modo: *Perdere (eos) voluisti à medio sacramento tuo*; et exponerent: Ex terrâ sanctâ, quæ sacramentum vocetur, quia sacra seu sancta, ut supra vers. 5, vel quia per sacramentum, hoc est, juramentum, patribus erat promissa. Huic tamen non ita favet quod et Græcè et in Bibliis nostris emendatis altiùs hæc verba collocanda sint. Hinc alii: *Devoratores sanguinis à medio sacramenti tui*, hoc est, comestores sanguinis, sive humani, sive alterius, contra vel sacratam obtestationem, vel præceptum Dei in lege naturæ, de non comedendo carnem cum sanguine, ut est Genes. 9. Quæ expositio verisimilis; hoc enim et in Actis Apostolorum

(1) Hoc historici non tradunt. Phœnices, è priscis Chananeis ortos, Saturno et Baali humanis virorum puerorumque victimis litare consuevisse, nemo ignorat; cum innumera supersint apud Scripturam et profanos ejusce rei argumenta; at victimarum hujusmodi viscera vorare solitos fuisse, nemo tradit.

(2) Nulla hic satis apta sententia sonat: qui enim fieri poterat, ut Chananeæ, qui Deum minimè nôrant, sanguinem è mediis mysteriis vel sacrificiis Deo oblatis vorarent? Sunt qui explicent: *Devoratores sanguinis, adversus legem sanctam tuam*. At neque is est sensus, quem Græcus et Latinus præ se ferunt. Adde, quod Chananeæ ea quæ Deus de eorum sanciverat, ignorabant: nisi divinæ jussionis Noemopost diluvium factæ tradita per manus memoria ad ipsos usque pervenisse dicatur.

Non una est apud Græcum lectio. Romana editio: *Humanarum carnum epulum, et sanguinis de medio mysterii tui*. Complutensis: *Voratores viscerum humanarum carnum, et epulum sanguinis ex medio mysterii sacri tui*. Alii legunt: *Epulum sanguinis ex abominatione et initiatis mysteriis cultus tui*, vel mysteria cultus tui celantes. Hæc obscurissima sunt. Sunt qui ferant: *Epulum sanguinis ex medio choreæ Menadium*. Satis constat, in Bacchi orgiis cruda exsta, cruentasque carnes vorari consuevisse. Hæc fortassè vera est hujus loci explicatio. Vatablus legit: *Epulum sanguinis ex abominatione, impuri, sacerdotesque fanaticos, vel entheos*. Grotius: *Ex seclerato afflato mystas*. Ipsa orationis series legendum jubet: *E medio terræ sanctæ tuæ*. Accipe vers. 5, 6. Chananeos oderas... *Voratores viscerum humanorum, et comestores sanguinis in convivio, in medio terræ sanctæ tuæ, et filiorum suorum interfectores, perdere voluisti per manus parentum nostrorum*. (Calmet.)

Christianis prohibetur, cum vetatur comestio suffocati. Alii, ex medio sodalitu Dei, quasi fuissent sacerdotes Dei apostata. Alii, à medio, seu ut Græcè, *ex medio sacramento tuo*, hoc est, ex ipsis sacrificiis, quæ, quanquam ignoranter et sacrilege, numin tamen placando instituebant. Alii aliter. Prima non est improbabilis, quia non est inusitatum Scripturæ verba jungenda divellere, maxime quia illud *perdere voluisti*, etiam pro præcedentibus membris repetendum est, sicut in illo Cantici 4: *Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar*, jungendum videtur cum *nigra sum*, non cum *formosa*; illa enim tanquam æstu adusta deformia erant.

VERS. 6. — ET AUCTORES PARENTES ANIMARUM INAUILIATARUM. Græcè pro auctores est *authentas*, id est, occisores seu auctores cædis; hoc ergo *cædis* supplendum, et hoc ut sensu: Auctores cædis puerorum suorum omni auxilio à parentibus destitutorum, qui cum illos inprimis tueri debuissent propriis manibus trucidabant. Hinc Budæus in Comment. linguæ Græcæ vertit, *animarum destitutarum percussores; hos inquam, perdere voluisti per Israelitas* (1).

VERS. 7. — UT DIGNAM PERCIPEBENT PEREGRINATIONEM FILIORUM DEI; hoc est, ut Israelitæ acciperent dignam se tanquam tutoribus Dei coloniam, seu terram peregrinationis suæ, in quâ scilicet advenæ et peregrini ipsi erant et omnes patres eorum. QUE TIBI OMNIUM CHARIOR EST (2). Græcismus est, pro, *omnibus charior*, quia uberrima lacte et melle manans, et propter cultores Judæos charissima. Unde Deut. 41 vocatur terra *quam Dominus Deus tuus semper invisit, et oculi illius in eâ sunt à principio anni usque ad finem ejus*, tempestivas scilicet mittendo pluvias et calores, cæteraque quæ ubertatem adferunt.

VERS. 8. — MISISTI ANTECESSORES EXERCITUS TUI, ex bellatoribus Israelitis compositi, VESPAS, seu crabrones, id est, acerrimos timoris aculeos, quibus exagitati Chananeæ excederent, atque imminenter eladem evaderent. Ita nonnulli cum Aug. q. 27 in Josue. Sed ibid. dicit veras vespas intelligi posse, etsi, quando hoc factum sit, non scribatur; Josue tamen latetur esse factum. Hinc Exodi 25, vers. 27, crabrones à terroribus distinguuntur. Imò Deut. 7 crabrones dicit mittendos, qui occiderunt Chananeos illos, qui Israelitas fugere et latere potuerint. Et hoc eodem capite majoribus bestiis conferuntur: venenos enim habebant aculeos, quia viperas et serpentes gustant, teste Plinio l. 11, c. 55. (3).

(1) ET AUCTORES (INTELECTORES) PARENTES ANIMARUM INAUILIATARUM. Græcus verti potest: *Parentes qui manus suâ occidunt animas filiorum, auxilio destitutas*. Filios suos solemnî ritu mactabant patres, ut fusiùs in dissertatione de Moloche docuimus. Alii vel exponerent, vel alienis vendebant. (Calmet.)

(2) Ad verbum: *Apud te omnium honoratissima terra*. Sic enim appellatur et ornatur sæpè Judæa à prophetis, et *pulcherrima desideratissimaque* dicitur, propter electionem Dei ejusque benedictionem. Deus enim præcipue eam delegerat, in quâ habitaret ac quiesceret. (Budæus.)

(3) SED ET HIC TANQUAM HOMINIBUS PERPERISTI. NON

VERS. 10. — SED PARTIBUS JUDICANS, id est, utriusque parti aliquid tribuens, inquit Hugo; sed certum est ex Græco, *partibus* idem esse quòd paulatim seu per partes, eos scilicet puniens per crabrones. DABAS LOCUM POENITENTIÆ, id est spatium et opportunitatem poenitendi: quod ipsum etiam Judæis erat opportunum, ne, ut Exodi 23 dicitur, si uno anno fuissent deleti, terra in solitudinem redigeretur, et crescerent contra eos bestię. NON IGNORANS, etsi scilicet non ignorares, QUONIAM NATURALIS MALITIA EORUM, quia non nativa seu innata, quam scilicet originali infectione ab utero traxerant, à parentibus imberant et longā peccandi consuetudine in naturam verterant; ET QUONIAM NON POTERAT MUTARI COGITATIO ILLORUM IN PERPETUUM. Græcè, *quòd non mutaretur*, Deo scilicet hoc prævidente, propter inveteratam eorum peccandi consuetudinem, sicut et Jeremias ait: *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malè*. Per ipsos itaque cogitatio eorum mutari non poterat; nec patientiā vel admonitionibus mutanda prævidebatur; Dei tamen gratia instar mallei conterentis petras, etiam cor lapideum facillè mutaverit in cor carneum (1).

VERS. 11. — SEMEN ENIM ERAT MALEDICTUM AB INITIO, *per originem peccati*, inquit Aug. de Nupt. et Concupisc. c. 8. Addi potest, quod peculiariter spectat Chananæos, eos jam inde ab ipso patre Chanaan per Noe fuisse maledictos, quemadmodum etiam nunc Judæorum posterii propter scelera majorum velut montes Gelboe, steriles manent, in quos neque ros, neque

omnem in Chananæos severitatem exercuit Deus, quam merebantur; neque illic eos perdere voluit. Unam hujus consilii causam prodit auctor, infinitam illius misericordiam, quæ in Chananæos, ut eos è regione pelleret, vesparum atque crabronum exercitu usa est, cum omnes illicò delere posset, armis furisquæ Israelitarum expositos. Alias tamen alibi causas tradit Scriptura; primam, ut valido Israelitas auxilio adversus Chananæos instrueret, muscis nempe illos exagitantibus in iis etiam locis quò Israelitarum arma pervenire non possent. *Donec deleat omnes qui te fugerint, et latere poterint*. Alteram, ut Chananæi paulatim pellerentur, neque regio statim inculta relinquere Exod. 23, 38. Hanc etiam causam innuit Sapiens: *Ut illos paulatim exterminarent*. Mirifica planè res est, quam hic legimus. At alia supersunt apud historicos exempla gentium aut exercituum à muscis fugatorum. Neminem latet S. Jacobum Nisibitanum, missā muscarum nube, Persarum exercitum in fugam convertisse. Posterioribus hisce seculis, in quibusdam urbium obsidionibus apum examina legimus, aut igne aut fumo irritata in obsessores. Hæc arte usi sunt Albæ Græcæ cives adversus Amuratis, Turcarum imperatoris, copias; et oppidi Xiamaticensis, quod appellant *Toriti* in Mauritanîa incolæ, cum à Lupo Barrigâ, copiarum Lusitanîæ regis imperatore, obsiderentur. (Calmet.)

(1) PARTIBUS JUDICANS, *paulatim puniens*, etc. NON IGNORANS QUONIAM NEQUAM EST NATIO EORUM, etc. Sensus est, cum à pessimo parente Chamo traherent originem, pravique illi mores in naturam ipsis vertissent, fieri non poterat (aliter nempe quam per flagra talia, de quibus cepit dicere) ut se in melius mutarent. Ita complendus hic sensus ex præcedentibus. Nam non omnes illos homines omnibus modis fuisse insanabiles apparet et Rahabæ et Gabaonitarum exemplo.

(Grotius.)

pluvia divinæ gratiæ descendit. NEC TIMENS ALIQUEM, VENIAM DABAS PECCATIS ILLORUM, q. d. : Quòd connivebas ad eorum delicta, lentiùs ea puniendo, non proveniebat ex potestate cujusquam altioris: quod mox latiùs probat (1).

VERS. 13. — NON ENIM EST ALIUS DEUS QUAM TU, ac proinde nemo par tibi est potestate, qui propter impios perditos te posset culpate, operibus id merentibus, vel qui possit vindicare eorum ultionem. CUI CURA EST DE OMNIBUS, suppeditando eis salutis occasiones per istas suppliciorum dilaciones, admonitiones et allocutiones, ut supra. UT OSTENDAS per istum agendi modum, QUONIAM NON INJUSTE JUDICAS JUDICIUM. Quid enim justius quàm ut judicium Dei non effugiant, qui tantas divitias bonitatis ejus, et potentiæ, et longanimitatis contemnunt (2)?

VERS. 15. — CUM ERGO SIS JUSTUS. Græcè, *cum autem*, etc., ut sit oppositio ad præcedentia; q. d. : Etsi nemo tibi sit par potestate, qui audeat tecum de perditis impiis contendere, tamen non uteris potestate nisi secundum justitiam: nam cum sis justus, JUSTE OMNIA DISPONIS, nimirum in pondere et mensurâ suum cuique naturæ tribuendo, rationali ut metetur, irrationali, ut exigit naturæ conditio. IPSUM QUOQUE, QUI NON DEBET PUNIRI, CONDEMNARE, EXTERUM ÆSTIMAS A TUA VIRTUTE (3), id est, à tuâ potentiâ et robore, ut patet ex Græco, nempe ut eo utaris, nullâ demeritorum habitâ ratione.

(1) VERS. 12. — QUIS ENIM DICET TIBI, etc. *Quis enim tibi dicat: Quid egisti? aut quis se judicio opponat tuo? aut quis in constitutionem tibi veniet vindex adversus injustos homines, vel, de injustis hominibus?* hoc est, quis constituetur judex ac vindex, cum agatur causa hominum injustorum vindicanda? Quis illud jus ac potestatem occupabit, quæ unius Dei propria est? *Mihi enim vindicta, dicit Dominus, ego retribuam*. Et statim subjungitur: *Neque enim alius est Deus præter te*. (Biblia Vatabli.)

(2) UT OSTENDAS, etc., ad verbum, *ut ostendas quòd rectè judicasti*; hoc est, hæc curâ et providentiâ rerum omnium, summam judiciorum tuorum æquitatem declaras. (Biblia Vatabli.)

VERS. 14. — NEQUE REX, etc. Neque rex, aut tyrannus intueri contra te poterit de iis quos tu punieris. Est autem ἀντιφρασιμῶν τιμή, aspectum contra aliquem torquere, atque oculos conjicere. Sunt autem oculi indices animi aut irati ac indignantis, aut amici ac faventis; ita pro resistere coram, et, ut vulgò dicunt, *in faciem*, accipitur. (Biblia Vatabli.)

(3) *Hæc massa hominum si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur; non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam. Veteres quidam hunc locum aliter legunt: Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas, et exterum æstimas à tuâ virtute. Aliquod iniquitatis genus tribuere videtur Deo hic locus ita explicatus, cum puniri dicat à Deo, ceu criminis reum, illum qui innoxius est: Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas. S. Gregorius Magnus lib. 3 Moral. c. 11 de Jesu Christo interpretatur, qui naturâ innocens, mortis sententiam subiit, quam Pater dixit in homines, quorum ipse fidejussor esse voluit. Alii de peccato originis explicant, quo omnes inficimur, quamvis ipso actu paterni criminis participes non fuerimus. Sunt qui malè utantur hoc loco, ut absolutum damnationis decretum asserant, adversus reprobos pronuntiatum, nullâ ratione habitâ, sive originalis peccati, sive massæ corruptæ, quâ continentur. At loci in priscis exemplaribus vitiatii, atque optimè in*

VERS. 16. — VIRTUS ENIM TUA, SIVE potentia tua, JUSTITIE INITIUM EST; quemadmodum in hominibus animi impotentibus, potentia et fortitudo eorum initium injustitie est, impellens eos ad omnem savitiam. Adde quod magis est: *OL* hoc quod OMNIBUS DOMINUS ES, OMNIBUS TE PARERE FACIS, etiam cum ex justitia posses punire; cum enim summam potentiam deest etiam summa clementia, profectò sequitur, secundum magnitudinem Dei, sic esse et misericordiam illius cum ipso, *Eccles. 2 (1)*. Unde ergo Deus tam terribilis Ægyptiis et Chananais? Respondet.

VERS. 17. — VIRTUTEM ENIM OSTENDIS TU, QUI NON CREDERIS, id est, quia vel quando non crederis, IN VIRTUTE CONSUMMAVIS, id est, non habere satis virium ad insolentiam et audaciam impiorum retundendam, cum scilicet dicunt, ut est *Sophonie 1, in cordibus suis: Non faciet bene Dominus, et non faciet male (2)*.

VERS. 18. — TU AUTEM DOMINATOR VIRTUTIS, seu, *Domine virtutis*, ut legit August., cui adest omnis potentia et fortitudo, imò qui ei summam cum ratione et tranquillitate dominaris, nec impotenter succumbis; CUM TRANQUILLITATE JUDICAS, nullam sententiam præcipatione, nullam iracundiæ perturbatione, nullam intempestivam vindictæ acceleratione; sed sedato æquitatis et veritatis judicio ET CUM MAGNA REVERENTIA DISPONIS NOS, gubernans magnam cum parcitate et indulgentiam, cum quadam quasi specie timoris temperans poenas, ne fortè graviori illusione vasa fragilia rumpantur. SEBEST ENIM TIBI, CUM VOLUERIS, POSSE (3), ita scilicet

Vulgatà ex Græco restituti, sensum operosius scrutari, superfluous et inanis est labor. (Calmet.)

Lyranus legit, *condemnas, et externum æstimas*; et exponit hoc modo: Aliquando, qui puniri non debet, id est, innocens, *condemnas*, id est, punis ad patientiæ probationem, et *externum æstimas*, id est, æstimari permittis à tuâ virtute, sicut æstimatus fuit Job ab amicis, et habitus tanquam peccator. Sed ea lectio planè vitiosa est, et legendum sicut meliores codices semper habuerunt, conformiter Græcis, per infinitivum, *condemnare*, et non indicativo, *condemnas*. Sensus ergo est: Condemnare eum qui non debet puniri, id est, qui damnatione dignus non sit, id à tuâ virtute, à tuâ justitiâ et dignitate alienum et externum est; q. d.: Solos eos deputas æternis suppliciis, qui peccatis suis hoc commoverunt. Invenitur tamen quoque et exponitur prior illa lectio apud Gregor. lib. 5 Moralium, cap. 2 de Christo, qui innocens passus est pro nocentibus. Unde liquet mendum esse antiquum. (Estius.)

(1) Hominum vires plerumque iniquitatis ipsorum principium et origo sunt, quippe qui auctoritate abundant; at in Deo justitia et æquitas à potentia minimè sejungitur; utraque enim hæc virtus ex essentia illius sunt; quia justus est, et punit, et parcat, quia omnia ipsius sunt, erga omnes clemens est et misericors; neque prorogandi imperii cupiditate, neque injurias vindicandi libidine neque præcipiti consilio iræve Deus impelli in iniquitatem potest. Quidquid est, ipsius est; omnia ille potest; omnia tempora, omnesque homines suâ sub potestate continet. (Calmet.)

(2) VIRTUTEM ENIM OSTENDIS: Cum vinci te putant, tunc exurgis victor. HOMINI QUI TE NESCIENT, in his qui sciunt, Græcè utrumque verum; nempe, et scientibus et nescientibus æquè victum exhiberi Dei potentiam. *Traducis*, confundis. (Bossuet.)

(3) Simile illud leprosi *Matth. 8*; *Si vis, potes me*

ut etiam longâ supplicii dilatione non possint tuam potentiam evadere.

VERS. 19. — DOCUISTI ACTUM, etc., QUONIAM OPERETI JUSTITIASSE ET HUMANEM, INSTAR PUERI, CUM REVERTITA castigando, aliquid etiam humanitatis cum justitiâ copulando, ut neque nimia asperitate opprimantur, neque nimia benignitate solvantur (1).

VERS. 21. — IN ERRORIS VIA DULCIS ERRABERUNT, id est, longius a veritate recesserunt, ut habent Græca,

mandare. Non significatur Deum non alia posse quam quæ vult, sed tantam esse potentiam ut quicquid voluerit, statim exsequatur. Intellegit enim posse cum effectu. (Estius.)

(1) DOCUISTI ACTUM, etc.; quasi dicat: Tu hoc, Domine, clementer in Ægyptios et Chananæos, exemplo docuisti fideles tuos, justitiam miscere humanitatem et benivolentiam: item spem eis debisti veniæ, ut, cum peccarent, si de peccatis vere poenitent, revera eos sis in gratiam recepturus; hæc enim uti Chananais obtulisti, ita multo magis servis et filiis tuis offers, quia tu, Domine, es Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, 2. Cor. 1.

OPERETI JUSTITIASSE ET HUMANEM, *Te et non copulat, sed anget, valetque etiam, quæque, nam Græcè est. ἔτερον δίκαιον εἶναι ἐπιτάχιστον, id est, deest eum, qui justus est, esse quoque humanum, imò philanthropum; justitia enim humana est; quæ vero inhumana et sava est, potius crudelitas et savitia est quam justitia; imò summum jus, summa est injuria. Noli esse justus multum, ait Eccles. c. 7, 17. Misericors et miserator, et justus Dominus, Psal. 111, 4. Misericordia et veritas obtulerunt sibi; justitia et pax osculata sunt, Psal. 84, 11. Debet ergo justitia misceri benignitate, ut neque severitate subditos exacerbet, neque nimia lenitate et laxitate disciplinam solvat, uti docet S. Gregor. 20 Moral. c. 8.*

BONA SPES (benè sperare) FECISTI FILIOS TUOS, Græcè, *ἐπιτάχιστον ἐπιτάχιστον*, id est, *benè sperantes effecisti, quoniam das in peccatis poenitentiam*; Vatabl.: *Bonâ spe filios tuos imbuisti, qui locum concedis poenitentiae peccatorum. Filios* vocat Hebræos, quia fideles et veri Dei cultores, ac vocatos ad Dei hereditatem, puta ad ejus gratiam et gloriam. *Quoniam judicans*, id est, puniens, *das locum in peccatis poenitentia*; q. d.: Ita punis, imò idèò punis, ut peccantes moveas ad poenitentiam, quare magnam nobis das spem veniæ, ut, si peccaveris, de eâ non desperemus, sed poeniteamus, et confidenter tuam indulgentiam imploremus. Ita S. Bonav. At simpliciter, q. d.: Cum judicas, id est, sententiam teis in aliquem, eumque ob peccata ad meritam poenam condemnas, non illico illam executionem mandas, poenamque ei decretam infligis, sed longanimitas eam differens, ut reus, imò damnatus poeniteat, poenamque poenitens et simplex evadat. Ita à Castro.

(Corn. à Lap.)

VERS. 20. — CUM TANTA CRUCIASTI ATTENTIONE: addit Græcus *parcimoniam, indigentiam*; quasi tibi non suppeteret utrenscenti copia. (Bossuet.)

VERS. 21. — CUM QUANTA DILIGENTIA JUDICASTI FILIOS TUOS, *Judicas*, id est, judicate solos; nam est verbum *indefiniti temporis* in Græco. Est *ἐπιτάχιστον* hæc idem quod modo *attento*, non *ius sinuam*, sed id quod cum magnâ fil curâ, rebus et temporibus sollicitè expensis.

QUORUM PARENTIBUS JEREMENTA ET CONVENTIONES DE BESTIARUM COMMISSIONIBUS? Nempe de stirpe nunquam poenitas detenda, sed expectanda ejus poenitentia. Quo respicit Paulus Romanorum 11, 24. Hoc Deus aliis gentibus non promiserat. (Grotius.)

VERS. 25. — PER HAC QUÆ COLUERUNT, in Græco, *per ipsorum abominaciones eos punisti*; ubi *abominaciones* dicuntur non ex Ægyptiorum sensu, sed ex eo quod reverè erant. Solent enim Hebræi sic appellare gentium numina. (Grotius.)

dum abjecta animalcula et muta idola pro Diis colunt (1).

VERS. 25. — PROPTER HOC TANQUAM PVERIS INSENSATIS JUDICIUM IN DERISUM DEDISTI, quia inflixisti illis pœnas ridiculas ad eorum ludibrium, ranas videlicet, cinipes, aliaque animalia, quæ pro diis Egyptii et Chananæi coluerant, immittendo. Ridiculum enim erat à tantillis animalculis et propriis quidem diis tam religiosè cultis, tantoperè cruciari (2).

(1) ETENIM IN ERRORIS VIA, etc. Quidam ita vertunt: Nam per incerta viarum longius aberraverunt. Ego autem puto hyperbolicam locutionem quæ plerumque utimur, cum augere aliquid volumus; ut si dicemus, stultitiâ stultior, sapientiâ sapientior.

(Biblia Vatabli.)

(2) Græcè, propter hoc velut pueris ratione carentibus judicium, sive pœnam, in ludibrium misisti. In Græco est pulchra paronomasia, παῖς enim, id est, puer dicitur quasi παιζων, id est, ludens; ἐμπαίζω est illudo, ludifico; ἐμπαίζωσις (quæ vox hic in Græco est) ludificatio; ἐμπαίζωσις, ludificamentum, quo alicui illudimus; q. d.: Quia Chananæi velut pueri, pueriles res et bestiolas pro diis coluerunt; hinc eosdem quasi pueros per easdem, puta per vespas et crabrones, et quasi puerilibus et ridiculis pœnis, sed acerbis, castigasti, et quasi ludificasti. (Corn. à Lap.)

VERS. 26. — QUI AUTEM LUDIBRIIS ET INCREPATIONIBUS (id est, ludibriis increpationis, ut habent Græca: est hendiadys) NON SUNT CORRECTI (Græcè, οὐ νοθευθέντες, id est, non sunt admoniti, non sunt hæc admonitione emendati), DIGNUM DEI JUDICIUM EXPERTI SUNT. Græcè, experientur, id est, experti sunt. Loquitur enim de Chananæis præteritis; q. d.: Chananæi, qui ludicris vesparum pœnis non sunt emendati, hi durum judicium, id est, supplicium subierunt, cum à Josue et Hebræis funditus sunt excisi, et ad interneconem deleti. Pro

CAPUT XIII.

1. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex:

2. Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt.

3. Quorum si specie delectati, deos putaverunt, sciant quantò his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hæc omnia constituit.

4. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis.

5. A magnitudine enim speciei et creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri.

6. Sed tamen adhuc in his minor est querela; et hi enim fortassè errant, Deum quærentes, et volentes invenire.

7. Etenim cum in operibus illius conversentur, inquirunt; et persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur.

8. Iterum autem nec his debet ignosci:

9. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum, quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt?

10. Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum ho-

VERS. 27. — IN QUIBUS ENIM PATIENTES INDIGNABANTUR. Verborum constructio et sensus est: Per hæc, quibus cum indignatione suâ propter eorum vilitatem et existimatam divinitatem affligebantur, nimirum per vilia ista animalcula, quæ putaverant ante esse deos; per hæc, inquam, cum viderent se exterminari et gravissimè ad mortem usque affligi, agnoverunt illum esse verum Deum, evidentiâ scilicet rerum convicti, quem olim negaverant se nôsse; nam antea Pharaon obdurator dicebat: Nescio Dominum; post afflictiones verò: Peccavi, inquit; Dominus justus, ego et populus meus nequam. PROPTER QUOD ET FINIS CONDEMNATIONIS VENIT SUPER ILLOS; nam quia etiam agnito Deo restiterunt, hinc completâ et perfectâ condemnatione temporaliter puniti sunt in mari Rubro, et pœnâ aternâ, quia in obduratione moriebantur (1).

ludibriis, græcè est παιγνίαις: παίγνιον autem est ludicrum, lusus, ludibrium, uti sunt aviculæ, apes, muscæ, ranæ, quibus ludunt pueri: iisdem enim quasi ridiculis et puerilibus nugis, Deus castigavit Egyptios et Chananæos. His opponit dignum Dei judicium, id est, serium graveque supplicium mortis et exterminii totius gentis Chananæorum, quo Deus toti mundo suam in puniendo omnipotentiam, æquè ac justam iram et vindictam ostendit. (Corn. à Lap.)

(1) IN QUIBUS ENIM: sensus, cum enim excinderentur per eas quos putabant Deos; tandem AGNOVERUNT verum, quem antea negabant, Deum: agnoverunt autem inviti, ac simulatè, aut eorum ritu de quibus sæpè dicitur: Et scietis quia ego sum Dominus percussiens, Ezech. 7, 9, et alibi passim. Vi adacti, nec tamen resipiscentes, sed potiùs blasphemantes agnosceris Deum. Vide Apoc. 16, 9, 10, 11. (Bossuet.)

CHAPITRE XIII.

1. Tous les hommes qui n'ont point la connaissance de Dieu, ne sont que vanité; ils n'ont pu comprendre par les biens visibles le souverain Etre; et ils n'ont point reconnu le Créateur par la considération de ses ouvrages.

2. Mais ils se sont imaginé que le feu, ou le vent, ou l'air le plus subtil, ou la multitude des étoiles, ou l'abîme des eaux, ou le soleil et la lune, étaient les dieux qui gouvernaient le monde.

3. S'ils les ont crus des dieux, parce qu'ils étaient charmés de leur beauté, qu'ils conçoivent de là combien celui qui en est le dominateur doit être encore plus beau; car c'est l'auteur de toute beauté qui a donné l'être à toutes ces choses.

4. S'ils ont admiré le pouvoir et les effets de ces créatures, qu'ils comprennent de là combien est encore plus puissant celui qui les a créées;

5. Car la grandeur et la beauté de la créature peuvent faire connaître et rendre visible le Créateur.

6. Et néanmoins ces personnes sont moins coupables que les autres; car s'ils tombent dans l'erreur, on peut dire que c'est en cherchant Dieu, et en s'efforçant de le trouver.

7. Ils le cherchent en vivant au milieu de ses ouvrages; et ils sont emportés par la beauté des choses qu'ils voient.

8. Mais d'ailleurs ils ne méritent point le pardon;

9. Car s'ils ont pu avoir assez de lumière pour connaître l'ordre du monde, comment n'ont-ils pas découvert plus aisément celui qui en est le dominateur?

10. Mais ceux-là sont vraiment malheureux, et n'ont que des espérances mortes, qui ont donné le

minum, aurum et argentum, artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manûs antiquæ.

11. Aut si quis artifex faber de sylvâ lignum rectum secuerit, et hujus docte eradat omnem corticem, et arte suâ usus diligenter fabricet vas utile in conversationem vitæ :

12. Reliquiis autem ejus operis, ad preparationem escæ abutatur :

13. Et reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, et vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scientiam suæ artis figuret illud, et assimilet illud imagini hominis.

14. Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, et rubicundum faciens fuco colorem illius, et omnem maculam quæ in illo est, perliniens :

15. Et faciat ei dignam habitationem, et in pariete ponens illud, et confirmans ferro,

16. Ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adjuvare se : imago enim est, et opus est illi adjutorium.

17. Et de substantiâ suâ, et de filiis suis, et de nuptiis votum faciens, inquit : non erubescit loqui cum illo qui sine animâ est.

18. Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, et pro vitâ rogat mortuum, et in adjutorium inutilem invocat.

19. Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest ; et de acquirendo, et de operando, et de omnium rerum eventu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

Ut pleniùs intelligantur ea quæ præcedenti et sequentibus capitibus de vanorum deorum cultu afferuntur, observandum est triplicem à gentilibus celebratum fuisse theologiam, seu rationem de diis, fabularem, civilem et naturalem. Fabularis quæ et historica, à poetis celebrabatur, absurdissimas de diis suis fabulas decantantibus, civilis à civitatibus et sacerdotibus, naturalis à philosophis. Primam volebant accommodatam esse theatro, secundam urbibus et templis, tertiam mundo. Ita Plutarchus de *Placitis philosophorum*, Varro, et ex eodem Aug. 6 de *Civitate*, c. 5. Sed benè ibid. ostendit, fabularem et civilem eandem prorsus esse ; eosdem enim, inquit, deos colunt in templis sacerdotes, quorum scelera in theatro cantantur ; nam quæ illa de diis turpia fingendo seminat, hæc favendo metit : illa mendacia spargit, hæc colligit. Duo proinde genera theologiæ supersunt fabulare, quod et civile, et naturale : quo modo de iis tanquàm distinctis tractant omnes ferè Patres qui impietatem gentilium refellerunt, ut Aug., Clemens Alexand. in Exhortatione, Justinus, Athenagoras in Legatione, Tertull. lib. 1 contra Marcionem, c. 12. Civile dividitur in duo membra : nam vel celebrantur creaturæ vilissimæ, quas hominum ruditas et impietas deos sacraverat, oves, boves, pisces, talpæ, vespertiones, muscæ, cete, allia, etc., quo supersti-

tionis genere præcellerant Ægyptiî ; altero tam homines mortui et scelestissimi mortuorumque imagines, quàm ipsi dæmones qui imaginibus se insererant, adeoque ex utroque idolo et dæmone fiebat quoddam compositum velut ex animâ et corpore, quod simul tanquàm Deus adorabatur. Hinc Hermès Trismegistus satis admirari non potest stupendam illam artem, quæ hominibus concessa est, ut viventes sibi deos possent fabricare. Illiciebatur dæmon certis ceremoniis in idolum, ex quo postea responsa dabat. Secundum genus theologiæ, nempe naturale, nobiliores universi partes venerabatur, solem, lunam, aerem, ignem, aquam, etc. Hoc philosophis proprium, populos etiam nonnullos pervaserat, ut statim dicemus. Itaque prima superstitione familiaris Ægyptiis et Chananæis capite superiore à Salomone improbata fuit ; secunda exagitatione in fine cap. 15, et cap. 44 : de tertiâ verò, qua philosophorum fuit, hoc præsentî capite audiemus.

11. Un ouvrier habile coupe par le pied dans une forêt un arbre bien droit ; il en ôte adroitement toute l'écorce ; et se servant de son art, il en fait quelque meuble utile pour l'usage de la vie ;

12. Il se sert du bois qui lui est demeuré de son travail, pour se préparer à manger ;

13. Et voyant que ce qui lui reste n'est bon à rien, que c'est un bois tortu et plein de nœuds, il le taille avec soin tout à loisir ; il lui donne une figure par la science de son art, et il en fait l'image d'un homme ;

14. Ou de quelqu'un des animaux ; et le frottant avec du vermillon, il le peint de rouge, lui donne une couleur empruntée, et en ôte avec adresse toutes les taches et tous les défauts.

15. Après cela, il fait à sa statue une niche qui lui soit propre ; il la place dans une muraille, et il la fait tenir avec du fer,

16. De peur qu'elle ne tombe ; et il use de cette précaution, sachant qu'elle ne peut s'aider elle-même, parce que ce n'est qu'une statue, et qu'elle a besoin d'un secours étranger.

17. Il lui fait ensuite des vœux, et il l'implore pour ses biens, pour ses enfants, ou pour un mariage : il ne rougit point de parler à un bois sans âme ;

18. Il prie pour sa santé celui qui n'est que faible ; et demande la vie à un mort ; et il appelle à son secours celui qui ne peut se secourir.

19. Pour avoir des forces dans un voyage, il s'adresse à celui qui ne peut marcher ; et lorsqu'il pense à acquérir ou à entreprendre quelque chose, et qu'il est en peine du succès de tout ce qui le regarde, il implore celui qui est inutile à tout.

COMMENTARIUM.

tionis genere præcellerant Ægyptiî ; altero tam homines mortui et scelestissimi mortuorumque imagines, quàm ipsi dæmones qui imaginibus se insererant, adeoque ex utroque idolo et dæmone fiebat quoddam compositum velut ex animâ et corpore, quod simul tanquàm Deus adorabatur. Hinc Hermès Trismegistus satis admirari non potest stupendam illam artem, quæ hominibus concessa est, ut viventes sibi deos possent fabricare. Illiciebatur dæmon certis ceremoniis in idolum, ex quo postea responsa dabat. Secundum genus theologiæ, nempe naturale, nobiliores universi partes venerabatur, solem, lunam, aerem, ignem, aquam, etc. Hoc philosophis proprium, populos etiam nonnullos pervaserat, ut statim dicemus. Itaque prima superstitione familiaris Ægyptiis et Chananæis capite superiore à Salomone improbata fuit ; secunda exagitatione in fine cap. 15, et cap. 44 : de tertiâ verò, qua philosophorum fuit, hoc præsentî capite audiemus.

VERS. 1. — DE IIS QUI VIDENTUR BONA, id est, ex visibilibus et mutabilibus bonis, NON POTUERUNT INTELLIGERE FUM QUI EST, incommutabilem scilicet Deum, qui de se dicit : *Ego sum qui sum* : quod respondet nomini Hebraico Tetragrammaton. Esse ergo competit Deo, quia, ut Greg. homil. 2 in Ezechielem, *æternus et immutabilis permanens* : nam omne quod mutatur, desinit esse quod fuit : Dei verò esse est

nunquam dissimiliter esse. Hoc exactius declarat Anselmus : « Quod, inquit, aliud est in toto, et aliud in partibus, et in quo aliquid est mutabile, non omnino est id quod est, et quod incœpit à non esse, et potest cogitari non esse, et nisi per aliud subsistat, redit in non esse, et quod habet fuisse quod jam non est, et futurum esse quod nondum est, id non est propriè et absolutè. » Ex mutabilibus ergo bonis Deus incommutabilis potest intelligi : cum enim omnis motus ab aliquo immobili et quiescente fiat, omnis rerum visibilium mutatio in motorem immobilem reducenda est. NEQUE OPERIBUS ATTENDENTES, nempe non considerando omnia illa quæ videbant esse opera alicujus, sive effecta ab aliquo, non cognoverunt quis esset artifex : hoc enim ex pulchritudine, ordine, mutabilitate, constanti operationum perpetuò in certos fines tendentium res ipsæ clamant (1).

VERS. 2. — SED AUT IGNEM. Hic aggreditur philosophorum deos, à nonnullis etiam gentibus susceptos, inter quas ignem coluerunt Chaldæi, eò quòd cuncta consumeret, itemque magi Persarum, Medi, Sarmatæ et ex philosophis Heraclitus Ephesius et Hippasus Metapontinus, ut testis est Clemens Alexand. et Athenagoras ; imò et Platonem sidera tanquam genus deorum igneum statuisset, testatur Tertull. lib. 1 cont. Marcionem, c. 15. AUT SPIRITUM. Nonnulli ætherem intelligunt, quem sub Jovis nomine gentiles colebant, ut passim auctores citati docent. Malim ventos intelligere ; quos esse cultos ut deos docet idem Clemens in Exhortat. AUT CITATUM AEREM, id est, celerem et mobilem. Testatur Clemens eum coluisse philosophos pro Deo, quòd omnium rerum principium statuebant, ut Anaximenes Milesius, aerem. Hinc Tertull. loco cit. « Zeno, inquit, deos pronuntiavit aerem et ætherem. » AUT CYRUM STELLARUM, id est, chorum stellarum seu stellas ipsas. Alcmemon astra deos statuit, ut quæ animata putaret ; Zenocrates Carthaginensis, septem planetas, ut auctor est Clemens ibidem. Ex quorum errore, illa vulgata stellarum nomina, Mars, Venus, etc. AUT NIMIAM AQUAM, id est, violentam aut magnam, ut mare. Aquam ex philosophis deum arbitratus est Thales Milesius, teste Clemente, Tertulliano et aliis. AUT SOLEM ET LUNAM. Solem adoratum esse ab Indis, lunam à Phrygibus, narrat Clemens : quorum cultus etiam nostro seculo in Americâ multis locis fuit usitatus. Ex philosophis Plinius, si quis esset Deus, non alium quam solem credidit. Hinc et Menander apud Clementem : *O sol, deorum nam te adorare decet primum, dii per quem videntur cæteri.* Ipse Plato, teste August., serm. 145 de Tempore, Deum induxit facientem deos cœlestes, stellas omnes, solem et lunam ; et hoc est illud genus igneum deorum, de quo supra. Generatim verò Plato, Plutarchus et Diodorus Siculus apud Theodoretum lib. 3 contra

gentiles, testantur Ægyptios, Phœnices et Græcos, solem, lunam, tellurem, stellas, præterea ipsa elementa inter primos suos deos reposuisse ; ex quorum siderum familiari cultu contigit ut peculiari interdico Judæis deberet interdici Deut. 4. Atque hæc philosophorum figmenta, quia rationibus nixa videbantur, hinc factum est, teste Tertull. lib. 1 contra Marcion., c. 15, ut ipsa vulgaris populorum superstitio, cum de simulacris, de nominibus et fabulis veterum mortuorum puderet, ad interpretationem et allegorias rerum naturalium refugeret, et dedecus suum ingenio adumbraret. Figurabat Jovem in substantiam fervidam, id est, ignem vel ætherem ; Junonem ejus, in aerem ; Neptunum, Thetim, Nymphas seu Camœnas, in aquam ; Plutonem, magnam Matrem, in terram ; Apollinem in solem, Dianam in lunam ; Venerem, Martem, Orionem, in stellas. Hinc Ovidius :

Nec tu aliud Vestam, nisi vivam intellige flammam.
Sed ut latè ostendit Theodoretus lib. cit., tam absurde erant hæc allegoriæ, ut fumum vitantes in ignem inciderent. Hæc ergo omnia enumerata, RECTORES ORBIS TERRARUM DEOS PUTAVERUNT (1).

VERS. 3. — SPECIEI ENIM GENERATOR, id est, factor. Aptè tamen, etsi abusivè, generationis utitur nomine, quia generatio ad similitudinem tendit, ex quo sequitur necessariò, si illa erant speciosa, generatorem eorum seu factorem longè esse speciosiorum : eminentius enim perfectio relucet in causis, quam in effectibus. Hinc Aug. serm. 145 de Tempore : « Ista pulchra mutabilia quis fecit, nisi incommutabilis pulcher ? pulchritudo eorum, confessio eorum est » (2).

(1) IGNEM *Vulcanum* nominabant ; SPIRITUM, seu aerem superiorem ac puriorem, *Jovem* ; CITATUM AEREM mediæ ac inferioris regionis, *Junonem* ; CYRUM STELLARUM, seu Zodiacum, varios deos, quorum nominibus insignitur ; NIMIAM (Græcè *violentam*) AQUAM, *Thetim* et *Neptunum* ; SOLEM, *Phœbum* ; LUNAM, *Dianam* ; et sic de cæteris, ut videre est apud Ciceronem, Macrobius, Arnobium, Eusebium, Augustinum et recentiores. (Tirinus.)

(2) QUORUM SI SPECIE DELECTATI, DEOS PUTAVERUNT, ex ipsâ illorum specie colligant, quantò igitur pulchrior ille sit, qui ea condidit. Si horum corporum fulgor vos movet, cur primum illorum auctorem non quæritis, Deum scilicet, pulchritudinis fontem et originem ?

. *Tu cuncta superno*
Ducis ab exemplo ; pulchrum pulcherrimum ipse
Mundum mente gerens, similique in imagine formans.
« Cœlum et terra, inquit S. Augustinus Confess. lib. 10, c. 6, et omnia quæ in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. » Et cap. 27. « Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova, serò te amavi. Et ecce intus eras, et ego foris ; et ibi te quærebam, et in ista formosa quæ fecisti, deformis irrueram. » (Calmet.)

VERS. 4. — AUT SI VIRTUTEM ET OPERA EORUM MIRATI SUNT, INTELLIGANT AB ILLIS, QUONIAM QUI HÆC FECIT FORTIOR EST ILLIS. Agit contra eos qui solem et lunam, et alias creaturas Deos putaverunt, docetque Sapiens quomodò potiùs ex creaturis deveniri debeat in cognitionem ipsius Creatoris ; videlicet, quia dum in unaquaque creaturâ consideramus id quod in eâ excellit, sive sit species, hoc est, pulchritudo ; sive

(1) VANI OMNES HOMINES. Græcus addit, *naturâ*, errore inlито ex patribus, et ab ipsâ velut nativitate indito, ut supra, 12, 10. SCIENTIA seu cognitio Dei. (Bossuet.)

VERS. 5. — A MAGNITUDE ENIM SPECIEI, id est, præstantiâ pulchritudinis, COGNOSCIBILITER poterit creator horum videri; per intellectus discernim, quo ex creaturæ cognitione, ad Deum se erigit. Unde Græcè clarius est: Analogicè sive per proportionem poterit videri: quod intellige, nisi mens vallis gentilitiorum deorum erroribus ebria sit, ac nimium depravata, ut docet August. tractatu 106 in Joannem. Tunc enim non nisi magnæ gratiæ adiutorio lumen veræ divinitatis intuetur. Hinc Aug. lib. Confess. cap. 27, de se dicit per errores Manichæorum vagante: « Intus eras, et ego foris, et alibi te querebam, et in ista formosa deformis irrueram. » Et de naturali Dei cognitione Tertull. lib. de Testimonio animæ: « Te, inquit, ô anima! simplicem et rudem et impolitam et idioticam compello, quædam habent, et qui te solam habent: imperitiâ tuâ mihi opus est, ea exoptulo quæ tecum in hominem infers, non scilicet et ea quæ hic per errores didicisti (1). »

VERS. 6. — ET HI ENIM FORTASSE ERRANT DEUM QUÆRENTES. Fortasse cum quærentes jungendum est; vel significatur tantùm excusationis insufficientiâ; quasi dicat: fortasse enim dici poterit eos errare, dum Deum quærent (2).

potentia et efficacia operandi, sive quid aliud, semper debeamus, argumento ducto ab effectu ad causam, discere quanto ergo sit ille pulchrior, sapientior et potentior, qui hæc omnia condidit. Neque hoc modo in primam Dei cognitionem deducendi sunt tantùm infideles, verùm etiam ipsi Christiani, hæc eadem viâ suam fidem de uno Deo optimo maximo, subinde renovare debent; verbi gratiâ, si quam creaturam valde pulchram et elegantem vident, mox cogitare, quàm pulcher sit supremus ille opifex, qui illam fecit. Ita fiet, ut oblectatio, quæ ex creaturâ sumitur, in Deum terminetur. Et interim fides nostra quam de Dei excellentiâ habemus, ejusmodi cogitationibus per res creatas in nobis exerceatur. (Estius.)

(1) Græcè est *ἀναλογικῶς*, id est, analogicè. Et sic interpretantur Chrysostomus, Cyrillus et Gregorius in Moralibus, ut sensus sit: Ex magnitudine enim, et ex specie, id est, pulchritudine rerum creaturarum poterit per analogiam quamdam ipse Deus cognosci, qui est earum rerum auctor et opifex. Analogicè, id est, mutuâ quâdam collatione. Quod fit modo supradicto, dum videlicet effectum comparamus cum causâ efficiente, opus cum opifice, et ratiocinamur hoc modo: Præstans est opus; igitur præstantior ipse opifex. Chrysost. hom. 9 ad populum Antiochen. ita habet: Ex magnitudine et pulchritudine creaturarum proportionaliter (ita interpretes reddidit) ipsarum auctor consideratur. (Estius.)

SED TAMEN. Illic removetur quedam excusatio, quæ posset aliquis dicere, quòd laborantes in cognitione creaturarum, possunt se excusare si non cognoverunt Deum, qui excedit creaturas in infinitum. Quod extenditur hic per hoc quòd, licet per creaturas non possit cognosci Deus, quantum ad distinctionem personarum divinarum, potest tamen per eas cognosci, quantum ad essentialia attributa, scilicet, potentiam, sapientiam et hujusmodi, in quibus impropotionaliter transcendunt omnem naturam creaturarum mundi, et hoc est quod dicitur. SED TAMEN ABITE IN HIS, qui coluerunt creaturas excellentes tanquàm deos, ut solem et lunam et hujusmodi, minor est querela quàm in illis qui coluerunt serpentes et vilia animalia. Et HI ENIM FORTASSE ERRANT, etc., et ideo creaturis eminentibus defatam falsò attribuentes. (Lycanus.)

(2) IN HIS MINOR EST QUÆRITA. Et tamen tolerabilius

VERS. 7. — QUONIAM BONA SUNT QUI VIDENTUR; et ideo cum per se notum sit, bonum esse Deum, hæc quàm vident bonitatem tam excellentem, summam esse suspicantur; ex quo fit ut rebus illis divinitatem adscribant (1).

VERS. 9. — UT POSSENT ESTIMARE SECULUM; id est, ut occultam seculorum rerumque naturalium naturam perscrutari possent, ut fecerunt philosophi, quos cæ de causâ *conquistores hujus seculi* vocat Apostolus. QUOMODO HICUS DOMINUM NON FACILIS INVENERUNT? Quamvis enim accurata divinitatis cognitio rerum naturalium notitiâ sit longe opesior, ea tamen notitiâ quæ Deus esse, et cunctis suis operibus excellentior esse intelligitur, multorum naturalium perinvestigatione facilior est; nam quia multa eorum remota sunt à sensibus nostris, Deus verò menti propinquat, hinc fit ut major ad illa inveniendâ sit labor, quam ad eum à quo facta sunt, ut docet Aug. 6 de Genesi ad litt. c. 16 (2).

VERS. 10. — INTER MORTUOS SPES ILLORUM EST. Græcè, *in mortuis*, id est, idolis vitæ carentibus; vel potiùs, *inter mortuos*, quia plane desperati sunt; sicut enim mortuis corpore non est spes vitæ, nisi per omnipotentiam reddatur, ita nec damnatis spes beatitudinis. QUI APPELLAVERUNT DEOS, AURUM, ARGENTUM, ARTIS INVENTIONEM, id est, per artem aflabrè in stærrant, qui stellas aliasque insignes creaturas pro Deo habent; videntur enim quærendo Deum defecti viribus, ac inquisitionis labore defatigati, hâsisse in rebus pulcherrimis, vers. 5, 6, 7, et quæquàm sunt inexcusabiles, vers. 8, 9, longè errant intellectibus, nec vivis, sed mortuis accensendi, qui ea quæ fabricant idola, Deos colunt. (Bossuet.)

(1) ETENIM, CUM IN OPERIBUS ILLIUS CONVERSENTUR, INQUIRUNT; vel, nam in operibus ejus versantes perscrutantur, hoc est, in operibus ejus inquirendis occupati sunt; fideque oculis factâ persuadentur, vel credunt sive obtemperant visis, oculisque obsequuntur ac assentiuntur, quoniam præclara, quæ sub aspectu veniunt, vel, quoniam pulchra (sub. sunt) quæ videntur, aut cernuntur. (Badvelli.)

VERS. 8. — ITERUM AUTEM, etc., quasi dicat, quamvis quâdam ex parte minus reprehendendi videantur, rerum nobilium ac utilium cultores, adhuc tamen gravi culpâ non vacant, nec veniam erroris merentur. (Menochius.)

(2) UT POSSENT ESTIMARE SECULUM, id est, mundum. Ita enim loquuntur Hebræi. QUOMODO HICUS MUNDI DOMINUM NON FACILIS INVENERUNT. *Mundus ipse loquitur*, teste Plotino, *Deus nec fecit*. Facilius est ex summâ ita benè congruente agnoscere unum ejus summæ opificem quàm omnes naturæ partes cognoscere, astro-
rum cuius, causas ventorum, et maris astum, et terræ motum, et eorum quæ *sablimia* dicuntur, animalium naturam, generationem, et partes, earumque usum, arborum, herbarumque et metallorum, gemmarum, lapidum proprietates, quæ vel singula immensi sunt laboris. (Grotius.)

Les sages du monde ont connu tant de choses de la nature qui étoient si difficiles, et ils n'ont point connu Dieu véritablement, parce qu'ils ne l'ont point honoré ni recherché comme ils devoient, et qu'ils ont perdu, « dit saint Augustin, par un orgueil ingrat, toute la lumière qu'ils avoient découverte par une vaine curiosité. » Quod curiositate invenimus, superbè amiserunt. Ce qui nous fait voir que si on ne tend à la connoissance des choses divines avec la pureté du cœur et la disposition nécessaire, on n'y trouve que des ténèbres et des sujets de chute. (Sacy.)

tuam elaborata. Hinc Græcos Clemens Alexand. in Exhort. simiis esse deteriores probat, quòd illi nec luteis nec cereis imagunculis fallerentur, ut Græci. Atque hic sensus verus videtur, tametsi aliquibus videri posset, per aurum et argentum significari ipsa metalla, per artis verò inventionem, opera ipsa arte confecta, ut insinuet inter tot errores nec illum defuisse, quo ipsa metalla tam vilia divinitatis honore colerentur, ex quorum fortassis opinione (nisi ut poeta ludat) Menander apud Stobæum loquitur :

Ego utiles verè deos arbitror

Nostros, et argentum et aureum maximè :

Istos quidem si dedices tuâ in domo,

Quidquid voles, roges, tibi omnia aderunt (1).

(1) INTER MORTUOS SPES ILLORUM EST; inanis ac mortua spes illorum est, quam nihil unquam sequetur. Vel : *In mortuis spes illorum, in simulacris vitæ, cognitione sensuque carentibus. Nimis stultum est, credere deos, quos fecerunt homines, plus valere apud eos quos fecit Deus, quam valent ipsi homines, quos idem ipse fecit Deus,* inquit S. Augustinus. Itâ etiam explicari potest : *Inter mortuos spes illorum est.* Similes hominibus sunt sepulcro proximis, viribus, ope, ac spe destituti. Hæc ex ethnicorum sententiâ dico.

QUI APPELLAVERUNT DEOS OPERA MANUUM HOMINUM. Inter ethnicoos varii erant superstitionis gradus, et varia adoratorum genera. Quidam ingenio acriores deorum simulacra cœu meras eorum quos venerabantur, imagines, Jovis, Junonis, Martis, etc., existimabant. Aliis etiam minimè probabile erat, deos, qui vulgò credebantur, eos esse quos populi error putabat; virum, feminam, militem, regem. His Jupiter cœlum erat, Juno ær, Vulcanus ignis, Neptunus marè; vel ipsa erat mundi anima in varias universi partes diffusa. Denique innumeri erant, multitudo scilicet atque inductio vulgus, qui ipsum numinis simulacrum colentes, numen in eo residere, oracula reddere, atque hominum obsequia excipere arbitrabantur. Hos inter cæteros Sapiens hoc loco arguit; quorum insaniam vates quidam his versibus describit :

Ut pueri infantes credunt signa omnia athena

Vivere et esse; homines sic isti omnia ficta

Vera putant. Credunt signis cor esse in athenis.

AUT LAPIDEM INUTILEM, OPUS MANUS ANTIQUE. Non levis momenti in simulacris erat vetustas. Rudis informis lapis ipsâ vetustate obsequium exigebat. Putridum lignum, aut marmoris malè formati fragmen, rudis interdum lapis, quale simulacrum Helagabali, sive Arabum numinis erat diu gentium quorundam obsequiis celebrata sunt. Hoc porrò est abuti obsequio, quod vetustati debetur. Postquam verò magis exulta vivendi ratio florere cepit apud eas etiam gentes, quæ cultissimæ credebantur, non leve negotium religioni erat, ubi simulacrum vel Praxiteles vel Phidias, vel Myron sculpsissent; frequentior enim populi turba cò consultata conveniebat. Ipsamet nuera quæ elapsis retrò seculis dedicata in templis fuerant dignitatem quamdam ex ipsâ vetustate referebant, cujus causâ quodam obsequii genere digna censebantur. Juvenal. Sat. 13 :

Veteris qui tollunt grandia templi

Pocula adoranda rubiginis, et populorum

Dona, vel antiquo positas à rege coronas.

(Calmét.)

VERS. 11. — AUT SI QUIS ARTIFEX FABER DE SYLVA LIGNUM RECTUM SECUTRIT, ET ILLIUS DOCTE ERADAT OMNEM CORTICEM, ET ARTI SUÆ USUS, DILIGENTER FABRICET VAS UTILE IN CONVERSATIONEM VITÆ. VERS. 12. — RELIQUIS ALIUM IDEM OPERIS, AD PREPARATIONEM MESCIBABATUR. *Aut si quis, repete ex versu præced. appella- verunt deos opera manuum hominum, puta simulacra, uti ex auro, argento et lapide, sic et ex ligno fabricata, quorum vanitatem vanamque superstitionem graphicè*

VERS. 14. — PERLINIENS RUBRICA, id est, minio et colore rubro, ut facie rubescant, ut Plinius lib. 33 testatur Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam (1).

hoc versu et sequenti depingit : quòd scilicet faber lignarius secans arborem, illamque decorticans, ex illâ fabricat arcam, mensam, fenestram, aliudve instrumentum utile ad communes usus hujus vitæ; ex ejus verò reliquiis et rejectamentis, partim accendat ignem, quo escam coquat; partim faciat idolum, hoc est, effigiem hominis vel animalis, quam perpolitam in templo colloceat, clavisque ferreis aræ affigat, ne labatur et corruat. Eodem planè modo idolorum fabricam depingit et subsannat Baruch toto cap. 6, Jerem. cap. 10, et Isaïas cap. 44, 9 et seq., quos hic Sapiens imitari videtur. Quare quæ ibi dixi, hic non repetam, ideòque paucis, quæ sequuntur perstringam.

ARTIFEX FABER, Græcè, *δοτικός τέκτων*, id est, *materiae cæsor*, faber materiarius vel lignarius, qui materiam parat ad aliquid opus. At verbum *δοτικός* idem est quòd *sylvam cædens*; sylvam enim dat arbores, quasi materiam fabricis ad opera fabricilia; *δοξα* enim est sylvam, indeque materia; Latini enim sæpè Græcam aspirationem vertunt in litteram S; ut *πρόπιος* dicunt *super*, pro *super* dicunt *super*, pro *super* dicunt *sylvam*; unde *δοξα* significat quamlibet materiam, sed præ omnibus cædunt. Sensus est, q. d. : *Mechanicus et vilis faber fabricavit idolum; ipse ergo præstantior est idolo, quia opifex præstat suo opere, et animâ præditus præstat idolo inanimato; unde puderet fabrum adorare idolum à se factum; quia scit idolum omnem formam et pulchritudinem à se accepisse; quare cùm ipse non sit Deus, multò minùs idolum esse Deum, cùm ipse deos fabricare nequeat.*

LIGNUM RECTUM. Græcè, *εὐτετακτον φυτόν*, id est, *plantam vel arborem, quæ faciliè colliquescit* (*τέκνω* enim est *liquo*, *mollio*, *tabefacio*), *resolvitur, putrescit, corrumpitur.* Alii legunt *εὐτετακτον*, id est, *facilem factum, elaboratam eleganter; Vaticani legunt εὐκίνητον*, id est, *benè mobilem, quòd faciliè obediat manus artificis; non enim à quereu solet excindi simulacrum. Alii εὐτετακτον*, id est, *benè genitum, rectè natam et formatam.*

Noster appositè vertit, *rectum*, quia quæ recta sunt faciliùs formantur; unde dicuntur *εὐκίνητα δένδρα*, *arbores quarum venæ et fibra rectè fluunt.* Hinc Complut. vertunt, *rectum; Vatabl., eximium; alii, accommodatum, aptum, tractabile; Cantacuzenus exponit idoneum, rectum, agile.*

Pro *diligenter*, Græcè est, *εὐπρεπῶς*, id est, *decenter, decorè, concinnè, eleganter.* Pro *utile* perperam Lyranus, Hugo, Dionys. legunt, *inutile.*

IN CONVERSATIONEM VITÆ. Græcè *εἰς ὑπερσῆσιν ζωῆς*, id est, *in ministerium vitæ.*

Pro *reliquis*, Græcè est *ἀποθήματα*, id est, *rescissamenta, rejectamenta, residua à ligno resecta.* Græca ergo sic habent : *Rejectamenta verò operis in præparationem escæ expendens satiatum est.* Exaggerat vilitatem materiæ idolorum; siquidem ex eodem ligno conficitur idolum, ex cuius ramentis, seu ramis, cibis coquitur, quo recreetur et saturetur.

ABUTATUR, id est, utatur. Sic Cicero Action. 5 in Verrem, et lib. 9, epist. 6, ait se tempore et vacatione, quam sibi respublica concedebat, abuti, id est, uti, ad studium. Sic Jurisconsulti dicunt nos uti rebus quæ usu non consumuntur, abuti verò iis quæ usu consumuntur; qualia hic sunt ligna quibus ignis ad coquendum accenditur. Unde Cato de Re rusticâ, c. 76, ait : « *Donec omnem cascum cum melle abusus ceris,* » id est, *consumpseris.* Rursum abuti apud Ciceronem et alios classicos est abundè vel copiosè uti; sicut lignis multis ad ignem culinæ copiosè utimur, ideòque abutimur.

(Corn. à Lap.)

(1) PERLINIENS RUBRICA, ET RUBIGINEM FACIENS FUCO, id est, *minio*; *ροζα*, id est, *algarubente, qui pro-*

VERS. 17. — VOTUM FACIENS INQUIRIT. Græcè, *orans* inquit, seu precibus poscit ac rogat felicem success-

prie *fucus* ex Græco; unde nomen latius fusus ad omnia loca hæc mendacia. Arnobius lib. 6 de Simularis, *mero abluo minis*. (Grotius.)

VERS. 15. — ET FACIAT EI DIGNAM HABITATIONEM, id est, recessum, seu scapham, vulgò *niche*, id est, ædiculam cui idolum imponitur. Porro ex his quæ à versu 10 usque ad finem capituli hujus, et rursùm capite 15 et Baruch. 6, dicuntur, expressè patet mentiri Calvinum, cum ait gentiles non adorasse ligneas, vel lapideas statuas, sed in statuis verum Deum. Nam disertè dicunt hæc Scripturæ ipsos adorasse *ligna et lapides*. Et Lactantius, Tertullianus, Cyprianus, Justinus, Athanasius, Ambrosius, Clemens Alexandrinus, Augustinus, et alii SS. Patres hoc nomine passim rident gentiles. (Tirinus.)

VERS. 15. — ET FACIAT EI DIGNAM HABITATIONEM, ET IN PARIETE PONENS ILLUD, ET CONFIRMANS FERRO, —

VERS. 16. — NE FORTE CADAT, PROSPICIENS ILLI; SCIENS QUONIAM NON POTEST ADIUVARE SE : IMAGO ENIM EST, ET OPUS EST ILLI ADIUTORIUM; q. d. : Deinde idolo quasi numini extruit sacellum, altare, templum, aut potiùs ædiculam, tabernaculum, vel thecam, cui includatur, uti Demetrius argentarius faciebat ædiculas argenteas Dianæ, Act. 19, 24; primitiis enim non erant templa; nam primus Salomon Hebraeis templum erexit, imò Xerxes Magorum consilio templa combussit; quòd, ut scribit Cicero lib. 2 de Legibus, mundus totus esset templum, nec domibus includendi forent dii, sed ipsis omnia patentia deberent esse ac libera, idèoque oraturi altos montes conscendebant; idola ergo domestica in domorum cubiculis, puta in latariis vel oratoriis collocabant (omnia enim hæc spectant ad vilitatem idolorum demonstrandam), ibique in pariete illa collocabant, ac clavibus alibetant firmabantque, providentes illis ne caderent, quia sciebant illa non posse seipsa sustinere, sed ope alienâ indigere, eò quòd idolum non aliud sit, quam imago imbecilla, quæ opus habet alterius auxilio et sustentaculo. Idem idolis impropert Jerem. cap. 10, 4: *Clavis*, inquit, *et malleis compegit, ut non dissolvatur*,

CAPUT XIV.

1. Iterùm alius navigare cogitans, et per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum invocat.

2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, et artifex sapientiâ suâ.

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat: quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam,

4. Ostendens quoniam potens es ex omnibus salvare, etiam si sine arte aliquis adeat mare.

5. Sed ut non essent vacua sapientiæ tuæ opera, propter hoc etiam et exiguo ligno credunt homines animas suas, et transeuntes mare per ratem liberati sunt.

6. Sed et ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen nativitatibus, quæ manu tuâ erat gubernata.

7. Benedictum est enim lignum per quod fit justitia:

8. Per manus autem quod fit idolum, maledictum est et ipsum, et qui fecit illud: quia ille quidem operatus est; illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est.

9. Similiter autem odio sunt Deo impius et impietas ejus:

sum. Vota sunt ergo, non promissiones, sed preces ac desideria (1).

etc., *portata tollentur, quia incedere non valent*. Et Baruch cap. 6, 26: *Si ceciderint*, ait, *à semetipsis non consurgunt; neque si quis eum staterit rectum, per semetipsum stabit*. Vere S. August. serm. 29, de Verbis Domini: *Deus aureus*, ait, *et Deus ligneus ad pretium disparas sunt; at habere oculos, et non videre pares sunt*. (Corn. à Lap.)

(1) ET DE SUBSTANTIA SUA, ET DE FILIIS SUIS, ET DE NUPTIIS VOTUM FACIENS INQUIRIT, NON ERUBESCIT LOQUI CUM ILLO, QUI SINE ANIMA EST. Græcè: *Tandem pro possessionibus, ut non nuptiis suis et pro liberis illi propterque quæ, id est, orans, vel vota nuncupans, in animo verba facere non erubescit, ita Vatabl. Quare tò inquit non est in Græco, sed subauditur et sententiæ vim adauget; q. d. : Quoniam est illa vesania, ut idolo ligneo et stupido vota faciant ad hoc, ut felices sortiantur nuptias, liberos et possessiones, ab eoque inquirant, num eas assecuturi sunt, an non? cum idolum inanime, nec loqui, nec audire, nec intelligere, multò minùs prophettare valeat. Vide Baruch. cap. 6, 35, et seqq. Porro Hebræos, gentiles et Christianos, cum quid à Deo vel ab idolis postularent, solitos precibus addere vota, ut faciliùs rem impetrarent, notissimum est. Audi Valer. Max. lib. 4, cap. 4: *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur: cum aliquid commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto; cum solvendum, gratulatione: cum inquirendum, vel exitis, vel sortibus: imperito, cum peragendum solemnè ritu sacrificio; quo etiam costentorum, ac fulgurum denuntiationes procurantur*. (Corn. à Lap.)*

VERS. 19. — DE OMNIUM EVENTU PETIT AB EO QUI IN OMNIBUS EST INUTILIS. Græcè fert: *Ab ignavissimo manibus, cujus manus inutilis sunt, et motu carent, vim postulat pro quæstu et opere, et manuum successu*. Si hunc locum attentè inspicias, vetus interpretes reddidisse videtur: *De manuum eventu petit ab eo qui manibus est inutilis; quæ verba deinde ita mutata fuerint: De omnium eventu, et omnibus inutilis*.

(Calmet.)

CHAPITRE XIV.

1. Un autre aussi ayant entrepris de se mettre en mer, et commençant à faire voile sur les flots impétueux, invoque un bois plus fragile que le bois qui le porte;

2. Car le désir du gain a inventé la structure de ce bois, et l'ouvrier en a formé un vaisseau par son adresse.

3. Mais c'est votre providence, ô Père céleste, qui le gouverne; car c'est vous qui avez ouvert un chemin au travers de la mer, et une route très-assurée au milieu des flots;

4. Pour faire voir que vous pouvez sauver de tous les périls, quand on s'engagerait même sur la mer, sans le secours d'aucun art.

5. Mais afin que les ouvrages de votre sagesse ne fussent point inutiles, les hommes ne craignent pas de confier leur vie à un peu de bois; et passant la mer, ils se sauvent des dangers avec un vaisseau.

6. Aussi dès le commencement du monde, lorsque vous fîtes périr les géants superbes, un vaisseau fut l'asile de l'espérance de l'univers; et étant gouverné de votre main, il conserva au monde la tige de laquelle il devait renaître;

7. Car le bois qui sert à la justice est béni;

8. Mais le bois dont on fait l'idole est maudit lui-même, aussi bien que l'ouvrier qui l'a faite; celui-ci, parce qu'il a fait une idole; et celui-là, parce que, n'étant qu'un bois fragile, il porte néanmoins le nom de dieu;

9. Car Dieu a également en horreur l'impie et son impiété;

10. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur.

11. Propter hoc et in idolis nationum non erit respectus; quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, et in tentationem animabus hominum, et in muscipulam pedibus insipientium.

12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum; et adinventio illorum corruptio vitæ est.

13. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14. Supervacuitas enim hominum hæc advenit in orbem terrarum; et ideò brevis illorum finis est inventus.

15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem; et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquàm deum colere cepit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia.

16. Deinde interveniente tempore convalescente iniquâ consuetudine, hic error tanquàm lex custoditus est, et tyrannorum imperio colebantur figmenta.

17. Et hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quòd longè essent, è longinquo figurâ eorum allatâ, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt; ut illum, qui aberat, tanquàm præsentem colerent suâ sollicitudine.

18. Proximitas autem ad horum culturam et hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

19. Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaboravit arte suâ, ut similitudinem in melius figuraret.

20. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquàm homo honoratus fuerat, nunc deum æstimaverunt.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt.

22. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam; sed et in magno viventes inscientiæ bello, tot et tam magna mala pacem appellant.

23. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insanæ plenas vigiliis habentes,

24. Neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt; sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat;

25. Et omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio et infidelitas, turbatio et perjurium, tumultus bonorum,

26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nati-
vitatibus immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio, mœchie et impudicitæ;

27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, et initium et finis.

28. Aut enim diù lætantur, insaniant; aut certè vaticinantur falsa, aut vivunt injustè, aut pejerant citò.

10. Et l'ouvrage souffrira la même peine que l'ouvrier qui l'a fait.

11. C'est pourquoi les idoles des nations ne seront point épargnées, parce que, créatures de Dieu, elles sont devenues un objet d'abomination, un sujet de tentation aux hommes, et un filet où les pieds des insensés se sont pris.

12. La pensée des idoles a été le commencement de la prostitution; et leur perfection a été l'entière corruption de la vie humaine;

13. Car les idoles n'ont point été au commencement, et elles ne seront point pour toujours.

14. C'est la vanité des hommes qui les a introduites dans le monde; c'est pourquoi on en verra bientôt la fin.

15. Un père gémissant dans une douleur profonde, fit faire l'image de son fils qui lui avait été ravi soudainement, et il commença d'adorer comme dieu celui qui, comme homme, était mort un peu auparavant; il lui établit parmi ses serviteurs un culte et des sacrifices.

16. Cette coutume criminelle s'étant autorisée de plus en plus dans la suite des temps, l'erreur fut observée comme une loi, et les idoles furent adorées par le commandement des princes.

17. Les hommes aussi ne pouvant honorer ceux qui étaient bien loin d'eux, firent apporter leur portrait du lieu où ils étaient; et ils proposèrent devant tout le monde l'image du roi auquel ils voulaient rendre honneur, pour révéler ainsi, comme présent, avec une soumission religieuse, celui qui était éloigné.

18. L'adresse admirable des sculpteurs augmenta encore beaucoup ce culte dans l'esprit des ignorants.

19. Chacun d'eux voulant plaire à celui qui l'employait, épuisa tout son art pour faire une figure parfaitement achevée.

20. Et le peuple ignorant, surpris par la beauté de cet ouvrage, commença de prendre pour un dieu celui qu'un peu auparavant il avait honoré comme un homme.

21. Telle fut la source de l'illusion de la vie humaine, de ce que les hommes, ou pour satisfaire leur affliction particulière, ou pour se rendre trop complaisants aux rois, ont donné à des pierres et à du bois le nom incommunicable.

22. Il n'a pas même suffi aux hommes d'être dans ces erreurs touchant la connaissance de Dieu; mais vivant dans une ignorance aussi nuisible que la plus funeste guerre, ils donnent le nom de paix à des maux si grands, et en si grand nombre;

23. Car, ou ils immolent leurs propres enfants, ou ils font en secret des sacrifices infâmes, ou ils célèbrent des veilles pleines d'une brutalité furieuse;

24. De là vient qu'ils ne gardent plus aucune honnêteté, ni dans leur vie, ni dans leur mariage; mais l'un tue l'autre par envie, ou l'outrage par l'adultère;

25. Tout est dans la confusion, le sang, le meurtre, le larcin, la tromperie, la corruption, l'infidélité, le tumulte, le parjure, le trouble des gens de bien,

26. L'oubli de Dieu, l'impureté des âmes, l'avortement, l'inconstance des mariages, et les dissolutions de l'adultère et de l'impudicité;

27. Car le culte des idoles abominables est la cause, le principe et la fin de tous les maux;

28. Car, ou ils s'abandonnent à l'ivresse dans leurs plaisirs, ou ils font des prédictions pleines de mensonge, ou ils vivent dans l'injustice, ou ils se parjurent sans aucun scrupule;

29. Dùm enim confidunt in idolis, quæ sine animâ sunt, male jurantes noceri se non sperant.

50. Utraque ergo illis evenient dignè, quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, et juraverunt injustè in dolo contemnentes justitiam.

51. Non enim juratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper injustorum prævaricationem.

29. Parce qu'ayant mis leur confiance en des idoles qui n'ont point d'âme, ils ne craignent point d'être punis de leurs parjures.

50. Mais ils recevront la punition de ce double crime, parce qu'ils ont eu des sentiments impies de Dieu, en révérend les idoles, et parce qu'ils ont fait de faux sermens, sans se mettre en peine de blesser la justice par leur perfidie;

51. Car ce n'est point la puissance de celui qui on a juré, mais la justice armée contre les peccateurs, qui punit toujours l'infidélité des hommes injustes.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — LIGNO PORTANTE SE, FRAGILIUS LIGNUM INVOCAT: quia idolum non potest vectores ex tempestate servare incolumes, ut potest navis: ad quam etiam fabricandam magnus lignorum delectus habetur, idolum verò ex trunco inutili (1).

VERS. 5. — DEDISTI IN MARI VIAM, Israëlitis; ET SEMITAM FIRMISSIMAM, id est, tutissimam seu securissimam, fluctibus instar solidorum montium hinc inde defixis (2).

VERS. 5. — SED UT NON ESSENT VACUA SAPIENTIÆ TUE OPERA: quia scilicet per navigationem multa ex insulis exportantur, quæ alioqui essent inutilia. Ita quidam. Sed aptius intelligas, *ne essent vacua*, id est,

(1) ALIUS NAVIGARE COGITANS. . . . FRAGILIUS LIGNUM INVOCAT. Ingens sanè temeritas est, maris periculis ultrò objici, cùm præsertim id necessitas non jubeat; at longè maxima vesania est, periculosi itineris auspicem invocare lignum ipsâ navi fragilius. Qui mare navigat, vel insanit, vel inops est, vel mori cupit, vetus quidam aiebat; seque mirari dicebat Anacharsis, celeberrimus Scytharum philosophus, ubi homines hilari fronte iter aggredi cerneret, quo quatuor tantùm digitos à morte abessent. Interroganti, utrum plures essent vivi quam mortui: *Navigantes*, inquit, *utrâ in parte constituis?* Primi illius hominis, qui navigare ausus est, temeritatem optimè arguit Horatius lib. 4, ode 3:

Illi robur et æs triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem. . . . Primus.

Ethnici tamen hominis, iter suum fragili ligno, quod Deum appellat, credentis, insaniam et cæcitas multò graviores sunt.

(Calmet.)

VERS. 2. — ILLUD ENIM CUPIDITAS ACQÛIRENDI (*questiùs aviditas*) EXCOGITAVIT, ET ARTIFEX SAPIENTIÆ FABRICAVIT SEA; scilicet artem navigandi. (Gastalio.)

(2) QUONIAM DEDISTI IN MARI VIAM. Censent aliqui prodigiosum Erythræi transitum hoc loco à Sapiente spectari. Plerique tamen ampliore sensu interpretantur: Tua, ô Deus, sapientia navigandi artem homines docuit; tu dux navigationum es. Antequam nauticæ acis usus inveniretur, longæ navigationes ceu prodigia, gestaque naturæ viribus majora putabantur. Navigandi artem invenisse plures apud ethnicos ferebantur; aliis enim erant Jason et Argonautæ, in Colchos profecti, ut vellus aureum raperent; aliis Neptunus, Atlas, Minerva, Danaus, Prometheus; aliis denique Cretenses aut Phœnices; at verissimilimum est hanc artem variis temporibus variisque in locis novis semper incrementis perfectam fuisse, latiusque communicatam; hinc verò factum esse, ut plures ejusdem auctores atque inventores noscerentur. Certius tamen illius inventionis tempus apud Scripturam habemus in arcâ Noe, ejus inventio uni Sapientiæ debetur: ipse enim Deus arcæ specimen Noëno tradidit: nullaque deinceps navis arcæ æqualis aut magnitudine, aut arte constructa est. Experimentis non indiget Sapientia uti homines egent. Vix manum ad opus admovit, nihil eo perfectius excogitari potest.)

(Calmet.)

ne si solam potentiam tuam ostenderes, sapientiæ tuæ opera ut naves, etc., quæ per manus artificum operatis, inadventitiosâ et inutilia, et consequenter sapientiæ suæ congruente executione artifices carent. Hoc pulchrâ allusione Græcè exprimitur: *Ne ἐγγύσσεται ὁ ἄνθρωπος*. ENIGUO LIGNO CREBUNT HOMINES ANIMAS, navi ex lignis tam exiguis compactæ, ut non nisi quatuor digitis absint à morte (1).

VERS. 6. — CUM PERIBENT SUPERBI GIGANTES, in diluvio, quibus moles corporis erat mensurâ superbiæ, propter quam amputandam notat Theodoretus q. 48 in Gen. Deum hominibus magnitudinem corporum negasse. SPES ORBIS TERRARUM AD BATEM CONFUGIENS, Noe scilicet, cum suis arcam ingressus, remisit SEculo SEMEN NATIVITATIS, id est, generationis, posteritatem scilicet generatione seu nativitate propagandam: quæ MANU TUA ERAT GUBERNATA, non nativitas, quasi illa Deo gubernante peragatur: sed, ut ex Græco patet, spes orbis terrarum, Noe scilicet qui in fluctibus, Dei providentiâ, gubernabatur (2).

VERS. 7. — BENEDICTUM EST ENIM LIGNUM PER QUOD FIT JUSTITIA. Nonnulli intelligunt benedictum lignum crucis per arcam figuratum, ut indicat Aug. 15 de Civitate. c. 26, per quod fiat justitia, quia Ecclesia fit justa et salva per lignum; sed hoc allegoricum videntur. Ad litteram enim agitur de arcâ. Nonnulli igitur per arcam volunt factam esse justitiam, quia per eam Melchisedech rex justitiæ ex diluvii inundatione salvatus est. Sed hoc fortassè falsum est. nec textui satis quadrat. Facta est ergo per arcam justitia, tum

(1) PRÆPTER HOC ETIAM, etc.; hoc est, vitam ac salutem suam exiguo navigio committunt. Et TRANSIENS IN MARI, etc.; vel: *Cum transivissent tempestatem* (aut *mare procellosum*) *rate servati sunt*. Cujus exiguitas ostendit vim sapientiæ prudentiæque divinæ, cùm tam parvo vase homines ex tam vasto ac periculoso mari incolumes evadunt. (Badvellus.)

(2) SPES ORBIS, Noe cum filiis suis semen et genitor novi orbis, AD BATEM, seu ARCAM, CONFUGIENS, REMISIT ET RELIQUIT SEculo SEMEN NATIVITATIS, seu GENERALE, id est, prolem ex qua novæ susceperunt proles. Ex his patet, primum nauticæ artis repertorem fuisse Noe, primam navem fuisse arcam, quo modo etiam Berossus illum nominat. Unde quod Cretenses Neptuno, Pinnus Danao vel Jason, Clemens Atiliano, Tertullianus Minervæ, alii alius id honoris deferunt, subsistere non potest, nisi hoc sensu, quod in particularibus locis hii diversi fuerint primi inter incolas eorundem locorum artis navigandi inventores vel usurpatores. Porro prima hæc Noe *ratis* non tenuis, non velis, adivé humanâ ope, sed TEA SOLUS RANX DEUS GUBERNATA, inquit hie Salomon. Similis miraculose gubernationis exempla habes apud sanctum Paulinum, et passim in historicis sanctorum.

† (Trinus.)

quia per illam Deus et Noe damnavit mundum, ut ait Apost. ad Hebr. 11, vel quia ipsi Noe per arcam salus data est, cæteris pereuntibus, ut æquum et justum erat. Potest tamen generalis sententia ad cætera justitiæ instrumenta extendi, quæ benedicta dicantur, tanquàm laude et benedictione celebranda; sicut:

VERS. 8. — IDOLUM MALEDICTUM EST ET IPSUM, quia omni execratione, ore et opere detestandum, eò quòd ligno divinitatis titulus attribuitur (1).

VERS. 9. — SIMILITER AUTEM ODIO SUNT DEO IMPIIUS, id est, idoli artifex, ET IMPIETAS EJUS, idolum scilicet ex impietate profectum. Hæc Deo sunt odio, non pari ratione, sed quia ex Dei vindictâ, non minùs idola quàm idololatræ, idolique artifices, peritura sunt; sic enim etiam inter homines, ex abominabilium peccatorum horrore ac detestatione, peccandi instrumenta unâ cum ipso peccatore delentur, ut Achan cum anathemate Josue 7, homo cum jumento, Levit. 20. Ex quo factum nonnulli putant ut crux Christi unâ cum Christo sepulta fuerit.

VERS. 10. — ETENIM QUOD FACTUM EST, idolum, CUM ILLO QUI FECIT, TORMENTA PATIETUR, quia scilicet *idola penitus destruentur*, ut inquit Isaias. Unico ergo verbo, brevitatis causâ, utriusque volens designare congruentem pœnam et interitum, utriusque Dei odium, utriusque tormenta, licet uni propriè, alteri impropiè ascribit. Dæmones autem qui consecratione seu dedicatione in idola invitati delitescebant, non posse intelligi ex eo patet quòd illi non sint facti ab artificibus.

VERS. 11. — QUONIAM CREATURÆ DEI, aurum, argentum, ligna, lapides, IN ODIIUM FACTÆ SUNT, id est, abominationem, quia ab hominibus in abominanda ac detestanda idola figuratæ sunt; ET IN MUSCIPULAM, seu laqueum, ut Græcè est, PEDIBUS INSIPIENTIUM, quia artificum eximiâ diligentia tentati homines ac decepti, insipienter divinitatem statuis attribuerunt. Possent hæc latiùs extendi ad cæteras creaturas, quæ per abusum hominum in odium fiunt; per allicientem verò delectationem earum, in tentationem et laqueum pedibus insipientium (2).

VERS. 12. — INITIUM ENIM FORNICATIONIS, quâ homines à Deo apostatantes veluti per fornicationem quamdam sponso fidem frangunt, EST EXQUISITIO, seu ex-

(1) PER MANUS AUTEM QUOD FIT IDOLUM, MALEDICTUM EST, etc., id est, idolum quod fit manibus. Græcè: *Manufactum autem execrabile ipsum, et qui fecit illud.* Idolum, id est, statua vel imago seu simulacrum ad hoc factum ut pro Deo colatur. Non ergo sol aut luna aut angeli sunt idola, licet à quibusdam colantur aut culti sint pro diis, sed quæ manibus fiunt ad eum usum, idola sunt. (Estius.)

(2) CREATURÆ DEI IN ODIIUM FACTÆ SUNT, ET IN TENTATIONEM ANIMABUS HOMINUM. Quomodò creature non per se ita facte sint, sed tantum quòd homines suâ culpâ illis malè utantur, Deo per hoc etiam gloriam suam manifestante, vide explicatum supra ad illud Prov. 16: *Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Et quomodò creature per se servant, ut ad Deum nos dicant, Sapiens cap. preced. latè prosequitur, et nominatum eum dicit: *A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri.* (Estius.)

cogitatio, IDOLORUM; cùm enim sponsentur homines Deo in fide, secundum prophetam, fidei desertio per idololatriam, rectissimè dicitur fornicatio: ET ADINVENTIO ILLORUM CORRUPTIO VITÆ EST. Hinc tam enormia idololatrarum flagitia à Patribus recensentur, Clemente, Arnobio, Lactantio, ut mirum sit naturam humanam ita potuisse perverti. Sed verum est illud Clementis de Adriano Antinorum consecrante: *Non facile arcetur cupiditas quæ caret metu*; sola enim cogitatio Dei viventis ac videntis, animam fluxosque mores à sceleribus salubri quodam timore coercere potest (1).

VERS. 13. — ACERBO ENIM LUCTU DOLENS PATER, etc. (2). Significatur primum simulacrorum usum ex mortuorum desiderio irrepsisse; in quo omnes penè scriptores cum Scripturâ conveniunt, tametsi alii filium patri, alii patrem filio primam statum consecrâsse velint. Utrumque potuit diversis in locis contingere; itemque aliis de causis. Scriptura enim hic quasi exempli gratiâ, quid magis tritum fuerit, exponit. CONSTITUIT INTER SERVOS SUOS SACRA ET SACRIFICIA (4), nempe privatim inter domesticos; nam quod domestici privatim in heri sui solatium et adulationem inceperant, hoc herus postea tanquàm debitum exigit, ut notatur apud Fulg. lib. 1 Apologiæ; atque ita paulatim, præsertim inter domesticos factum est id quod dicit Cypr. lib. de Idolis, ut fierent *mortuorum sacra, quæ priùs fuerant vivorum solatia.*

VERS. 16. — DEINDE INTERVENIENTE TEMPORE, etc. Significatur idololatricæ progressus; ex illo enim usu domestico per consuetudinem lex est condita, ignorante vulgo primam illius cultûs originem, quam ab aliis videbat superioribus temporibus passim frequentatam fuisse.

VERS. 17. — ET HOS QUOS IN PALAM HOMINES HONORARE NON POTERANT, etc. Hæc est secunda idololatriæ

(1) INITIUM ENIM FORNICATIONIS. *Fornicationem sæpè apud prophetas invenies pro cultu simulacrorum.* Recedit enim tunc anima à vero Deo, et tanquàm meretrix alieno adhæret. (Clarius.)

VERS. 15. — NEQUE ENIM ERANT AB INITIO, nam à creatione mundi usque ad diluvium, et etiam post per dignum tempus, non legitur fuisse aliquid idolum. NEQUE ERUNT IN PERPETUUM; jam enim cessaverunt idola quasi per totum mundum. (Lyranus.)

VERS. 14. — SUPERVACUITAS. *Καυδὸς ἰσχυρὰ*, propter inanem gloriam. ET IDEO BREVIS, etc.; quasi dicat; quia idololatria levem causam habuit, hoc est, vanam gloriam, ideò tam levi nixa fundamento, perpetuò durare non potest. FINIS EST INVENTUS, pro, *finis invenitur*; vel sermo est de aliquibus peculiaribus idolis, et eorum cultu, qui jam dudum obsolevit. (Menochius.)

(2) Hanc originem idolorum tradiderat in libris Antiquitatum Diophantus Lacedæmonius, allatâ Syrophanis Ægyptii historiâ. Docet id nos Fulgentius Mythologicor. 1. Non longè abit illud Tullii primo de Naturâ deorum: Qui totâ die precabantur et immolabant ut sibi sui liberi superstites essent supersticiosi sunt appellati. Alii originem idolorum deducunt à populorum studio in mortuos reges. Vide Lactant., 4, 13. Potuit alii in locis alia esse rei ejusdem origo.

(3) *Μυστήρια τῶν νεκρῶν.* *Mystéria* in arcanis quibusdam vocibus et symbolis consistebant, *τελεῖται* in victimis. (Grotius.)

causa, quòd absentium quos dilexerant, memorie causâ sibi imagines finxerunt (1).

VERS. 18. — PROVENIT AUTEM AD HOREM CULTURAM, etc. Hæc tertia causa duabus prioribus dedit incrementum, imperitis hominibus tantum artificum peritiæ tribuentibus, ut aliquid divini numinis in ipsis pulchris et nudis statuis latere existimarent. Hinc Pigmalion Cyprius eburneam statuam, tanquam vivam adamavit, et alius non nemo Venerus, Gnydiam, ut testis est Clemens in Exhortat. ad gentes (2).

VERS. 21. — QUONIAM AUT AFFECTU, privati scilicet doloris de rapti prematurè filio, AUT REGIBUS DESERVIENTES, etc., jubentibus coli mortuum filium. Insinuantur duæ potissimum idololatriæ causæ, amor inordinatus ac timor : quod verissimum esse deprehendet, qui variorum gentilium deorum originem consideraverit. Ex personarum enim amore alius filium, ut Cicero Tulliam suam, teste Lactantio 1 Instit. c. 15, alius parentem, ut Ninus Belus; alii regem, ut Romani Quirinum; alii suas delicias, ut Adrianus Antinuum, in deos retulerunt. Ex rerum temporalium amore nimio, diversissimi dii efficti sunt, quos iis procurandis præficerent, quorum integra plaustra videre licet apud August. 6 de Civit. Hinc avari Jovem pecunium et argentinum, ambitiosi deam Victoriæ, mœchi Venerem, gulosi Bacchum, alii alium sibi deum adsciverunt; imò singuli artifices, artem suam, idolum aliquod ex illâ fingentes, ut testis est Epiphanius in Anchorato. Ex timore quidam dii mali et cacodæmones culti sunt, non ut prodescent, sed ne nocerent. Quòd facit id quod narrat quidam veterum. Cùm Ægyptii cladem Pharaonis in mari Rubro audivissent, tanto timore fuere percussi, ut unusquisque rem illam, quâ occupatus domi remanserat, gratitudinis ergo ut deum coluerit.

INCOMMUNICABILE NOMEN LAPIDIBUS ET LIGNIS IMPOSUERUNT. Quod istud nomen? Nonnulli volunt esse nomen Hebræum tetragrammaton, quod peculiari ratione Deo vero competit, neque alteri communicari potest. Alii nomen Græcum θεός junctum articulo; tunc enim Deum duntaxat verum significat, ut multis exemplis declarat Epiphanius hæresi 9, et Cyrillus lib. 1 in Joannem, c. 4. Vera hæc sunt; sed non integrè Scripturæ mentem exponunt. Nomine enim Hebraico non nisi Hebræi utebantur, nec Græco nisi Græci, cùm tamen in primis de Ægyptiorum, Chananæorum et Orientalium idololatriâ sit sermo, quibus

(1) ET TYRANNORUM IMPERIO COLEBANTUR FIGMENTA. Hæc est illa theologia, quam *civilem* vocat Varro; de cuius sacris Seneca : « Quæ omnia sapiens servabit tanquam legibus iussa, non tanquam diis grata. » Et iterùm : « Sic adorabimus, inquit, ut meminerimus cultum ejus magis ad morem quam ad rem pertinere. » (Grotius.)

(2) VERS. 20. — ABDUCTA PER SPECIEM OPERIS. Ideò Philo, lib. de Gigantibus, de Mose loquens : « Quare et celebres illas et elegantes artes, picturam et sculpturam, è suâ ejecit republicâ; quia veri naturam dimittant, dolos et præstigias per oculos fabricant animis ductilibus. »

DEUM ESTIMAVERUNT. *Σέβουσα* vocatur quidquid colitur, et quæ cultui inserviunt. (Grotius.)

et Græca lingua et Hebraica erat incognita, maxime cùm incipiente idololatriâ, de quâ hic agitur, nomen illud Moysi nondùm esset revelatum. Nomen ergo incommunicabile est illud, quo quæque natio eos illud denuntiat, quo nihil melius cogitari potest, à quo se suaque omnia pendere, quod omnibus rebus administrandis præesse putant. Sicut enim hoc non est nisi Deus verus, ita nec nomen illud ulli alteri communicari potest. Vocantur tamen aliquando nonnulli dii, quia vel opinione, vel participatione alicujus excellentiæ per analogiam idem nomen participant, non quasi idem nomen eadem prorsus significatione, vel angelis, vel hominibus, vel diis gentilium tribuatur subinde à Scripturâ; sed idololatriæ statuas ligneas, et lapideas eadem prorsus notione quâ soli Deo omnipotenti convenit, deos appellabant. Vide S. Thomam 1 part., quæst. 15, art. 9. Ex quo patet contra Calvinum, non idolis Deum verum, sed idola ut Deum verum gentiles coluisse.

VERS. 22. — SED ET IN MAGNO VIVENTES INSCIENTIE BELLO, id est, in magno ipsius animæ cum seipsâ, ipsius rationis cum sensu, et concupiscentiarum inter se dissidio, in quod per Dei et virtutis ignorantiam inciderant. Vel, *in magno bello inscientiæ*, quia idololatriæ ipsam ignorantiam inter se, quasi bello quodam partiri esse videbantur, et quasi de ignorantiam palmâ contendere, propter eorum absurditatem. TAM MAGNA MALA PACEM APPELLANT, cùm sint tales non beati veraciter, sed miseri fortiter, ut loquitur Augustinus.

VERS. 25. — OBSCURA SACRIFICIA FACIENTES. Nocturna scilicet, nam Græcè est, occulta mysteria: quæ propterea erant plena omni turpitudine, ut de sacris Eleusiniis, Isis, etc., referunt Arnobius et alii, qui contra gentes scripserunt. AUT INSANIE PLENAS VIGILIAS HABENTES, quia vigilando per comessiones insaniebant, ut fiebat in furiis Bacchanalium, de quibus Tertull. Apolog. cap. 7 : « Baccho Italico jam furias vestras immolâstis (1). »

VERS. 25. — ET OMNIA COMMIXTA SUNT, SANGUIS, etc., secundùm illud Osee 4 : *Sanguis sanguinem tetigit*. Utrobique enim significatur incestus cum consanguineis. TUMULTUS BONORUM, id est, bonarum rerum perturbatio, vel etiam virorum bonorum vexatio.

VERS. 26. — DEI IMMÉMORATIO, sive oblivio; tantis enim tenebris quidam immerguntur propter scelerum enormitatem, ut dicant in corde suo : *Non est Deus*. NATIVITATIS IMMUTATIO, id est, generationis immutatio

« (1) FILIOS SUOS SACRIFICANTES Moloch. »

AUT OBSCURA SACRIFICIA FACIENTES. *Κρυφα θυσία*, qualia apud Græcos Cereris Libetique ac Liberæ, de quibus multa apud Alexandrinum Clementem et Arnobium. *Cereris arcanium sacrum* dixit Horatius; *secretam Cererem* Hercules turente Seneca. Scriptor OËdipi :

*Nos Cadmeis orgia ferre
Tecum solita condita cistis.*

AUT INSANIE PLENAS VIGILIAS HABENTES. In Græco : *Aut ex aliis moribus insanis ludis indulgentes*. Non malè hic interpret vertit *vigilias*. Erant enim noctes, quæ vino, saltatione, amoribus transigebantur. Theocriti scholiastes : *Comessari dicebant de iis qui nocte ad amicos ibant.* (Grotius.)

per vitia contra naturam, de quibus Paulus ad Rom. 4. NUPTIARUM INCONSTANTIA, per datum levissimis de causis repudium. Unde Tertull. Ibid. de Romanis : « Repudium jam, et votum est, quasi matrimonii fructus (1). »

VERS. 27. — IDOLORUM CULTURA OMNIS MALI CAUSA EST, ET INITIUM, nempe gravitate, et quia ex illâ, tam immanis vitiorum catena pullulat. ET FINIS, quia hæc cætera tendunt vitia, quibus puniendis sæpè solebat à Deo tanquam supplicium infligi, quemadmodum nunc inter Christianos alia species infidelitatis, hæresis vel apostasia (2).

VERS. 29. — NOCERI SE NON SPERANT, id est, arbitrantur se non posse lædi, cum videant deos suos omnipotentiam carere. Sic, sperare, sumit poeta :

At sperate deos memores fandi atque nefandi.

VERS. 30. — UTRAQUE ERGO ILLIS EVENIENT DIGNE, id est, propter utraque peccata, quæ statim sequuntur, eveniet eis digna vindicta, si non ab idolis, certè à Deo (3).

VERS. 31. — NON ENIM JURATORUM VIRTUS, potentia scilicet idolorum per quæ juratur, SED PECCANTIUM PŒNA, quæ justè peccatis debetur. Clarius verteretur Græcum : *sed ultrix justitia, vel, justum iudicium Dei.* PERAMBULAT SEMPER INJUSTORUM PRÆVARICATIONEM, id est, persequitur peccatorum transgressiones, vindicans in eis, tam quòd idola coluerunt eis juramentum religionis actum deferendo, quam etiam quòd ju-

(1) DEI IMMORATIO, oblivio ; Græcè, gratiæ oblitio, sive immemor beneficiorum animus. NATIVITATIS IMMUTATIO, immutata progenies ; suppressi aut suppositi partus. NUPTIARUM INCONSTANTIA, per divortia, sive inordinatio ; Græcè nulla conjugalitatis reverentia. (Bossuet.)

(2) Quomodò hoc cum aliis sententiis convenit quibus dicitur : *Initium omnis peccati est superbia ; et radix omnium malorum avaritia ?* An tantum hoc significat ex culturâ idolorum, quæ est crassa quædam Dei ignorantia, tanquam principio boni ignorato, hominem præcipitari in omne genus vitiorum ? Quem sensum arguere videntur sequentia. Sed et alio modo idololatris omnis mali causa est, videlicet meritoria, ut Apostolus explicat Rom. 4. (Estius.)

VERS. 28. — DUM LÆTANTUR, INSANIUNT. Insanâ lætitiâ elati, atque ab arce dejecti, id quo delectantur, pro Deo habent ; quod idololatris familiare est. (Bossuet.)

(3) Il n'était pas étrange que ceux-là n'appréhendassent point de se parjurer, qui prenaient pour témoin de la vérité de leurs paroles un homme menteur, ou un dieu de pierre qui n'avait garde de se pouvoir venger du violement de la foi des hommes, puisqu'étant sans vie et sans mouvement, il devait cette même figure extérieure, qui était le fondement de sa divinité imaginaire, à la main des hommes.

Mais c'est une chose qui est vraiment digne d'étonnement et qu'on ne peut assez déplorer, de voir qu'on se parjure aussi bien en prenant à témoin celui qui a créé le ciel et la terre, qu'en jurant par ces divinités fabuleuses, et que, si Dieu a vengé les parjures des idolâtres mêmes, comme le Sage nous l'assure en cet endroit, parce qu'étant la souveraine vérité, tout ce qui la blesse le blesse aussi, les Chrétiens n'appréhendent point, ou dans les injustices qu'ils commettent, celui qui est infiniment juste, ou dans les désordres contraires à la pureté, celui que leur foi leur représente comme l'Agneau sans tache, le Fils d'une Vierge, et l'Époux des Vierges. (Sacy.)

ramento illo in fraudem proximi abusi sunt (1).

(1) NON ENIM JURATORUM VIRTUS (Græcè δύναμις, id est, potentia), SED PECCANTIUM PŒNA PERAMBULAT SEMPER INJUSTORUM PRÆVARICATIONEM. Pro juratorum Græcè est ὀμνυμένων, quod est vocis mediæ, tamque activè verti potest *jurantium*, uti legunt Complut. et Regii, quàm passivè *juratorum*, id est, idolorum, per quæ juratur, idque huic loco aptius convenit ; q. d. : Esto, idola, per quæ jurant idololatras nullam habeant virtutem, id est, vim et potentiam puniendi eorum perjuriam, ideòque ipsi etiam idololatras et perjuri ea contemnunt, scientique imbecilla esse et invalida ad se castigandum, tamen *peccantium*, præsertim idololatrarum et perjuratorum, pœna à Deo iis intentata *perambulat*, puniens *injustorum prævaricationem*, scilicet idololatriam et perjurium, quâ tum falsò, tum per falsos deos jurantes duplicem Deo vero injuriam faciunt : Primò, quòd Deo vero opponant, et præponant idola et deos falsos ; secundò, quòd per ea, quæ æstimant Deum esse verum, falsò jurent et pejerent : jurant enim et pejerant per ea, perinde ac si per Deum verum jurarent, eumque in testem falsi vocarent, quæ insignis est Dei veri injuria et contumelia.

Pro pœna Græcè est, δίκην, id est, causa forensis, quæ apud judicem agitur, lis, actio, iudicium, jus, sententia, pœna, item justa vindicta. Unde δίκην à poetis fingitur esse dea iudiciorum, inde dicta, quòd justè lites dirimat, et sotes punit. Hinc dicitur esse virgo, quia justitia et vindicta pura debet esse, et integra, unde Hesiodus : *Virgo justitia*, inquit, *prognata est Jove.* Hoc ultimum significatum huic loco est aptissimum ; q. d. δίκην, id est, vindicta divina per idololatras, perjuros, et scelestos perambulat, ut eos comprehendat ac pro meritis feriat et plectat, sicut prætor forum perambulat, ut fures capiat et suspendat. Hinc Deus dixit Caino fratricidæ : *Nonne si benè egeris, recipies ; sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit ?* id est, peccati ultio, velut lictor, te persequetur et plectet. Unde Vatabl. hoc loco vertit : *Non enim eorum (idolorum) per quos juratum est potentia, sed ultrix peccatorum justitia, pravè factorum pœnas ab injustis semper exigit.* Sic et Cantacuzenus, Jansenius et alii. Hinc pro *perambulat*, Græcè est, ἐπετρέχεται, id est, ut Bædæus in Comment. linguæ Græcæ percursat, invadit, infestat, populatur, in jus rapit, iudicat et ulciscitur.

Porrò solet vindicta Dei maximè persequi perjuros, utpote læsi Numinis et nominis divini reos. Hinc qui S. Antonium in testem invocando falsum jurant, solent ab eo sacro igne feriri. Olim in causâ dubiâ reos mittebant ad Oratorium S. Stephani, ut se juramento de crimine objecto purgarent ; ac si pejerabant, illic cœlitus castigabantur. Idem de Oratorio S. Martini scribit Gregor. Turon. lib. 8 Histor. c. 16, ubi inter alia narrat, incendiarium quemdam incendium à se commissum negantem, et pejerantem in aede sancti Martini, ultricibus è cœlo flammis fuisse absumptum. Idem fiebat in Oratorio S. Processi et Martiniani, de quibus ait S. Gregor. hom. 52 in Evang. : « Ad extincta eorum corpora viventes aëri veniunt et sanantur, perjuri veniunt et à dæmonio vexantur. » Et in Oratorio sancti Felicis Nolensis, ad cuius ecclesiam S. August., uti ipse refert epist. 157 ad Hippon., misit Bonifacium presbyterum de crimine accusatum, ut se ibi per juramentum purgaret ; et si reus esset, per solitam Dei vindictam se proderet. Additque S. August. : « Nos novimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter et terribiliter dæmones confitentur, furem quemdam, quia ad ejus locum venerat, ut falsum jurando deciperet, compulsum è fuisse confiteri furtum, et quod absterulerat reddere. » Tale quoque fuit Oratorium S. Apollinaris Ravennæ, ubi Maximus de simoniæ crimine per juramentum se purgavit, teste S. Gregor. lib. 7, epist. 7 et seq., ac super omnes Basilica S. Petri, supra cujus corpus

juramento se purgare solebant episcopi sceleris accusati, teste S. Gregori. lib. 2. epist. 27. et lib. 11. epist. 8. Item experti sunt gentiles per idola sua jurantes : unde Hesiodus in Ergis lib. 2. v. 58.

Quantas dios ejusque nichil aut, cecato quia depicte et graves.

In quantâ enim auit furios obambulare

Juramentum emittentes, quod contentio genuit deum perjurus.

Et Tibullus :

Ah miser ! et si quis primò perjurâ cecat,

Magna tamen tacitis pœna venit pedibus.

Vis exempla? Accipe. Cleomenes cum Argivis septem dierum pepererat inducias addito jurjurando; nocte dein terra eos invasit multosque occidit, dicens se pactum de diebus, non de noctibus. Utro cum secuta est. Nam et urbe, ejus gratiâ violatâ conventa, frustratus est, eo quod mulieres detracti è templis deorum armis illum ultæ sunt; perinde quasi diis ipsis, quos contempserat, pœnas de ipso sumentibus. Postremo versus in dementiam, ipse sibi gladiolo quodam fudit et incidit corpus à talis usque ad loca vitæ, itaque vitam finit ridens et ore ddueto. Agesilaus barbaros qui jurjurandi religionem violassent laudare ac probare solebat, dicens illos nullâ re magis deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum jurjurandum temere violarent. Ita Ælian. lib. 14 de Variâ histor. Pericles Atheniensis amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium, cui adjunctum erat jurjurandum, hoc est, perjurium, respondit se quidem amicum esse, sed usque ad aram, sentiens aliquosque gratificandum amicis,

CAPUT XV.

1. Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordiâ disponens omnia.

2. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam; et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

3. Nôsse enim te, consummata justitia est; et scire justitiam, et virtutem tuam, radix est immortalitatis.

4. Non enim in errorem induxit nos hominum male artis excogitatio, nec umbra picture, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,

5. Cujus aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligit mortuæ imaginis effigiem sine animâ.

6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, et qui faciunt illos, et qui diligunt, et qui colunt.

7. Sed et figulus mollem terram premens, laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, et similiter quæ his sunt contraria; horum autem vasorum qui sit usus, judex est figulus.

8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto, ille qui paulò ante de terrâ factus fuerat, et post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus anima debitum quam habebat.

9. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus et argentariis; sed et ararios imitatur, et gloriam præfert, quoniam res supervacuas fingit.

10. Cuius est enim cor ejus, et terra supervacua spes illius, et luto vilior vita ejus;

11. Quoniam ignoravit qui se finxit, et qui inspiravit illi animam quæ operatur, et qui insufflavit ei spiritum vitalem.

sed extra juramenti violationem. Denique S. Aug. lib. 1 de Civ. cap. 15. celebrat nobilissimum exemplum M. Attilii Regulli, qui captivus apud Carthaginienses ab his misus est Romano, ut ageret cum venatu de commentandis interim captivis, pœnis præstito per dies jurjuratis, ut ad impetraret; se ad eos rediturum. Quomodo id non impetraret, mox ipse vel senatus hanc comminationem dissolvit, ut juramenti fidem servaret, ad Carthaginienses rediit, etiam si se et ab his excommunicatum, uti et factum est. Adit S. August. sermone de S. Agostino in Hispania exemplum, qui et fidem Romanis jurjuram servarent, vivi cremati maluerunt, quam urbem dolere Carthaginiensibus.

Ex hisce omnibus, discite quanta reverentia nominis divini sit adhibenda, quomodo veraciter, parè et circumsperte Deus sit nominandus, et in testem invocandus. Quod enim nominis divini debetur, hoc Deo ipsi cuius est nomen, debetur. Unde Jerem. cap. 10, 6: *Non est, inquit, similis tui, Domine: magnas es tu, et magna nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o rex gentium?* Et Daniel. c. 5, 32: *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula; et benedictum nomen quæritur tui, sanctum et laudabile et superexaltatum in omnibus seculis.* Et Eccles. cap. 59, 19: *Benedicite Dominum in operibus suis, date nomina ejus magnificentiam.* Et Psalmus: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit mirabilia solus, et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, et replebitur majestate ejus omnis terra, fiat. fiat.* Psal. 71, 18. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XV.

1. Mais vous, ô notre Dieu, vous êtes doux, véritable et patient, et vous gouvernez tout avec miséricorde;

2. Car quand nous aurions péché, nous ne laisserions pas d'être à vous, nous qui savons quelle est votre grandeur; et si nous ne pechions pas, nous savons que vous nous comptez au rang de ceux qui vous appartiennent.

3. Vous connaître, c'est la parfaite justice; et comprendre votre équité et votre puissance, c'est la racine de l'immortalité.

4. Aussi nous ne nous sommes pas laissé séduire aux inventions dangereuses de l'art des hommes, au vain travail de la peinture, à une figure taillée et embellie d'une variété de couleurs,

5. Dont la vue donne de la passion à un insensé, et lui fait aimer le fantôme d'une image morte et sans vie.

6. Ceux qui aiment le mal sont dignes de mettre leur espérance en de semblables dieux, aussi bien que ceux qui les font, ceux qui les aiment, et ceux qui les adorent.

7. Un potier qui manie la terre molle comme il lui plaît, en fait par son travail tous les vases dont nous servons; il forme de la même boue ceux qui sont destinés à des usages honnêtes, ou à d'autres qui ne le sont pas; et il est le juge de l'usage que doivent avoir tous ces vases.

8. Après cela, il forme par un vain travail un Dieu de la même boue, lui qui a été formé de la terre un peu auparavant, et qui peu après doit y retourner, lorsqu'on lui redemandera l'âme qu'il avait reçue en dépôt.

9. Il ne pense point à la peine qu'il doit souffrir un jour, ni à la brièveté de sa vie; mais il ne s'applique qu'à disputer de l'excellence de son art avec les ouvriers en or et en argent; il imite ceux qui travaillent en airain, et il met sa gloire à faire des ouvrages qui sont entièrement inutiles.

10. Son cœur n'est que cendre, son espérance est plus vile que la terre, et sa vie plus méprisable que la boue;

11. Parce qu'il ignore celui qui l'a formé, celui qui lui a inspiré cette même âme, par laquelle il travaille avec adresse, et qui par son souffle a imprimé en lui l'esprit de vie.

12. Sed et æstimaverunt lusum esse vitam nostram, et conversationem vitæ compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo acquirere.

13. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materiâ fragilia vasa et sculptilia fingit.

14. Omnes enim insipientes et infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, et imperantes illi :

15. Quoniam omnia idola nationum deos æstimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum :

16. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere ;

17. Cùm enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis : melior enim est ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit, cùm esset mortalis : illi autem, nunquam.

18. Sed et animalia miserrima colunt ; insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.

19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicerere ; effugerunt autem Dei laudem, et benedictionem ejus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. (1) — SI PECCAVIMUS, TUI SUMUS, VELUT OPUS MANUUM TUARUM, SUB TUÂ POTESTATE CONCLUSI ; QUORUM TU POTES, UT PLACET, PECCATA VEL SANARE VEL PLECTERE. SCIENTES MAGNITUDINEM TUAM, POTESTATIS SCILICET, CUI NON POTES SE SUBTRAHERE PECCATOR VEL OCCULTARE, UT SCIAT QUOD ETIAM CREATURÆ TUÆ NON PARCES DELINQUENTI. SCIMUS QUONIAM APUD TE SUMUS COMPUTATI, TANQUÂM À TE IN PRETIO HABITI, UT QUI FACIEM TUAM VISURI SUMUS (2).

(1) VERS. 4. — TU AUTEM DEUS. Reprobata idololatriâ gentium ; hic consequenter commendatur latria Judæorum. Et dividitur in tres partes. Nam primò ponitur veræ deitatis confessio, secundò idololatriæ rejectio, ibi : *Non enim*. Tertio contra idololatrias inventio, ibi : *Sed et figulus*. Circa primum dicit Philo, pro se et toto Judæorum populo. TU AUTEM DEUS, omnium per creationem. NOSTER, per cultum specialem ; SUAVIS, per tuam erga nos condescensionem, ET VERUS ES, contra idolorum falsitatem ; PATIENS, etc., per penitentiae nostræ expectationem. (Lycanus.)

(2) In priori parte pro magnitudine Græcè est *ὕψιστος*, quod robor, et potentiam significat : quomodò etiam legit August. cap. 22 de Fide et Operibus. Et sensus est : *Si peccaverimus, tui sumus*, id est, sub tuâ potestate permanemus, nec potentiam tuam, quâ justè vindicas peccata, evadere possumus, nec est quisquam tam potens qui possit nos eripere de manu tuâ. Posterior pars sic in Græco sonat : Non peccabimus autem, scientes quoniam apud te sumus computati, quomodò etiam legit Augustinus loco supradicto. Et tunc sensus est : Benè confidimus nos non peccaturos (loquuntur de peccato idololatriæ), scientes quia tibi curæ sumus, quòdque gratia tuæ presidio nos à tam gravi peccato conservabis immunes. At verò secundum nostram lectionem sensus est : *Si non peccaverimus, apud te sumus computati*, id est, sumus in numero tuorum, sumus filii tui, et mercedem æternæ

12. Les uns se sont imaginé que notre vie n'est qu'un jeu, et les autres, qu'il n'y a d'autre occupation dans la vie, que d'amasser de l'argent ; et qu'il faut acquérir du bien par toutes sortes de voies, même criminelles.

13. Mais celui-là sait bien qu'il est plus coupable que tous les autres, qui forme d'une même terre des vases fragiles et des idoles.

14. Mais tous ceux qui sont ennemis de votre peuple et qui le dominent, sont superbes, malheureux et insensés, plus qu'on ne peut dire ;

15. Parce qu'ils prennent pour des dieux toutes les idoles des nations, qui ne peuvent se servir ni de leurs yeux pour voir, ni de leurs narines pour respirer, ni de leurs oreilles pour entendre, ni des doigts de leurs mains pour toucher, ni de leurs pieds pour marcher ;

16. Car c'est un homme qui les a faites ; et celui qui a reçu de Dieu l'esprit de vie, les a formées. Or nul homme n'a le pouvoir de faire un dieu qui lui soit semblable ;

17. Puisque, étant lui-même mortel, avec ses mains criminelles il ne forme qu'un ouvrage mort, ainsi il vaut mieux que ceux qu'il adore, parce qu'il vit quelque temps, quoiqu'il doive mourir après ; au lieu que ces idoles n'ont jamais vécu.

18. Ils adorent jusqu'au plus vil des animaux qui, étant comparés aux autres bêtes sans raison, sont au-dessous d'elles.

19. La vue même de ces animaux ne peut donner que de l'horreur à ceux qui les regardent ; et ils ont fui la louange et la benediction de Dieu.

VERS. 3. — NOSSE ENIM TE, FIDE SCILICET PER CHARITATEM OPERANTE ; QUI ENIM DICIIT QUIA COGNOVIT DEUM, ET MANDATA EJUS NON SERVAT, MENDAX EST ; VEL ETIAM, NOSSE TE FACIE AD FACIEM IN GLORIÀ, CONSUMMATA JUSTITIA EST ; ET SCIRE JUSTITIAM ET VIRTUTEM TUAM, PUNIENDI SCILICET POTENTIÀ, RADIX EST IMMORTALITATIS, QUIA TOTIUS JUSTITIÆ ET BEATITUDINIS FUNDAMENTUM. Quemadmodum enim in arboris radice nulla apparet species (omnis tamen decor ac pulchritudo ex illâ procedit), ita quod vitæ, justitiæ, ac beatitudinis anima susceptura est, ex humilitate fidei quâ Deum peccatorum ultorem cogitat, tanquam ex radice proficiscitur (1).

VERS. 5. — CUJUS ASPECTUS INSENSATO DAT CONCUPISCENTIÀM (2), QUIA IDOLORUM PULCHRITUDO SUÏ COLENDI

hæreditatis abs te expectabimus, æternamque retributionem. (Estius.)

(1) NOSSE TE, verâ et sincerâ fide, CONSUMMATA, perfecta et absoluta JUSTITIA EST ; nempè fides docet et subministrat omnia ad perfectam justitiam et æternam salutem necessaria. Simile Joan. 17, 3, et Jerem. 9, 25. Eadem fides, seu cognitio justitiæ (sed hanc Græci omittunt) et potentiæ divinæ, RADIX EST IMMORTALITATIS. Sicut enim quidquid est in arbore pulchritudinis totum ex radice procedit, sic in animâ quidquid est meriti, ex fidei fundamento procedit, inquit sanctus Augustinus. (Tirinus.)

VERS. 4. — MALE ARTIS, sculpturæ scilicet, per eventum et abusum male. (Bossuet.)

(2) Incredibilis penè hujus rei exempla apud veteres sunt, nimioque frequentius docet experientia, ubi tabule et simulacra nudarum imaginum, seu lascivo corporis statu positarum conspiciuntur, quæ debites incautasque mentes, multoque facilius animos libidine corruptos in exitum trahunt. (Calmet.)

VERS. 6. — MALORUM AMATOIRES DIGNI, etc. ; ad ver-

insipientibus hominibus accendit cupiditatem, ut supra audivimus.

bum : *Malorum amatores digni talibus spebus* hoc est, qui capti amore studioque idolorum vanas ac inanes spes in illis habeant. (Badvellus.)

MALORUM AMATORES DIGNI SUNT (addunt Lyranus, Hugo, Dionisius, morte, sed *to morte dele* cum Romanis et Græcis) QUI SPERM HABEANT IN TALIBUS (peperam aliqui legunt in *tabulis*) ET QUI FACIUNT ILLOS, ET QUI DILIGUNT (Græcè *περὸντες*, id est, qui desiderant) ET QUI COLUNT; q. d. : Justa idololatrarum mala, imo pessima idola amantium pœna est, ipsa idololatria, quòd scilicet in diis, hoc est, in idolis, mutis et brutis, imò diabolicis, ideòque exitiabilibus, et nocentissimis, spem suam ponant; utpote à quibus nihil boni sperare possint, sed omne malum, idololatrarum, inquam, omnium, tam eorum qui deos illos faciunt et fabricant, quam qui eosdem amant et colunt. Vatablus : *Malorum amatores, talesque spes habere digni talium opifices, amatores, cultores.* Lucas Brugensis in Notis explicat; q. d. : Malitiæ omnis uberrimum fontem amant et ii qui faciunt idola, et ii qui fieri colique desiderant, et ii qui colunt, ac proinde digni sunt, qui vanas atque inanes spes in illis habeant. Noster verò à Castro sic : *Malorum amatores*, hoc est, capti amore studioque idolorum, et digni qui vanam in illis habeant spem, hi sunt, tam qui ea faciunt, quam qui desiderant, vel amant, vel colunt. Omnia hæc eodem redeunt. (Corn. à Lap.)

VERS. 7. — SED ET FIGULUS. Plastes. Nam et hanc vocem etiam Latini in hæc re usurpant. Hic scriptor minùs accuratè dixit *figulus*.

QUE MUNDA SUNT IN USUM VASA. Esculenta, poculenta, et ad ornatum pertinentia.

ET SIMILITER QUÆ IHS SUNT CONTRARIA. Pollubra, matulas. (Grotius.)

VERS. 8. — POST PUSILLUM REDUCIT SE, UNDE ACCEPTUS EST. Figulus, qui deum è luto finxit, ipse effictus è luto est, in pulverem morte reversurus. Animam, quam illi Deus commodavit, repetet : *Repetitus animæ debitum quam habebat.* Dii, inquit Tullius Tuscul. lib. 1, *dederunt vitam tanquam pecuniam, nullà præstitutà die restitutionis, ut repetituri sint, cum visum fuerit.* (Calmet.)

VERS. 9. — NON QUIA LABORATURUS EST. Cura, inquit, *illi esse debuerat cogitare quòd labor ingens illi incumbit, reddendæ Deo rationis factorum suorum, idque post paulò, cum brevis illi sit vita; stultus cogitat potiùs quo pacto aequet suà arte aurifces, etc.* (Clarius.)

CURA EST ILLI NON QUIA LABORATURUS EST; id est, laborem non detrectat spe gloriolæ.

NEC QUONIAM BREVIS ILLI VITA EST. Brevitatem vitæ solatur spe *famæ post mortem duraturæ.* Explicat hoc sequentia. Describit hic nobis Demophilum aliquem, Gorgasum, Chalcothenem aut Pasilelem. De quibus vide Plinium, 35, 12. (Grotius.)

VERS. 10. — CINIS EST COR EJUS, ET TERRA SUPERVACUA SPES ILLIUS. Habes hic genuinam descriptionem Ethnicorum, cæterorumque qui unicum vitæ suæ finem habent superbiam, gloriam, famam. Cinis est cor eorum, et pulvis spes illorum. Ubi mors accesserit, inanes sese et mercede carentes sentient; solusque illis supererit pudor et desperatio. Cum enim creatis in rebus supremam sui ipsorum beatitudinem esse constituerint, creatis simul à rebus atque à rerum Creatore destituentur. (Calmet.)

VERS. 11. — QUONIAM IGNORAVIT EUM QUI SE FINIAT, scilicet Deum, qui in formatione corporis est auctor principalis, et qui inspiravit illi animam, solus infundendo eam per creationem, animam que operatur, scilicet idola. Et qui INSUFFLAVIT, scilicet Deum igne-ravit; et est repetitio ejus quod dixit : Et qui INSPIRAVIT, etc., per alia tamen verba : quia dicitur anima in quantum corpus administrat, spiritus vero in quantum supernis vacat. (Lyranus.)

VERS. 12. — ÆSTIMAVERUNT LUSUM ESSE VITAM NOSTRAM : vel quia idolis et imaginibus tanquam rebus veris ac seriis occupabantur, vel quia populi ad captandas ex vita velut ex lusu voluptates compositi nihil interesse putabant, bene hic an male viveretur. Ipsum carpens Cicero 4 Offic. : « Non ita, inquit, generati à naturâ sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur; sed ad severitatem potius, et ad quædam studia majora atque graviora (1). »

VERS. 14. — OMNES ENIM INSICIENTES, etc. Sic construe : Omnes inimici populi tui, et imperantes illi, seu opprimentes eum, Ægyptii scilicet, Chananæi et alii sunt insipientes, superbi et infelices. SUPRA MODUM ANIMÆ. Græcè, supra animas infantium, id est, plus quam ferat modus animæ rationalis, etiam puerorum (2).

VERS. 17. — MELIOR ENIM EST IPSE HIS QUOS COLIT, dicente lapide August. serm. 55 de Verbis Domini : « Si faber idolo sicut dedit figuram, daret et cor, ab ipso idolo faber adoratur (3). »

(1) ÆSTIMAVERUNT LUSUM ESSE VITAM NOSTRAM. In Græco epigrammate est :

Vita hominum scena est, res ludicra.

Augustus supremâ die amicos percontatus est, ecquid eis videretur mimum vitæ commodè transegisse, et adiecit :

Plausibus manuum pedumque gaudium testamini.

COMPOSITAM AD LUCRUM, *mercatum;* nam sic Cicero *περὸντες* interpretatur Tusculanarum primo.

ET OPORTERE UNDECUMQUE, ETIAM EX MALO, ACQUIRERE. EX actibus bonis aut malis. Poeta vetus :

Unde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

Horatius :

Ut rem facias, rem

Si possis rectè, si non, quocumque modo rem. (Grotius.)

VERS. 15. — HIC ENIM SCIT SE SUPER OMNES DELINQUERE. Scit satis nihil esse præter materiam, et quam ipse addidit artem, in istis operibus. Attamen persuasum vult populo esse ibi numen. (Grotius.)

(2) OMNES ENIM INSICIENTES. Sed illi desipiunt, qui opera illius plaris faciunt quam illi artifex.

ET INFELICES SUPRA MODUM ANIMI SUPERBI. Meliùs in Græco : *Miseri plus quam infantium animæ, id est, infantes.* Vide supra 12, 24. Lucillus :

Terriculas lamias, Fauni quas Pompiliique

Instituere Numæ, tremis has, hic omnia ponit :

Ut pueri infantes credunt signa omnia athena

Vivere, et esse homines. Et sic isti omnia ficta

Vera putant; credunt signis cor esse in athenis.

Pergula pictorum; veri nihil; omnia ficta.

Quem locum postquam produxit Lactantius, infert non malè : « Poeta quidem stultos homines infantibus comparavit; at ego multò imprudentiores esse deos. « Illi enim simulacra homines putant esse, hi deos. » (Grotius.)

VERS. 16. — NIMO ENIM SIBI SIMILEM HOMO POTERIT DEUM FINGERE. Nam Deus est, ut ait Xenophanes :

Non mortali animam similis non corporis artus.

(Grotius.)

(3) CUM ENIM SIT MORTALIS, MORTUUM FINGIT MANIBUS INIQUIS. MELIOR ENIM EST IPSE HIS QUOS COLIT, QUIA IPSE QUIDEM VIXIT, CUM ESSET MORTALIS, ILLI AUTEM NUMQUAM; q. d. : Idoloplastes non potest sibi similem, puta vivum fingere idolum sive deam, quia cum sit mortalis, non potest fingere, dareque idolo animam immortalẽ (hujus enim creator est solus Deus immortalis); quare ipse idolum manine, et quasi mortuum fingat oportet, quâ de causa nefarius est, et iniquis manibus nefas operatur : *Melior est eam ipse his quos colit.* Græcè *κατὰ κείνων εἰδωτόν*, id est, suis culturis, puta suis idolis et diis, quos ipse ut fabricavit, sic et adorat et colit; idola enim nunquam habuerunt

VERS. 18. — INSENSATA ENIM COMPARATA HIS, ILLIS SUNT DETERIORA ; id est, si reliqua animalia sensu rationis carentia, his quæ Ægyptii colunt, animalibus comparentur, ea quæ horum viliora deprehenduntur, ita ut si quis ea respiciat, horrorem concipiat ; crocodilos enim, muscas, ibin ac serpentes colebant, quæ propter turpitudinem et imperfectionem, *Dei benedi-*

animam et vitam, quam habet, vel habuit ipse eorum opifex : animatus autem animaque præditus, longè re inanimi melior et præstantior est. Quid ergo magis nefarium et iniquum, æquè ac stultum, quàm ut opifex effigiem à se factam et inanimem, ideòque se vivo longè deteriore extollat super se, faciatque suum Deum, ac ut talem supplex invocet et adoret? Unde S. Cyprianus loco citato pro *melior enim* planius legit *melior autem*; quia, ut jam dixi, hæ particulæ *enim, autem*, inter se commutantur. Noster tamen profundius vertit *enim*, quia dat causam cur dixerit idoloplasten facere Deum *manibus iniquis*. Causa enim est quòd iniquum sit ut homo vivus adoret rem mortuam se longè viliorum, infirmiorum et invalidiorum, atque

CAPUT XVI.

1. Propter hæc, et per his similia passi sunt dignè tormenta, et per multitudinem bestiarum exterminati sunt.

2. Pro quibus tormentis benè disposuisti populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, novum saporem, escam parans eis ortygomètram :

3. Ut illi quidem concupiscentes escam, propter ea quæ illis ostensa et missa sunt, etiam à necessariâ concupiscentiâ avertentur. Hi autem in brevi inopes facti, novam gustaverunt escam.

4. Oportebat enim illis sine excusatione quidem supervenire interitum exercentibus tyrannidem ; his autem tantùm ostendere quemadmodùm inimici eorum exterminabantur.

5. Etenim cum illis supervenit sæva bestiarum ira, morsibus perversorum colubrorum exterminabantur.

6. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

7. Qui enim conversus est, non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te omnium salvatorem.

8. In hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es qui liberas ab omni malo.

9. Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animæ illorum : quia digni erant ab hujusmodi exterminari.

10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes ; misericordia enim tua adveniens sanabat illos.

11. In memoriâ enim sermonum tuorum examinabantur et velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non possent tuo uti adjutorio.

12. Etenim neque herba, neque malagma sanavit eos ; sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.

13. Tu es enim, Domine, qui vitæ et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis, et reducis.

14. Homo autem occidit quidem per malitiam, et cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est :

ctione, quam cæteris impertivit animalibus, carere videbantur (1).

ut opifex adoret opus suum, cui ipse dedit esse.

(Corn. à Lap.)

(1) SED ET ANIMALIA MISERRIMA COLUNT. In Græco, *infestissima* humano generi ; quales serpentes quos coluere Ægyptii, Asiatici, Thraces, Græci, Romani. Adjecte Irides, Æluros, et similia.

INSENSATA ENIM COMPARATA HIS, ILLIS SUNT DETERIORA. Aliter in Græco : *Si quod ad stupiditatem pertinet comparentur cum aliis, sunt illis hæc deteriora*. Multo enim plus intelligit elephas ; solentior est vulpes, aut simia ; loquacior psittacus. (Grotius.)

VERS. 19. — SED NEC ASPECTU ALIQUI EX HIS ANIMALIBUS BONA POTEST CONSPICERE. Græcè : *Sed nec ut ames pulchra sunt, pro captu formæ animantium*. Multo pulchrior est equus, pavo, phasianus.

EFFUGERUNT AUTEM DEI LAUDEM ET BENEDICTIONEM ; id est, nullo modo à Deo laudatissimam sortem sunt consecuta. Nam serpentem Dei jussu execrantur homines, Genes. 3, 14. Proverbium est, *Odisse angue pejus*, et furia pinguntur comis anguineis. (Grotius.)

Dei et laude caret et favore. Ea Deus impura vocat, vitarique jubet, ut est in Mosis lege. (Castalio.)

CHAPITRE XVI.

1. C'est pourquoi ils ont été tourmentés par ces sortes d'animaux, selon qu'ils le méritaient, et ils ont été exterminés par une multitude de bêtes.

2. Mais au lieu de ces peines, vous avez traité favorablement votre peuple, en lui donnant la nourriture délicate qu'il avait désirée, et lui préparant des caillies comme une viande d'un nouveau goût.

3. Les Egyptiens étant pressés de manger, avaient aversion des viandes même les plus nécessaires, à cause des plaies dont Dieu les avait frappés ; mais ceux-ci n'ayant été dans le besoin que fort peu de temps, goûterent une viande toute nouvelle ;

4. Car il fallait qu'une ruine inévitable fondit sur ces premiers qui exerçaient une cruelle tyrannie sur votre peuple, et que vous fissiez voir seulement à ceux-ci de quelle manière vous exterminiez leurs ennemis.

5. Il est vrai que des bêtes cruelles et furieuses ont aussi attaqué vos enfants, et que les serpens venimeux leur ont donné la mort :

6. Mais votre colère ne dura pas toujours ; ils ne furent que peu de temps dans ce trouble, pour leur servir d'avertissement ; et vous leur donnâtes un signe de salut pour les faire souvenir des commandements de votre loi ;

7. Car celui qui regardait ce serpent n'était pas guéri par ce qu'il voyait, mais par vous-même qui êtes le Sauveur de tous les hommes.

8. Et vous avez fait voir en cette rencontre à nos ennemis que c'est vous qui délivrez de tout mal :

9. Car pour eux, ils ont été tués par les seules morsures des sauterelles et des mouches, sans qu'ils aient trouvé de remède pour sauver leur vie, parce qu'ils étaient dignes d'être ainsi exterminés ;

10. Mais pour vos enfants, les dents mêmes empoisonnées des dragons n'ont pu les vaincre, parce que votre miséricorde survenant, les a guéris.

11. Ils étaient mordus de ces bêtes, afin qu'ils se souvissent de vos préceptes ; et ils étaient guéris à l'heure même, de peur que, tombant dans un profond oubli de votre loi, ils ne missent un obstacle à votre secours.

12. Aussi n'est-ce point une herbe, ou quelque chose appliqué sur leur mal qui les a guéris ; mais c'est votre parole, ô Seigneur, qui guérit toutes choses ;

13. Car c'est vous, Seigneur, qui avez la puissance de la vie et de la mort, et qui menez jusqu'aux portes de la mort, et en ramenez.

14. Un homme peut bien en tuer un autre par sa méchanceté ; mais lorsque l'esprit sera sorti du corps, il ne l'y fera pas revenir, et il ne rappellera point l'âme lorsqu'elle se sera retirée.

45. Sed tuam manum effugere impossibile est.

46. Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt; novis aquis, et grandinis, et pluvijs persecutionem passi, et per ignem consumpti.

47. Quod enim mirabile erat, in aqua, quae omnia extinguit, plus ignis valebat; vindixit enim oculus iustorum.

48. Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburentur quae ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi videntes scirent quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.

49. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescerat undique, ut iniquae terrae nationem exterminaret.

20. Pro quibus angelorum esca nutriti sunt populum tuum, et paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem.

21. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat; et deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.

22. Nix autem et glacies sustinebant vim ignis, et non tabescebant; ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens, in grandine et pluvijs coruscans.

25. Hic autem iterum ut nutrentur iusti, etiam suae virtutis oblitus est.

24. Creatura enim tibi factori deserviens, exardescit in tormentum adversus injustos, et lenior fit ad beneficiendum pro his qui in te confidunt.

25. Propter hoc et tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratia tuae deserviebat, ad voluntatem eorum qui à te desiderabant.

26. Ut scirent filii tui, quos dilexisti, Domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines: sed sermo tuus hos qui in te crediderunt, conservat.

27. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat.

28. Ut notum omnibus esset, quoniam oportet praevinire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare.

29. Ingrati enim spes tanquam hibernalis glacies tabesceat, et disperiet tanquam aqua supervacua.

15. Pour vous, Seigneur, il est impossible d'échapper à votre main.

16. C'est pourquoi lorsque les impies ont déclaré qu'ils ne vous connaissaient point, ils ont été frappés par la grêle de votre bras, ils ont été couronnés par des pluies et par des neiges, par des grêles et par des orages; et ils ont été consumés par le feu.

17. Et ce qu'on ne peut se voir échapper, le feu brûlant encore davantage dans l'eau n'est que d'être tout, parce que toutes les créatures s'arrêtent pour la vengeance des justes.

18. Le feu quelque fois tempérait son ardeur, pour ne pas brûler les animaux qui avaient été envoyés contre les impies, afin que voyant cette merveille, ils reconnussent eux-mêmes que c'était par un jugement de Dieu qu'ils souffraient ces maux.

19. Quelque fois aussi ce même feu, surpassant ses propres forces, redoublait ses flammes au milieu des eaux, afin de détruire tout ce qu'avait produit cette terre injuste.

20. Mais vous avez donné au contraire à votre peuple la nourriture des anges; vous leur avez fait pleuvoir du ciel un pain préparé sans aucun travail, qui rendait en lui tout ce qu'il y a de délicieux, et tout ce qui peut être agréable au goût.

21. Car la substance de votre créature faisait voir combien est grande votre douceur envers vos enfants, puisque, s'accommodant à la volonté de chacun d'eux, elle se changeait en tout ce qu'il lui plaisait.

22. La neige et la glace soutenaient, sans se fondre, la violence du feu, afin que vos ennemis sussent qu'au même temps où la flamme, qui brûlait parmi la grêle et qui étincelait au milieu des pluies, consumait tous leurs fruits.

25. Elle oubliait sa propre force pour servir à la nourriture des justes.

24. Car la créature, vous étant soumise comme à son créateur, redouble sa force pour tourmenter les méchants, et se ralentit pour contribuer au bien de ceux qui mettent leur confiance en vous.

25. C'est pourquoi la manne, se transformant en toutes sortes de goûts, obéissait à votre grâce, qui est nourrice de tous, s'accommodant à la volonté de ceux qui vous témoignent leur indigence.

26. Afin que vos enfants, que vous aimez, reconnussent, ô Seigneur, que ce ne sont point les fruits que produit la terre qui nourrissent les hommes, mais que c'est votre parole qui conserve ceux qui croient en vous.

27. Car cette même manne, qui ne pouvait être consumée par le feu, se fondait aussitôt qu'elle avait été échauffée par le moindre rayon du soleil.

28. Afin que tout le monde sût qu'il faut prévenir le lever du soleil pour vous bénir, et qu'on doit vous adorer au point du jour.

29. Car l'espérance de l'ingrat se fondra comme la glace de l'hiver, et elle s'écoulera comme une eau inutile.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PER MULTITUDINEM BESTIARUM EXTERMINATI SUNT: per morsus scilicet ciniphum, et ibiscarum, et locustarum, ut vers. 9, nempe ut ita, per quae quis peccat, per haec et torqueretur (1).

VERS. 2. — QUIBUS DEDISTI CONCUPISCENTIAM DELECTAMENTI. Graecè, concupiscentiam appetitùs, seu

(1) PER HUS SIMILIA, etc., id est, rectè et appositè puniti sunt Aegyptii per quae peccaverunt, nempe per vitia animalia, ut habes in toto Exodi. Resit enim jam Salomon ad id quod initio cap. II probandum suscepserat, per quae quis peccat, per eadem puniri. Amplificat autem poenas Aegyptiorum ex antithesi cum poenis levioribus Israelitarum, et beneficiis in respicientes collatis. (Tirinus.)

quam appetebant, et quae delectabantur; hoc est, rem ipsam quam desiderabant, nempe ESCAM PARANS FIS ORTYGOMETRAM (1), id est, coturnices. Est autem or-

(1) Ortygometa significat ducent coturnicem. Et hoc vocabulum recludunt Septuaginta in Exodo. Num. et Psal., pro eo quod in Hebraeo est coturnix. Dicitur autem *ortygometra* non *orta* sed *ortyx*, id est, *a mensura*, converso in *g*, ut vult Jansenius. Neque enim illa conversio in illo vocabulo usquam usum habet, sed *orta* non *ortyx*, id est, *a matrice*. Unde et Gaza simpliciter matricem interpretatur *ortygometram*. Vocatur ergo coturnix ista, coturnix matris, tanquam ea ex qua multitudo coturnicum sit edita, sicut ex gallina multi pulli. Quomodo et *ortygometra* di-

tygometra vox Græca, significans earum matrem, eamque prægrandem; quâ duce (teste Plinio) utuntur, cum loca mutant; sed hic intelligitur illa cum exercitu suo.

VERS. 5. — UT ILLI QUIDEM (.Egyptii) CONCPISCENTES ESCAM PROPTER EA QUÆ ILLIS OSTENSA SUNT, PROPTER FŒDISSIMORUM ANIMALIUM, RANARUM, MUSCARUM, ETC., IMMISSIONES, ETIAM IN CIBORUM RELIQUIAS, TU EXODUS TESTIS EST, INVOLANTUR; ETIAM A NECESSARIA CONCPISCENTIA AVERTERENTUR, FASTIDIENDO EX NAUSÆA CIBOS ETIAM NECESSARIOS. HI AUTEM IN BREVI INOPES FACTI, HEBRÆI SCILICET AD BREVE TEMPUS FAMEM IN DESERTO PASSI, NON AUTEM INSTAR ÆGYPTIORUM OCCISI, NOVAM GUSTAVERUNT ESCAM, JAM DICTAM ORTYGOMETRAM (1).

VERS. 5. — CUM ILLIS SUPERVENIT SÆVA BESTIARUM IRA, NEMPÈ CUM ISRAELITIS IN DESERTO IGNITI IMMITTERENTUR SERPENTES, UT HOC PACTO, SECUNDUM AMBR. LIB. 5 DE SPIRITU S. CAP. 9, *adversarii venena sentirent, qui non venerabantur auctorem*; MORSIBUS COLUBRORUM EXTERMINABANTUR (2).

citur civitas matrix, id est, ex quâ aliæ, vel ortæ sunt, vel religionem acceperunt. (Estius.)

(1) UT ILLI QUIDEM, scilicet Ægyptii; CONCPISCENTES ESCAM, ad sui nutrimentum, PROPTER EA, ETC., scilicet ranas et muscas venenatas, cibos Ægyptiorum fœdantes et venenantes. ETIAM A NECESSARIA, id est, a concupiscentiâ sibi necessariâ, AVERTERENTUR, horrentes cibos comedere fœdatis et venenatis. HI AUTEM, id est, HEBRÆI, IN BREVI INOPES FACTI, id est, in brevi tempore, NOVAM GUSTAVERUNT ESCAM, scilicet, ortygometram. (Lyranus.)

VERS. 4. — OPORTEBAT ENIM ILLIS SINE EXCUSATIONE QUIDEM SUPERVENIRE INTERITUM EXERCENTIBUS TYRANNIDEM: IIS AUTEM TANTUM OSTENDERE QUEMADMODUM INIMICI EORUM EXTERMINABANTUR. GRÆCÈ *ἐξουθενήθησαν*, id est, *cruciabantur*, de quo dixi vers. 1. Sensus est, q. d.: DEUS IMMISIT ÆGYPTIIS RANAS ALIAQUE NOXIA ANIMALIA, QUÆ EOS PER FASTIDIUM CIBORUM, INDEQUE PER FAMEM ET DEFECTUM NECESSARIÏ ALIMENTI PERDERENT, EÒ QUOD TYRANNICÈ OPPRIMERENT HEBRÆOS; HEBRÆIS VERO MODICÀ FAME CRUCIATIS DELIT PINGUES ET SAPIDAS COTURNICES, UT EX MODICÀ SUÂ FAME METIRENTUR LONGAM ET INTERNECINAM FAMEM ÆGYPTIORUM, QUÀM SCILICET ILLA IPSOS TORSERIT, DUM MULTOS EORUM EXANIMAVIT; INDEQUE RECREARENTUR, AC DEI ERGA SE PROVIDENTIAM AGNOSCERENT, SCIRENTQUE SE DEO CURÆ CORDIQUE ESSE, IMÒ DEUM PRO SE CONTRA ÆGYPTIOS CÆTEROSQUE HOSTES PUGNASSE ET PUGNARE.

SINE EXCUSATIONE; id est, inexcusabilem, inevitabilem, indeprecabilem (hoc enim significat Græcum *ἀπαρσιτείνω*, item severum, crudelem, sævum; quod huic quoque loco congruit), ut loquitur Gellius lib. 6, c. 16: INTERITUM, GRÆCÈ *ἔθνησαν*, id est, *penuriam*, scilicet cibi, quæ causat mortem et interitum.

(Corn. à Lap.)

(2) SÆVA BESTIARUM IRA, nempè *colubrorum*, ut sequitur, EXTERMINABANTUR et occidebantur quidem aliqui HEBRÆORUM MURMURANTIUM, NUM 21. SED NOX IN PERPETUUM IRA TEA PERMANSIT, quin non nisi ad breve tempus; nam mox placatus Deus, erigi jussit in altum serpentem æneum, in *signum* ac *symbolum salutis*, non modò corporalis, sed et spiritualis, à veneno peccati quod serpens inpresserat EVÆ, EVA ADAMO, ADAMUS NOBIS, ut Christus ipsemet explicat Joan. 5. 44. Igitur *serpens ille æneus* non erat causa vel auctor sanitatis, ut dicitur vers. 7, sed solum *signum sanitatis à Deo per Messiam concessæ*. (Ficinus.)

Sæva bestiarum ira est furor serpentum quos Deus immisit HEBRÆIS ob murmur. Alio exemplo ostendit, QUÀM DISPARI PŒNÀ DEUS PUNIERIT HEBRÆOS ET ÆGY-

VERS. 6. — SIGNUM HABENTES SALUTIS, serpentem æneum, qui signum erat obtinendæ salutis corporeæ, salutem mysticam præfigurans per exaltatum in cruce filium hominis, adipiscendam ab eis qui in eum fide aspicerent. AD COMMEMORATIONEM MANDATI LEGIS TUE, ut nempè ita memores essent in posterum legis Dei, nec eam murmurando infringerent, discerentque QUÀM SALUTARIJS ESSET OBIEDIENTIA DIVINI MANDATI, QUÆ SOLO SERPENTIS ASPECTU SALUTEM DARET, DEO, NON SERPENTE, AD SE CONVERSOS SANANTE. Ex quo patet eorum et cæcitas et ingratitude, qui divinis honoribus hunc serpentem postea venerati sunt, quasi ille, non Deus, eos à langoribus suis liberasset (1).

ptios. Ægyptios enim per ranas, locustas, ciniphes inevitabiliter occidit et perdidit, HEBRÆIS VERO CONTRA IMMISOS SERPENTES REMEDIUM ASSIGNAVIT. CUM ENIM HEBRÆI IN DESERTO, ob itineris laborem murmurarent contra Deum et Moysen, Deus in murmurantes misit serpentes ignitos, qui suo morsu multos occiderunt; sed cæteris eorum exemplo percussis et pœnitentibus, orante Moyse Deus illicò contra morsum assignavit remedium, jubens à Moyse erigi serpentem æneum, quem qui aspicebant sanabantur. NUM. 21, 4 et seq. Vide ibi dicta; nec enim ea hic repetere opus est. Non ergo voluit Deus perdere HEBRÆOS HÆC PLAGÀ, UT PERDIDIT ÆGYPTIOS, sed modicâ castigatione ad officium et pœnitentiam revocare, ac paucorum supplicio sua jussa publicamque disciplinam sancire.

Appositè in murmurantes immisit serpentes, quia murmurans, et detractor in oculo sibilat quasi serpens, ac virus pestiferum maledicentia lingua sua pestifera audientibus afflat, juxta illud Eccles. 10, 11: *Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet, qui occultè detrahit*. Vide ibi dicta. Pro *perversorum*, Græcè est *σχιζών*, id est, *tortuosorum*.

(1) AD CORREPTIONEM. Εἰς *υπεβλήσαν*, id est, *in admonitionem*, ut hæc pœnâ monerentur, ne murmurarent, sed Deo et Moysi patienter et constanter obsequerentur.

SIGNUM (Græcè *symbolum*) HABENTES SALUTARIJS. Notat serpentem æneum jussu Dei à Moyse erectum, ad sanandum serpentum morsus. Hic enim serpens vocatur signum et symbolum, quia ipse, utpote æneus et inanimis, non poterat esse causa sanitatis eamque conferre; unde ejus tantum erat signum quo qui urebantur morsi à serpentibus ignitis, id est, suo morsu urentibus, scilicet eum aspiciendo, hi illicò à Deo sanabantur. Hoc est quod subdit: VERS. 7. — QUI ENIM CONVERSUS EST, id est, qui faciem obvertit serpenti æneo, eum intendo, NON PER HOC QUOD VIDEBAT, id est, non per serpentem SANABATUR, SED PER TE OMNIUM SALVATOREM. Hic ergo serpens signum erat salutis, idque ad commemorationem mandati legis tue, ut scilicet per illud HEBRÆI MEMORES FIERENT, et recordarentur divinæ clementiæ in pœnitentes, ac vindictæ in rebelles et legi inobedientes. Secundò, sic exponas, q. d.: Sicut obedientes mandato Dei jubentis aspicerent serpentem æneum, si vellent salutem adipisci, sanabantur; ita ex hoc ipso scire poterant, et debebant, non posse se à cruciatibus, et ab infligendis malis eripi, nisi aspicerent in legem, et ejus mandatis parerent, vel nisi divinis præceptis amplius non obloquerentur, sed assuescerent parere Dei ministris; aut certè se non posse sanitatem comparare, nisi aspicerent in auctorem legis, et à malis liberatorem Christum, quia *sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis; ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam*, Joan. 3.

Allegoricè, hic serpens quoad figuram similis serpentibus veris et vivis, sed carens illorum veneno, significabat Christum innocentem æstimatum tamen

VERS. 11. — IN MEMORIA ENIM SERMONEM TEORUM EXAMINANTUR. Græcè pingebantur ad memoriam id est. hac punctatione et inveni serpentum excitabantur ad hoc, ut recordarentur verborum ac mirabilium quæ Deus eis ostenderat, atque ita ad eum pro avertenda plaga recurrerent, sicut Psalmus id factum esse testatur: *Cum occideret eos, quærebant eam, et rememorati quia sunt, Deus adiutor eorum est* (1).

VERS. 15. — DEDEUS AD PORTAS MORTIS, AD PERINOXIIUM ET SCCLERATUM, PRO NOBIS CRUCIFIXUM, UNDE ANEUS ERAT, UT SIGNIFICARET DIVINITATEM ET ATERNITATEM CHRISTI; ITEM CRUCIS CHRISTI CLARITATEM, INSTAR AERIS TIMULI toto orbe resonantem. Ita S. August., Theodosius Nyssen., imò Christus ipse Joannis 5, 44. eajus verba jam recitavi. Quocirca Cæsarius Arelatensis homil. 4 de Paschate: « Modera, inquit, si volumus etiam modò nobis completur, quando peccatum cipsium peccati cognitione curatur, et crimen criminis confessione aboletur; ac sic homo quando dicit cum Prophetâ: *quoniam in putates meas ego cogitavi, et peccatum meum contra me* (coram me) *est semper; quando benè respicit peccatum suum, sanat morsum serpentis per serpentis aspectum.* »

Porrò veri Ophitæ, id est, serpenti (ὄφις enim est serpens) fuère prisci hæretici, qui ex eo quòd Genes. 3 dicitur serpens fuisse callidissimus, ac seducendo Evam scientiæ boni et mali occasionem dedisse, serpentem colebant ut Deum, eumque Christo anteferebant, dicitantes quòd ipsa sapientia facta sit serpens. Quocirca Mosen illius potentiam et majestatem admiratum, imaginem ejus fecisse serpentem aneum, quem quicumque morsus à serpente aspiceret sanaretur: imò Christum serpentis hujus vim amulatum, illi se comparasse, dicendo: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis*, Joannis 5. Vide Francem lib. 1 contra Hæres. c. 56, Epiph. hæres. 57, Tertull., August., et alios in hæresi Ophitarum.

(Corn. à Lap.)

VERS. 8. — IN HOC AUTEM OSTENDISTI INIMICIS NOSTRIS QUIA TU ES QUI LIBERAS AB OMNI MALO. Pro ostendisti Græcè est ἐπεισας, id est, *persuasisti*. Impii enim et perveraces, quales erant Ægyptii, non credunt verbis, sed credunt plagis et verberibus assiduè iteratis, ut vel inviti coactique credant te Deum servatorem tuos liberare à malo, hostes verò eorum perdere. Pergit exaggerare Dei severitatem et vindictam in Ægyptios, ejusque elementiam in Hebræos. Aequalis enim beneficentiæ est, liberare à malo et morte, ac contra terre bonum et vitam.

(Corn. à Lap.)

VERS. 9. — ILLOS ENIM LOCUSTARUM ET MUSCARUM OCCIDERENT MORSUS, QUAMVIS HÆ VENENO CAREANT, ATQUE HOMINI NOXIÆ NATURÀ SUÀ MINIMÈ SINT; INCOLUMI DEINDE POPULO TUO EX ANGUIM MORSIBUS SERVATO, VERS. 10. MUSCARUM LOCUSTARUMQUE MORSUS LETHIFEROS ÆGYPTIIS FUISSE MINIMÈ TRADIT MOYSES; AT NIHIL NISI QUOD MAXIMÈ PROBANDUM SIT, LOQUARIS, SI DIXERIS, TANTAM FUISSE MINIMARUM EJUSMODI BESTIARUM COPIAM, UT OCCUPATIS EÀ PESTE DOMIBUS AGROQUE, PLURES EX ÆGYPTIIS, NON OB MORSUM VIM, SED OB MOLESTIAM INGENTEMQUE ACULEORUM MULTITUDINEM, PERIERIT.

(Calmet.)

(1) IN MEMORIA ENIM SERMONUM TEORUM EXAMINANTUR. Ad recordationem enim mandatorum tuorum pingebantur, nempe à serpentibus. Similitudo sumpta ab his qui ab amico aliquo vellicantur, ut rei alienius meminerint.

NE IN ALIAM INCIDENTIS SOBRIUM, SI NON POSSENT TUO UTI ADJUTORIO. Inflexibiles parent ad tuam avaritiam, id est, obdurescerent, ac sic opis tue fierent indigni. Causa autem hæc pertinet ad id quòd processit, examinabantur; nam illud et velociter salvabantur, velut interpositi sermonis loco interjectum est.

(Grotius.)

cula, ad vulnera morbos, etc., per quos tanquam per portas exit anima, et mors ingreditur. Hinc David: *Qui exaltas me de portis mortis*, id est, de periculis mortis proximis. Et idem s. per naturam, vel supra naturam dissipatis periculis, sanatis morbis, curatis vulneribus (1).

VERS. 14. — ET CUM EXIITIS SCLITUS, NON REVERTETUR, SUCCEDE NATURÆ VÌ, AD CORPUS QUOD DESERVIT: QUOMODO ETIAM ALIÆ QUÆDAM SCRIPTURÆ LOCUTIONES INTELLIGENTE SUNT QUIBUS HÆRETICI ABUTUNTUR CONTRA ANIMARUM APPORTIONES: NON REVERTETUR ERGO SPIRITUS, NÆ OCCISORIS, NEC ALIA HOMINUM POTESTAS VEL ARS, NI-

(1) TU ES ENIM, DOMINE, QUI VITÆ ET MORTIS HABES POTESTATEM, ET DEDEUS AD PORTAS MORTIS ET DEDEUS, q. d.: Tu, Domine, sanasti Hebræos lethaliter à serpentibus sanatos, quia tu solus plenum habes jus et imperium in vitam et mortem, ac consequenter in vivos et morientes, vel mortuos; quare ad libitum potes vitam in mortem, et mortem in vitam commutare, atque viventes ad portas, id est, ad limina mortis deducere, indeque ad vitam et sanitatem reducere, uti reduxisti Hebræos; porte mortis enim vocantur metaphorice certa et proxima pericula mortis, qualia afferunt lethales infirmitates, plage et vulnera; per has enim velut portas, ingressus est ad ipsam mortem et regionem mortuorum, puta ad sepulcrum et infernum, sicut per portas ingredimur in domum vel urbem. Alludit ad illud Davidis: *Qui exaltas me de portis mortis*, id est, qui liberas me de periculis mortis proximis, Psal. 9, 14. Et: *Appropinquaverunt usque ad portas mortis, quod valgò dicimus, ad fauces mortis*. Porrò dicit portas in plurali, quia plurimæ sunt viæ et modi quibus ingredimur ad mortem. Rursum, sicut varii sunt introitus ad mortem, sic et varii disparatique sunt exitus. Patres enim ante Christum morientes ibant ad sinum Abraham, pueri ad limbum, peccatores ad infernum, justi veniendi culpâ infecti ad purgatorium, atque in singulis hisce locis varii sunt sinus, gradus, ordines et loca, pro cujusque merito vel demerito. Porrò ad literam, mors hic aque ac vita intelligitur corporalis, mystice spiritualis. Spiritualiter enim vivit Deo anima per gratiam, et beate per gloriam; moritur verò per peccatum, et damnatur ad mortem secundam per supplicia gehennæ. Unde Cantacuzenus censet anagogice hic notari resurrectionem; q. d.: Deus mortuus et vitæ est Dominus, hinc electos suos in resurrectione à morte suscitabit ad vitam beatam et æternam.

Antistropha huic gnoma est illa Anna matris Samuelis: *Domine mortificat et vivificat; deducit ad inferos et reducit*. Et utraque anterior illa Moysis. Deut. 32, 59: *Videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus præter me: ego occidam, et ego vivere faciam; percutiam, et ego sanabo*. Hinc et Christus dicitur habere claves mortis et interni, Apoc. 1, 18. Vide ibi dicta.

AD PORTAS MORTIS. Græcè ἄβυσσος, id est, *inferni*, quia olim ante Christum morientes omnes ibant ad inferos, saltem ad limbum patrum. Unde in eodem vocatur regio mortuorum, sive quam incolunt mortui. Porrò noster à Castro per portas inferni accipit ipsam mortem; mors enim est quasi porta per quam ingressus est in infernum. Unde idem sic explicat illud Christi Matth. 16, 18: *Et porta inferi non prævalent adversus eam*; q. d.: Nullum est genus mortis quod poterit commotionem Petri et Ecclesiæ abolere, et non sit in Ecclesia fidelis et sanctus, qui non liberent mortem oppetat pro eâ tuendâ. Verum illius loci alius magis genuinus est sensus. Atque hic porta inferi, vel, ut noster vertit, *mortis*, non mortem ipsam, sed pericula mortis et inferni significant. Nec enim Hebræi à morte ipsâ, sed à periculis mortis redempti sunt ad sanitatem.

(Corn. à Lap.)

VOCABIT ANIMAM QUÆ RECEPTA EST, in locum scilicet sibi pro meritis destinatum, vel purgatorium, vel cœlum, vel infernum (1).

VERS. 15. — SED TUAM MANUM EFFUGERE IMPOSSIBILE EST, quia et homicidam vivum tuâ potestate conclusum tenes, ut opportunè vindictam exposcas, et defuncti occisi animam potes corpori, suo tempore, restituere (2).

VERS. 16. — NEGANTES ENIM TE NOSSE IMPII, Pharaone dicente : *Nescio Dominum, et Israel non dimittam* ; cui Ægyptios consensisse satis fatetur, cum dicit : *Ego et populus meus impii*, NOVIS AQUIS, modo inusitatum in sanguinem versis, etsi Græci habeant *inuitatis pluviis*. Loco autem illius quod nos infra habemus, *pluviis*, ipsi legunt *imbrius vehementioribus*. GRANDINIBUS PERSECUTIONEM PASSI, ET PER IGNUM CONSUMPTI, quia teste Exodo, cap. 9, *grando et ignis mista pariter ferebantur*. Ignis autem iste non fuit alius quàm ut ibidem vocatur, discurrentia fulgura. Negant pluuisse quidem in istâ plagâ ; sed locus hic manifestè adversatur ; quin etiam Exodus : *Nec ultra distillavit pluvia supra terram*, cui consentit Philo 1 de Vita Moysis (5).

VERS. 17. — IN AQUA PLUS IGNIS VALEBAT, quia ignis

(1) HOMO OCCIDIT QUIDEM... ET CUM EXIERIT SPIRITUS, NON REVERTETUR, NEC REVOCABIT ANIMAM, QUÆ RECEPTA EST ; ubi Deus, qui animam in corpore collocavit, ipsam inde reduxit. Græcus paulò aliter fert : *Egressus autem spiritus non revertetur, neque homo dissolvit animam, cum Deus revoverit illam*. Tunc liberi hominum potestate futuri sumus, quorum vires nobis nocere non poterunt. Hominum quidem potestas ad corporum usque destructionem fertur ; atque id solummodò efficere potest, ut anima corporis contubernium relinquere cogatur ; at animæ ipsius substantia hominum injuriis inaccessa est. Hinc Christus : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ; sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam*, Matth. 10, 28. (Calmet.)

(2) SED TUAM MANUM EFFUGERE IMPOSSIBILE EST ; q. d. : Anima hominis occisi, effugit manum occisoris, qui corpus occidere potest, at non animam ; sed tuam manum, ô Domine, effugere nequit ; nam ab eâ recipitur, ac pro meritis, vel cœlo, vel inferno addicitur ; aut in corpus, si ita tibi placitum fuerit, reducit ut homo resurgat et reviviscat ; vel si lethaliter læsus sit, ut fuere morsi à serpentibus, à te, Domine, sanetur. Similiter occisor, et quilibet impius manum tuam vindicem effugere nequit ; tu enim omnium, adeoque vitæ et mortis, absolutus es Dominus : quare amplissimis providentiæ tuæ brachiis omnes mundi fines, et omnia quæ in iis sunt amplecteris, imò tribus digitis molem terræ appendis, et velut in aere suspensam detines, ac palmo concludis. Isaia 40, 12. Unde Psaltes : *Quò ibo, inquit, à spiritu tuo ? et quò à facie tuâ fugiam ? Si ascendero in cœlum, tu illic es ; si descendero in infernum, ades ; si sumpsero pennas meas diluculo, et habitaverò in extremis terræ, etenim illic manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua*, psal. 138, 7 ; quod secutus Ovidius poeta ita canit :

*Quò fugis, Encelade ? quascumque accesseris oras,
Sub Jove semper eris.* (Corn. à Lap.)

(5) NOVIS AQUIS, GRANDINIBUS, PLEUVIS ; PER IGNUM : redit ad plagas Ægyptiacas, et grandinem ignem mistam, Exod. 9, 25, 24. NOVIS AQUIS ; sive liquetata, ut solet, grandine ; sive etiam, ut fit, pluviis grandini mistis ; quibus pergunt demonstrare creaturas omnes etiam inanimas Deo ultori obsequi. (Bossuet.)

aquâ velut oleo fatus acriùs exardescerat : sicut ignis Eliæ precibus impetratus aquas lambebat. Cui simile videmus quotidie, cum viva calx superfusâ frigidâ, ignescit ; unde ferventia cuncta frigescunt, ut notat Augustin. lib. 21 de Civitate, c. 4. Oleo verò adhibito, qui fomes est ignis, nihil sit tale. VINDE ENIM EST ORBIS JUSTORUM, quia Deus armat creaturas ad ulciscendas eorum injurias, qui Deo relinquunt vindictam, ut ipse retribuatur (1).

VERS. 18. — MANSUETABATUR IGNIS, NE COMBURENTUR ANIMALIA : ranæ scilicet ac locustæ ad Ægyptiorum cruciatum immissæ, etiamsi hoc ex Exodo non constet. UT SCIRENT QUONIAM DEI JUDICIO PATIUNTUR PERSECUTIONEM, Dei scilicet Israelis, ad quem vel per

(1) Exaggerat jam dictam grandinis plagam, ejusque mira et quasi miracula commemorat, quòd scilicet in ea res inter se summè contrariæ, scilicet aqua et ignis fœderarentur, contraque impios Ægyptios conspirarent, adeò ut cœlum omniaque elementa, puta ignis, aer, aqua, et terra in eorum perniciose conjurasse viderentur. Ait ergo : QUOD ENIM MIRABILE ERAT, Græcè παραδοξότατον, id est, summè paradoxum summè novum et mirum, superans omnem opinionem, æquè ac naturæ vim IN AQUA, QUÆ OMNIA EXTINGUIT, PLUS IGNIS VALEBAT ; q. d. : In plagâ grandinis, aqua, quæ solet ignem extinguere, adeò eum non extinguibat, ut ab igne vinceretur, imò ut aqua igni robur et vires adderet ; in eâ enim majori vi exardescerat ignis, quasi aqua velut oleo aleretur, juxta illud tragœdi : *Alit unda flammas*. Sic in sacrificio Eliæ, ex victimâ aquis perfusa exarsit ignis, 3 Reg. 18, 54, æquè ac ex sacrificio adaquato, Nehemiæ 2, Machab. 1, 20. Sic naturaliter ignes artificiales, qui vulgò Græci vocantur, aquis non restinguuntur, sed potius aluntur ; quin et calx aquâ non sopitur, sed accenditur, quod velut naturæ miraculum obstupescit S. August. lib. 21 Civit. cap. 4.

Porro, quod ait hoc esse παραδοξότατον, verum est. Nam naturaliter omnis ignis comburit et consumit ranas, muscas et cætera animalia. Quare licet Aristoteles, Plinius, et ex iis S. August. lib. 21 de Civit. cap. 4, asserant Salamandram vivere in igne, id tamen sic accipi debet, quòd ob suum frigus et lentorem aliquandiu resistat igni, et in eo duret ; nam si diutius in eo perseveret ; tandem ab eo consumitur, uti disertè docet Galenus lib. 5 de Temperam. cap. 4, Dioscorid. lib. 2, cap. 16, Albertus Magnus lib. 25 de Animal., et alii. Pyrauste tamen, quæ sunt animantes alatæ, et grandioribus muscis persimiles, in fornacibus ardentibus naturaliter vivere degereque solent, uti tradit Aristoteles, Plinius et alii, sed ita ut nec ex igne generentur, nec eo alantur : ignis enim nullum animal gignit, inquit Aristot. lib. 5 Histor. anim. cap. 49. Denique animalia omnia sunt corpora non simplicia, sed mixta, ideòque composita ex mixtione quatuor elementorum : quare ex uno solo elemento gigni alicque nequeunt. Quod ergo scribit S. Thomas, de virtutibus et vitiis, chamæleontem ex aere vivere, talpam ex terrâ, halecem ex aquâ, Salamandram ex igne, ex communi vulgi sermone acceptum, et in rigore falsum videtur ; sed hoc sensu verum, quòd chamæleon modico cibo contentus, vivat ex rore et muscis in aere volitantibus, halex ex aquâ non purâ, sed terrestribus vaporibus aliisque rebus mixtâ victitet ; talpa ex radicibus terræ se pascit, Salamandra in igne aliquandiu duret.

VINDE ENIM EST ORBIS JUSTORUM. Dat causam jam dicti miri vel miraculi conspirationis, scilicet aquæ et ignis contra Ægyptios, quòd videlicet orbis, et quidquid in eo est, Deo vindici ad nutum subserviat ad castigandum impios, qui justos, puta fideles Hebræos affligebant. Vide dicta c. 5, 18.

tormenta confidendum magna ex parte hæc plage dirigebantur. Hoc autem ex inverso naturalium, ordine, facile erat percipere (1).

VERS. 19. — *ET QUODAM TEMPORE IN AQUA EXARDESCEBAT, etc.*, non in locis humectis Sodome, sed inter aquam pluviam, nivis, grandinis; magis enim inculcat quod ante dixerat. *UT INQUE TERRE NATIONEM EXTERMINARET, Ægyptios; vel quia Græcè est germina, hinc per nationem intelligi possent ea quæ nascuntur ex terrâ, plantæ, herbæ fructus; sicut per generationem sæpè intelliguntur homines generati. Ad hoc enim aptè sequitur (2):*

(1) QUODAM ENIM TEMPORE, MANSTABATUR (Græcè *ἠμυρῶντο*, id est, mansuescebat, mitescebat, mitigabatur) IGNIS, NE COMBURENTUR, QUE AD IMPIOS MISSA ERANT ANIMALIA. Nonnulli exponunt; q. d.: Ignis cum grandine cœlitus missus in Ægyptios, comburebat Ægyptios, at non animalia, puta ranas, locustas, muscas, quas Deus iis in pœnam per Moysen immiserat. Verum tempore plage septimæ, quæ fuit grandinis, jam ante ad preces Moysi cessãrant plagæ præcedentes ranarum, locustarum, muscarum.

Dico ergo loqui Sapientem de igne non cœlesti, sed naturali; q. d.: Cùm Ægyptiî ignem ubique accenderent, ut eo objecto sese à ranis, muscis, cinniphibus, et aliis bestis liberarent, quas Deus immittebat operâ Moysi, ut eos plecteret ac plagis effliceret, tunc nullam vim ignis in animalia illa exercebat, sed divinâ virtute continebat sese ne illa combureret, ut illa Dei voluntati per omnia parerent, ac Ægyptios cruciarent.

Porro hoc mirum sive miraculum, licet à Moysen non sit conscriptum in Exodo, hic tamen à Sapiente suppletur et exprimitur, æquè ac de manna vers. 20, quod habuerit omnem saporis suavitatem ad libitum comedentium: quare, quàm id reverâ contigerit, dubitare non licet. Ita Dionysius, Jansenius et alii. De Ægyptiorum enim plagis omnis est hic sermo, de quibus etiam accipit S. Bonavent., sed hoc sensu, q. d.: Animalia Ægyptiorum quæ erant in agris, à grandine et igne consumebantur; quæ verò erant domi in stabulis, ab utroque manebant intacta. Verum hoc non erat paradoxum, nec mirum.

Ex dictis liquet minis rectè Lyranum hæc accipere de Hebræis, q. d.: Hebræi aspicientes serpentem æneum non lædebantur ab igne, id est, ab ignitis serpentibus. Longius quoque abire Holcot, qui per animalia accipit tres pueros socios Danielis, qui in fornace Babylonicâ illasi ab igne manserunt, Daniel 5.

SED ET IPSI (Ægyptiî) VIDENTIS (muscas et ranas igne non absorto), SCIENT QUONIAM DEI JUDICIO PATIENTUR PERSECUTIONEM. Græcè *ἠδρανεύοντο*, id est, exagitantur, vexantur, cruciantur à ranis, muscis, locustis, etc., q. d.: Deus ranas et muscas à se immixtas illasas in igne conservabat, ut infestarent punirentque rebelles sibi Ægyptios, ut ipsi id videntes agnoscerent hoc non fieri naturæ vi, sed Dei miraculo, idèoque Deum timerent et colerent, ejusque populum, puta Hebræos dimitterent.

(2) ET QUODAM TEMPORE IN AQUA SUPRA VIRTUTEM IGNIS, EXARDESCEBAT UNDIQUE, ET INQUE TERRE NATIONEM EXTERMINARET, q. d.: Ignis obsequens Deo ad puniendum Ægyptios se in omnes puniendi partes undèque versabat. Nam parcebat ranis et muscis vexantibus Ægyptios, ut dictum est vers. præced.; at verò in septimâ plagâ, grandini mixtus ignis, supra omnem naturæ vim exardescibat, ut Ægyptios eorumque sata exterminaret. Per *nationem* nonnulli accipiunt homines et animalia, à grandine et igne percussa. Melius accipias graminæ et segetes e terra nascentes, quas in agris consumpsit grando et ignis, sive grando ignita. Græcè enim *γεννησάντα*, id est, ge-

VERS. 20. — *PRO QUIBUS, seu quorum loco, ANGELOREM ISRA NUTRIVISTI POPULUM TUUM, id est, manna, quod etiam psal. 77 dicitur panis angelorum; neque, ut nonnulli Rabbinî docuerunt, apud Paulum Burgensem in c. 16 Exodi, quia manna angeli vescuntur; vel, ut Rabbi Moyses Gerundensis, quia lumen divinum quo reficiuntur angeli, est incorporatum in manna; sed hæc fabulæ sunt Judaicæ. Angelorum ergo, quia eorum ministerio in cœlo, hoc est, in nubibus atque aere formabatur, vel quod esset excellentissimus, angelisque, panis vescerentur, dignus: quo sensu linguarum angelorum vocantur a Paulo. Quo multum facit quod cap. 19, vers. 20, in Græco vocatur *ambrosia*: quam propriè deorum cibum esse, poete fabulantur. Fuit et mysticè angelorum, quia Christum Eucharistiæ speciebus velatum figurabat (1).*

VERS. 21. — *SUBSTANTIA FINITIVA DULCEDINEM TUAM, etc., OSTENDEAT. Quidam (substantiam Dei benignitatem ejus vel potestatem sustentandi intelligunt; Fulgentius ad objectiones Ariænetum, ipsum Christum. Aptius ipsum manna accipietis, quod Hebræos sustentabat. Hæc ergo substantia tua, id est, à te missa, declarabat quanta Dei esset in populum Judæorum benignitas et dulcedo, eò quòd DESERVENS UNUSCUIQUE VOLUNTATI, id est, appetitui comedendi, ad quod quisque volebat, CONVERTEBATUR, ita videlicet ut, si quis piscem, columbam, pomum appeteret, in eadem converteretur, ut docent Valentia tom. 7, disp. 6, q. 5, puncto 2, et Bosius 15 de notis Ecclesie cap. ult., et alii. Sed hæc sententia solido fundamento caret: cur enim Hebræi murmurassent in manna, si in porrum, cepe, allia, fuisset mutatum? Convertebatur ergo, Græcè, transtemperabatur, quia omnium saporem ac temperiem referebat, Deo subito talem saporem inserente. Multi recentiores Exodi ac Numerorum interpretes hoc omnibus omninò Hebræis concessum volunt; sed quos citant veteres, Nazianzenus de moderatâ disserendi Ratione, Chrysostomus oratione quòd nemo læditur nisi à seipso, Hieronymus in psal. 147, nihil eorum quæ dicunt, tenent: tantum enim generatim sine distinctione cum Scripturâ loquuntur. Verisimilius igitur puto id quod expressè docet Augustinus 2 Retract. cap. 20, solis hoc fidelibus, id est, saltem ex fide petentibus, non autem illis adversus Deum murmuratoribus concessum fuisse, qui nihil nisi panem oleatum, vel simillam cum melle percipiebant:*

minina sive germina, puta herbas et sata, quæ percussit grando, ut Ægyptios frumenti penuriâ et fame affligeret. Ita Jansenius, à Castro et alii.

Minis rectè Holcot accipit ignem, quo conflagravit Pentapolis, ac natio Sodomitarum exterminata et combusta est. (Corn. à Lap.)

(1) Pro quibus, pro consumptis frugibus, filiis tuis manna præbuiti, cujus miram vim docet. OMNIS Saporis scavitatem: atqui Num. 11, 7, manna erat saporis instar panis oleati. Sed alius est nativus sapor, alius quem fidei multiformis gratia tribuitur: quod iste vel à Dei spiritu, vel à populi Dei traditione didicit; unde et Paulus, ea quæ in arca erant, Hebr. 9, 4. Quom locum si conteras cum 5 Reg. 8, 9, et 2 Paral. 5, 10, huc similem reperies. Vide etiam infra, 19, 7. (Bossuet.)

« Non enim, inquit Augustinus, alias escas desiderarent, si hoc eis saperet manna quod vellent. » Hinc Greg. 6 Moral. c. 9: « Manna in ore spirituum juxta voluntatem edentium saporem dedit (1). » Hoc utrumque ipsum Scriptura insinuat, cum dicit infra :

VERS. 25. — CREATURA, seu esca, in omnia transfigurata, hoc est, in omnem saporem mutata, omnium nutritici gratie tue, id est, benignitati providentiaque tue, deservebat ad voluntatem eorum, qui a te desiderabant, nempe ut minimum desiderio ac precibus ad te directis : quod non est profecto murmuratorum ; sed justorum, vel saltem ex fide orantium. Sed, inquit citati Gregorius et Hieronymus Dei sermo ; adde, et Christi corpus in Eucharistia, in ore justorum sapit quod quisque desiderat ; omnibus enim congruens qualitati audientium ac manducantium descendit.

VERS. 26. — UT SCIRENT, hoc est, experimento illo deprehenderent, quoniam non nativitatis fructus, naturaliter scilicet nascentes, seu fructuum generationes, ut Græcè est, pascunt homines, à Dei sermone et cooperatione separati ; sed sermo tuus hoc est, justio et voluntas, quæ sermonè patefieri solet ; hos qui in te crediderint, conservat, vel sine cibo, ut Moyses, Eliam, Christum per quadraginta dies, vel cui-libet rei nutriendi vim inserendo, ut fecti in manna ; hoc est enim quod Christus dicit : *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo*, etc., hoc est, in omni re quam Deus voluerit ac jusserit (2).

VERS. 27. — QUOD ENIM AB IGNE NON POTERAT EXTERMINARI : igne enim lixabatur torrebaturque manna ; ita tamen ut non liquesceret, quasi ignis, ut supra dixit, naturæ suæ esset oblitus. Radio solis tabescebat, non quod postridiè scateret vermibus, sed quia,

(1) SUBSTANTIA ENIM TUA. Vocat substantiam manna, cibum scilicet illum, quem novo miraculo Deus subsistere faciebat. QUAM IN FILIOS HABES, quam erga fideles tuos exerces. DESERVENS UNI SCILICET VOLUNTATI, etc. Quem enim saporem cibi quis experiebat, cum in manna experiebat, hujusque suavitatis participes erant omnes, sive justii essent, sive peccatores.

(Menochius.)

VERS. 22. — NIX AUTEM ET GLACIES, etc. ; vel : *Nix quoque et glacies ignem sustinebant, neque liquefiebat* ; manna, quæ nix quædam et glacies erat, tamen igne coquebatur, neque liquecebat, cum eadem sole solvebatur.

(Castalio.)

VERS. 24. — CREATURA ENIM TIBI, etc. *Creatura enim tibi effectori subserviens intenditur ad penam adversus injustos, et remittitur ad beneficium pro his qui in te confidunt* ; hoc est, ipsa creatura suum agnoscens Creatorem tibi servit, operamque dat etiam ad injustos omni supplicio adficiendos, tuta etiam ad justos benignitate tuâ tractandos ; itaque vim suam ad tuam voluntatem et exercit et remittit. (Badvellus.)

(2) QUONIAM NON NATIVITATIS FRUCTUS PASCUNT HOMINES, SED SERMO TUUS HOS, QUI IN TE CREDIDERINT, CON-

ut inquit Exodus, cum incaluisset sol liquefiebat (1). Hinc subjicitur :

VERS. 28. — UT NOTUM OMNIBUS ESSET, per miraculum, quod ex ortu solis manna liquesceret. QUONIAM OPORTET PREVENIRE SOLEM AD BENEDICTIONEM TUAM (2), id est, ad dona ex tuâ benedictione percipienda, vel potius ad gratiarum actiones et laudes tibi offerendas ; *mane enim astabo tibi, et mane exaudies vocem meam*. Quod clarius more Scripturæ sequentiâ exponunt : ET AD ORTUM LUCIS TE ADORARE (3) : non quod ad Orientem conversâ facie esset orandum, Hebræi enim potius ad Occidentem, ut ex tabernaculi et templi structurâ patet, contra gentilium ritum, adorabant ; sed quia matutinus ad multum diem stertentium venter excutiendus erat, cum nihil alioquin mannae quo viverent, reperturi essent. Ex quo colligas et sacram quendam ab Hebræis ritum fuisse adhibitum, cum manna colligerent, et moralem etiam causam, cur ad ortum solis esset colligendum. Mysticam adjicit Cyril. 3 in Joan. c. 54 : *Quia, inquit, solutis nocturnis legis tenebris, et sole nobis intelligibili exorto* (Christo scilicet), *presentis Domini gloriam intuentes copiosissimè panem cælestem ipsum Christum assequimur*.

VERS. 29. — INGRATI ENIM SPES : ergo benedictio de quâ supra Græcè ἐυχαριστία, gratitudinis actionem et laudem notabat. Hæc ergo ingrati spes, quâ post solis ortum se manna colligere posse sperabat, TANQUAM HYBERNALIS GLACIES TABESCEAT, quia quod petit, non assequitur. Frustra enim incalescit voluntas ad nova beneficia, si ad jam accepta frigescit. Aptè verò mentionem glaciei facit, utpotè cui ingratus ingratitude frigore, manna verò colore et liquefactione erat simile (4).

SERVAT. Ad verbum : *Non natura fructuum pascunt homines, supple solæ*. Sensus enim depromptus ex Deut. 8, 5 ; unde et Christus sumpsit Math. 4, 4. (Grotius.)

(1) QUOD ENIM AB IGNE. Intelligit de manna, quod cum igni coqueretur obdurecebat, et tamen *ad exiguum solis calorem tabescebat*, ut discerent ad verbum Domini omnia facere, eujus imperio obediunt omnia.

(Clarius.)

(2) IN GRÆCO : *Ad gratias tibi agendas*. Pii ipso adhuc diluculo laudes Deo canebant, Psal. 88, 13, sole jam orto, id est, tempore sacrificii matutini.

(Grotius.)

(3) Desides Israelite, qui manna colligere usque post solis ortum differebant, eo liquato, spe frustrabantur. Ita ingratus homo, diluculo surgere ad gratias Deo agendas retuens, ejusque gratiam sibi conciliare negligens, spem suam evanescere sentit, ut hyberna glacies sole liquescit.

(Calmet.)

(4) TANQUAM HYBERNALIS GLACIES. *Tanquam pruina*. Significabat manna, res conditas omnes etiam è sublimi ære venientes, esse caducas et fragiles, neque ultra vim habere nobis opitulandi, nisi ubi et quando Deus vult.

(Grotius.)

CAPUT XVII.

1. Magna sunt enim judicia tua, Domine, et inenarrabilia verba tua : propter hoc indisciplinate anime erraverunt.

2. Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ ; vinculis tenebrarum et longæ

CHAPITRE XVII.

1. Vos jugements sont grands, ô Seigneur, et vos paroles sont ineffaçables ; c'est pourquoi les âmes sans science se sont égarees.

2. Car les méchants s'étant persuadés qu'ils pourraient dominer la nation sainte, ont été liés par une chaîne de ténèbres, et d'une longue nuit, et renfer-

noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetua providentiæ jacuerunt.

5. Et dùm putant se latere in obscuris peccatis tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, paventes horrendè, et cum admiratione nimia perturbati.

4. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat; quoniam sonitus descendens perturbabat illos et personæ tristes illis apparentes pavorem illis præstabant.

5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpida: flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

6. Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus; et timore perculti illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbatur:

7. Et magicæ artis appositæ erant derisus, et sapientiæ gloriæ correptio cum contumeliâ.

8. Illi enim qui promittebant timores et perturbaciones expellere se ab animâ languente, hi cum derisus pleni timore languebant.

9. Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat; transitu animalium et serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: et aerem, quem nullâ ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10. Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis; semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.

11. Nihil enim est timor, nisi proditio cogitationis auxiliorum.

12. Et dùm ab intus minor est expectatio, majorem computat inscientiam ejus causæ, de quâ tormentum præstat.

13. Illi autem qui impotentem verè noctem, et ab infimis et ab altissimis inferis supervenientem, eundem somnum dormientes,

14. Aliquando monstrorum exagitabantur timore; aliquando animæ deficiebant traductione; subitaneus enim illis et insperatus timor supervenerat.

15. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

16. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset; ineffugibilem sustinebat necessitatem;

17. Unâ enim eatenâ tenebrarum omnes erant colligati. Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

18. Aut sonus validus præcipitarum petrarum, aut ludentium animalium cursus invisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo; deficientes faciebant illos præ timore;

19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, et non impeditis operibus continebatur.

20. Solis autem illis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

més dans leurs maisons. Ils ont langué dans cet état, malgré les efforts qu'ils faisaient pour se soustraire à cette providence qui ne cesse jamais d'agir.

3. Et pendant qu'ils s'imaginaient pouvoir demeurer cachés dans la nuit obscure de leurs péchés, ils se trouverent dispersés, et comme mis en oubli sous un voile de ténèbres, saisis d'un horrible effroi, et frappés d'un profond étonnement.

4. Les lieux secrets où ils s'étaient retirés ne les défendaient point de la crainte, parce qu'il s'élevait des bruits qui les effrayaient, et qu'ils voyaient paraître des spectres affreux qui les remplissaient encore d'épouvante.

5. Il n'y avait point de feu si ardent qui pût leur donner quelque clarté; et les flammes toutes pures des étoiles ne pouvaient éclairer cette horrible nuit.

6. Il leur paraissait tout d'un coup des éclairs de feu qui les remplissaient de crainte; et étant épouvantés par ces fantômes qu'ils ne faisaient qu'entrevoir, tous ces objets leur en paraissaient encore plus effroyables.

7. C'est alors que toutes les illusions de l'art des magiciens devinrent inutiles, et que cette sagesse dont ils faisaient gloire, fut convaincue honteusement de fausseté;

8. Car tandis qu'ils faisaient profession de bannir le trouble et la crainte de l'âme dans sa langueur, ils languissaient eux-mêmes ridiculement dans l'épouvante dont ils étaient tout remplis.

9. Lors même qu'il ne leur paraissait rien qui pût les troubler, les bêtes qui passaient, et les serpens qui sifflaient, les mettant comme hors d'eux-mêmes, les faisaient mourir de peur; et ils eussent voulu s'empêcher de voir et de respirer l'air, quoique cela soit impossible;

10. Car comme la méchanceté est timide, elle se condamne par son propre témoignage; et étant épouvantée par la mauvaise conscience, elle se figure toujours les maux plus grands qu'ils ne sont.

11. Aussi la crainte n'est autre chose que le trouble de l'âme qui se croit abandonnée de tout secours;

12. Et moins elle attend de soulagement au-dedans d'elle, plus elle grossit, sans les bien connaître, les sujets qu'elle a de se tourmenter.

13. Mais étant alors tous abattus d'un même sommeil dans cette effroyable nuit qui leur était survenue du plus profond des enfers,

14. Ils étaient effrayés d'un côté par ces spectres qui leur apparaissaient, et, de l'autre, par la défaillance même de leur esprit qui se trouvait surpris par des craintes soudaines auxquelles ils ne s'attendaient pas.

15. Si quelqu'un était tombé, il demeurait renfermé sans chaînes dans cette prison;

16. Car soit que ce fût un paysan ou un berger, ou un homme occupé aux travaux de la campagne, qui fût ainsi surpris, il se trouvait dans une nécessité inévitable;

17. Parce qu'ils étaient tous liés d'une même chaîne de ténèbres. Un vent qui soufflait, le concert des oiseaux qui chantaient agréablement sur les branches touffues des arbres, le murmure de l'eau qui coulait avec impétuosité,

18. Le grand bruit que les pierres faisaient en tombant, le mouvement des animaux qui se jouaient ensemble, sans qu'ils pussent les apercevoir, le hurlement des bêtes cruelles, ou les echos qui retentissaient du creux des montagnes, toutes ces choses, frappant leur oreille, les faisaient mourir d'effroi;

19. Car tout le reste du monde était éclairé d'une lumière très-pure, et s'occupait à son travail sans aucun empêchement.

20. Eux seuls se trouvaient accablés d'une profonde nuit, image des ténèbres qui leur étaient réservées, ils étaient encore plus insupportables à eux-mêmes que leurs propres ténèbres.

COMMENTARIUM.

Hoc caput nonam Ægyptiorum plagam, tenebrarum scilicet, latè prosequitur, de quâ multa adjicit quæ in Exodo non habentur (1).

VERS. 2. — FUGITIVI PERPETUÆ PROVIDENTIÆ JACUERUNT (2); id est, destituti ab eâ Dei providentiâ, quæ sese in genus humanum perpetuâ solis illuminatione protendit. Quo sensu mox adjicitur quòd

VERS. 3. — TENEBROSO OBLIVIONIS VELAMENTO DISPERSI SUNT, quia quasi oblivioni à Deo traditi per immissas tenebras, tanquam ab ejus curâ abjecti fuerant (3).

(1) VERS. 1. — MAGNA ENIM SUNT JUDICIA TUA, DOMINE, ET INENARRABILIA VERBA TUA: PROPTER HOC INDISCIPLINATÆ ANIMÆ ERRAVERUNT. Græcè: *Magna enim tua judicia, et narratu difficilia; propterea imperitæ animæ in errorem inductæ sunt*, q. d.: *Judicia tua, Domine, quibus fideles tuos Hebræos bonis, v. g., coturnicibus et manna cumulasti, infideles verò Ægyptios malis, v. g., aquis sanguineis cruciasti, sunt alta et arcana, ideòque inenarrabilia sunt verba, id est, opera tua jam dicta, quæ verbis tuis, puta jubendo duntaxat effecisti, ideòque imperitæ animæ, quales erant Ægyptiorum, dum superbè volunt ea scrutari et comprehendere, in errorem inductæ sunt. Nam æstimârunt hæc, vel casu, vel naturâ, vel fato fieri, non liberâ Dei providentiâ et vindictâ, ideòque Deo se opposuerunt, nec Hebræos, uti ipse jubebat, voluerunt dimittere. Quocirca in graviore pœnas ab eo inflictas, puta tenebrarum, imprudentes inciderunt. Hunc esse sensum liquet ex iis quæ sequuntur. (Corn. à Lap.)*

(2) VINCULIS TENEBRARUM ET LONGÆ NOCTIS COMPE-DITI, INCLISI SUB TECTIS... JACUERUNT. Hoc de tenebris, quibus percussa fuit Ægyptus, Exodi 10. Subjungitur inter alia stupenda et horrenda de iisdem, etiam istud vers. 15: *Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Nec mirum. Nam et Exodi 10 dicit Dominus ad Moysen vers. 21: Extende manum tuam in cœlum, et sint tenebræ super terram Ægypti tam densæ, ut palpari queant. Porrò hæc ita intelligenda quidam existimant, quòd aer divinâ virtute, contra suam naturam, ita fuerit condensatus, ut transitum non permitteret, sed ubicumque quis deprehensus fuisset, orientibus his tenebris, ibi teneretur, ut se de loco movere non posset. Ita enim quoque dicitur in Exodo: *Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco in quo erat. Alii tamen palpabiles dicunt vocatas tenebras per hyperbolam. Sic enim et vulgò appellare solemus tenebras densissimas. Quorum sententiam confirmare videntur duo: alterum, quòd in Exodo dicitur Pharaonis misisse ad Moysen et Aaron, ut tenebræ tollerentur, quod fieri non potuisset sine motu; alterum, quòd hic dicitur de motu animalium. Et hi ad superiora respondent, quòd nemo se moverit, scilicet ad consuetum opus, quia in tenebris nihil operari possibile, et periculosum multum se movere. Utraque sententia suos habet assertores. (Estius.)**

(3) ET DUM PUTANT. Hic consequenter ponitur dictæ obtenebrationis ratio. Erant enim Ægyptii tenebris spiritualibus peccatorum involuti, propter quod justum fuit ut tenebris corporalibus involerentur, ut pœna corresponderet peccato, et hoc est quod dicitur: *Et dum putant se latere à conspectu divino, in obscuris peccatis, quæ dicuntur obscure eò quòd fiunt in occulto, Joan. 3: Qui malè agit, odit lucem.*

TENEBROSO OBLIVIONIS VELAMENTO DISPERSI SUNT: nam aliqui erant in campis, aliqui in domibus, et aliqui in villarum plateis; et supervenientibus subito palpabilibus tenebris, nullus movere se potuit, nec per consequens se vel alium consolari, propter quod dicuntur hic tenebroso oblivionis velamento dispersi. (Lyraeus.)

VERS. 6. — APPAREBAT AUTEM ILLIS SUBITANEUS IGNIS (1), tenebris subinde intermicans, ut spectra obscurius atque terribilius viderentur, quia sic æstimabant deteriora esse quæ videbantur (2); nam quæ obscure apparent in tenebris, quia non possumus illa internoscere, terribiliora æstimantur quàm sint.

VERS. 7. — ET MAGICÆ ARTIS APPOSITI ERANT DERISUS, id est, aderam simul magiæ ludibria, quia Deus quodammodò per inmissas tenebras magis videbatur illudere, ut qui ante illas de se mirifica jactitassent, nunc tenebris compediti et timore perculsi, ne loco quidem movere se possent. Et sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia (3); id est, aderat quoque correptio, seu redargutio infamis et contumeliosa illius gloriosæ jactantiæ, quâ magis de suâ sapientiâ ac prudentiâ erant gloriati. Qui sensus ex Græco perspicuus est, ubi *sapientiæ regitur à nomine gloriæ. Ratio statim sequitur:*

VERS. 9. — NAM ETSI NIHIL ILLOS EX MONSTRIS PERTURBABAT, ut qui essent talibus monstris assueti; quam causam reddit August. quæst. 48 in Numeros, cur nec Balaam asinæ loquentis voce terretur (4).

VERS. 4. — ET PERSONÆ TRISTES ILLIS (in tenebris) APPARENTES. Græcè, *visiones, spectra, larvæ, lemures mœsto vultu, truci aspectu. De quibus fusè Petrus Tyræus, et Martinus Delrio, et Alexander ab Alexandro. (Tirinus.)*

VERS. 5. — ET IGNIS QUIDEM NULLA VIS, etc. Les ténèbres qui environnaient les Egyptiens n'étaient point comme les ténèbres ordinaires qui disparaissent aux premiers rayons du soleil. C'était comme un air grossier et palpable, que les rayons du soleil, qui luisait à l'ordinaire, ne pouvaient percer. C'était l'image des ténèbres du pécheur. Toute la lumière des hommes et des anges ne les sauraient pénétrer. Il n'y a que Dieu qui le puisse faire par l'impression toute-puissante de sa grâce. (Sacy.)

(1) Ad verbum: *Apparebat autem illis solium spontanea pyra timore plena. Pyram vocat maximum cumulum ignium collucentium, etc.*

(2) Vel, secundum Græcè: *Exterriti verò non visâ illâ visione (sive specie) putabant pejora quæ cernebantur*, hoc est, concipiebant adhuc animo majorem horrorem quàm illa externa species, etiam non ita benè spectata, afferebat. Causam postea subjungit, malam eorum conscientiam, quæ ipsos intus magis conturbabat. Quædam exempla habent, *æstimabant manuum visa*, quasi formæ ac figuræ manuum essent. Sed nomen ibi corruptum est, ac lectum χειρῶν pro χειρῶ, à χειρῶνα, quod per contractionem χειρῶ facit, *pejora. (Badvellus.)*

(3) *Prudentiæ jactantia turpissimè refutabatur. Magi, qui se prudentes jactabant. (Castalio.)*

VERS. 8. — AB ANIMA LANGUENTE, *agrogante. Hi cum derisu, etc. In Græco est: Ridiculo timore laborabant. (Menochius.)*

(4) NAM ETSI NIHIL ILLOS EX MONSTRIS PERTURBABAT, TRANSITU ANIMALIUM, ET SERPENTIUM SIBILATIONE COMMOTI, TREMLUNDI PERIBANT. En alterum earum tenebrarum circumstantiam, quæ nullibi legitur. Præter spectra, quæ subinde inter subitas fugacesque flammæ conspiciantur, permisit Deus, ut animalia et angues, quos Ægyptii domi alebant, ipsis eadem mimitarentur. Porrò id mirum non est in eâ regione, in quâ ingens versabatur venenatarum ac perniciosarum belluarum numerus, quas populus divinis honoribus prosequabatur, ac domi inter familiares nutriebant. Hæ fame stimulate, diuturnoque tenebrarum tedio affectæ, domi vagabantur, inconditis vocibus

VERS. 10. — CUM SIT ENIM TIMIDA NEQUITIA: ILLI QUIID scelerata viX esse possunt? DAT TESTIMONIUM CONDEMNATIONIS; non enim timeret, nisi sciret esse supplicio ac damnatione dignum quod perpetravit. Hinc Gregor. 12 Moral. cap. 21: *Apertus*, inquit, *damnationis testis est ipse timor impietatis*. SEMPER ENIM PRESUMI SIVA, id est, nequitia præsumit aliquid infaustum, velut stipendium sibi debitum; utpote quæ est PERICULATA CONSCIENTIA, id est, per conscientiam: Græca enim indicant, *conscientiâ*, esse ablativum (1).

VERS. 11. — NIHIL EST ENIM TIMOR NISI PRODITIO COGITATIONIS AUXILIORUM; id est, manifestatio per pallorem, quòd aliquis de auxiliis quibus caret, cogitet anxius. Ita ferè Latini. Quamquam Græca, ubi *cogitationis* legitur à genitivo *auxiliorum*, magis hunc sensum insinuant, ut timor sit proditio, hoc est, defectio ac desertio auxiliorum cogitationis, id est, subsidiorum quæ cogitatio posset suppeditare; ideò enim timetur, quia cogitanti non occurrunt rationes evadendi mali (2).

VERS. 12. — EI DUM AGENTIS MINOR EST LAXIGATIO, auxiliorum videlicet, quibus nequitia se novit destitui, Deo quippe et creaturis invisa est; MAJOREM COMPUTAT INSCIENTIAM EJUS CAUSA, DE QUIA TORMENTUM PRESTAT, nempe timor, id est, graviora adhuc putat sibi imminere tormenta ex eâ causâ, quia timens affligitur, idque ex eo quòd illam ignoret, utpote quæ adhuc impendat (5).

aut sibilis, ut cujusque natura ferebat, quibus formido Ægyptiorum, quos terror uno in loco clauserat, augebatur.

AEREM NEGANTES SE VIDERE. Intolerabilis erat Ægyptiis vita inter eas tenebras, terrores, ac discrimina. *Videre aerem* est vitâ frui.

FREQUENTI ENIM SIMPER OCCUPANT PESSIMA REDARGENTE CONSCIENTIA. Hæc verba in Græco et Vulgata desunt; leguntur verò in editione Complutensi, Sixtinâ, aliisque. Eadem fermè res est ac quæ sequenti versu leguntur: *Semper enim præsumit sava, perturbata conscientia*. (Calmet.)

(1) In Græco hic sensus: *Timidam est militiam inferno teste damnata: semperque conscientia vi contracta res diras præsumit animo*. Memorandi pari sensu: *Malè conscium sibi, quarvis audacissimum Sui semper pavidum reddit consciencia*.

Malè mens, malus animus, ait Terentius. (Grotius.)

(2) Est descriptio, id est, definitio *crassior metus*, non omnis, sed maximi, quæ est *desperatio* omnis auxilii, quod humana ratio potest reperire. *τῆς τοῦ αἵματος* hoc sensu etiam infra est 14, et est vox bonè Græca, ut multa in hoc libro. Medea apud Neophronem:

Sed, anime, ne tu te quæpote his præde in malis. Plautus Epidico pari sensu dixit: *Quia tantè te deseris*. (Grotius.)

(5) Ad verbum: *Cùm autem minor est intus expectatio* (id est, metus; nam *metus est expectatio mali*, etiam Aristoteli 5 Nichomachiorum 9), *majoram putat esse ignorantiam causæ quæ tormenta adfert*; id est, existimat id quod metuitur non tantum esse quantum videtur. Metus remissior patitur rationem aliquid de-

CAPUT XVIII.

1. Sanctis autem tuis maxima erat lux, et horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non et ipsi eadem passi erant, magnificabant te.

2. Et qui ante lesi erant, quia non fœdebantur,

VERS. 15. — ILLI AUTEM (Ægyptii qui IMPOTENTEM VERE NOCTEM, etc.), id est, qui tam intolerabilem atque immoderatam noctem dormiebant, ut propter horrendam caliginem, ex profundissimo inferno, tamquam proprio tenebrarum loco videretur effusa; ut enim ait poetâ:

Umbrarum hic locus est, somnâ noctisq; sepora (1).

VERS. 14. — ALIQUANDO ANIME DELICEBANT TRADITIONE, id est, deliquio; Græce enim est idem verbum proditionis quod supra (2).

cernere lile qualem monet Epictetus: *Statim ad omnem visam ducam me noneris superaducere? Visum es; non id quod putaris esse*. (Grotius.)

(1) ILLI AUTEM QUI IMPOTENTEM VERE NOCTEM, *Intolerabilem*, ut sit *depressiva* verbâ *tolerantè*, nisi forte scriptum fuit hic, et jam mox *impenetrabilem*, per quam visus transire nequebat. *Per noctem*, durante illâ longâ nocte.

ALTERNIS ET ABALTISSIMIS INFERNSI PERVENIENTEM. In Græco: *A recessibus Orci impenetrabilis*. Interpretes Latini intelligit tartarum. *Rede libris tenebrarum in tartarum tradidit*, ait Petrus 2, Epist. 2, 4.

Ubi sub terram est alta torago, ait Homerus.

EI DUM SOMNUM DORMIENTES. *Somnum* hic vocat *cessationem ab agendo*. Nihil enim plus agebant illo tempore quàm si dormissent. Itâ similia similibus occupant nomen, maxime apud Hebræos. (Grotius.)

(2) ANIME DELICEBANT TRADITIONE: traditione, Græcè; sive deliquio quo laborabant præ metu. (Bossuet.)

VERS. 15. — DEINDE SI QUISQUAM EX ILLIS DECESSIT, CUSTODIATUR IN CARERE SINE FERRO ECCLESIES, q. d.: In tantis tenebris, si quis Ægyptus casu aliquo in vocem vel terram collapsus fuisset, præ pavore et stupore, singere, aut eugere se non volebat nec valebat, sed hærebat in eâ quasi conclusus in carcere, idque *sine ferro*, id est, sine catenis et vinculis ferreis; timor enim instar catenæ eos colligabat et vinciebat. Græce est, *in ἄσβεστον ἀπέβη*, id est, *in infernum* (ferro carentem) *carcerem inclusus*. Ita Tyrannus, Orsinius et alii passim. Hunc sensum exigit, quod habet Vulgata conditionatè: *Si quisquam ex illis decessit; pro quo Græca hinc tenet: Si qui unquam illis erat clausus, vel decedens, scilicet in illas tenebrarum, spectrorum et terrorum angustias, hic in his quasi in carcere inclusus continebatur, ut se ille expedire aut loco movere non posset, sed in his immobilis consisteret*. (Corn. à Lap.)

VERS. 16. — SI ENIM RESTRICTUS: quocumque loco depressi, ac tenebris præoccupati erant, eo contracti tenebantur.

VERS. 17, 18. — SIMI SPIRITUS... AUT SONUS VALENS: quocumque sonitu, seu leni, seu gravi, atque etiam suavi territabantur, exaggerato pro tenebris metu. (Bossuet.)

VERS. 20. — IMAGO PENITENTIARUM, QUE SI PERVENTURA ILLIS ERAT. *Eterna mala* significat, quæ Ægyptios post obitum manebant, seu de nocte obscurissimâ. Sub hæc imagine infernus et æterna damnatio apud Evangelium et Apostolicos libros, stylogice Ecclesiæ exhibentur. Addit Ægyptios sibi ipsi graviore evenisse, quàm tenebras. Conscientiæ stimuli, assiduis timor, desperatio majora erant mala, quàm teterrima tenebrarum obscuritas. (Calmet.)

CHAPITRE XVIII.

1. Cependant, Seigneur, vos saints étaient éclairés d'une très-grande lumière; et les Égyptiens entendaient leur voix sans voir leur visage. Ils vous glorifiaient de ce qu'ils ne souffraient pas les mêmes choses.

2. Ils vous rendaient grâces de ce que ceux qui les avaient si maltraités auparavant n'étaient plus en

gratias agebant, et ut esset differentia, donum petebant.

3. Propter quod ignis ardentem columnam ducere habuerunt ignota viæ, et solem sine læsurâ boni hospitiæ præstitisti.

4. Digni quidem illi carere luce, et pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.

5. Cum cogitarent justorum occidere infantes, et uno exposito filio, et liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, et pariter illos perdidisti in aquâ validâ.

6. Illa enim nox ante cognita est à patribus nostris, ut verè scientes quibus juramentis crederent, animæquiores essent.

7. Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem justorum, injustorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læsisti adversarios, sic et nos provocans magnificasti.

9. Absconsè enim sacrificabant justis pueri bonorum, et justitiæ legem in concordia disposuerunt, similiter et bona et mala recepturos justos, patrum jam decantantes laudes.

10. Resonabat autem inconveniens inimicorum vox, et flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. Simili autem pœnâ servus cum domino afflictus est, et popularis homo regi similia passus.

12. Similiter ergo omnes, uno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepe-liendum vivi sufficiebant : quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.

13. De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc verò primùm cum fuit exterminium primogenitorum, sponderunt populum Dei esse.

14. Cum enim quietum silentium contineret omnia et nox in suo cursu medium iter haberet,

15. Omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit :

16. Gladius acutus insinulatum imperium tuum portans, et stans replevit omnia morte, et usque ad cœlum attingebat stans in terrâ.

17. Tunc continuo visus somniorum malorum turbaverunt illos, et timores supervenerunt inasperati.

18. Et alius alibi projectus semivivus, propter quam moriebatur, causam demonstrabat mortis.

19. Visiones enim, quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant, ne inscii, quare mala patiebantur, perirent.

20. Tetigit autem tunc et justos tentatio mortis, et commotio in eremo facta est multitudinis; sed non diu permansit ira tua.

21. Prosperans enim homo sine querelâ deprecari pro populis, proferens servitutis suæ scutum, orationem et per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, et finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus.

22. Vicit autem turbas, non in virtute corporis,

et état de leur nuire; et ils votis priaient de continuer à mettre cette différence entre eux et leurs ennemis.

3. C'est pourquoi ils ont en une colonne ardente pour guide dans un chemin inconnu; et elle leur servait comme d'un soleil, qui, sans les incommoder, rendait leur voyage facile et heureux.

4. Pour ce qui est des autres, ils étaient certainement dignes d'être privés de lumière, et de souffrir une prison de ténèbres, eux qui tenaient renfermés vos enfants, par qui la lumière incorruptible de votre loi commençait à se répandre dans le monde.

5. Et parce qu'ils avaient résolu de faire mourir les enfants des justes, après que vous eûtes sauvé l'un d'eux, qui avait été exposé sur les eaux, pour les punir de ce crime, vous avez fait mourir un très-grand nombre de leurs enfants, et vous les avez perdus eux-mêmes dans les abîmes des eaux.

6. Cette même nuit avait été auparavant prédite à nos pères, afin que, connaissant la vérité des promesses que Dieu leur avait jurées et qu'ils avaient crues, ils en demeurassent plus assurés.

7. Ainsi votre peuple eut la joie de voir en même temps le salut des justes et la ruine des méchants;

8. Car, comme vous punîtes alors nos ennemis, vous nous avez aussi unis à vous, et comblés de gloire.

9. Cependant les justes, enfants des saints, offraient en secret le sacrifice; ils établissaient entre eux cette loi sainte, qu'ils participeraient également aux biens et aux maux; et ils chantaient déjà les cantiques des louanges qu'ils avaient reçus de leurs pères.

10. Mais en même temps on entendait les voix confuses de leurs ennemis, et les cris lamentables de ceux qui pleuraient la mort de leurs enfants.

11. L'esclave était puni comme le maître, et l'homme du peuple comme le roi même.

12. Ainsi il y avait partout des morts sans nombre, et tous frappés de la même mort. Ceux qui étaient demeurés en vie ne pouvaient suffire à ensevelir les morts; car ce qu'il y avait de plus considérable en chaque famille avait été exterminé en un moment.

13. Ils n'avaient point cru tous les autres prodiges, à cause de leurs magiciens; mais après ce meurtre de leurs premiers-nés, ils commencèrent à confesser que ce peuple était le peuple de Dieu.

14. Car lorsque tout reposait dans un paisible silence, et que la nuit était au milieu de sa course,

15. Votre parole toute-puissante, ô Seigneur, vint du ciel, de votre trône royal, et fondit tout d'un coup sur cette terre destinée à la perdition,

16. Comme un exterminateur impitoyable, qui, ayant une épée tranchante et portant votre irrevocable arrêt, remplit tout de meurtre; et se tenant sur la terre, il atteignait jusqu'au ciel.

17. Ils furent troublés aussitôt par des songes et des visions horribles, et ils se trouvèrent saisis d'une soudaine frayeur;

18. Et l'un étant jeté d'un côté à demi mort, et l'autre de l'autre, ils déclaraient le sujet qui les avait fait tuer;

19. Car ils en avaient été avertis auparavant dans les visions qui les avaient effrayés, de peur qu'ils ne périssent sans savoir la cause des maux qu'ils souffraient.

20. Il est vrai que les justes furent aussi éprouvés par une atteinte de mort, et que le peuple d'Israël fut frappé d'une plaie dans le désert; mais votre colère ne dura que peu de temps;

21. Car un homme irrépréhensible se bâta d'intercéder pour le peuple; et vous opposa le bonelieu de son ministère saint; et sa prière montant vers vous avec l'encens qu'il vous offrait, il arrêta votre colère et fit cesser cette dure plaie, montrant qu'il était votre serviteur.

22. Il n'apaisa point ce trouble par la force du

nec armaturæ potentiâ, sed verbo illum qui se vexabat, subiecit, juramenta parentum, et testamentum commemorans.

25. Cùm enim jam acervatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, et amputavit impetum, et divisit illam quæ ad vivos ducebat viam.

24. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum; et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, et magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat.

25. His autem cessit qui exterminabat, et hæc extimuit; erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

VERS. (4) 6. — ILLA ENIM NOX, quæ primogeniti sunt occisi, ANTE COGNITA EST A PATRIBUS NOSTRIS, Moysè et Aarone, ut ex Exodi 12 patet, ubi eam Moyses ut minimum 4 aut 5 diebus ante Israelitis distinctè prædicit. Et plaga hæc ultima à Moysè cognita est, antequàm in Ægyptum descenderet, ut liquet ex c. 4 Exodi, v. 25. Primùm etiam ab Abraham est præcognita, cui Deus dixit in caligine tenebrôsâ hanc noctem præsignante: *Gentem cui servituri sunt, ego judicabo: post hæc egredientur cum magnâ substantiâ. UT VERE SCIENTES, QUIBUS JURAMENTIS CREDIDERUNT, nempe quæ tali modo compleri inciperent, ut primogenitis occisis Ægypto excederent, ANIMÆQUIORES ESSENT, majori satisfactione acceptâ de rebus futuris (2).*

(1) VERS. 1. — SANCTIS TUIS, populo Hebræorum. HORM, Hebræorum.

AUDIBANT, Ægyptii.

QUIA NON IPSI, etc. Laudabant Deum Hebræi, quia se videbant ab illis malis immunes, quibus vexabantur Ægyptii. (Menochius.)

VERS. 2. — QUI ANTE LESI ERANT, id est, dira perpassi fuerant ab Ægyptiis, QUIA JAM NON LEBANTUR iisdem tenebris et cæteris plagis quibus Ægyptii, GRATIAS AGEbant Deo; ET UT ESSET perpetuo similis DIFFERENTIA inter se et Ægyptios, DONUM PETEBANT, id est, eximiam istam gratiam à te postulabant, nempe, ut, dum Ægyptii dirissimis vexarentur suppliciis, omnes Hebræi immunes essent, et divinis fruerebantur beneficiis. (Tirinus.)

VERS. 3. — PROPTER QUOD IGNIS, etc., de nocte.

ET SOLEM, per columnam nubis de die, et sic dabat bonum hospitium. (Lyranus.)

VERS. 4. — DIGNI QUIDEM ILLI CARERE LUCE, etc. Dieu commençait dès lors à faire paraître dans le monde la lumière incorruptible de sa loi, parce qu'il avait fait connaître aux Hebreux l'unité d'un Dieu, en leur faisant dire par Moysè: Celui qui est m'a envoyé vers vous: *Qui est misit me ad vos.* Ainsi Dieu jetait dès lors les fondemens de la ruine de l'idolâtrie, parce qu'il avait choisi ce peuple pour le rendre adorateur du vrai Dieu, et que l'essence de la religion et du culte qu'il lui demandait était proprement de reconnaître sa divinité, et de ne point adorer les dieux étrangers. (Sacy.)

VERS. 5. — UNO EXPOSITO FILIO ET LIBERATO, IN TRADUCTIONEM ILLORUM, MULTITUDINEM FILIORUM ABSTULISTI. Moysèm à parentibus, cùm Pharaonis inquisitiones jam vitare non possent, exponi passus es; at inde gloriæ segetem collegisti, cùm Ægyptios severissimè punieris necè primorum natu, atque exercitus in Erythræomersi: *Pariter illos perdidisti in aquâ validâ.* (Calmel.)

(2) ILLA ENIM NOX ANTE COGNITA EST A PATRIBUS NOSTRIS, ET VERE (Græcè *σικερατος*, id est, secutè et certè) SCIENTES QUIBUS JURAMENTIS CREDIDERUNT, ANIMÆQUIO-

corps, ni par la puissance des armes; mais il arrêta l'exterminateur par sa parole, en lui représentant les promesses que Dieu avait faites à leurs pères avec serment, et l'alliance qu'il avait jurée avec eux.

25. Lorsqu'il y avait déjà des monceaux de morts qui étaient tombés les uns sur les autres, il se mit entre deux; il arrêta la vengeance de Dieu, et il empêcha que le feu ne passât à ceux qui étaient encore en vie;

24. Car tout le monde était représenté par la robe sacerdotale dont il était revêtu; les noms glorieux des anciens pères étaient gravés sur les quatre rangs de pierres précieuses qu'il portait, et votre grand nom était écrit sur le diadème de sa tête.

25. L'exterminateur cessa à ces choses, et il en eut de la crainte; car il suffisait de leur avoir fait sentir cette épreuve de votre colère.

COMMENTARIUM.

VERS. 9. — ABSCONSÈ ENIM SACRIFICABANT, nempe noctu agnum paschalem, ET JUSTITIA LEGEM IN CONCORDIA DISPOSUERUNT, etc., id est, hæc justam legem unanimiter servare statuerunt, ut similiter Israelitæ bona et mala à Deo immissa subirent, quasi vivere simul et mori parati. Alii de lege Phasæ, alii de decalogo in Sinai lato intelligunt, de quo dixerant: *Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus;* sed hoc diù postea contigit (1).

VERS. 10. — RESONABAT AUTEM INCONVENIENS INIMICORUM VOX. Græcè pulchrius, *contra sonabat*, quasi ex alterno canentium choro inconcinna vox Ægyptiorum plorantium (2).

VERS. 12. — SIMILITER ERGO UNO NOMINE, etc., id est, uno genere mortis mortuos primogenitos habebant innumeros.

VERS. 15. — DE OMNIBUS ENIM NON CREDENTIS; q. d.:

RES ESSENT. Græcè *επιθυμῶσιν*, id est, letarentur, hilarescerent, animosiores et fidentiores fierent. Sensus ergo est, quasi dicat: Nox illa Paschalis, quæ ab angelo percutiente occisa sunt omnia primogenita Ægyptiorum, tam in hominibus quàm in animalibus, prævisa et prædicta fuit, tum à Moysè Exodi 4, 22, et clariùs cap. 11, vers. 5, tum quoad rem, puta quoad stragem Ægyptiorum et liberationem Hebræorum; licet non quoad modum et tempus noctis præcognita, et à Deo cum juramento promissa fuit Abraham, Genes. 15, 14 et seq., et Isaac, Genes. 26, 5, et Jacob, Genes. 28, 15 et seq. Idque hoc fine, ut Hebræi videntes hæc Dei promissa impleri, ei planè crederent et confiderent, ac in eo, ejusque singulari providentiâ læti et securi acquiescerent, non dubitantes quin Deus simili modo ipsis cætera sua promissa opere completeret, ac reipsâ daret illis terram Chanaan possidendam lacte et melle manantem, qui erat scopus promissionum Dei, et terminus peregrinationum Hebræorum. (Corn. à Lap.)

(1) ABSCONSÈ SACRIFICABANT: celebrato Phasæ: ibid. JUSTITIA LEGEM; Græcè, divinitatis legem, unius Dei colendi ritum: cui legi initiabantur præcipuè solemnitate institutâ: ibid. BONA ET MALA RECEPTOS JUSTOS, supple, canebant; PATRUM ETIAM, patriarcharum qui aquè bona et mala experti, sed tandem liberati, DECANTANTES LAUDES. (Bossuet.)

(2) RESONABAT AUTEM INCONVENIENS INIMICORUM VOX. Ad verbum: *Resonabat autem dissonus inimicorum clamor*; hoc est, ut subjungit, *luctuosa lamentatio ac deploratio mortuorum gratulationi Hebræorum lætitiæque contraria, reddebatur, aut referebatur, ut diversa voces ac clamores eodem tempore ærem personarent.* Et FLERIBUS, etc. *Et miserabilis differebatur* (hoc est, dispergebatur) *vox (sive lamentatio) liberorum qui deplorabantur;* hoc est vox deplorantium liberos mortuos. (Badvellus.)

Ad cæteras omnes plagas increduli, idque propter præstigijs magorum, Dei prodigia æmulantium, hæc ultimâ consternati, Hebræos Deo gratos esse confessi sunt (1).

VERS. 15. — OMNIPOTENS SERMO TUUS. Cominunter Dei jussionem et imperium accipiunt; sed quia stare in terrâ, et cælum attingere, omnipotentem esse, portare ipsum imperium, seu jussionem, meliùs divinæ personæ quàm imperio conveniunt, malim Verbum Dei Filium intelligere; de quo hoc Ecclesia in nocte Nativitatis intelligit: cui quidem hæc in Ægyptios vindicta, sicut et extremum de mundo judicium appropriatur. Hoc ergo verbum, DE CŒLO A REGALIBUS SEDIBUS PROSILIVIT, id est, à regio judicii throno descendit, ubi hoc maturè conclusum erat. Descendit autem non loci migratione, quia, ut sequitur, *stans in terrâ cælum attingebat*, suâ scilicet immensitate cælum et terram implens, sed novâ terribilium effectuum operatione. IN MEDIAM EXTERMINII TERRAM, Ægyptum tot plagis vastatam, et graviori exterminio destinatam.

VERS. 16. — GLADIUS ACUTUS, quia *vivus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti*, nimirum juxta intentionem Apostoli, ad vindicandum incredulos. INSIMULATUM IMPERIUM PORTANS, id est, secum ferens non fictum, sed sincerum et efficax imperium, quod per angelos bonos et malos exsequendum erat; quanquàm dici posset Filius portare Patris imperium, quia, ut inquit August. tractatu 54 in Joannem: *Pater Filio mandatum dedit*, eò quòd in sapientiâ Patris, quæ est Verbum Patris, omnia sunt mandata Patris. Quod faciliùs intellexeris, si per imperium ac mandatum, voluntatem Dei practicam acceperis, ut intelligit S. Thom. p. 1, q. 42, a. 6, ad 2; hanc enim respectu omnium rerum, Filius habet perinde ut Pater.

VERS. 21. — PROFERENS SERVITUTIS SUÆ SCUTUM, ORATIONEM, quia oratio erat velut proprii mysterii atque officii ipsius armatura; sacerdotalis enim officii est pro populo ut mediatorem intercedere, oratione pugnare, ascendere ex adverso, opponere murum pro domo Dei, et stare in prælio, in die Domini. ET PER INCENSUM DEPRECATIONEM ALLEGANS, quia incensum perfectæ orationis condiciones, ut signum quoddam religiosum, complectitur, cujus proinde oblatio quædam oratio est. Hinc Psaltes, Psal. 140: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Ut enim fumus thymiamatis sursùm tendit, aromatibus igne liquescentibus, ita oratio « tunc ad Deum cum fructu ascendit, cum ex variis virtutibus, ut aromatibus « charitatis ardore succensis, excitatur, » ut docet S. Gregor. homil. 22 in Ezechielem.

VERS. 25. — DIVISIT ILLAM QUÆ AD VIVOS DUCEBAT VIAM, quia, ut dicitur Num. 16, stans Aaron inter mortuos ac viventes corporis sui objectu prohibuit ne

(1) NON CREDENTES PROPTER VENEFICIA, dempe magorum, qui Ægyptios dementabant ut non crederent Israelitis.

(Clarius.)

incendium ulterius ab occisis ad viventes proserperet ac grassaretur (1).

VERS. 24. — IN VESTE ENIM PODERIS, id est, tunicâ talari, scilicet hyacinthinâ, TOTUS ERAT ORBIS TERRARUM, symbolicè per colores tunicæ et malorum punicorum dependentium designatus. Nam, ut docet Hier. Epist. 128, ex Hebræis quos non nominat, sed videtur esse Joseph. 3 Antiq. c. 6, byssus terræ deputatur, quia ex terrâ gignitur; purpura mari, quia ex ejus cochleis gignitur; hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem; coccus, igni et ætheri. Quòd si sub veste poderis reliqua sacerdotis vestimenta synecdochicè intelligas, ut multorum est opinio, rursùm eodem Hieron. et Josepho auctoribus, tunica linea terram significat; hyacinthina aerem; mala ejus punica et tintinnabula, fulgura et tonitrua, sive omnium consonantiam elementorum; zona, oceanum; ephod, varium cælum sidereum; duo onichini, solem et lunam, duodecim lapides rationalis, menses duodecim, vel signa zodiaci; thiara, cælum empyreum; lamina cum nomine tetragrammaton, Deum rebus omnibus præsentem. Horum omnium ratio erat, ut pontifex Creatoris creaturarum omnium typum portans in vestibus, indicaret cuncta indigere misericordiâ Dei, et sacrificio ejus expiaretur universi conditio, ut non pro Israel tantùm, sed pro cunctâ creaturâ voce et habitu precaretur, ut ibidem docet Hieron. ET PARENTUM MAGNALIA, etc. Græcè, gloriæ, id est, magnifica et gloriosa duodecim patriarcharum nomina, qui toti Israel et singulis tribubus nomen indiderant. IN QUATUOR ORDINIBUS LAPIDUM, quos rationale continebat. Hoc autem secundùm Hieronymum Deus instituerat, ut pontifex nomina populi et tribuum pro quibus Dominum esset rogaturus, portaret, non tantùm in humeris onera eorum ferendo, sed etiam in pectore amando. Adde, ut patriarcharum magnalia et merita allegando, faciliùs divinam misericordiam impetraret. ET MAGNIFICENTIA TUA IN DIADEMATE CAPITIS ILLIUS SCULPTA ERAT, quia nomen Dei magnificum laminæ aureæ erat insculptum, quæ frontem tegebat pontificis; nomen, inquam, tetragrammaton, seu quadrilitterum, quia quatuor Hebraicis litteris scribebatur: quod ita erat magnificum, ut Josepho teste 11 Antiq. cap. 8, Alexander Magnus, Jaddo pontifici occurrens, illud adoraverit. Eadem de causâ dicebatur ineffabile, non quòd pronuntiari non posset tanquàm solis constans consonantibus, ut quidam putaverunt; nam Deus ad Moysen, Moyses ad Pharaonem illud sæpè pronuntiavit; imò quotannis sacerdos sancta sanctorum ingrediens, illud efferebat, ut testis est Philo lib. 3 de Vita Moysis: « Nomen, » inquit, quod solis aures linguamque sapientiâ purgatis fas est audire nominareque in sacris, præterea « nemini; » sed ideò quia immensam divinæ essentiae abyssum et majestatem incomprehensibilem significaret, velut caterorum omnium hominum radix et fun-

(1) CUM ENIM JAM ACERVATIM. Hoc fuit in illo incendio quo quatuor et decem millia combusta sunt, et tunc Aaron inter mortuos ac vivos stetit, ut plaga cessaret.

(Clarius.)

damentum; hinc religionis et reverentie causa. Hebraei ab illius pronuntiatione abstinuerunt. Uti et Josephus ait libro 2. cap. 5 Antiq., sibi hoc et quod nec ius nec fas esse. Hinc factum est ut Massarum quatuor in Scripturâ hoc nomen occurrat, et, puncta illi aliena subjecerint nominis Adonai vel Domini, si Adonai præcederet; quod ex antiquo Judæorum legentium ritu proflexit. Nam et Septuaginta, Apostoli, Christus ipse, et noster interpres, semper ejus loco *Εζωε* vel *Domini* substitutum; Origenes in Hexaplis et Tetraplis, Adonai. Quare et Judæi ejus pronuntiationem ignorare se dicunt, et sibi à Messia revelandam.

VERS. 25. — HIS AUTEM, SACTIS SACRARUM TERUM SIGNIS, CESSIT QUI EXTERMINABAT, SPIRITUS SCILICET MALIGNUS, QUI POPULUM INTERFICIEBAT INCENDIO. Hinc patet quid adjurationibus ecclesiasticis sacrisque ritibus, ut signo crucis sanctorumque imaginibus quæ representant majorum nostrorum magna, contra demones tribuendum sit. Ubi tamen observandum est ex vers. 21 et 24. duobus armorum generibus Aaronem pugnasse, oratione ad Deum directâ, et sacris signis in spiritum adversarium adhibitis. Quo pacto et exorcismi instituti sunt, ut primò Deus oratione recidatur propitius, cujus jussu vel permissu nos malignus affligit; deinde sacra signa et ritus adhibeantur. Quibus tamen si non cedant potestates adversæ, non id provenit ex eo quòd ista signa continentant, contremiscunt enim ubicumque illa prospexerint, sed ex eo quòd Deus ipse prohibet occultis modis ne cedant, cum id justum atque utile judicat, vel ad confundendum.

CAPUT XIX.

1. Impiis autem usque in novissimum sine misericordiâ ira supervenit. Præseibat enim et futura illorum :

2. Quoniam eum ipsi permisissent ut se educerent, et cum magnâ sollicitudine præmisissent illos, consequantur illos penitentia acti.

3. Adhuc enim inter manus habentes luctum, et deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ, et quos rogantes projecerant, hos tanquam fugitivos persequantur.

4. Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas; et horum, quæ accelerant, commemorationem amittebant, ut quæ decrant tormentis, repletet punitionis :

5. Et populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem novam mortem invenirent.

6. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deserviens tuis præceptis, ut parati tum custodirentur illasi.

7. Nam nubes castra eorum obumbrabat, et ex aquâ quæ ante erat, terra arida apparuit, et in mari Rubro via sine impedimento, et cum us germinans de profundo nimio ;

8. Per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur tuâ manu, videntes tua mirabilia et monstra.

9. Tanquam enim equi depaverunt escam, et tanquam agni exsultaverunt, magnificantes te, Domine, qui liberasti illos.

Josualis, cum eos oportet confundi, ut Scævæ tenos, Act. 19, vel ad adiuventibus bonos, ut prodicit in Iob, *supra illi non perituros, sed illi illis perant*; vel ad discernenda eorum membrorum Ecclesie, sicut Apostolus ait : *Numquid enim ex deo habest carnationem?* ut probare et prodicit deest Aug. lib. 85 Quæst., quæst. 79. ERAT ENIM SOLA TENTATIO IRE SUFFiciens, id est, solus gustus et prima experientia istius supplicii erat satis, ut quorundam morte cæteri erudirentur, *utque etiam pena peccato mormurationis debita deberent* (1).

(1) HIS AUTEM CESSIT QUI EXTERMINABAT, ET IRE EXTINGUIT. Hæc de exterminatione ipsorum Israelitarum mormuratum in deserto, quando sacerdos cum indumentis sacris stans inter mortuos et vivos, exterminatoris impetum velut restrinxit. See enim præcedit vers. 20 : *Totent autem tunc et potes tentate mortis*, etc. Et in imagine adscriptum est Num. 16. Sed ex his verbis videri posset exterminatorem illum fuisse de numero angelorum malorum. Nam bonis angelis, ut videtur, nihil accidere potest, ob quod timeant, sed sicut promptissimâ voluntate obediunt Deo ad percutiendum, ita etiam ad cessandum à plaga intercedâ. Numquid dicitur potest extinguisse, per tropum quo significatur angelum, intercurrentem summo sacerdote saceris infulis et thuribulo mormuto, statim cessasse à plagâ, quæ ad eorum rerum conspectum extinguisse. Quomodo etiam Patres dicunt angelos cum tremore et reverentiâ assistere sacerdotibus offerentibus Deo tremendum sacæ officium corporis et sanguinis Christi. (F. Sius.)

ERAT ENIM SOLA TENTATIO IRE SUFFiciens. Hebræos perdere volebat Deus, sed leve aliquod solummodo specimen exhibere, ex quo discernit, quàm gravis esset furor suus, cujus metu in officio continerentur. Non eadem tuit Ægyptiorum conditio, quorum natu primores occidit. (Calmet.)

CHAPITRE XIX.

1. Mais pour ce qui est des méchants, la colère de Dieu fondit sur eux sans pitié, et y demeura jusqu'à la fin, parce qu'il prévoyait ce qui devait leur arriver ensuite.

2. Car ayant permis aux Israélites de s'en aller, et les ayant même renvoyés avec grand empressement, ils s'en repentirent aussitôt, et ils résolurent d'aller après eux.

3. Lorsqu'ils avaient encore les larmes aux yeux, et qu'ils pleuraient aux tombeaux de leurs morts, ils prirent tout d'un coup follement une autre pensée, et ils se mirent à poursuivre comme des fugitifs ceux qu'ils avaient pressés avec instance de se retirer.

4. Ils étaient conduits à cette fin par une nécessité dont ils étaient dignes, et ils perdaient le souvenir de ce qui venait de leur arriver, afin que la mesure de leur punition fût remplie par ce qui manquait à leur supplice.

5. Et qu'en même temps votre peuple trouvât un passage miraculeux, et eux, un genre de mort tout nouveau :

6. Car toutes vos créatures prenaient, comme au commencement, chacune en son genre, une nouvelle forme pour obéir à votre commandement, et pour empêcher que vos serviteurs ne réussissent à aucun mal.

7. Ainsi une nuée couvrait leur camp de son ombre ; et on leur fit à leur tour la terre sèche par tout d'un coup ; un passage libre s'ouvrit un moment au milieu de la mer Rouge, et un champ couvert d'herbes parut au plus profond des abîmes des eaux.

8. Ainsi passa tout ce peuple que vous protégez de votre main, en voyant vos merveilles et vos prodiges.

9. Ils se réjouirent comme des chevaux dans de gras pâturages, et ils bondirent comme des agneaux en vous glorifiant, vous, Seigneur, qu'ils avaient délivrés,

10. Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas, et pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum.

11. Novissimè autem viderunt novam creaturam avium, cum adducti concupiscentiâ postulaverunt escas epulationis.

12. In allocutione enim desiderii, ascendit illis de mari ortygetra, et vexationes peccatoribus supervenerunt, non sine illis, quæ ante facta erant, argumentis per vim fulminum; justè enim patiebantur secundum suas nequitias.

13. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt; alii quidem ignotos non recipiebant advenas; alii autem bonos hospites in servitum redigebant.

14. Et non solum hæc, sed et alius quidam respectus illorum erat: quoniam inviti recipiebant extraneos.

15. Qui autem cum lætitiâ receperunt hos qui eisdem usi erant justitiis, sævissimis afflixerunt doloribus.

16. Percussi sunt autem cæcitate; sicut illi in foribus justi, cum subitaneis cooperti essent tenebris, unusquisque transitum ostii sui quærebat.

17. In se enim elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, et omnia suum sonum custodiunt; unde æstimari ex ipso visu certò potest.

18. Agrestia enim in aquatica convertebantur: et quæcumque erant natantia, in terram transibant.

19. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, et aqua exstinguentis naturæ obliviscebatur.

20. Flammæ è contrario, corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec dissolvebant illam, quæ facillè dissolvebatur sicut glacies, bonam escam. In omnibus enim magnificentissimi populum tuum, Domine, et honorasti, et non desexisti, in omni tempore et in omni loco assistens eis.

10. Ils se souvenaient encore de ce qui était arrivé au pays où ils avaient demeuré comme étrangers; de quelle sorte la terre, au lieu d'autres animaux, avait produit une infinité de mouches, et le fleuve, au lieu de poissons, avait fait sortir de ses eaux une grande multitude de grenouilles.

11. Enfin ils virent une nouvelle espèce d'oiseaux, lorsque ayant un grand désir de manger des viandes délicieuses, ils en demandèrent à Dieu;

12. Car il fit lever de la mer un très-grand nombre de cailles, pour les satisfaire; et au contraire, les pêcheurs furent accablés de maux, non sans avoir eu des présages auparavant par de grands tonnerres, puisqu'ils souffraient justement ce que leurs crimes avaient mérité;

13. Car ils avaient traité des étrangers d'une manière encore plus inhumaine que les habitants de Sodome. Ceux-là ne recevaient point des étrangers qui leur étaient inconnus; mais ceux-ci en ayant reçu qui ne leur avaient fait que du bien, les avaient réduits en servitude.

14. Mais de plus encore, ces premiers même ont été punis pour avoir reçu des étrangers comme s'ils eussent été leurs ennemis;

15. Mais ceux-ci tourmentaient très-cruellement ceux qu'ils avaient reçus d'abord avec joie, et qui vivaient déjà avec eux sous les mêmes lois.

16. Aussi furent-ils enfin trappés d'aveuglement, comme les premiers le furent à la porte du juste, lorsque, ayant été couverts tout d'un coup d'épaisses ténèbres, ils ne pouvaient plus trouver la porte de leurs maisons;

17. Car les éléments changent d'ordre entre eux, sans perdre néanmoins cette harmonie qui leur est propre; comme, dans un instrument de musique, l'air se diversifie par le changement des tons; c'est ce qu'on peut voir clairement par ce qui arriva alors;

18. Car les animaux de la terre paraissaient changés en ceux de l'eau, et ceux qui nageaient dans les eaux paraissaient sur la terre.

19. Le feu, surpassant sa propre nature, brûlait au milieu de l'eau; et l'eau, oubliant la sienne, ne l'éteignait point.

20. Les flammes, au contraire, épargnaient la chair fragile des animaux envoyés de Dieu; et elles ne faisaient point fondre cette viande délicieuse, laquelle se fondait néanmoins aisément comme la glace; car vous avez relevé et honoré en toutes choses votre peuple, Seigneur; vous ne l'avez point méprisé, et vous l'avez assisté en tout temps et en tout lieu.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PRESCEBAT ENIM ET FUTURA ILLORUM, quòd scilicet in animi pervicaciâ et obstinatione persisterent, ita ut Hebræos insequerentur; unde sine misericordiâ ad interuersionem in mari Rubro deleti sunt; ad quem exitum calamitosum, ut est vers. 4, ducebat eos digna necessitas, divinæ videlicet ordinationis, justique Dei judicii, qui tot peccatis Ægyptiorum penè cogebatur eos deserere, nec à malignis consiliis insequendi Israelitas avertere, ut ita justo supplicio plecterentur (1).

(1) IMPIS AUTEM USQUE IN NOVISSIMUM SINE MISERICORDIA IRA SUPERVENIT; vel, secundum Græcâ: *Impis autem usque ad finem immisericors indignatus institit. Judicium enim sine misericordiâ iis qui in alios fuerint immisericordes.* PRESCEBAT ENIM ET FUTURA ILLORUM; hoc est, ea quæ in populum Dei essent facturi.

(Badvellus.)

VERS. 2. — CUM MAGNA SOLICITUDINE (Græcè, studio) PREMISSENT, IDÒ DEDUXISSET Hebræos, non honoris aut affectus gratiâ, sed ex timore panico, ne novis rursùm plagis, illorum causâ involverentur; mox contententia agit, et ducti displicentiâ ejus quod bene

VERS. 6. — OMNIS ENIM CREATURA AD SUUM GENUS AB INITIO REFIGURABATUR. Græcè, in suo genere, vel, secundum suum genus, quasi ab initio et de novo refigurabatur, id est, reformabatur seu transmutabatur, ita ut vel novam formam, ut virge in dracones

factum fuerat, CONSEQUERANTUR (Græcè, *persequerantur*) Hebræos. Et hoc est quod mox subdit versu sequenti.

(Tirinus.)

VERS. 4. — DIGNA NECESSITAS. Pœna scelerum inevitabilis; Græcè: obliuionem injiciebat (inducebat); gravis illa, scilicet instantis pœnæ necessitas excæcabat animos, indurabat, et præteritarum plagarum auerebat memoriam, Exod. 8, 9, 10, 11. Ut que DELIRANT TORMENTIS; Græcè, ut eam qua tormentis (adhuc) deerat, adimplerent pœnam, hoc est enim quod dixerat: *Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, et narretur nomen meum in omni terrâ*, Exod. 9, 16. Rom. 9, 17. (Bossuet.)

VERS. 5. — ET POPULUS QUIDAM TUS MIRABILITER TRANSIRET, INTE Rubrum: ILLI AUTEM NOVAM MORTEM INVENERUNT, per subuersionem, qua dicitur mors nova, respectu mortis primogenitorum qua præcesserat.

(Lycanus.)

versæ, vel novos motus et agendi modos acciperet, ut inductione sequenti probat (1).

VERS. 9. — TANQUAM ENIM QUI DEBAVERUNT ESCAM (2), quia manna in deserto ut equi et agni in pascuis luxuriantes nutriti sunt.

VERS. 12. — IN ALLOUTIONI ENIM DESIDERII, Græcè, in consolatione desiderii, quia illa allocutione fieri solet. ASCENDIT ILLIS ORTYGOMETRA, seu coturnix; et contra, Ægyptiis PELGATORIBUS EXACTIONES SEU SUPPLICIA SUPERVENERUNT; NON SINE ILLIS QUI, etc., id est, non sine præviis divinæ iræ indiciiis fulminibus, quæ ultimam cladem præcesserunt; vel potius non sine prævio similitum fulminum supplicio, quod Deus olim in Sodomitis exercuit: cum Sodomitis enim statim Ægyptiorum inhospitalitas comparatur.

VERS. 15. — ET ENIM ALII, Sodomite scilicet, IGNOTOS NON RECIPIEBANT ADVENAS, angelos nondum sibi cognitos; ALII AUTEM, Ægyptii, BONOS HOSPITES, Græcè, beneficos, IN SERVITUTEM REDIGEBANT: Hebræos scilicet ex quibus Joseph illos magnis beneficiis cumulaverat (3).

(1) OMNIS CREATURA AD SUUM GENUS (in suo genere, Græcè) REFIGURABATUR: omnes creature, ignis, aquæ, nubes, maria, veluti reflectæ et restauratæ, novas formas naturasque induebant; stabant aquarum moles; per mare iter latum, et alia quæ postea inculcat, vers. 20.

(Bossuet.)

Comme dans la création du monde toutes les créatures ont obéi à Dieu pour prendre les formes qu'il lui a plu, ainsi dans la suite des siècles elles se transforment en tout ce qu'il veut, et elles changent leurs effets et leurs qualités comme il lui plaît. C'est ce qui a paru principalement dans cette manière pleine de merveilles dont Dieu a frappé l'Égypte. (Sacy.)

VERS. 7. — EX AQUA QUE ANTE ERAT, TERRA ARIDA APPARUIT. Uti rerum initio tellus, ut ita dicam, ex aquarum sinu prodiit, ita in Erythræi transitu tellus emergere visa est, et mare, ut olim, alias abyssos quærere. Sequitur sententia superius proposita. Rerum omnium forma et natura tuo imperio mutabatur. Quod mox aqua fuerat, terra esse cœpit, et maris alveus prato similis fuit. *Et campus germinans de profundo nimio.* Græcus: *Quæ prius aqua fuerat, sicca emergens terra visa est, et herbosus è violento quæritur campus.* Interpretes nonnulli aiunt, hæ loquendi formulas hyperbolas esse, et poeticas locutiones, quibus ejus transitus facilitas significatur. Putant alii proprie veras esse, atque ex naturâ alvei ipsius Erythræi petitas, utpote qui herbis plantisque vestiatur, ut ager. Narrat profectò Plinius lib. 15, cap. 25: *Rubrum mare, et totus Orientis oceanus refertus est sylvis.* Addit, procerissimas ibi esse arbores, quæ frondes et fructum ferunt. At ea res incommoda potius fuisset fugientibus Hebræis, quam utilis.

Igitur opportunius dicendum est Sapientie auctorem hoc solum velle, maris alveum adeò solidum atque arentem fuisse, ut Israelitæ, non secus ac in agro nullo labore graderentur. Eandem rem spectabat Psalmista Psal. 105, 9, cum diceret, Israelitas in Erythræo, velut in nemore, aut in loco pascuis ubere, perambulasse: *Deducit eos in abyssis, sicut in deserto;* et Isaias 65, 15: *Eduxit eos per abyssos quasi equum in deserto non empingentem,* etc. (Calmet.)

(2) Tam benè parati sunt à Deo manna ipsis dante, quam benè curari solent à dominis equi nobiles.

(Grotius.)

(3) ET ENIM. Comparatio instituitur inter Ægyptios et Sodomitas in crimine inhospitalitatis. DEFESTIUS ALIQUORUM, etc. Gravius contra hospitalitatem pecebant Ægyptii quam Sodomitæ, quod Ægyptii malè tractave-

VERS. 14. — SICUT ALIIS QUIDAM RESPECTUS ILLORUM ERAT, etc. Sensus est: Alio afflicto modo poterat considerari inhumantatis differentia inter Ægyptios et Sodomitas, quod nimirum hi, Sodomitæ, tantum invite recipiebant extraneos tum alios, tum jam dictos: illi autem, Ægyptii, postquam cum gaudio initio Hebræos exceperant, tamen tandem eos.

VERS. 15. — QUI EODEM USURERANT JUSTITIIS, id est, cum jam eodem cum Ægyptiis jure legibus institutisque vivissent, quasi in eorum transcriptos reipublicam crudelissime oppresserunt.

VERS. 16. — PERCUSSI SUNT AUTEM CECITATE, tunc scilicet cum longis et subitanis tenebris opprimerentur Ægyptii, ut olim Sodomitæ, et unusquisque Ægyptiorum qui in plateis inveniebatur. TRANSITUM, id est, ingressum, OSTII SEI QUEREBAT: quæ proprie non erat cecitas; sed, ut Græcè est, ἀπαιρία, id est, non videntia, qualis contingit in tenebris, itemque Sodomitis olim qui plateas videbant, ostium Lothi non videbant, ut observat Aug. 12 de Civit. cap. 19.

VERS. 17. — IN SE ENIM ELEMENTA DUM CONVERTUNTUR, etc., supple, ita se habent, vel simile quid. Sensus autem est: Elementa dum inter se transmutantur, ita scilicet ut aqua non extinguat ignem, nec ignis liquefaciat nivem et grandinem, aqua consistat instar terræ dans transitum hominibus, etc., tunc ita se habent quemadmodum cum in organo seu psalterio, QUALITATIS SONUS, ut Græcè est, seu harmonia et modulatio variatur; sic tamen ut singulæ fides sonum suum, id est, aliquem retineant. Significatur enim ex nutu Dei naturam quamque in esse suo permanentem, varias sortiri operationes, sicut organum varias modulationes ex vario pulsu artificis, ut ex visis eorum quæ tunc contingebant, poterat observari (1).

VERS. 18. — AGRESTIA ENIM IN AQUATICA CONVERTEBANTUR, id est, res terram incolentes, ut homines, jumenta, aquam maris quasi pisces transibant; ET NATANTIA, ut fanæ, in TERRAM TRANSIBANT.

VERS. 20. — FLAMMÆ, etc., NEC DISSOLVERANT ILLAM, QUE FACILE DISSOLVEBATUR SICUT GLACIES, BONAM ESCAM, id est, nec ignis manna cum coqueretur, liquefaciebat, cum tamen ad solis radios instar glaciæ li-

rint de se tam benè meritos, Sodomitæ verò inhumani quidem fuerint, sed adversus incognitos.

(Menochius.)

(1) IN SE ENIM ELEMENTA. Pulchra similitudo, quæ docet omnia, etiam cum Deo volente videtur permolari ordo, suum tamen nunquam concentum amittere, ut cum terrestria animalia per mare Rubrum transierunt, quasi aquatica facta, etc. (Clarins.)

(2) SICUT IN ORGANIS QUALITATIS SONUS IMMUTATUR, etc. UNDE ESTIMARI EX IPSO VISI CERTO POTEST. Hic locus arguit auctorem hujus libri Græcæ philosophiæ non fuisse ignarum, sicut et alia aliquot loca. Tamen Græcæ sensum nonnihil diversum asserunt, hoc modo: *Sicut in psalterio soni rhythmi nomen permulant,* etc.: q. d.: Cum elementa in se, id est, inter se commutantur, plane accidunt sicut fit, cum in organo seu psalterio soni rhythmi singuli nomen permulant, et in unam harmoniam transeunt. Unde, id est, quod quidem, *et ipso visis,* id est, ex his quæ tunc acta et visa sunt, *estimari,* seu cognosci *certo potest.* (Estius.)

quiesceret. Vocatur autem hic manna Græcè esca ambrosiæ, ex eo quòd cibus esset summæ dulcedinis de cœlo missus; figura cœlestis illius panis qui de cœlo descendit, qui deorum, id est, sanctorum hominum atque angelorum cibus est; quemadmodum fortassis ex manna, sumptâ occasione, de ambrosiâ poetæ fabulati sunt. Multa et similia, Scripturæ mysteriis parùm intellectis, vel de industriâ obscuratis, illos dæmonum instinctu finxisse demonstrat pluribus Justinus Apologiâ 2 pro Christianis, et alii (1).

(1) VERS. 20. — FLAMMÆ CONTRARIO CORRUPTIBILIIUM ANIMALIUM NON VEXAVERUNT CARNES COAMBULANTIUM, NEC DISSOLVEBANT ILLAM, QUÆ FACILE DISSOLVEBATUR SICUT GLACIES, BONAM ESCAM. Græcè: *Flamma è contrario faciliè corruptibilem animalium, non marcescere fecerunt carnes inambulantium, neque liquabile glacialis forma liquefaciebat genus ambrosii cibi.*

Primò, S. Bonavent. per flammam accipit columnam ignis et nubes, quæ Hebræos secum ambulantes non comburebat, sed protegebat ab æstu solis.

Secundò, alii accipiunt serpentes ignitos in Hebræos murmurantes à Deo immisos; horum enim serpentium corpora non urebantur ab igne in eis contento, ait Holcot: hi pariter non mordebant nec urebant Hebræos, eorumque iumenta, cum æneum serpentem à Moyse erectum inspicerent, ait Hugo, Lyranus et Dionysius.

Tertiò, Osorius, flammæ, inquit, in Ægyptios immisæ eos lædebant, non verò cætera animalia, ut liqueret ipsas esse peccatorum supplicium, ac in homines nocentes, non in animalia innoxia immitti.

Quartò, et genuinè, q. d.: Animalia à Deo in Ægyptios ad eos cruciandos immissa, non lædebantur ab ignibus et fulminibus in eosdem immisissis, sed utraque quasi conjurantia in Ægyptiorum excidium conspirabant. Rursùm, cum Ægyptii vellent igni comburere immisissas à Deo in se ranas, muscas, locustas in rogos congestas, ignis quasi naturæ suæ oblitus illis pepercit, cum in medio ignis illæzæ inambularent, juxta illud cap. 16, 18: *Quodam etiam tempore mansuetabatur ignis, ne combureret quæ ad impios missa erant animalia, sed ut ipsi videntes scirent quoniam Dei judicio patiuntur persecutionem.* Ita Cantacuzenus, à Castro, Lorinus, et alii.

NEC DISSOLVEBANT ILLAM, QUÆ FACILE DISSOLVEBATUR SICUT GLACIES, BONAM ESCAM; q. d.: Mirabile, imò miraculum erat quòd flammæ non liquabant manna, quod simile erat glaciæ, sive rori concreto; nam manna pistum et in tortas panesque efformatum, coquebatur et durabatur igne, uti coquuntur et durantur panes nostri; cum tamen idem manna ad æstum solis, eo incalescente dissolveretur et liquaretur instar glaciæ. Vide dicta capit. 16, 20, et Exodi 16, 14. Græcè est οὐδε τικτόν ἔτικον (minùs rectè Complut. et alii legunt, εὐτικτον, id est, *faciliè liquabile*, cum illud idem sit quod τικτόν) χρυσταλλοειδὲς γένος ἀμβροσίας τρυφῆς, id est, *nec liquabile liquabant crystallo*, id est, *glaciæ simile genus ambrosianæ escæ*; crystallus enim similis est glaciæ, imò multi censent crystallum non esse aliud quàm glaciem induratum, indeque dici κρύσταλλον, quasi διὰ κρύους συστειλόμενον ὕδωρ, id est, *per frigus conglaciata aqua.* Unde Dionys. de Situ orbis ait in mari Caspio gigni crystallum; manna ergo simile erat crystallo, id est, glaciæ, quia erat quasi ros frigore constrictus, qui ardore solis liquabatur. Rursùm erat candidum et albicans lucensque instar crystalli. Talis mysticè est Eucharistia, cujus typus erat manna, quia continet Christum, qui est agnus niveus omni crystallo candidior et lucentior, talesque efficit eos, qui ipsum piè manducant, nimirùm virgines, imò angelos, juxta illud Zachar. 9, 17: *Quod enim bonum ejus est, et quod pulchrum ejus, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines?*

Rursùm Eucharistia homines carneos, id est, infir-

mos et quasi aqueos, qui faciliè quibusvis fluctibus, id est, tentationibus cedunt et dissolvuntur, indurat et obfirmat, instar crystalli, ut nullâ tentatione liquari aut vinci queant.

BONAM ESCAM. Græcè γένος ἀμβροσίας τρυφῆς, id est, *genus ambrosii cibi*, vel, *ambrosianæ escæ*, id est, *escæ delicatissimæ, cœlestis et divinæ.* Ambrosia enim à poetis dicitur esse esca delicatissima, ac deliciæ Jovis et deorum, sicut nectar esse eorumdem potus. Unde Martialis:

Jupiter ambrosiâ satur est, et nectare vivit.

Idem lib. 8 Epigr. 50, Domitiano imperatori, qui Deus haberi volebat, pro epulis dat ambrosiam:

Vescitur, inquit, omnis eques tecum, populusque patresque,

Et capit ambrosias cum duce Roma dapes.

Et Ovidius lib. 1 de Ponto, Eleg. 11:

Nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum.

Et Catullus Epigr. 94 ait:

Ambrosiâ dulci dulcius.

Nam Ibius apud adagiographum ad illud, *Nectar spirat*, ait ambrosiam dulcedine mel novies superare.

 nem, fidem et salutem traducere, sanguinis sui im-
 pendio satagit. Omnes Jerusalem terrestrem, et modò

caelestem, trinis, iisque perennis vestrae gratiae et gloriae fulgoribus illuminâstis, et jugiter illuminatis. Date hunc arvo, quæso, ut eam à Saracenis occupatam, postliminio vestrae fidei et Fides restitutam, aspeciamus et gratulemur. Terram sanctam pedibus calcâstis, ore docuistis, manibus sanctificâstis: nunc eam pollutis pedibus calcant Agareni, eamque sacrilego ore contaminant, et immundis manibus conspurcant.

Restituite eam avita veritati et sanctitati, quam à vobis, velut à maternis uberibus, haurit et suxit, ut omnes ejus innoce Deum verum, æqueque Filium Unigenitum, Jesum Christum, mundi Relectorem, adorant, colant, celebrent. Ita ipsa postliminio reddatur suo Jesu et ✠ Jesum, suo, inquam, Salvatori quem olim orbi peperit, et salutem. Amen.

CORNELII A LAPIDE ENCOMIUM SAPIENTIÆ,

EX PARALLELIS ETHICES NATURALIS ET DIVINÆ.

Summus ille rerum Opifex ab ipsis macrocosmi incunabulis, creatæ cuique naturæ suam statim regulam, normam ac legem associavit, quâ qualibet suis inclusa terminis, illis constantissimè se contineret, motibus sibi propriis perpetuâ serie ageretur, ac muniis cæteris sibi congruis statâ ac perenni ratione perfungeretur; nimirum, ut universum hoc archetypum, unde ab auctore suo expressum est, quaquaversum, licet sciaticâ duntaxat imitatione tenuisque vestigio, referat tamen pulcherque hic κρῆμα speculum nobis sit, quo æterni illius et increati mundi pulchritudinem quadamtenus intueamur, vel certè solerti mentis indagine conjectando æstimemus. Uti enim ex ipsis hujus primordiis, et ex nihilo molimine, omnipotentem illius vim et energiam; ex multiplici ad eò creatarum rerum discordi et variegatâ concordia, beneficam illius abyssum; ex amplo illo cæterorum omnium, tam spirituum, quàm corporum complexu, æternitatem ejusdem immensitatemque metimur, et quodammodò per umbram pervidemus: ita ex pondere eorundem, numero et mensurâ sapientissimam magni illius Architecti πολίτευσις, numerosamque et mirè concinnam in eo cujuslibet rei harmoniam, mirari et suspicere licet, quæ et primitiis quamlibet universi hujus partem, in motis planè modis, et secum, et comparâ cuivis parti alteri, amicissimè devinxerit, et amicum hocce vinculum jugi sui influxu indivulsè servet et tueatur: quo fit, ut vel primum, vel præcipuum universi ornatum, et κρῆμα decus, ipsa sapientiæ lex et normâ jure sibi arroget, definiat et circumscribat. Idem ille Opifex, mundi melioris origo, microcosmo, homini dico, qui mole quidem universo est inferior; natura verò et ratione longè superior; ab ipsâ jam olim ejus infantia, similem ei legem congruè adæquando indidit, nobilem illam, divinam, et ab æternis illis viventibusque in ipsomet Deo rationibus expressam: quæ proinde tantò cæteris omnibus præstat, quantò rationale hoc animal, cui propria est, cæteris omnibus corporeis eminet et antecellit: quo fit, ut homo inter omnia natura cuncta, monile hoc sapientiis ordinis et legis,

maximo sit ornamento, pariter et commodo. Homini enim, qui rationale est animal, nihil aequè dignum est, quam rectam rationem, quasi datam sibi à Deo facem, ubique viæ ac vitæ ducem sequi, hujus lege motus formare, honestas actiones colere, ledere neminem, Deo cultum, quem debeat, impendere: denique benè beateque vivere. *Siquantum est super nos lumen vultus tui, Domine,* canit Psalter Psal. 4. Porrò hæc ethices documenta cum sint, utique ethicam humanæ naturæ æquequam moderatricem et alticem, principes inter scientias allegendam perfacilè censeret is, cui sanum à sanâ naturâ foret iudicium. Verum, quia operante illo, qui primum hominem de primo integritatis, vitæ et sapientiæ culmine dejecit, Satanico spiritu, mortales vitate naturæ semina sectantes, à recto vivendi tramite magis magisque suâ sponte declinant, ipsique se sauciant in dies gravius, cum naturam protoplasti peccato sauciam, ipsi novis quotidè plagis additis planè hebetant, convulserant et obrunt (tantò luitur vitæ cupido) eò factum est, ut fuscata, et nebulis errorum præstricta, sopita multis in rebus hæc sapientiæ cognitio jaceat, in diesque perstringatur magis, quando majus semper nequique ratio velum cupidinis appetitus prætexit, justaque lesi Numinis vindicta fit, ut pœnales cæcitates super illicitas cupidines spargantur; quo fit, ut sapientiæ, ejusque legis ac dictaminis notio nunc magis quàm ante sit necessaria: et tamen nobis, scilicet noctis ad patulam solis lucem caligantibus, nihil hujusmodi appareat. Quocirca Deus optimus et maximus, lapsus et errores hominum miseratus, ex alto misit sapientiæ, ethicam, inquam, tum naturalem, tum sacram et divinam, ejusque doctores et magistros, qui hominibus verum suæ legis ac virtutis iter commonstrarent, illoque ipsos recto tramite ad felicitatem, beatamque in cælis vitam quasi manu deducere. Quare sapientiæ hujus divina est dignitas, aequè ac necessitatè compar utilis. Quod ut plenius et clariùs commonstrem, subjungam septuplex sapientiæ encomium, ex septuplici sapientiæ, sive ethicæ profanæ et sacræ parallelo depromptum. Si

enim ethica profana philosophorum orbi tanto fuit splendori et commodo, quanto erit ethica sacra et divina hagiographorum Salomonis et Siracidis, qui philosophos omnes tanto intervallo transcendunt, quanto angeli homines, viri pueros, fides rationem, gratia naturam, cœli terram, virtus cœlestis terrestrem, res divinæ humanas superant et transcendunt?

I. Prima ergo sapientiæ, sive ethices, laus est ab origine. Ethices naturalis origo est natura, nimirum, Deus, quatenus ipse, ut ille ait, est uti fortuna fortunans, ita et natura naturans, putâ auctor et conditor naturæ. Plato in Protagorâ docet, artes illas, quæ humanis serviunt usibus, ut vitam hanc sanam et incolumem tuamur, ab hominum sagaci industriâ adinventas fuisse; illas verò, quæ ad benè beatèque vivendum mortales quasi manu ducent, altiorē humanâ habere originem, diisque potius quàm hominibus esse prognatas; cujus sententiam secutus Cicero lib. de Oratore, philosophiam, quam parentem omnium benefactorum, ac medicinam et culturam animi definit, matrem artium, et inventum deorum nuncupat, quia nimirum ipsa communis, æquè ac privata vitæ optima est magistra, sine quâ nemo rectam rationem intelligat, nemo felicitatem assequatur; ideoque sapienter homini à Deo præcautum fuisse admirabili hoc sapientiæ dono. Quare ad hoc excolendum oportere cuilibet, quantum negotia permittunt, philosophari, et hanc præcipuam vitæ functionem ducere. Hæc Plato de sapientiâ et ethicâ naturali.

Sapientiæ verò, sive ethices supernaturalis et divinæ origo est Deus, quatenus ipse est auctor gratiæ, virtutis; gloriæ, cæterorumque bonorum supernaturalium et divinatorum. Id initio operis palam prædicat noster Siracides: *Omnia sapientia, ait, à Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum.* Idem proclamat primus ethices sacræ doctor et scriptor. S. Job c. 28, v. 12: *Sapientia, inquit, ubi invenitur? et quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terrâ suaviter viventium. Abyssus dicit: Non est in me; et mare loquitur: Non est mecum. Non adæquabitur ei aurum, nec topazius, etc. Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius. Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia; et recedere à malo, intelligentia.* Baruch verò eleganter et patheticè c. 3, 14: *Disce, ait, ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum et pax. Quis invenit locum ejus, et quis intravit in thesauros ejus? ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias? qui in avibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant et aurum, et non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt, et alii loco eorum surrexerunt. Viam autem disciplinæ ignoraverunt. Non est audita in terrâ Chauaan, neque visa est in Theman, etc. Quis ascendit in cælum, et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis transfreta vit mare, et invenit illam? Non est qui possit scire vias ejus; sed qui scit universa, novit eam, et adinvenit eam prudentiâ suâ; qui preparavit terram in æterno tem-*

*pore; qui emittit lumen, et vadit; et vocavit illud, et obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis, et lætatae sunt; vocatae sunt, et dixerunt: Adsumus et luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilectò suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. Quando, scilicet, Deus homo factus humanum os assumpsit, ut hanc sapientiam è cœlis allatam homines doceret, et eructaret abscondita à constitutione mundi. Quocirca sapientia, quasi primâ et princeps Dei filia, ita seipsam deprædicat Eccli. c. 24: *Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens; et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columnâ nubis.* Et Prov. 8, 22: *Domini possessit me in initio* (Hebr. *rescit*, id est, initium, principium et principatus) *viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terram fieret, etc.**

II. Secunda laus sapientiæ, sive ethices, petitur ab ejus usu, commodis et fructu: naturalis enim format, componit, regit et dirigit actiones omnes naturales, tam proprias cujusque per ethicam propriam, quàm communes, sive domui et familiæ, per œconomicam; sive toti regno, vel reipublicæ ad illam ritè gubernandam, per politicam. Tritum est illud Neoptolemi apud Ennium, *philosophos principes esse oportere*; quod maturè perspicies ad eò adamavit Marcus Antoninus imperator, ut, cùm politiam, dignissimam ethices partem, Lucio Volusiano præceptore didicisset, eique etiamnum existens imperator accuratè vacaret, philosophi cognomine gloriaretur. Antoninum non ita multò post orbis monarcha secutus est Severus, qui eandem philosophiam à Serbidio Scævola accepit. Post eum Alexander apprime hanc perdidit, utpote cujus tutor ac præceptor fuerit Ulpianus, ethices jurisque scientissimus. Denique magnus ille Trajanus, quo nemo Augustorum celebratur melior juris divini humanique, præ sui avi imperatoribus, scientissimus, novique conditor, et antiqui custos, ait Victor, Neratium Jureconsultum, totius moralis disciplinæ peritissimum successorem sibi legit. Quid? quòd imperator in Codice, ubi legum oracula firmat, philosophum se indigitat? Porrò philosophi nomen communi jam usu multis datum disciplinis scimus; at olim uni ethico erat proprium: cæteri enim non philosophi, sed sophistæ nomine censebantur: quâ phrasi Aristoteles subinde usus. In *philosophiâ*, ait, *hoc diximus.* Ethicam intelligens. Cui verò in mentem veniat, aliam ab hæc Platonem, quem in Tusculanis Quæstionibus sequitur Tullius, suâ illâ descriptione complexum, quâ philosophiam, meditationem mortis, divinatorum humanorumque cognitionem, similitudinem Dei statuit et definit; aut Senecam, quando philosophiam ait informare vitam, actiones regere, mores instruere? Hanc Persarum reges excoluisse argumentum est, quòd nullus apud eos eligebatur rex, qui non ante accuratè

magorum præcepta et disciplinam percipisset : quo factum, ut et ipsi reges magi essent, ac dicerentur, magosque domi, forisque ad latus à consiliis haberent ac circumducerent. Porro magi idem sunt, qui apud nos sapientes aut philosophi, ab Hebræâ voce *הַחָכָה* *haga* appellationem sortiti, et apud Isaiam, in Hebræo textu celebres : *haga* enim meditari, disquirere, contemplari Hebræis notat, maximeque moribus tribuitur. Hinc identidem in Scripturâ obvium : *Os justi meditabitur sapientiam : in lege ejus meditabitur die ac nocte*, etc. Hebr. *haga*. Eapropter apud Xenophontem Socrates generosum et heroicum asserit ingenium, cui cordi sint disciplinæ ethicae atque politicae, cui et Cyrus subscribit ; imò verò censet, nulli convenire imperium, qui non melior sit iis, quibus imperat ; melior verò qui erit, quisquis quid melius, quid honestius ex ethica non didicerit ? Hæc demùm imbuti apud Græcos *σοφιστῶν* et legislatorum principes, Draco, Lycurgus, Solon, respublicas constituerunt, servârunt, propagârunt. Huic insudârunt apud Romanos Numa Pompilius, Cassii, Scævola, Scipiones, Catones, adeoque pontifices, flamines, censores, dictatores, duces, omnisque magistratus, quando splendorem illum imperii, aquilasque latè ab oriente in occiduum solem dominantes, disciplinâ morali et meruerunt, auctore S. Augustino ; et verò hæc ipsâ potiùs quàm armis quaquaversùm propagârunt. Quid, quæso, Romana jura dilatavit magis quàm priscorum illorum frugalitas, justitia, temperantia, fides in dictis et factis ? Ecquid verò majorem iis venerationem, majestatem et apud omnes auctoritatem conciliavit ? quæ major imperio gloria, quàm metuendos orbi fasces æquitate, castitate, pietate in patriam, cives, amicos splendescere ? Qui secus autumat, decusque bello magis quàm virtute partum, audiat Romanæ historiæ parentem T. Livium, causas exsurgentis declinantisque imperii in ipso operis limine vestigantem : *Ad illa, ait, mihi per se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusque artibus domi militiæque et partum, et auctum imperium sit ; labente deinde paulatim disciplinâ, velut decidentes primò mores sequatur animo ; deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire caperint præcipites*. Age jam, eodem dimetire circino moralis disciplinæ dignitatem, et Romani limites imperii ; ac dispice quantam illam esse oporteat, quâ cultâ tanto fulgore radiant imperia ; quâ neglectâ, seu vivido fraudatâ succo, marcida evanescent et intereunt. Si igitur scientia hæc sui studiosum privatim publicèque illustrem efficit, si verè hominem Deo communionem quàm maxime devincit, utique eam et philosophiam et sapientiam esse, atque adeo inter primas ejus species numerari necesse est.

Ex hoc naturalis ethices fructu et præstantiâ gradu facto, æstima quanta sacræ et divinæ sit majestatis, pariter et utilitas ; hæc enim actiones omnes per virtutes non tantùm componit, uti naturalis, sed et sacras facit ac divinas ; similiter regimen reipublicæ sacrum facit ac divinum, ut subditos à regno terræ modico ad amplissimum cœli regnum traducat et

transcribat. Quocirca ethica, juxta ac virtus, ornamentis non eget, miracula non poscit ; ipsa sibi ornamentum, ipsa miraculum est. Vidit hoc mortaliū omnium, Dei judicio et oraculo sapientissimus Salomon, qui proinde optione sibi factâ à Deo, ut posceret quid vellet, non aliud poposcit quàm sapientiam ; poposcit et impetravit, non modo illam, sed et cum illâ opes, delicias, honores et gloriam, quibus omnes omnium seculorum reges longe superavit. *Quia postulasti, inquit Deus, sapientiam ad discernendum judicium ; ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, ut nullus ante te similis tibi fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed et hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet, et gloriam, ut nemo fuerit similis tibi in regibus, cunctis retrò diebus*, 5 Reg. 5, 12. Causam a primâ sapientiæ origine et prosapiâ assignat, Sap. 7, 25 : *Vapor, ait, est virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera ; et ideo nihil iniquitatum in eam incurrit ; candor est enim lucis æternæ, et speculum sine maculâ Dei majestatis, et imago bonitatis illius. Et, cum sit una, omnia potest ; et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et prophetas constituit ; neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientiâ inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum luci comparata invenitur prior : illi enim succedit nox ; sapientiam autem non vincit malitia. Mox, c. 8, sapientiæ fortitudinem, amplitudinem, regimen et imperium fusiùs describens : Attingit, ait, à fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi à juventute meâ, et quæsvi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei ; sed et omnium Dominus dilexit illam ; doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius. Et si divitiæ appetuntur in vitâ, quid sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia ? Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt, magis quàm illa, est artifex ? Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes : sobrietatem enim, et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vitâ hominibus. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis scit præterita, et de futuris æstimat ; scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum ; signa et monstra scit antequàm fiant, et eventus temporum et seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum. Fructus verò quos ex sapientiâ certò consecuturum se sperat, subjicit : Habebo, inquit, propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis ; et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me ; tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Præterea habebō per hanc immortalitatem, et memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Disponam populos, et nationes mihi erunt subdita. Timebunt me audientes reges horrendi ; in multitudine videbor bonus, et in*

bello fortis. Intrans in domum meam, conquiescam cum illâ; non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius, sed lætitiâ et gaudium. Hæc considerans, pro eâ vel primitus intendâ vel cœlitus augendâ ardentem Deum invocat et supplicat, dicens: Hæc cogitans, quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ, adii Dominum et deprecatus sum illum, et dixi ex totis præcordiis meis: Deus patrum meorum, et Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientiâ tuâ, constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ quæ à te facta est, ut disponat orbem terrarum in æquitate et justitiâ, et in directione cordis iudicium iudicet, da mihi sedium tuarum assistricem sapientiâ, et noli me reprobare à pueris tuis, quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Nam, et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientiâ tua, in nihilum computabitur. Tu elegisti me regem populo tuo, et iudicem filiorum tuorum et filiarum; et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, et in civitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio; et tecum sapientiâ tuâ, quæ novit opera tua, quæ et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid esset placitum oculis tuis, et quid directum in præceptis tuis. Mitte illam de cælis sanctis tuis, et à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te; scit enim illa omnia et intelligit, et deducet me in operibus meis sobriè, et custodiet me in suâ potentiâ. Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum justè, et ero dignus sedium patris mei. Aurea hæc oratio Salomonis à Spiritu sancto dictata, ejusque jussu ab eodem hoc fine nobis scripto est consignata, ut eam assiduè pronuntiemus, similique affectu et spiritu à Deo sapientiâ efflagitemus.

III. Tertia sapientiæ laus accedit ab auctoritate, puta ab ejus doctoribus et discipulis. De naturali res clara est, priscos philosophos ita ethicæ inter scientias palmam dedisse, ita ei mentem animumque applicuisse, ut cætera parvi pendere aut negligere viderentur. Auctor est Xenophon, Socratem philosophiæ nomen soli morali dedisse. Idem solam mereri ethicam censuit Timon Pyrrhoniæ, et è nostris Lactantius Firmianus l. 3, c. 7: «Transeamus, ait, ad Moralem, in quâ totius philosophiæ ratio continetur: «ubi, si quid fuerit erratum, vita omnis evertitur.» Idem ibidem c. 15: «Seneca inquit: Philosophia nihil aliud est quàm recta vivendi ratio, vel honestè vivendi scientia, vel ars rectæ vitæ agendæ. Non errabimus, si dixerimus, philosophiam esse legem bonè honestèque vivendi. Et qui dixit illam, regulam vitæ, suum illi nomen reddidit.» Porrò Ariston Chius ita moralem solam amplexus est, ut cæteras philosophiæ partes tanquàm noxias convelleret atque damnaret. Cicero verò in Tusculanis, ait Lactant. l. 3, c. 13, de eâ exclamat: «O vitæ philosophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non

«modò nos, sed omninò vita hominum sine te esse potuisset? tu inventrix legum, tu magistra morum ac disciplinæ fuisti.» Atque ut hæc prima ab origine pandamus, videamusque philosophicum illud seculum, quod Anaxagoræ, Platonis et Aristotelis ætate decurrit, universum practicam hanc philosophiam sedulo percoluisse; primi illi sophi (quos, ceu divinos, venerabatur orbis) ethicam non ita explicatam, et in sua membra concinno ordine digestam, uti nos, sed in breves acutasque quasdam sententiâs, quas γνώμας nuncupabant, arctatam tradebant, imitati haud dubiè nostrum sacrum Sapientem, qui ethicam per proverbialia docet; easque, ceu oracula quædam, deorum etiam templis (quale illud γνῶθ' ἑαυτὸν in Delphico) inscribebant. Tales fuere septem illi Græciæ sapientes, quos secuti sunt innumeri alii, poetæ præsertim, Γνωμολογοὶ dicti, quorum bona pars usque hodiè manibus teritur: quo in genere pauca, sed divina scripserunt Epictetus Ponticus, Heraclides Speusippi et Aristotelis auditor, Zeno Stoicorum princeps, præsertim de perturbatione, et alii plurimi. In hæc Gnomologiâ tantum auctoritatis adepti sunt Lacones, ut Socrates apud Platonem Spartas reconditæ doctrinæ domicilium asserere non dubitavit.

Thales ergo Milesius, vetustissimus sapientum Græciæ, ut vult Tatianus apud Eusebium, quo tempore Judæi in Babylone captivi, Ezechiele et Daniele prophetis utebantur, Cyro Persas, Romanos Tarquinio Prisco, Solone Athenienses, Lydos Cræso regentibus; Thales, inquam, cum physicâ, tum ethicâ sapientiâ conspicuus, Gnomologorum parens, Ionicæ scholæ principium dedit; cui, si credimus Laertio, successit, Anaximander, cujus auditor Anaximenes, quem subsecutus Anaxagoras, qui primus fertur primum illud beatæ vitæ principium, Deum, videlicet, quem ipse mentem, vel intellectum vocabat, esse mundi cunctarumque rerum opificem, Græcos docuisse, hic Archelao Socratis præceptoris cathedram cessit; ejus coævus Democritus, quem à magis et Chaldæis, quos Xerxes apud patrem ejus hospitatus reliquerat, theologiam, moralem utique scientiam, didicisse perhibent. Archelaum excepit Socrates, qui physiologiæ, ut curiosæ magis quàm necessariæ aut utili valedicens, ad privatam civilemque vitam informandam, et ad beatitudinem cognoscendam atque comparandam omnes ingenii nervos intendit: è cujus scholâ prodiit Sapientum ille flos Aristippus, auctor sectæ Cyrenaicæ; Antisthenes Cynicæ; ex quâ ortus est Diogenes, vitæ hominumque sui avi miraculum; Xenophon, politicæ facultatis princeps; Plato, Academiæ parens, cujus dialogi plerique omnes sunt morales, quem secuti Speusippus sororis filius, Xenocrates, Polemon, Crantor, et Crates ille qui aurum, sapientiæ obicem ratus, abjecit. Cratem audivit Zeno Citticus, Stoicæ disciplinæ caput, quæ multis in rebus, ut ait S. Hieron., Christianis moribus est quàm simillima. Et verò id cernere licet in eorum scriptis atque sententiis, ut Cleantis, Chrysippi, Possidonii, Epicteti, Catonis, Senecæ, cujus severam de vitiiis

disciplinam Noto di opulus non terens, præceptoris sui caritex existit. Zenoni epistola, at opinio adversus Epicurus, totum se velle non velleque vite dedit. Atque erravit ille quisem, voluptatem hominis finem delatens, non tamen illam quam passim autumant, si læctio credimus, quæ corpora est atque, pectum more, sensibus oriunt, sed quæ animi sit, et cum virtute conjuncta, intellexit. Thaleti Milesio, ἡγεμόνων, et tempore par sunt Pherecydes Seyrius, qui, ut inquit Arist. 14 Metaph. c. 6, non fabulose, more antiquorum; sed graviter et serio philosophatus, primus immortalitatem animorum nostrorum, ingens ad virtutem calcare, statuit et propugnavit; cujus discipulus Pythagoras Samius, regnante Tarquinio Superbo, in Italiam venit, Italica philosophia auctor, cujus discriminatum *Y Ypsilon*, virtutis et voluptatis fuit symbolum. Hujus sapientiæ tantum præjudicata valuit opinio, ut discipuli doctrinæ suæ rationem interrogati, aliam non redderent quam *Αρεῖ ἔχει ἀρετῆ*, inquam, Pythagoras. Demum Aristoteles Peripateticorum antesignanus moralem disciplinam eo perpolivit, ut quæ sparsim à veteribus, Socrate maxime, acceperat, in scientiam methodicam, multa climans, resecaans, annectens redegerit. Hic proinde in Alexandri, cognomento Magni, pædagogum est allectus, congratulante sibi, diisque gratias agente Philippo patre, quod eo tempore natus esset Alexander, quo formandis ejus moribus Aristoteles illi daretur præceptor; atque utinam præcepta Aristotelis per omnia factis expressisset. Porro Aristoteles in logicâ, physicâ, metaphysicâ cæteros penè omnes philosophos, in ethicâ seipsum superavit; in metaphysicâ ponit Aristoteles providentiâ; sed quæ angustiis circumscripta, Deo aspergit labem; in ethicis ad Epicurum de providentiâ ita explicat omnia, ut nulla causa sit, cur quisquam post Aristotelem in hac re, si naturale duntaxat rationis lumen spectes, Clementes aut Arnobios desideret magistros, in physicis ita statuit de animo immortalis, ut videatur hæere; in ethicis ita hæret, ut videatur statuere; ac, ut unâ comprehensione definiam omnia, Aristoteles in physicis est homo, in ethicis verò suis asseclis videtur Deus. Quæ causa est, cur quidam exquisiti ingenii Italus, admiratus illas præceptiones de ethicis, politicis, æconomicis, quas scripsit Aristoteles puras, integras, et nullâ externi erroris infectas labeculâ, semper in omni sermone dubitavit, in illis scribendis plusne haberet jurisconsulti, an sacerdotis; plus sacerdotis, an propheta; plus propheta, an Dei. Ita ille; sed nimis amplè et augustè. Hæc de profanâ sapientiâ.

De sacrâ nemini dubium est, eam præcepta de vitâ rectè instituendâ divinitus accepta tradidisse, multis ante profanam seculis; nam quo tempore apud Græcos propè infans erat philosophia et sapientiâ, eo tempore apud Hebræos penè erat decrepita: novi-sum enim quasi sapientiùm et prophetarum apud Hebræos, Ezechiel et Daniel, coævâ fuere antiquissimis, atque adeo primis Græcorum sapientibus, Thaleti, Soloni, Pherecydi, ut non mirere, si tantopere laudata sit

philosophia Hebræorum à Theophrasto; quin et Aristotelem nota existuisse à quodam Hebræo post Josephum asserit Eusebius lib. 3 de Præp. Evang. cap. 5; idque alibi testimonio Clearchi peripatetici. Denique, ut revelatam sacramque theologiam, ita et naturalem, adeoque artium plene omnium originem ab Hebræis fuisse, consentiunt Josephus, Justinus Martyr, Clemens, Eusebius, Cyrillus et Theodoros in libris, et apologis quæ contra gentes hoc argumento ediderunt. E quibus omnibus, quam in hoc morali philosophiæ lyceæ jam inde ab initio, omni ætate, omni secta, ubivis gentium et locorum, philosophorum examina decurrerint, nemo non videt. Equidem id præcipue præcis illas, tum poetis, tum sapientibus cæteris, studio et cura fuisse liquet, ut tum pugendo, tum fingendo, tum ratiocinando mortalium rebus consulerent, ac à vitis quidem et malis quoque modo averterent; ad bona autem et virtutes jaecentia hominum ingenia exonerent, atque nunc hæc, nunc illæc, fluctuantes; maxime autem partem, quæ humanarum voluntates rerum estimulinas, in deteriora propendulas ad honesti formam traierent. Quæ hæc etiam cæteris sapientiâ eodæ cepit primo mundi ævo, mox ad ipsâ ejus creatione, scilicet, ab Adam, Noe, Abraham, Loth, cæterisque patriarchis. Audi Sapientiam c. 10. 1: *Hæc adam, quæ primis formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hæc ut recessit injustus in irâ suâ, per iram homicidæ fratrem deperit. Propter quem, cum aqua de leet et terram, sumavit iterum sapientiâ per contemptibile lignum justum gubernans. Hæc et in consensu nequitiæ, cum se nationes contulissent, scivit justum et conservavit sine querela Deo, et in piti misericordiâ fortem custodivit. Hæc justum à pereuntibus impiis liberavit fugientem, descende de igne in Pentapolim.* Primus verò ethices doctor, qui eam scripto ad posteros transmisit, fuit S. Job, ut patet ex ejus libro hagiographo; i, se enim Mosen antecessit, et sub ultima Jacobi patriarchæ tempora vixit. Hunc secutus Moses Decalogum, cæteraque rectè vivendi præcepta, Dei ore in Sinâ accepta, Israeli tradidit. Mosen post aliquot secula excepit David, regius Psaltes, qui ethicam elegantè carmine pangit. Davidem patrem amulatus est filius Salomon, sapientiæ oraculum, qui hæc physices, metaphysices, mathematices, medicinæ, omnisque literaturæ esset scientissimus; nulla tamen (quæ exstant) nisi ethices dogmata scripta posteris tradidit, idque quatuor voluminibus, Proverbiis, Ecclesiaste, Cantico, Sapientiæ. Atqui hi omnes multis seculis omnes genitum sapientes et philosophos antecesserunt. Salomonis assectator fuit noster Siracides, æquè ac propheta, ac post Christum Dominum quatuor Evangelistæ, S. Petrus, S. Paulus, S. Jacobus, S. Judas, qui Christi sapientiâ, ethicamque christianam conscripserunt. Hos secuti è Græcis S. Basilus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Chrysostomus, S. Athanasius, S. Iohannem; è Latinis S. Gregorius, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Bernar-

dus cæterique Patres, moribus Christianorum ad omnem virtutem efformandis, toto animo tam docendo quàm scribendo incubuerunt.

IV. Quarta, eaque insignis ethicæ sapientiæ laus, illique propria, est ab ejus materiâ, argumento, officiis. Naturalis enim hæ sunt partes et officia, quòd sopita recti æquique semina suscitet, foveat, dirigat; quòd voluptatem sensibilem, ut Circeen et Sirenum scopulos, fugiendam doceat; quòd faciem toti humanæ vitæ præferat; quòd omnia ad gnomonem et perpendiculum rectæ rationis exigat; quòd florida virtutum agmina mentibus inserat. Jam verò quis non perspicit, quàm praxis scepsi, actio speculationi, virtus eruditioni, honesta vita antestet doctæ et celebri? Quis non malit studiosam ex virtute vitam, quam altissimarum rerum aridam et sterilem vestigationem? Cui non placeat magis indocta simplicitas, quàm docta malitia? Quod si ita est, quid morali disciplinæ præstituis, quid anteponis? Præclarè Aristoteles: Qui mentis, ait, judicium sequitur, et mentem habet excultam optimèque constitutam, Deo charissimus est. Nam, si quam curam agit Deus humanarum rerum (agit autem nostram omnium sententiâ), delectatur eo quod existit optimum, et divinitatis particeps, mente videlicet; nec non beneficiis ornat eos qui mentem amant et ornant, utpote rem Deo gratam magni ducentes, et honesto opere decorantes; ideòque sapiens non potest non esse Deo charissimus, eoque nomine beatissimus. Neque verò id assequare, si philosophare tantum de cursu siderum, elementorum mixtione universi ambitu; neque etiam si de ipsâ virtute eleganter disserentem audias, ejus officia negligas; quemadmodum plerique stolidè se bonos fieri autumant, haud absimiles ægris medici præcepta studiosè excipientibus, cæterum nihil eorum usurpantibus; ut enim horum corpora minimè convalescunt: ita nec illorum animi per otiosam philosophiam emendantur; sed quod ethicus docet, manum operi admovendam, qui virtutum usus paretur, qui vitiis oblectemur, hoc reipsâ agendum est, hoc omni studio exercendum. Ad quod strenuè obcundum exciât vel sola inhonesti et turpitudinis facies, si subducta illecebrosa voluptatis larva, eam pressius nudam in ethicis intueare; ipsa enim vel sola à vitio absterret; si ex adverso honesti et virtutis speciem, vultusque decorem comitibus contempleris, hic enim naturâ suâ ad se allicit, et mirabiles excitat sapientiæ amores. Quemadmodum ergo in sole diutiùs inambulantes colorem inde sibi conciliant, ita fieri non potest, ut qui non parergôs, sed accurato intuitu moralem hanc palestram ingreditur, nisi distorto planè sit temperamento, in hac civili et communi vitâ non moderatius agat, nec majus adhibeat studium in omni genere officiorum. Potuit tantum apud S. Ludovicum, Franciæ regum decus, Blancæ matris impressa puero de peccati tæditate vox, imò lex, ut per omnem vitam lethalis criminis expers, nullo graviore scelere inter tot illecebras diadema regium commaculârit. Non id poterunt scita philosophorum omnium, sapientiæ lex, certa aternaque scientia? Age, quis honesti studio-

sus, laudisque avidus non sibi tacitos subjei ignes sentiat, si legat cogitete, Darii matrem, Ephæstionem per errorem quasi Alexandrum salutantem, atque applaudentem audiat Alexandrum: *Et hic Alexander est*, ut amicitiam velut suavissimam vitæ consensionem colat? Quis non amicitia sanctionem hanc apud ethicos exosculetur: *Amicus alter ipse*? Quis, si ebrietas, voluntaria ipsi ab ethico commonstretur esse insania, eam non exhorreat? Quis edoctus pecus esse qui vivit, ut edat, ut bibat; hominem, qui edit et bibit, ut vivat; temperantiæ non studeat? Quis patientiam non ambiat, si nullum nisi invito dolorem inuri posse, nullam nisi ab impatientiâ pœnam oriri pervideat? Quis non effrænes animi motus compescat, si verè magnum esse audiat animo dominari? ut

Latiùs regnes avidum domando

Spiritum, quàm si Libyam remotis

Gadibus jungas, et uterque Pœnus

Serviat mi.

« Hæc in suggillationem nostri dicta sint, si non præstet fides, quod exhibuit infidelitas, » ait S. Hieronymus in epitaphio Nepotiani. Si enim tanta docet, suadet et persuadet ethica naturalis, quid non persuadebit supernaturalis et divina, quæ eò majores homini ad omne bonum stimulos facesque admovet, quò altiùs spectat objectum, altiorem habet finem, altiora docet officia? Fides, spes, charitas, pro objecto habent Deum. Quid non evincet, quid non audebit, quid non aggrediatur summa Dei per fidem cognitio, excelsa per spem in Deum fiducia, cœlestis et seraphicus per charitatem Dei amor et ardor? *Sancti*, ait S. Paulus Hebr. 11, 35, *per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos; alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem; alii verò ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cavernis terræ.* Contemplare agones sanctarum virginum, certamina martyrum, martyria Apostolorum, labores ascetarum, vigiliis sanctorum episcoporum, austeritatem anachoretarum, et videbis quid quantumque possit Dei fides, spes et amor. Similis est religio, quam genuinam sola docet Christianorum ethica, quæ proinde apud fideles duntaxat vera exstat; apud infideles verò et philosophos, fucata et falsa, æquè ac pœnitentia, patientia, fortitudo, prudentia, temperantia, justitia, ceteraque virtutes, quæ apud solos Christianos veræ sunt, apud gentiles apparentes et fictæ. Audi S. August. lib. 19 de Civit. c. 4: « Si, ait, veræ virtutes sunt, quæ nisi in eis, quibus vera inest pietas, esse possunt, non se profitentur hoc posse, ut nullas patiantur miseras homines in quibus sunt. Neque enim mendaces sun-

«verae virtutes, ut hoc profiteantur; sed ut vita humana, quae tot et tantis hujus seculi malis esse cogitur misera, spe futuri seculi sit beata, sicut et salva. Unde et Apostolus: *Spe salvi facti sumus*, Rom. 8.» Quanta ergo est laus patientiae, beneficentiae, fortitudinis, fidei, spei, charitatis, omnisque virtutis, tanta est et laus ethices; ejus enim argumentum, ejus studium, ejus palestra propria est ipsa virtus.

Quid autem, qualis et quanta est virtus? Audi cum definiētes philosophos; audi et theologos. Philosophi: *Virtus, inquit, est animi habitus, natura modo et rationi consentaneus*. Virtus, ait Cicero Tuscul. 2, à viro appellata est: *viri autem propria maxime est fortitudo, cujus munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio*. Lactant. de Opificio Dei, in fine c. 12: *Vir dicitur, quod magis vis est in eo quam in feminâ; et hinc virtus nomen accepit*. Virtus enim est perferendorum malorum fortis et invicta patientia; et quoniam fortitudo caeteris omnibus virtutibus antecellit, hinc factum est ut omnes rectae animi affectiones virtutes appellentur, ut quidquid vitio contrarium est, virtus appelletur. Hinc virtus Hebr. vocatur *תומה tumma*, id est, perfectio, integritas. Antisthenes dicebat: «virtutem sibi sullicere ad felicitatem, nec ullâ re opus habere, nisi robore Socratico; virtutem enim esse armaturam, quæ detrahi non possit. Ensis enim et clypeus exeuntur; sapiens autem ac virtute præditus nunquam non armatus est, eoque vinci non potest. Quare negabat sapientem vivere juxta leges ab hominibus institutas, sed juxta naturam virtutis.» Ita refert Laert. lib. 6. Isocrates ad Demonicum asserit, «virtute nullam possessionem, nec honestiorem esse, nec durabiliorem.» Epictetus apud Stobæum serm. 1: «Anima, ait, dedita virtuti, similis est perenni fonti, cujus aqua est pura, imperturbata, dulcis, accepta, copiosa, ab omni noxâ et pernicie aliena.» Seneca apud Lactant. l. 3, c. 12: «Una, ait, res est virtus, quæ nos immortalitate donare possit, et pares diis facere.» Valer. Max. lib. 5, «Nichil, ait, est, exceptâ virtute, quod mortali manu et immortalis animo quæri potest.» Sophocles in Eriphyle: «Virtutis sola constans perpetuaque est possessio.» Silius Ital. lib. 2:

*Explorant adversa viros, perque aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.*

Juvenalis, satyrâ 8:

*Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria; nobilitas sola est atque unica virtus.*

Arist. l Ethic. c. 9: «Virtutis mereos ac finis, ait, optimum quiddam est, divinum et beatum.» Idem lib. 9, c. 4: «Est virtus, et vir bonus, mensura rerum omnium.» Socrates; «Virtus, ait, est statua quædam in suâ basi.» Lyricus in Laudibus virtut. «O virtus ardua laboriosaque generi humano, pulcherrima vitæ inventio! Tuam, ô virgo, ob venustatem etiam mori, in Græciâ optabilis habetur mors, ac labores vehementes et indecessos perpeti. Talem pectori inseris fructum immortalem, auro potiorem. Tuâ verò gratiâ Hercules Jove satus, Ledaëque filii multa perpassi

«sunt, suis factis quid possint declarantes.» Seneca in Epist.: «Omnia beneficia in luce se collocari volunt; sed nullum theatrum virtuti consentientia majus est. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, morositus, injurias virtus magnitudine suâ elidit atque opprimit, nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quam in mari.» Cicero Tuscul. ult.: Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet, eaque despiciens casus contemnit humanos; culpâque omni carens, præter seipsam nihil censet ad se pertinere. At nos virtutem semper liberam volumus, semper invictam; quæ nisi sint, sublata virtus est. Atqui, si in virtute satis est præsidii ad bene vivendum, satis est etiam ad beate; satis enim est, certè in virtute, ut fortiter vivamus; si fortiter, etiam ut magno animo, et quidem ut nullâ re unquam terreamur, semperque sumus invicti, ut nihil poniteat, nihil desit, nihil obstat; ergo omnia profuenter, absolutè, prosperè; igitur beatè. Satis autem ad fortiter vivendum, virtus potest; satis ergo etiam ad beatè.» Denique virtus amicat subditos, amicat et supernos.

Quid est virtus? Audi Christianos, audi theologos. S. Augustinus lib. 2 de lib. Arb. c. 18 et 19, docet virtutes esse maxima bona. Additque: «Virtutibus nemo malè utitur, caeteris autem bonis, id est, mediis et minimis, non solùm bonè, sed etiam malè quisque uti potest. Et ideò virtute nemo malè utitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum quibus etiam non bonè uti possumus. Nemo autem bonè utendo, malè utitur.» Idem lib. 1 de Civit. c. 15, ait virtute beari tam civitates quàm homines. Et lib. 5, c. 12: «Virtus, ait, via est quâ bonus nititur ad gloriam, honorem, imperium. Hinc Romani conjunctissimas constituerunt ædes virtutis et honoris, pro diis habentes, quæ dantur à Deo.» S. Ambrosius in Officiis: «Bonus circuitus est, si justitia quærit, prudentia invenit, fortitudo vendicat, temperantia possidet, ut justitia sit in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in usu.» Lactant. lib. 7, c. 10: «Vitia, ait, commotiones et perturbationes animi sunt; virtus est contrario, lenitudo et tranquillitas animi est, quia vitia temporalia, et brevia sunt; virtus perpetua, et constans, et par sibi semper; virtus nunquam, nisi morte, finitur.» Idem lib. 6, c. 4: «Una est igitur virtutis ac bonorum via, quæ fert nos, non in Elysios campos, ut poætæ loquuntur, sed ad ipsam mundi arcem:»

At læva malorum

Exercet pœnas, et ad impia tartara mittit.

Nihil ergo virtute nobilius, nihil utilius, nihil potentius. Ipsa est adamas indomabilis, qui omnia domat: ipsa est palma, quæ contra omnia pondera eluctatur, et comam attollit.

Arx est ipsa sibi virtus, ipsa eruit arcem;

Ipsa feras hominemque domat: non horret inermis

Ire per hostiles curvos, inimicæque castra.

Aspice ridentem Siculi mandata tyranni

*Zenonem, et regis versos in vulnera cives.
Regulus ad Libycas iterum freta navigat arces,
Impavidumque caput gravia ad tormenta reportat.
Prætereo Christi passos immania testes
Funera, Laurentique ignes, Paulique catenas.*

S. Chrysostomus, hom. 6 in illud : *Modico vino utere* : « Non sic, inquit, flammæ natura in materiam delapsa, « vicina semper ligna incendit, sicut virtutis zelus in « paucas lapsus animas, ulterius procedendo omnes « implere potest. » Philo lib. de Plant. Noë : « Sicut sol, « inquit, oriens totum cœlum radiis illustrat, sic vir- « tutes suis in hominem radiis, postquam mentem pe- « netrant, totam eam reddunt lucidissimam. » S. Basi- lius in Psalm. : « Flamma, inquit, quæ à proprio fumo « supprimitur, aditum liberum non habet; sed circa « illum volvitur : sic et virtute animas dirigente, ta- « bescere, dejicique à magnis turbationibus non con- « tingit, cum nullum ad exteriora respirationis exitum « habeant. » Thalasius ad Paulin. : « Sicut, inquit, anima « corpus secundum naturam vivificat, ita et animam vir- « tus et scientia. » Agapetus ad Justin. imper. : « Sicut « qui scalas conscendere cœperunt, non prius desi- « stunt ab ascensu, quam supremum attigerint gra- « dum; sic virtutis studiosus semper altius scandendo « excitabitur. » Id plenius docebit noster Siracides, qui adeo exactè omnium virtutum officia persequitur, ut inde cognominatus sit πανάρετος.

V. Quinta ethices laus accedit à contrario, puta à vitio quod ipsa castigat, ejusque erroneum de agendis judicium corrigit et emendat. Sicut enim moralis hæc disciplina vim animi torpentem ad omne honestum rectumque extimulat, ita et vim animi cognoscentem dirigit et illustrat, ut, quid in moribus verum agen- dumque, quidque sequi ac deligere debeat, sciat et nôrit; facilis enim hic, olim præsertim, lapsus, quan- do mens iter hoc non ita tritum ingressa, cupiditate in malas ruente voluptates occæcata, aut in devium acta, illius ambitu, quæ mirè animum mentemque perurget gloria, in turpes prolapsa labes exitium sibi existit. Quocirca rectè ait Horat. lib. 4 Epist. :

*Virtus est vitium fugere, et sapientia prima
Stultitiæ caruisse.*

Et lib. 3 Carminum :

*Virtus repulsæ nescia sordida
Intaminatis fulget honoribus.*

Hic ergo Lucretiam damnabit pudicitia, quod infam- iæ, quam minabatur adulter Sextus Tarquinius, fi- dem conjugii posthabuerit; damnabit et conscientiam, quod injuriæ jam passæ impatiens manus sibi intule- rit. Laudibus verò Susannam efferet, quod vitam et famam potius quam puritatem alexæ subjicere maluit. Hic omnes illi necis propriæ rei peragentur, qui sine summi imperatoris jussu stationem suam deseruere, et infami facinore honorem morte propriâ expiare vel parare sategerunt. Hic veritas pœnas exiget ab eis qui mendacio fortunæ, gloriæ, vel etiam vitæ patrocinium quæsivere. Contra verò heroica virtus sua hic mon- strabit officia, et ad omne decus et laudem præluce- bit. Hic Galienus imperator laudabitur, quod in impo-

storem gemmarum sibi injurium, ad leonem postu- latum, in theatro publico caponem immiserit, leni hæc censurâ per præconem et fraudem castigans, et no- xam sibi factam clementer indulgens : *Imposturam fecit, imposturam passus est.* Hic continentia palmam dabit virginibus, quæ eximiam speciem complurium sollicitantem oculos vulneribus fœdârunt, deformita- temque sanctitatis suæ fidem, quàm formam irritamen- tum alienæ libidinis esse maluerunt. Hic Socrates in- fractum docebit animum, si mors veritatis causâ sit appetenda; minùsque vel calumniis exterorum aut domesticorum movebitur, etiamsi malum amplexus necessarium, furante Xantippe, tonitrua sæpè in plu- viam desinant. Nimirum hæc sapientia, hæc ethica efficiet ut homo non jam sensibus voluptatique de- ditus, sui aliarumque rerum servus, suis cupidinibus, seu vitio famuletur mancipium; sed ut sui rerumque omnium dominus, omnia sibi subdita calcet, ac ca- put imperterritum omnibus efferat, ut, etiamsi fractus illabatur orbis, impavidum feriant ruinæ. Quocirca philosophi illustria hæc titulorum elogia ethicæ de- derunt. Cicero eam indigitavit *expultricem vitiorum*; alii, *philosophiam morum*; alii, *satricem virtutum*; Quintilianus, *actionum magistram*; Varro, *naturæ or- namentum*; alii, *affectionum dominam*; alii, *gratiæ fundamentum*; alii, *reipublicæ formam, animi animam, theologiæ manum, fontem jurisprudentiæ*; Arnobius denique, *florem divinitatis*. Ethica enim, uti à Deo promanat, ita ad Deum redit, suosque assecas redu- cit. Audi Epictetum ad Arrianum : « Oportet, inquit, ut « omnia principia, quasi converso orbe, redeant ad unum « principium, omnia pulchra ad unum pulchrum, om- « nia vera ad unum verum, omnia bona ad unum bo- « num, omnia divina ad unum Deum, omnia una ad unum « ter unum. Nam unitas, principium, bonum, verum, « Deus, eadem sunt, unum sunt. » O stuporem! Verba hæc sonant Evangelium, non philosophiam moralem. Divinius Trismegistus, qui, dum derivat omnia ex mundo in Deum, ex Deo in mundum, dum colligit ex effectis facultatem, ex ordine divinitatem, ex multi- tudine unitatem, hunc Architectum appellat mundi patrem, principem, gloriam, naturam, finem, ne- cessitatem, actionem omnis facultatis, facultatem omnis actionis, solum sanctum, solum non natum, solum in quo sola æternitas, solum per quem solus mundus, soli totum, toti solum, expertem nominis, meliorem omni nomine. O divinitatem! In tuo tunc, Trismegistæ, non tam ore videtur habitasse Plato, quàm in pectore Paulus. Quid Socrates? Non satis illi fuit verbo fateri unum Deum : volebat consignare suo sanguine. Etiamne moralis philosophia edit nobis martyres? Utique Socrates pro ethicâ, Deique unius cultu occubuit. Martyr ergo fuit, non fidei, sed na- turæ; non gratiæ, sed ethicæ et philosophiæ.

Longè veriùs et sincerius, ethica sacra et christiana castigat non tantum vitia quælibet, quantumvis occulta, quantumvis minuta, sed et ipsam philosophorum ethi- cam ac virtutem; hanc enim damnat vanitatis vanæque gloriæ, quæ ipsis unus fuit virtutis stimulus, unus labo-

rum finis et merces; atque ex adverso docet virtutem in se non spectare nisi bonum honestum; extra se non spectare nisi Deum, Deique laudem et gloriam. Ita Diogenem, quasi gloriæ animal; ita Platonem, Socratem, Aristotem, quasi popularis auræ mancipia redarguit S. Paulus, dum ait: *Mihi pro nimio est, ut a vobis iudicet, aut ab humano die; qui autem me iudicat, Dominus est, etc., qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo, 1 Cor. 4, 5.* Et: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur; non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, 2 Cor. 10, 17.* Ita ethica christiana castigat et emendat philosophicam, quod ignoravit virtutes theologicas, fidem, spem, charitatem, aequè ac religionem: quod nescierit quid sit humilitas, quid poenitentia, quid paupertas spiritûs, quid vera virginitas; quod censuerit virtutem non à Deo menti inseri, sed propriis naturæ viribus parari; quod non aliud virtuti præmium, quam temporariam hominum laudem statuerit, cum longè maiora et ampliora ethices ac virtutis sint merita. Audi Sapientiam c. 10, 10, ea in patriarchis Jacob, Jos. ph. Mose et Hebræis demonstrantem et celebrantem: *Hæc (Sapientia), inquit, profugum iræ fratris justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum; honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum asuit illi, et honestum fecit illum; custodiivit illum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum, et certamen forte dedit illi, ut vinceret et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit; sed à peccatoribus liberavit eum; descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit illum, donec asferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos qui eum deprimebant; et mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, et dedit illi claritatem æternam.* Deinde totius Hebræi populi libertatem sapientiæ assignans: *Hæc, ait, populum justum et semen sine querelâ liberavit à nationibus, quæ illum deprimebant. Intravit in animam servi Dei, et stetit contra reges horrendos in portentis et signis; et reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in viâ mirabili, et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem. Transtulit illos per mare Rubrum, et transiecit illos per aquam nimiam; inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum educit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, et decantaverunt: Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter, quoniam sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.*

Censuit Mercurius Trismegistus, teste S. Aug. lib. 8 de Civit. c. 25, homines posse deos facere per artem quandam areanam. « Hos ergo, ait, spiritus invisibiles (dæmones) per artem quandam visibilibus rebus corporalis materiæ copulare, ut sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata et subdita simulacra: hoc esse dicit deos facere, eamque magnam et mirabilem deos faciendi accepisse homines potestatem. »

Acriter hoc perstringit S. August. : « Nescio, ait, quomodo illa obscuratione cordis ad ista delabatur, ut diis quos confitetur ab hominibus fieri, semper velit homines subdi, et hæc futuro tempore plangat aulerni, quasi quidquam sit infelicis homine, cui sua figmenta dominantur, cum sit facilis fieri deos colendo quos fecit, ne ipse sit homo, quam ut per ejus cultum dii esse possint, quos fecit homo. Citius enim fit ut homo in honore positus, peccoribus non intelligens comparetur, quam ut operi Dei ad ejus imaginem facto, id est, ipsi homini opus hominis præferatur. Quapropter merito homo deticit ab illo qui eum fecit, cum sibi præfieri ipse quod fecit. »

Seneca taxat et ridet idola: censet tamen ea esse colenda ob morem receptum, ut ea colens hunc cultum in animi religione non habeat, sed in actibus cingat. « Ait enim: « Quæ omnia sapiens servabit tanquam legibus jussa, non tanquam diis grata. » Merito Senecam culpât S. August. lib. 7 de Civit. c. 40: « Sed iste, ait, quem philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia illustris populi Romani senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat, adorabat, quia, videlicet, magnum aliquid eum philosophia docuerat, ne superstitiosus cesset in mundo: sed propter leges civium, moresque hominum, non quidem ageret fingentem scenicum in theatro, sed imitaretur in templo; eò damnabilius, quòd illa quæ mendaciter agebat, sic ageret, « ut eum populus veraciter peragere existimaret. »

Stoici docebant sapientis esse seipsum occidere, cum ea ingruunt mala, quæ non possit, vel quæ non deceat eum sustinere, uti Cato se occidit ex animi infirmitate et mollitie, ne in manus Cæsaris veniens, probro esset et ludibrio; et tamen iidem pariter docebant, sapientem esse beatum, nec quidquam mali ei accidere posse, quod eum miserum efficiat. Carpit hoc S. Aug. 49 de Civit. c. 4: irridens enim exclamat: « O vitam beatam, quæ ut liniatur, mortis querit auxilium! Si beata est, maneat in eâ: si verò propter ista mala fugitur ab eâ, quomodò est beata? aut quomodò ista non sunt mala, quæ vincunt fortitudinis bonum, eandemque fortitudinem non solum sibi cedere, verum etiam delirare compellunt, ut et eandem vitam dicant beatam, et persuadeant esse fugiendam? Quis usque adeò cæcus est, ut non videat quòd si beata esset, fugienda non esset? Sed, csi propter infirmitatis pondus, quâ premitur, hanc fugiendam fateantur, quid igitur causa est, cur non etiam miseram tractâ superbiæ cervicæ fateantur? « Utrum, obsecro, Cato ille patientiâ, an potius impatientiâ se peremit? Non enim hoc fecisset, nisi victoriam Cæsaris impatienter tulisset. Ubi est fortitudo? Nempe cessit, nempe succubuit, nempe usque adeò superata est, ut vitam beatam dereliqueret, desereret, fugeret. »

Aristoteles, lib. 7 Polit. c. 16, censet filios mæcos, cæcos, surdos, etc., esse abjiciendos; et si quis prole, quam alere nequeat, gravetur, procurandum abortum. « Circa expositionem, inquit, vel educationem filiorum

« lex sit, nihil orbatum naturâ fore educandum. In aliis
 « verò, si mores institutioque civitatis prohibeant na-
 « tos exponere, ac multitudo tanta prolis alicui conti-
 « gerit, ut duplicatus sit filiorum numerus (nam is defi-
 « nitus esse debet), ad multitudinem nimiam evitandam,
 « antevenire oportet ut non concipiantur. » Ulterius
 provehitur Seneca lib. 1 de Irâ, c. 15 : « Portentosos
 « fœtus extinguimus, ait ; liberos quoque, si debiles
 « monstrosique editi sunt, mergimus : non ira, sed
 « ratio est, à sanis inutilia secernere. » Vide Justum
 Lipsium Centur. 1 ad Belgas, epist. 85, ubi Romuli,
 Quintiliani, et aliorum similes sententias recitat. Hæc
 omnia homicidii et infanticidii, imò parricidii, dam-
 nat Tertull. Apol. c. 9 : « Homicidii, ait, festinatio est,
 « prohibere nasci ; nec refert natam quis eripiat ani-
 « mam, an nascentem disturbet : homo est, et qui est
 « futurus, et fructus hominis jam in semine est. » Et
 S. Ambr. lib. 5 Hexam. c. 18 : « Divites, ait, ne per
 « plures suum patrimonium dividatur, in utero pro-
 « prios necant fœtus, et parricidalibus succis in ipso
 « genitali alvo pignora sui ventris exstinguunt : prius
 « aufertur vita, quàm traditur. » Denique S. Augustinus,
 lib. 4 contra Julian. cap. 3, multis docet in infi-
 delibus nullam veram, id est, plenam, et omnibus
 numeris absolutam esse virtutem : « Ego dixi, ait, pu-
 « dicum non veraciter dici, qui non propter Deum
 « veram connubii fidem conservat. » Et mox : « Quo-
 « modò verâ ratione pudicum corpus asseritur, quando
 « à vero Deo ipse animus fornicatur ? Juxta illud Psal.
 « 72 : *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* » Et in-
 ferius : « Sed absit, ut sit in aliquo vera virtus, nisi
 « fuerit justus. Absit autem, ut sit justus verè, nisi
 « vivat ex fide ; justus enim ex fide vivit. Quis porrò
 « eorum qui se Christianos haberi volunt, nisi soli
 « Pelagiani, justum dixerit infidelem, justum dixerit
 « impium, justum dixerit diabolo mancipatum ? sit
 « licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet
 « Scipio, sit licet Regulus. » Citat deinde Pythago-
 ram et Platonem, « qui multò excellentiore cæteris
 « philosophiâ nobilitati, veras virtutes non esse dice-
 « bant, nisi quæ menti quodammodò imprimuntur à
 « formâ illius æternæ immutabilisque substantiæ, quæ
 « est Deus. » Et mox : « Quomodò sunt verè justî, qui-
 « bus vilis est humilitas viri justî ? Quomodò est in
 « eis vera justitia, in quibus non est vera sapientia ?
 « Porrò, si veram justitiam non habent impii, profe-
 « ctò non alias virtutes, comites ejus et socias ; quia,
 « cùm non ad suum referuntur auctorem dona Dei,
 « hoc ipso malis utentes efficiuntur injusti. » Veram vir-
 tutem vocat S. Augustinus eam quæ ducit ad salutem et
 beatitudinem cœlestem, [qualis est christiana fidelium,
 quæ proinde falsam gentilium castigat, format, perficit.

VI. Sexta ethicæ laus obvenit à cæterarum scientia-
 rum primatu ac regimine. Sextus Cheronæus scepticæ
 familiæ philosophus, variâ et eleganti similitudine,
 quantum ethica cæteris philosophiæ partibus præstet,
 ostendit, et quasi intuendum oculis subjecit : « Philo-
 « sophia, inquit, similis est aræ muro cinctæ, et omni
 « fructuum genere luxurianti, in quâ parietum firmitas

« refert logicam, arborum proceritas physicam, fru-
 « etuum suavitas ethicam. » Rursùm : « Si philosophiam
 « ovo componas, testa, sive cortex, repræsentat logi-
 « cam, albumen physicam, vitellus ethicam. » Pul-
 chrius verò Possidonius philosophiam animali persimilem
 dicitabat ; sanguini enim et carnibus respondere
 physicam, ossibus et nervis logicam, animæ ethicam.
 Quantum ergo anima antecellit carni et ossibus, tantò
 ethica antecellit physicæ et logicæ.

Rursùm ethica, sicut omnes hominis actiones, ita
 et omnia ejusdem studia ac scientias dirigit ad suum
 finem, naturalis ad naturalem, supernaturalis ad su-
 pernaturalem. Quocirca theologiæ, quæ disciplinarum
 omnium est princeps et regina, medulla est moralis.
 Primâ S. Thomæ parte agitur de attributis, virtutibus
 et moribus Dei et Angelorum ; secundâ de virtutibus
 et vitiis hominum : priore enim ejus sectione disputatur
 de hominis beatitudine, voluntario, libertate,
 electione, consilio, prudentiâ, vi concupiscibili et ira-
 scibili, habitibus, passionibus, peccatis, legibus, ac
 gratiâ ; posteriore, de fide, spe, charitate, justitiâ,
 cæterisque virtutibus. Tertiâ theologiæ parte agitur
 de Christo, ejusque dotibus, virtutibus et sacramen-
 tis, quibus ipse nos à vitiis purgat, virtutes inserit,
 et ad beatam felicitatem perducit. Atque, ut reliquas
 artes et disciplinas præteream, jurisprudentia, quæ
 in republicâ clavum tenet, eamque regit et modera-
 tur, adeò nititur ethicâ, adeò eam sibi incorporat, ut
 qui hanc sustulerit, illam eviscerârit. Quâ ratione,
 quæso, jurisconsultus sese optimis ornabit moribus,
 honestè vivet, alterum non lædet, si hanc sapientiæ
 partem, quæ mores fingit, non calleat ? Quid verò, si
 reipublicæ gubernaculis admoveatur, in republicâ se
 dignum fecerit, si politicam, tertiam ethicæ partem,
 ignoret ? Quid denique de æquo, bono, honesto, ju-
 sto, injusto, sive à causis, sive à consiliis sit, sine
 ethicâ disseret ? Quid enim est aliud jurisprudentia,
 quàm justî et injusti scientia ? Ut non sine ratione
 plerique jurisprudentiam, partem philosophiæ illius,
 quæ à moribus formandis nomen habet, autument.
 Unde enim, quæso, jurisconsultus æqui, boni, hon-
 esti rationes derivabit, nisi ex Platonis legibus, nisi
 ex ethicis Aristotelis, vel ipsâ undecumque morali disci-
 plinâ ? ex quorum scriptis veteres jurisperiti multa adeò
 deprompserunt, ut, si omnia suis reddantur auctoribus,

Moveat cornicula risum

Furtivis nudata coloribus.

Qui verò suis quemque pinget coloribus, improbos
 arcescet, probos defendet, nisi virtutum vitiiorumque
 rationes et formas ex ethicâ dispexerit ? Ut urgente
 hac veritate adacti, jurisprudentiam ethicæ politicæ
 maximè subalternam esse, indeque sua petere princi-
 pia, ut à physicâ suâ petit medicus, ipsi æquè juris-
 periti consentiant ; neque enim imperatorum nudâ
 auctoritate firmâris leges, nisi et auctoritatem justitiâ,
 ejusque principiis subnixam doceas. Id ad oculum vi-
 deremus, si veteres juris codices exstarent, nec eos
 magno illius damno coneremâssent illi qui ex eis Ju-
 stinianæ Pandectas confârunt. Quare adeò juris-

prudentiâ ethicae iunixa et connexa est, ut illi plane subalterna, ex ejus principiis, velut fontibus, scita sua, et leges velut rivulos, educat. Hinc est ut ethicus et jurisconsultus eodem se referant, dum, quas de virtutibus et vitis notiones universas in doctrinae formam includit ethicus, illas jurisconsultus locorum, temporum, negotiorum, personarum regionibus et cancellis percommode ad usum includit et circumscribit. Ethicus præscribit scelus vindicandum: jurisconsultus hanc regulam ad certam pœnam revocat. Ethicus ponit legem, ut parentes curent filios; jurisconsultus mulctat eum qui filii non vult esse curator. Ethicus justitiam commutantem ponit mediani inter lucrum et damnum; jurisconsultus ex hoc notiois fonte conventiones justas, mutuum, commodatum, depositum, pignus, emptionem, venditionem, locationem, conductionem, tanquàm rivulos, deducit. Ethicus edisserit summum jus esse summam injuriam; jurisconsultus ad hujus præcepti normam temperat legem, ne sanguine pietur mors, quam amico inferis invitus. Ethicus docet æquitatem non esse contrariam juri, sed jure meliorem, dum, quod tacet jus, æquitas loquitur; jurisconsultus hinc colligit nihil facere contra legem non occidendi, qui majestatis violatæ reis pœnam irrogat securis. Porrò, ut ex multis pauca delibem, quæ sunt per totum juris corpus dispersa et fusa, ea si conferas cum moralis philosophiæ præceptionibus, videbis clarè philosophiam (quæ morum proficitur conformationem) esse quamdam quasi naturæ thesim, et hujus theseos jurisprudentiam esse hypothesin. In quam sententiam videtur ivisse pedibus Ulpianus, dum l. *Jus civile*, ff. de just. et jure, post pulchram de jure civili disputationem uberi filo prætextam, tandem statuit jus civile nihil aliud esse quàm juris naturalis, id est, moralis philosophiæ, quamdam moderationem.

VII. Septima et maxima ethices laus est à fine et scopo, puta à beatitudine, ad quam suos asseclas recto virtutum tramite deducit et perducit. Nemo est tam demens quin cupiat beatus esse et felix; nemo est tam barbarus, cujus non gestiat animus, si felicitatis cogitatio et spes mentem subeat, si ejus potiundæ via et ratio ostendatur. Ostendit eam ethica. Cleombrotum (quem S. Augustinus nuncupat Theobrotum), lecto Platonis Phædone, ubi de immortalitate animæ disputat, se præcipitem de muro, illicitè quidem et perversè, dedisse tamen, atque ita ex hæc vitâ emigrâsse ad eam quam credidit esse meliorem. auctor est idem S. August. lib. 1 *Civit.* 22; unde de eo canit Callimachus:

Vita, vale, muro præceps delapsus ab alto,

Dixisti moriens, Ambraciota puer:

Nullum in morte malum credens; sed scripta Platonis

Non ita erant animo percipienda tuo.

Ejusdem felicitatis amore violentas sibi manus intulisse Cleanthem, Chrysippum, Zenonem, Empedoclem, Catonem Uticensem, memorat Lactant. 5 *Instit.* c. 18; nimirum, à Zenone immortales animas, et inferos, uti sentit S. Hieron. in cap. Daniel., didi-

cerant. Cicero verò lib. de Senect.: «Cum tanta, inquit, celeritas annorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorum providentia, tot artes, tanta scientiæ, sic mihi persuasione non posse eam naturam, eque res eas continet, esse mortalem.» Et Anhelus ad beatam vitam: «O præclarum, ait, diem, cum in illud animarum concilium proficiscar, et cum ex hac turbâ et collusione discedam!» Nimirum ex Platone subobscura quedam et ambigua de futuris animarum præmiis et suppliciis hauserat. Cujus commentator et interpretes Macrobius ex Platone geminam statuit partem hominum: primam descensus, quo purgentur animæ, et ad Lethæum deducantur flumen, ut inde oblivionem præteritorum malorum bibant, et ad supera conscendant. Hinc eas, ut canit Virg. 6 *Æneid.*,

Lethæum ad fluvium Deus evocat aquine magno;

Scilicet, immemores supra ut comæxa revisant.

Alteram deorum in Capricorno, quâ pateat aditus ad lacteum in signifero circum, qui locus beatorum sit, quò priusquàm pertingant, per erraticas oberrare stellas, ut in Saturno sapientiam, in Jove agendi vim, in Marte ardorem animi, in sole sentiendi opinandique facultatem, in Venere voluptatum sensum, in Mercurio interpretandi vigorem, in lunâ vim augurandi nanciscantur. Commentum risu et sibilis dignum: cui similis est illa Pythagoræ metempsychosis, qui merito vel demerito animarum, illas post mortem in alia nobilia vel ignobilia transmeare corpora opinatus est, commentus se Euphorbum militem fuisse, et Trojano bello à Menelao cæsum:

Ipse, ait, ego (nam meminî) Trojani tempore belli
Pantoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.

Ovid. 15 *Metamorph.*

Insulsa hæc, et quæ philosophus cœtu suo indigna contemnat; at quantos suspensa futurorum spes, et perennis animæ opinio, multis licet contaminata fabulis, asseclis eorum admovit stimulos, ut indomitas animi libidines, ceu ferocientis equi impetus, edomare conarentur et mansuetacere, quò rationis frenum admitterent, ejusque ductum non detrectarent!

Quid ergo Christianis ethica non persuadeat, quando jam defæcata planè, certissimisque fidei subnixa principiis, nil, ubi erret, timeat? quando virtutis callem non sublustrem, sed præfulgidum edocet? quando animum nunquàm intermorturum, sed in omne ævum beatissimâ vel miserrimâ sorte perduraturum, tam clarè, quàm solem hunc nobis præducere demonstrat? quando veram hominis beatitudinem, non in terrâ, sed in cœlo, non in creaturâ quâpiam, sed in ipso Creatore, ejusque per visionem et amorem possessione consistere, ut ipsomet Deo, ejusque bonis omnibus fruamur et beemur, certò liquidoque ostendit? Ignorârunt id philosophi: aliquid tamen de eo per rimam vel umbram perspexerunt. Hinc illud Sibyllæ apud Virgil. 6 *Æneid.*:

Facilis descensus Averni;

Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,

*Hoc opus, hic labor est : pauci, quos æquus amavit
Juppiter, aut ardens exivit ad æthera virtus,
Diis geniti potuere.*

Censebant illi homines ethices et virtutis studiosos post mortem cælum conscendere, ibique in deorum numerum et consortium transcribi; imò nonnulli non alios putabant esse deos, quàm qui heroicis virtutum actibus, divinitatis nomen et famam sibi parassent. Ita Ovidius lib. 1 de Art. :

Munus habe cælum, cælo spectabere sidus.

Seneca in Octavia :

*Hæc summa virtus, petitur hæc cælum viâ.
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est.*

Et rursùm :

Virtus mihi

In astra, et ipsos fecit ad superos iter.

Idem in Herc. OEtæo :

*Nunquàm Stygias fertur ad umbras
Inclyta virtus : vivite fortes :
Iter ad superos gloria pandit.*

Plinius in atheïsmum vergens lib. 2, c. 7 : « Quis-
« quis, ait, est Deus (si modò est alius) et quâcumque
« in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus,
« totus animæ, totus animi, totus sui. » Et inferiùs :
« Deus est mortali juvare mortalem, et hæc ad æternam
« gloriam via. Hæc proceres ière Romani; hæc nunc
« cœlesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis
« ævi rector, Vespasianus Augustus, fessis rebus sub-
« veniens. Hic est vetustissimus referendi benè me-
« rentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscri-
« bantur. Quippe et omnium aliorum nomina deorum,
« et quæ supra retuli siderum, ex hominum nata sunt
« meritis. Jovem quidem, aut Mercurium, aliterve
« alios inter se vocari, et esse cœlestem nomenclatu-
« ram, quis non interpretatione naturæ fateatur? »
Hæc ille Deum Numenque ignorans.

Longè veriùs, sublimiùs et diviniùs theologi, ipsum Deum Numenque certissimò statuente, illud ipsum sapientiæ ac virtuti præmium assignant. Audi S. August. lib. de Quantitate animæ, in fine : « Virtutis
« præmium est Deus. » Audi Regium Psaltem : *Domine, apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen*, Psal. 35, 10. *Ut sit Deus omnia in omnibus*, ait Paulus, 1 Cor. 15, 28. Audi S. Joannem, epist. 1, c. 5, 2 : *Charissimi, nunc filii Dei sumus; et nondùm apparuit quid erimus. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. Et Apocal. c. 21, 22, describens cœlestem beatamque Jerusalem : *Templum*, ait, *non vidi in eâ. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et Agnus. Et civitas non eget sole, neque lunâ, ut luceant in eâ. Nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna ejus est Agnus*. Quocirca meritò exclamat S. August. serm. 1 in Festo omnium sanctorum : « O verè beata mater Ecclesia, quam sic honor
« divinæ dignationis illuminat, quam vincientium glo-
« riosus martyrum sanguis exornat, quam inviolatæ
« confessionis candida induit virginitas ! Floribus ejus

« nec rosæ, nec lilia desunt. Certent nunc charissimi
« singuli ad utrosque honores, amplissimas accipere
« dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel
« de passione purpureas. In cœlestibus castris pax et
« acies habent flores suos, quibus milites Christi coro-
« nantur. » Et inferiùs : « Ergo agite nunc fratres,
« aggrediamur iter vitæ, revertamur ad civitatem
« cœlestem, in quâ scripti sumus, et cives decreti.
« Non sumus hospites, sed cives sanctorum, et dome-
« stici Dei, etiam illius hæredes, cohæredes autem
« Christi. Hujus nobis urbis januas aperiet fortitudo,
« et fiducia latum præbebit ingressum. Consideremus
« ergo inclytam urbis illius felicitatem, in quantum
« considerare possibile est. » Et mox : « Verùm super
« hæc omnia est consociari angelorum et archangelo-
« rum cœtibus, thronis etiam et dominationibus,
« principatibus et potestatibus, omniumque cœlestium
« supernarumque virtutum contuberniis perfrui, et
« intueri agmina sanctorum splendidiùs sideribus mi-
« cantia, patriarcharum fide fulgentia, prophetarum
« spe lætancia, Apostolorum in duodecim tribubus
« Israel orbem judicantia, martyrum purpureis victo-
« riæ coronis lucentia, virginum quoque choros can-
« dentia serta gestantes inspicere. De Rege autem, qui
« horum medius residet, dicere vox nulla sufficit :
« effugit enim omnem sermonem, atque omnem sen-
« sum humanæ mentis excedit decus illud, illa pul-
« chritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia,
« illa majestas : ultra enim omnem sanctorum est glo-
« riam, ipsius inæstimabilem aspicere conspectum, et
« splendore majestatis ejus irradiari; si enim quotidie
« oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehem-
« nam parvo tempore tolerare, ut Christum videre
« digni essemus in gloriâ venientem, et sanctorum
« ejus numero sociari, nonne erat dignum pati omne
« quod triste est, ut tanti boni, tantæque gloriæ par-
« ticipes haberemur? » Denique concludens : « Ad hanc
« igitur operum salutarium, dilectissimi, palmam li-
« benter ac promptè certemus, omnes in agone justi-
« tiæ Deo et Christo spectante curramus. Et qui seculo
« et mundo majores esse cœpimus, à cursu nostro
« nullâ seculi cupiditate retardemur. Si expeditos, si
« celeres in hoc operis agone, si currentes dies ulti-
« mus invenerit, nusquàm Dominus meritis nostris
« ad præmium deerit remunerator. Qui coronam in
« persecutione purpuream pro passione donavit, ipse
« in pace viventibus pro justitiæ meritis dabit candi-
« dam. » DOMINE JESU CHRISTE, æternæ sapientiæ
« sol, Verbum Patris, splendor gloriæ, et figura sub-
« stantiæ ejus, amor noster, da nobis hanc tuam sapientiam,
« hanc prudentiam justorum, hanc scientiam
« sanctorum. Tu enim per generationem æternam es
« ipsa Sapientia increata, per generationem tempora-
« lem nobis factus es ipsa Sapientia incarnata. Ad hoc
« enim è sinu Patris in uterum Virginis Matris, ex
« summis cœlorum montibus in imum hoc terræ antrum
« centrumque descendisti, ut nos eandem, tam exem-
« plo, quàm verbo doceres. Tu eandem prophetas,
« sanctosque omnes docuisti : tu eandem nostro Sira-

ci di inspirasti. Da ergo sapientiam ejus intelligere, omnemque ejus virtutem, tam voluntate quam mente complecti, ut eam tam affectibus quam operibus et moribus exprimamus, ut valedicamus vanitati, serviamus veritati, vivamus æternitati. Tu enim es lux mentium, rex spirituum, dux cordium; tu es via, veritas et vita: via in exemplo, veritas in promisso, vita in premio. Gradiamur ergo in te, per te, ad te; ut sicut jam per umbram eminus, ita post hanc vitam facie ad faciem cominus te intuea-

mur, te fruamur, te beemur in omne ævum. Imple animas nostras tuis splendoribus, imple et ardoribus sanctorum, ut cito ad te tuamque gloriam pervenire valeamus, quem hujus itineris ducem, salutis auctorem, lucis principem, lætitiæ largitorem habemus: quia tu es nostra sapientia, sapiens veritas, vera charitas, clara felicitas, lælix æternitatis. Amen.

Quam sapiens, qui vivit sapientiæ, qui sapit æternitati!

Quam felix, quem in æternum ipsa beat felicitas!

CORNELII A LAPIDE IN ECCLESIASTICUM Prolegomena.

Inscribitur hic liber in Græcis Bibliis, *Σοφία Ιεροῦ, υἱοῦ Σιράχ, Sapientia Jesu, filii Sirach* (1), ut distinguatur à Sapientiâ Salomonis: in Latinis, *Ecclesiasticus*. De eo nonnulla præmittenda sunt: primum, de ejus auctoritate; secundum, de auctore, tertium, de interpretibus; quartum, de argumento; quintum, de methodo; sextum de stylo. Quibus succedent septimo ordine canones, qui facem toti libro præferant.

CAPUT PRIMUM.

Auctoritas Ecclesiastici.

Nonnulli olim dubitarunt, imò negarunt, Ecclesiasticum esse librum canonicum: Judæi enim non habent eum in suo canone librorum S. Scripturæ. Unde concilium Laodicenum can. 59, Melito Sardensis apud Euseb. lib. 4 Hist. cap. 26, S. Gregorius Nazianz., Amphilochius, et Hilarius præfatione in Psalmos, texentes Catalogum S. Scripturarum, omittunt Ecclesiasticum. Et S. Hieron. præfat. in libros Salomonis, asserere videtur Ecclesiasticum non valere ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Idipsum apertè negant hæretici moderni. Lutherus in Colloq. Latinis, tom. 2, c. de Lib. vet. Testam., ait: «Ecclesiasticus verus est legista et jurista, non propheta: nihil scit de Christo. Quid est Jesus Sirach (quamvis liber sit optimus) ad Christi et Apostolorum verba? Tantum est legalis liber. Est sicut Thalmud ex variis libris collectus; loquitur de jure et œconomiâ. Hoc miratur mundus, et verba Christi excellentissima negliguntur (2).» Guillelmus

(1) Hanc inscriptionem Complutensis editio retinuit; Sixtinus verò codex, pro Sapientia Jesu filii Sirach, habet simpliciter, per contractionem, *Sapientia Sirach*, cum Sirach, scriptoris pater, non ipse scriptor fuisse memoretur. Ab Hieronymo appellatur *Panaretos Jesu filii Sirach liber*. Panaretos autem, quod de omni virtute præcepta tradat, quo elogio passim à Græcis insignitur. (Bossuet.)

(2) Qui Sirachidem arguunt de Messia mentionem non fecisse, non pendunt orationem 56, 15-17, pro eventu promissionum, et spem 48, 21-25, expositam, simul expectationem Messia complecti: diserta Messia

Witakerus in disp. de S. Script. controv. 4, q. 1. c. 15, de Ecclesiastico: «Non esse, inquit, canonicum librum, ex eo colligi potest, quod Græcè scriptus fuerit.» Calvinus in Antidoto, Ecclesiasticum odit, quod ex eo multa fidei dogmata, quæ ipse negat, confirmentur: Unde, inquit, meliùs sæcem haurient?

Suppono libros canonicos S. Scripturæ esse duplicis generis: alii enim sunt protocanonici, alii deutero-canonici. Protocanonici, sive primi canonis vocantur, de quorum fide nulla unquam inter Catholicos fuit disceptatio; sed ab omnibus habiti sunt quasi libri S. Scripturæ, dictati à Spiritu sancto. Deutero-canonici, sive secundi canonis vocantur, qui, licet verè canonici sint, tamen de eorum auctoritate aliquando ab orthodoxis dubitatum fuit: tales sunt Esther, Baruch, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæorum uterque, Epistola ad Hebræos, Epistola S. Jacobi, S. Judæ, secunda S. Petri, secunda et tertia S. Joannis, et Apocalypsis; cæteri omnes sunt protocanonici.

Hoc est quod de Sapientiâ et Ecclesiastico agens, ait Damascen. lib. 4 orthod. Fidei, c. 18: «Qui omnium virtutum genere ac doctrinâ referti sunt, hoc est, Sapientia Salomonis, et Sapientia Jesu, quam Sirach (puta Jesus senior, et minoris avus: hinc enim fuit pater Sirachi, de quo inferius) composuit, et Græcè interpretatus est nepos Jesu, et Sirachi filius, præclari et elegantes libri sunt; non tamen aliis annumerantur, neque in arcâ siti erant:» quia scilicet, non numerantur inter protocanonicos, neque erant in canone Hebræorum, sive S. Scripturæ ab Hebræis receptæ, quem ipsi posuerant in arcâ.

Nunc dico: De fide est Ecclesiasticum esse librum canonicum S. Scripturæ. Patet hoc, primò, ex definitione concilii Trid. sess. 4, et concilii III. Carthag. can. 45, et concilii Florent. in instruct. Armenorum. Concilium quoque Ephesinum, anno Christi 450. Ementio ad librum de moribus tractantem non pertinebat. (Iahn.)

clesiasticum citat ut S. Scripturam; sic enim ait Epist. ad synodum Pamphiliæ: «*Cum consilio omnia fac, dicit divinitus inspirata Scriptura.*» Hæc autem verba sunt Eccli. c. 32. Conc. Tolet. VIII, c. 9: «*Dicit, ait, Scriptura: Qui spernit minima, paulatim decidet,*» Eccli. 49. Synodus Francfordiensis anno Domini 794, Epist. ad Præsules Hispaniæ: «*Item, ait, in libro Sapientiæ, ipsâ dicente Sapientiâ, id est, Filio Dei: Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam,*» Eccli. c. 24. Idem liquet ex ex S. Athanas. in Synopsi, sive Catalogo lib. S. Script., qui et lib. de Virgin.: «*Ait enim, inquit, Scriptura sacra: Qui attingit picem, inquinabitur; et qui communicat superbo, similis illi efficitur: quæ sunt verba Eccli. c. 15. Idem liquet ex Synodo Alexandrinâ, quæ exstat apud S. Athanasium Apolog. 2 contra Arian., et Innoc. I, anno Christi 407, Ep. ad Exuperium, c. 7, qui recensens libros S. Scripturæ, Salomonis, ait, libri quinque;» quintus autem est Ecclesiasticus. Sic et Cassiodorus lib. 4 Instit. c. 45, et Gelasius, tom. 2 Concil., in concilio Romano habito anno Christi 494, inter libros S. Scripturæ recenset librum Jesu, filii Sirach. Sic et Isidorus lib. 6 Etymol. c. 4, Rabanus l. 2 de Instit. Cleri, c. 55, quin et Epiphanius in hæresi Anomæorum, numerant inter sacros et divinos libros Sapientiam Salomonis, et filii Sirach, id est, Ecclesiasticum. Quare, cum idem Epiphanius lib. de Mensur. et Pond. ait, hos libros non esse receptos, intellige à Judæis, eorumque sequacibus.*

Secundò, id ipsum docent Patres Græci, qui sententias Ecclesiastici, perinde ac cæteros S. Scripturæ libros citant, ut S. Clemens anno Christi 90, Epist. 1, ex Eccli. c. 28, citat hæc verba: *Impone, homo, tue linguæ ostium et seram. Cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens adversus Deum iniquitatem et proximum tuum.* Sic et S. Ignatius anno Christi 100, Epist. ad Heronem, citat illud Eccli. c. 49: *Qui cito credit, levis est corde.* Sic et Clemens Alexandr. anno Christi 200, 1 Pædag. c. 8, et lib. 5 Strom. c. 5. Origenes anno Christi 250, citans Ecclesiasticum, ait se citare S. Scripturam, ut patet hom. 8 in Num., homil. 1 in Judic., hom. 9 in Ezech. Sic et Euseb. ann. Christi 520, lib. 8 Præpar. c. 2. S. Basil. ann. Christi 570, in c. 8 Isaia: «*Ait, inquit, Scriptura: Cum consummaverit homo, tunc incipiet; et cum quieverit, tunc indigebit;*» quæ sunt verba Eccli. c. 18. Idem in regulis fusiùs Disp. resp. 104: «*Dicunt, ait, divinæ litteræ: Sine consilio nihil fac;*» quæ sunt verba Eccli. 32. S. Ephræm, ann. Christi 570 adversus improbas mulieres: «*Dictum est, ait, à Sapiente: Brevis omnis malitia super malitiam mulieris; quæ sunt verba Eccli. c. 25. Idem tract. de Patientiâ: Ait, inquit, Scriptura: Fili, accedens ad servitum Dei, dirige cor tuum, et sustine.*» Cyrillus Jerosol. Catech. 6 citat illud Eccli. c. 5: *Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris.* Macarius Ægyptius anno Christi 570, homil. 10, citat illud Eccli. 24: *Qui edunt me, adhuc esurient.* S. Greg. Na-

zianz. ann. Christi 380, orat. 2 contra Julianum: «*Qui potentes, ait, de sedibus deponit, et insuspici- lem diademate ornat.* Nam id quoque à Scripturis accipio:» puta Eccli. 41, 5. S. Greg. Nyssenus ann. Christi 380, hom. 5 in Eccles., citat illud Eccli. 40: *Vinum lætificat cor.* S. Epiphanius ann. Christi 380, in Ancorato: «*Reprehendit nos, ait, Scriptura divina dicens: Quæ tibi præcepta sunt, ea considera. Et: Non est opus tibi occultis. Et: Altiora te ne quæras, et et profundiore te non expendas,*» Eccli. 5. S. Chrysost. ann. Christi 400, hom. 35 ad pop.: «*Audi, ait, Scripturam dicentem: Sicut qui occidit filium coram patre, ita qui offert sacrificium ex pecuniis pauperum;*» quæ sunt verba Eccli. 54, 24. Sic et Cassianus ann. Christi 450, collat. 2, c. 15, et collat. 6, c. 16, et Palladius illi cœvus in Dialogo de Vitâ S. Chrysost. S. Cyrillus Alexandr. ejusdem ævi hom. quam Ephesi habuit: «*Quibus rationibus, ait, patientia comparetur, id divina nos Scriptura edocet: Fili, ait, accedens ad servitum Dei, præpara animam tuam ad tentationem, et dirige cor tuum, et constans esto,*» Eccli. 2. Isidorus Pelusiota, discipulus S. Chrysost. ann. Christi 440, lib. 1, Epist. 106: «*Loquere, inquit Scriptura, in aures audientium,*» Eccli. 25. Joannes Maxentius ann. Christi 500, præfat. in Dial. contra Nestorianos: «*Divina, ait, Scriptura admonet: Ne confundaris loqui verum pro animâ tuâ, et pro veritate certa usque ad mortem,*» Eccli. 4. Anastasius Antiochenus ann. Christi 580, lib. 9 Hexam.: «*Dicit, ait, Scriptura, quòd vinum et mulieres separant à Deo,*» Eccli. 25. Damascenus orat. 3 de Dormit. Deiparæ, citat quasi verba Script.: *Altiora te ne quæsieris,* Eccli. 3. Denique Josephus Hebræo-Græcus lib. 2 contra Apionem, Ecclesiasticum inter libros legis (id est, sacros), reponit, ait Genebr. lib. 2 Chronol.; citat enim quasi dictum à lege divinâ, illud Eccli. 42, 14: *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, ut ibidem ostendam.*

Tertiò, idem probatur ex Patribus Latinis. Tertull., qui floruit ann. Christi 200, de Exhort. castitatis, c. 2, ex Eccli. c. 15, citat illud: *Ecce posui ante te bonum et malum.* S. Calixtus Pontif. anno Christi 218, Epist. 1: «*Dicit, ait, S. Scriptura: Post concupiscentias tuas non eas, et à voluntate tuâ avertere;*» quæ sunt verba Eccli. c. 18. Fabianus Pontif. anno Christi 257, epist. 2: «*Fili, ait Salomon, in mansuetudine serva animam tuam, et da honorem illi cui honor competit,*» Eccli. 10 et 11. S. Cyprianus ann. Christi 250, de Opere et Eleemos.: «*Loquitur, ait, in Scripturis divinis Spiritus sanctus, et dicit: Eleemosynis et fide peccata purgantur,*» Eccli. c. 5. Eusebius Pontif., anno Christi 515, citat quasi S. Scripturam, illud Eccli. 14, 11: *Fili, si habes, benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer.* S. Hilarius, ann. Christi 550, citat Eccli. 28, 28. S. Ambrosius, ann. Christi 570, de Bono mortis, c. 8: «*Scriptura ait: Ante mortem non laudaveris quemquam,*» Eccli. 41. S. Hieronymus ann. Christi 590, Epist. 55: «*Divina, ait, Scriptura loquitur: Musica in luctu, intempestiva narra-*

«tio, » Eccli. 22. Rufinus, ann. Christi 590, citat illud Eccli. 21 : *Sapiens audiens verbum, collaudabit, et adpiciet ad illud.* Ita ipse in *Benedictione Benjamin*. S. Gaudentius, anno Christi 400, tract. 45 : «Loquitur, » ait, *Scriptura divina : Conclude eleemosynam in corde pauperis, et ipsa pro te exorabit Deum,* Eccli. 29. S. August., ann. Christi 400, lib. 2 de *Doctrin. christianâ*, c. 8 : «Illi libri duo, » ait, qui *Sapientia Salomonis, et alius, qui Ecclesiasticus* inscribitur, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt, » Et *Epist.* 248, ac lib. 7 de *Genes.* ad litt. c. 28, et de *Curâ pro mortuis*, c. 28, et ad *Orosium contra Priscill.*, *Ecclesiasticum* vocat *divinam Scripturam*. S. Paulinus anno Christi 420, apud S. Hieron. tom. 10, *Epist.* 14, c. 1 : «Veteris, » ait, *Scripturæ celebrata sententia est, esse pudorem, qui gloria inveniatur et gratia ; et esse rursus pudorem, qui solet parere peccatum,* » Eccli. 4. Maximus Taurinensis, anno Domini 450, hom. 1 de *Eleemos.* : «Dicit, » ait, *divina Scriptura : Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum,* Eccli. 5. S. Leo anno Christi 450, serm. 8 de *Jejunio 7 mensis* : «Dicit, » ait, *Scriptura : Post concupiscentias tuas non eas,* » Eccli. 18. S. Prosper lib. 1 de *Vitâ contempl.* c. 8 : «Ait, » inquit, in *Ecclesiastico* «*Spiritus sanctus.* » Sic *Ecclesiasticum* vocant S. *Scripturam* Salvianus, anno Christi 480, lib. 3 ad *Ecclesiam catholicam* ; Gelasius, anno Christi 490, *epist.* 5 ; S. Fulgentius, anno Christi 500, lib. 1 de *Remiss. peccat.* c. 12 ; S. Benedictus, anno Domini 500 in *Regulâ*, c. 7 ; S. Gregorius, anno Domini 600, in *Psal.* 4 *Penitent.* ; Alcuinus, anno Domini 750, de *Virtut. et Vitiis*, c. de *pœnitentiâ*, et c. de *castitate* ; Haymo, anno Christi 820, in c. 1 *Epist.* ad *Rom.*, et in c. 1 ad *Corinth.* ; Angelomus, anno Christi 850, in lib. 1 *Reg.* c. 1 ; Paschasius Ratbertus, anno Christi 900, lib. de *Corp. et Sang. Domini*, c. 2 ; S. Bernardus, de *Gradibus humilitatis*, anno Domini 1150 ; Innocentius III, anno Domini 1200, serm. 2 de *Adventu* ; S. Laurentius Justinianus, anno Christi 1450, lib. de *Ligno vitæ*, tract. de *Patientiâ*, cap. 5.

CAPUT II.

Auctor.

Nonnulli censuerunt *Ecclesiastici* auctorem esse Salomonem, eò quòd multi veterum illum citent nomine Salomonis. Ita *Anacletus Pontif.* *Epist.* 2, illud Eccli. c. 27 : *Qui fodit foveam, incidet in eam,* citat nomine Salomonis. *Alexander 1, Epist.* 3, illud Eccli. c. 35 : *Sacrificium salutare est, attendere mandatis,* attribuit Salomoni. *Sixtus 1, Epist.* 1, arguens hæreticos dicit, quòd in *Salomone* *Scriptura* loquitur dicens : *Sicut in conspectu eorum magnificatus es in nobis ;* quæ sunt verba Eccli. c. 36. Sic *Quietus episcopus*, in concilio *Carthagin.* ; *Felix 1, Epist.* 5 ; *Innocentius 1, Epist.* ad *Exuperium*, cap. ult. ; concil. *Carthag. III*, canone 47 ; *Origenes*, qui floruit anno Domini 250, hom. 8 in *Numer.* : «In libro, » ait, qui «apud nos quidem inter *Salomonis* volumina haberi

«solet, et *Ecclesiasticus* dici, » apud Græcos autem *Sapientia Jesu filii Sirach* appellatur, scriptum est : *Omnis sapientia à Deo est.* » Et hom. 4 in *Ezech.* : «Vide, » ait, *Salomonem sapientissimum omnium, quid de Dei correctionibus suspicetur : Fili, noli esse pusillanimis in disciplinâ Dei, neque deficias correptus ab eo ;* » quæ verba sunt Eccli. c. 7. Sic et *S. Basil.* in *Regulis* fusiùs disput. resp. 17, verba Eccli. c. 21, citat quasi *Salomonis*. *S. Chrysost.* in *Psal.* 134 : «*Salomon, inquit, » ait : Continens aquam in vestimento,* » Eccli. c. 43. *Isychius Hierosol. Presbyter* anno Christi 600, lib. in *Levit.* : «Dixit, » ait, *Salomon : Ante mortem ne laudes quempiam hominem,* » Eccli. c. 11, 30. *Fabianus Pontif.* *Epist.* 2 : «*Fili,* » ait *Salomon, in mansuetudine serva animam tuam,* » Eccli. 10. *S. Cyprian.* *Epist.* 65, sive lib. 5, *epist.* 9 : «*Sed et Salomon, » ait, in Spiritu sancto constitutus testatur et docet, quod sit sacerdotalis auctoritas et potestas, dicens : Ex totâ animâ tuâ time Deum, et sacerdotes ejus sanctifica,* » Eccli. c. 7. *Sixtus II. pontifex,* anno Christi 257, *Epist.* 1 : «*Quod pater est, » ait, id est etiam filius, Salomone dicente : Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam,* » Eccli. c. 24. *S. Marcellinus pontifex,* anno Christi 296, citat quasi *Salomonis* illud Eccli. c. 14 : *Ego sapientia habitavi in altissimis, et thronus meus in columnâ nubis.* *S. Hilar.* in *Psal.* 144 : «*In eo libro, » ait, qui nobiscum Salomonis* inscribitur, apud Græcos autem et *Hebræos, Sapientia Sirach* habetur, ita monemur : «*Ecce circumvalla possessionem tuam spinis, argentum et aurum tuum constitue, et ori tuo fac ostium et serram, et verbis tuis juqum et mensuram,* » Eccli. c. 28. *S. Ambrosius* ad *Virginem devotam*, c. 2 : «*Non legisti, » ait, Salomonem dicentem : Bonis bona creata sunt ab initio : similiter impiis et peccatoribus bona et mala?* » Eccli. c. 55. *Optatus Milevit.,* anno Christi 370, lib. contra *Donat* : «*Illud, » ait, à Salomone discere noluisti, quod ait : Absconde panem in corde pauperis, et ipse pro te rogabit,* » Eccli. c. 29. *S. Hieronymus,* in c. 10 *Eccles.* : «*Salomon, inquit, » ait : Qui statuet laqueum, capiatur in illo,* » Eccli. c. 27. *S. Maximus* hom. 2 de *Festo Paschæ, Ecclesiastici* c. 24, citat nomine *Salomonis*. *S. Leo* ejusdem nomine citat Eccli. c. 2, serm. 4 de *Quadrages.* c. 5. Sic et *Sedulius* in c. 12 ad *Rom.*, et *Hormisda pontifex, Epist.* 6 ; *Cassiodorus*, in *Psal.* 55 ; *Pelagius 1, Epist.* ad *Vigilium*, *S. Gregorius*, hom. 1 in *Ezech.* ; *Haymo* in c. 1 *Epist.* ad *Rom.* ; *Paschasius*, lib. 2 de *Corp. Domini*, c. 2 ; *Petrus Damiani*, serm. 2 de *Vitio lingue* ; *S. Bernardus, Epist.* 5.

Verùm certum est auctorem *Ecclesiastici* non esse Salomonem, sed *Jesum filium Sirach*. Probatur primò, quia sic inscribitur, hique *Ecclesiastici* est titulus in omnibus codicibus Græcis.

Secundò, id docet *Eusebius* lib. 8 de *Preparat. Evang.*, c. 2 : «*Simonis tempestate, » ait, fuit Jesus, filius Sirach, famâ celebris, qui Sapientiam, titulo omnium virtutum genera proficientem, composuit.* » *S. Athanasius* in *Synopsi de Ecclesiastico* : «*Hic, itaque,*

ait, Jesus, cum esset Salomonis sectator, haud minus illo in illustranda sapientia, et pietatis disciplina strenuum se gessit, verè multiscius existens et doctus. Procopius Gazæus præfat. in Gen. : « Laudanda est, ait, illa Sirach admonitio : *In supervacaneis operum tuorum ne sis curiosus; plura enim intellectu hominum ostensa sunt tibi.* » Eccli. c. 3. Antiochus, hom. 7 : « Jesus, ait, Sirach filius dicit : *Insomnia ex tollunt imprudentes.* » Cassiodorus lib. 1 Instit. c. 13, enumerans S. Scripturæ libros : « Salomonis, ait, libri quatuor : *Jesu, filii Sirach, liber unus.* » S. Hieronymus in c. 9 Daniel : « Jesus, ait, filius Sirach, scripsit librum, qui Græcè *πανάρετος* appellatur, et à plerisque Salomonis falsò dicitur. » Sic et Isidorus Pelus. lib. 4, epist. 228 ; S. Epiphanius lib. 1, tom. 1, hæresi 8.

Tertiò, idipsum evincit præfatio Ecclesiastici, quam aliqui censent habere auctoritatem S. Scripturæ, alii ad eam proximè accedere. In præfatione enim disertè ait Jesus, Siracides junior, Ecclesiasticum esse compositum ab avo suo Jesu, filio Sirach ; à se verò esse traductum.

Quartò, idipsum demonstratur ex c. 50, 29, ubi sic dicitur : *Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in codice isto Jesus, filius Sirach, Hierosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.* Unde patet idipsum esse de fide. Hæc enim sunt verba S. Scripturæ, et Spiritus sancti, ideòque fide credenda. Denique c. 51, titulus est : *Oratio Jesu, filii Sirach.*

Quintò, quia in fine Ecclesiastici recensentur eloquia Salomonis, Roboam, Ezechiae, Josiae, Isaiae, Jeremias, et cæterorum prophetarum, qui diù post Salomonem vixerunt.

Dices : Cur ergo Origenes, Isychius, et alii paulò ante citati, Ecclesiasticum attribuunt Salomoni ? Respondeo : Variæ sunt causæ. Prima, quia Ecclesiasticus imitatur Salomonem : habet enim similes morales sententias. Hanc causam dat S. Athanasius in Synopsi, et Præfatio Ecclesiastici Græcænicæ : « Sanè, inquit, hic Jesus Salomonis fuit sectator, nihil minùs illo sapientiæ et eruditionis nomine probatus, ut qui multiscius verè fuerit, et sit appellatus. » Jesus ergo, filius Sirach, sive Siracides, fuit quasi alter Salomon, imò verus avi sui Salomon.

Secunda, quia nonnulla deprompsit ex Salomone, partim edita, partim non edita : Salomon enim plurima dixit et dictavit, quæ non sunt edita, ut patet 3 Reg. 4, 32. Sparsas ergo Salomonis sententias collegit et digessit Siracides, suisque additis librum hunc conflavit. Simili enim modo ex sparsis Salomonis sententiis in unum collectis, conflatus est liber Proverbiorum, ut colligitur ex Prov. 25, 1. Edita à Salomone, quæ citat vel imitatur Siracides, inferius colligam. Hanc causam post Driedonem lib. 1 de Scriptoribus Eccl. c. 5, dat Bellarm. lib. 1 de Verbo Dei, c. 14, et Thomas Waldens. lib. 2 Doctr. fidei, art. 2, c. 20 : « Ecclesiasticus, ait, dicta antiquorum patrum collegit, sicut ipse refert : *Qui renovavit, inquit, sapientiam de corde suo.* »

Tertia, quia Ecclesiasticus, utpote sapientialis et moralis, solet annecti libris Salomonis, putà Proverbiis, Ecclesiastæ. Canticis et Sapientiæ. Unde hi quinque libri censentur unus tomus S. Script. putà Sapientia, sive sacra Ethica. Quia ergo cæterorum quatuor auctor est Salomon, hinc et quintus ei attributus est, omnesque nuncupati sunt Sapientia, sive libri sapientiales, Salomonis, à præcipuo et potissimo auctore. Hanc causam dat Orig. initio citatus, et Innocent. I, Epist. ad Exuperium c. 7, enumerans S. Scripturæ libros : « Salomonis, ait, libri quinque. »

Quarta. « Ecclesiasticus, inquit Rabanus lib. 5 de Universo, c. 3, propter nimiam sensus similitudinem, et eloquii parilitatem, Salomonis titulo prænotatur. Constat autem hunc librum sub Jesu, filio Sirach, editum fuisse, et inter reliquos S. Scripturæ libros pari habitum veneratione. » Sic et S. Aug. lib. 2 de Doctrinà christianà, c. 8 : « Duo, ait, libri, quorum unus Sapientia, et alius Ecclesiasticus inscribitur, de quâdam similitudine Salomonis esse dicuntur, id est, propter similitudinem argumenti, styli et phrasid, ut idem ait de Curâ pro mortuis, c. 15. Sic invectivæ Ciceronis in Antonium, subinde Antoninæ, sæpiùs Philippicæ vocantur, quia similes sunt Philippicis Demosthenis, quas ipse contra Philippum, Alexandri Magni patrem, declamavit.

Quintam dat Paulus à Palacio hic in Præfat. ; censet enim Jesum, filium Sirach, vocatum alio nomine Salomonem ; aut (quod verisimilius est) quòd Jesus hic titulum Salomonis suo libro præfixerit, ut quem Salomonis nomine faciebat, uti fecit Plato, qui nomine Socratis Dialogos scripsit, et Cicero, qui nomine Catonis et Lælii quosdam libros intitulavit. Tandem, credibile est librariorum hujus libri nomen imposuisse ; auctor quippe Hieronymus est titulum Ecclesiastici apud Hebræos esse *Misle*, id est, parabolas seu Proverbia : quo titulo etiam insigniuntur Proverbia Salomonis. Cùm igitur librarii incidissent in hunc titulum, putârunt esse Salomonis, et eum nomine illo venditârunt. Hæc Palacio. Quocirca post Siracidem, Deo duce, dabo Salomonem tomo uno, puta Proverbia, Ecclesiastem, Sapientiam, et fortè Cantica. Supererunt deinde duo tomi, alter librorum historialium, alter Psalmorum et Job, quibus omne vetus Testamentum complectar. Claudet agmen quartus Evangeliorum tomus, quo universam S. Scripturæ periochen, si vitam viresque Deus dederit, absolvam, orbemque sacræ encyclopædiæ concludam ; quâ de causâ brevis, more meo, sed nervosus, exactus et succulentus sim oportet, ne et tomi nimis multiplicentur, et vita me citius quàm opus deserat. Sunt et erunt qui, partitis inter se libris, desiderantibus prolixiora, singuli et singulos commentaria scribant.

Quæres quis fuit hic Jesus, filius Sirach ? Resp. primò : Fuit civis Hierosolymitanus, ut patet c. 50, 29. Atque hæc est ejus prosapia : Sirach genuit Jesum seniore, qui composuit Ecclesiasticum ; Jesus senior genuit Sirach juniorem, cui moriens Ecclesiasticum consignavit ; Sirach junior genuit Jesum junio-

rem, qui Ecclesiasticum ab avo compositum ex Hebræo in Græcum idioma traduxit.

Secundo, Jesus senior auctor Ecclesiastici, fuit vir eximie sapiens, ut patet c. 51, v. 18 et seq., adeo ut sui avi Salomon vocaretur, uti paulo ante ostendi: quâ de causâ per varias regiones peregrinatus est; hoc enim ipse sapienti faciendum præscribit c. 59, 5; unde videtur fuisse vir magnus et princeps: ait enim c. 51, 15: *Exaltasti super terram habitationem meam.*

Tertio, idem fuit propheta; eum enim prophetam vocat S. Anacletus, Epist. 2; S. Evaristus, Epist. 4; S. Chrys., in c. 6 Genes.; Optatus Milevit., lib. 4 contra Donatistas; Gildas, in excidio Britannie. Casarius Arelatensis, qui floruit anno Christi 470, hom. 45: « Per prophetam, ait, clamat Spiritus sanctus: *Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina extinguit peccatum.* Eccl. 5. Procopius Gazaus, in c. 55 Isaïæ: « De se, ait, in prophetis dixit Christus: *Ecce ego inclino in eos, tanquam fluvium pacis,* » Eccl. 25. Quocirca S. Augustinus, lib. 2 de Doctr. christ. c. 8, Ecclesiasticum numerat inter libros propheticos. Sic et S. Prosper, lib. de Prædict. et Promiss. part. 2, c. 55. Et patet, quia Ecclesiasticus prophetat de Eliâ et Henoch venturis in fine mundi, c. 44, 16, et c. 48, 10. Item de Christi descensu ad inferos, c. 24, 45: *Penetrabo, ait, omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.* Idipsum confirmat S. Anselmus in 2 Cor. 14, ex c. 24 Ecclesiastici, v. 46, ubi ipse de se ait: *Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam.*

Quartò, peregrinando per varias regiones devenit in Ægyptum, ubi videtur Ecclesiasticum composuisse; ibi enim eum nepos invenit, ut ipse ait in Prologo: Ægyptus enim tunc erat sapientiæ et sapientum domicilium. Unde sub idem tempus facta est Alexandria in Ægypto versio S. Scripturæ ex Hebræo in Græcum per septuaginta Interpretes.

Quintò, Jesus, auctor Ecclesiastici, vixit paulò per Alexandrum Magnum, tempore Ptolomæi Philadelphi, qui evocatis è Jerusalem doctoribus S. Scripturam ex Hebræo curavit verti in idioma Græcum per Septuaginta Interpretes, ut ea ornaret suam bibliothecam, quam copiosissimam Alexandria instruebat. Id liquet, primò, ex eo quòd nepos ejus, puta Jesus junior, qui Ecclesiasticum ab avo, puta Jesu seniore, compositum, ex Hebræo in Græcum vertit, in prologo dicat se id fecisse tempore Ptolomæi Evergetis: hic enim Ptolomæo Philadelpho, quasi fratri frater, in regno Ægypti successit. Unde colligas Jesum senioresem vixisse tempore Philadelphi et septuaginta Interpretum; ideòque Genebrardus, in Chronol. lib. 2, et alii probabiliter conjiciunt eum fuisse unum è septuaginta Interpretibus. Hinc et Aristaas in Histor. septuaginta duorum Interpretum, recensens eorum nomina, recenset et Jesum; quin et addit Ptolomæam instruisse regale convivium septuaginta Interpretibus, in quod re veterum eisdem totidem quæstiones morales, ethicas et politicas proposuit, cuique scilicet unam; additque singulorum responsa et sententias, quæ plane similes

et subinde eadem sunt cum hisce Siracidis. Ac forte occasione harum propositionum regalium Siracides librum hunc ethicum conscripsit, junior vero Jesus, puta nepos, qui vixit sub Evergete, floruit paulò ante tempora Machabeorum.

Secundo, idipsum liquet ex S. Hieronymo in c. 9 Daniel., cum ait: Post mortem Jaddi sacerdotis, qui sub Alexandro Magno templo præfuit, suscepit pontificatum Onias, etc. Post Oniam præfuit Judæis pontifex Eleazarus. Quo tempore septuaginta Interpretes S. Scripturas Alexandria dicuntur in Græcum vertisse sermonem: post quem alter Onias, cui successit Simon quo regente populum, Jesus, filius Sirach, conscripsit librum qui Græcè *παρακρητικὸς* appellatur, et à plerisque Salomonis libris dicitur. Cui successit in pontificatum alius Onias, quo tempore Antiochus Judæos diis gentium immolare cogebat. Quo mortuo, Judas Machabeus purgavit templum. Ubi nota ex Josepho lib. 11 Antiq. in fine, et lib. 12, c. 2, 3, 4, 5; hæc fuit series pontificum Judæorum illius avi: Jaddo pontifex, qui occurrit Alexandro Magno, genuit Oniam; Onias genuit Simonem Justum, et ejus fratrem Eleazarum, qui misit Septuaginta Interpretes ad Ptolomæum Philadelphum: Simon Justus genuit Oniam secundum, cognomento Avarum; Onias Avarus genuit Simonem secundum; Simon secundus genuit Oniam tertium, cognomento Sanctum, qui vixit tempore Machabeorum: unde cum defunctum vidit Judas Machabeus orantem pro populo, ac ostendentem Jeremiam, qui Judæ porrigebat gladium sanctum, quo debellaret hostes Israel, de quo 2 Machab. c. 5 et 4, et c. ult. v. 12.

Tertio, idipsum colligitur ex ipso Ecclesiastico, qui elogio patriarcharum et pontificum concludit c. 50, elogiis Simonis pontificis, qui fuit frater Eleazari, sub quo facta est versio septuaginta Interpretum: ita enim de eo scribit c. 50, ac si viderit eum pontificalibus indutum in cœtu populi hostias offerentem. Hic enim Simon non fuit secundus, scilicet, Onia Avari filius, uti putavit Eusebius in Chron., et ex eo Beda lib. de sex Ætatibus mundi, in Ptolomæo Evergete, ac Lyrannus; sed fuit primus cognomento Justus, ut colligitur ex dictis et ex dicendis c. 50. Hic enim paulò ante erat defunctus, cum Jesus senior hæc scripsit sub Eleazaro, qui Simoni fratri in pontificatu successit. Et hic Simon adeò fuit sanctus, ut, teste Josepho lib. 12, cap. 2, cognominationem habuerit justus: *Eo quod et Deum, inquit, piè coleret, et civis summâ prosequeretur benevolentia.* Jesus ergo senior scripsit Ecclesiasticum sub idem tempus, quo septuaginta Interpretes euderunt suam versionem post Alexandrum Magnum sub Ptolomæo Philadelpho, 250 annis ante nativitatem Christi; ita Tornielius, in Annal. ad annum mundi 5798, et Genebrardus, anno mundi 5797; Beda, et alii. Jesus verò junior Ecclesiasticum in Græcum transtulit sub Ptolomæo Evergete, fratre Philadelphi. Quare errat Isidorus lib. 4 de Fedes. c. 12, qui Jesum juniorem facit auctorem Ecclesiastici, quasi ille ex avi scriptis eum composuerit, cum ille dunta-

xat libri ab avo compositi fuerit interpres. Sed fefellit Isidorum, quòd corruptè in prologo Ecclesiastici legerit: *Volui et ipse scribere aliquid horum*, cùm legendum sit: *Voluit et ipse*, scilicet, avus meus, *aliquid scribere*. Ex dictis sequitur Jesum seniore, auctorem Ecclesiastici, non fuisse nepotem Eleazari pontificis, qui misit septuaginta Interpretes ad Ptolomæum Philadelphum; uti contendit Jansenius, ex eo quòd c. 50, 29, Græca nonnulla habeant: *Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in codice isto Jesus, filius Sirach, filii Eleazari*; nam τὸ *filii Eleazari* expungunt codices Græci Romæ correcti, et Latini omnes. Cùm enim Jesus senior scripserit Ecclesiasticum tempore Ptolomæi Philadelphi, quando pontifex erat Eleazarus, fieri nequit ut Jesus hic Eleazari fuerit nepos; debuisset enim sub Ptolomæo et Eleazaro esse puer, ideòque ineptus ad scribendum Ecclesiasticum; nisi dicas Eleazarum fuisse admodum senem septuaginta et ampliùs annorum, ita ut nepos ejus Jesus triginta circiter annorum existens composuerit Ecclesiasticum. Fuit enim Jesus præcoci ingenio, et à juventute orando et studendo quæsivit sapientiam, ut ipse ait c. 51, v. 18 et 19. Igitur Ecclesiasticus Hebraicè à Jesu Sirach seniore scriptus est initio regni Ptolomæi Philadelphi, vel certè sub finem regni Ptolomæi Lagi: nam scriptus est paulò post mortem Simonis Justi pontificis; illius enim quasi recens defuncti laudes decantat c. 50, 4: *Simon, inquit, Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vitâ suâ suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum*. Simon autem hic defunctus est quatuor annis ante finem regni Ptolomæi Lagi: nam anno 37 Lagi successit ei in pontificatu frater Eleazarus, qui post sex annos misit septuaginta duos Interpretes ad Ptolomæum Philadelphum, ut S. Scripturas ex Hebræo verterent in Græcum; Ptolomæus enim Lagi vitâ functus est anno regni 40, cui mox successit filius Ptolomæus Philadelphus, qui anno tertio regni evocavit septuaginta duos Interpretes. Quæ omnia tradit Eusebius in Chronico. Ex quibus liquet Ecclesiasticum conscriptum esse sub idem tempus, quo Septuaginta duo Interpretes euderunt Græcam S. Scripturæ versionem, quod fuit Olympiadis 124 anno tertio, post Alexandri Magni mortem 43, qui fuit Græcorum sive Seleucidarum annus 51.

Sextò, Jesus hic per multas et horrendas tribulationes probatus à Deo, deductus est ad culmen perfectionis. Unde ipse c. 51, generatim eas recensens, ab iis quasi per miraculum se liberatum gratulatur, et exultans Deo gratias agit; ac tandem post superatas miseras feliciter in pace requievit. Ibidem enim ait: *Modicum laboravi, et invenit mihi multam requiem*.

Denique, cùm sermo sit mentis imago, atque ex abundantia cordis os loquatur, ex hoc ejus opere de virtutibus quibuslibet absolutissimo, liquet cum iis omnibus excelluisse, suaque de iis sensa hic expressisse, adeòque se ad vivum hic depinxisse, vivamque suæ mentis ideam efformasse. Quocirca hic Jesus suâ patientiâ, doctrinâ, prophetiâ, æquè ac nomine,

typum gessit, et repræsentavit Jesum Christum patientem, docentem, prophetantem.

Ubi nota: Tres fuere viri celebres qui hoc nomen prætulerunt. Primus fuit ante captivitatem Babylonicam, scilicet Josue, successor Mosi in ducatu populi; hunc enim Septuaginta vocant Jesum; Hebraicè enim Josue idem est quòd *Jescua*, id est, *Jesus*. Secundus fuit in captivitate, scilicet Jesus, filius Josedec pontificis, Zachar. 3, 4, Aggæi 1, 1. Tertius fuit post captivitatem, scilicet Jesus, auctor Ecclesiastici. Sicut ergo Josue repræsentavit Christi ducatum et regimen, quo suos fideles in terram promissam, puta in regnum cœleste deducet; Jesus verò, filius Josedec, utpote pontifex, repræsentavit sacerdotium et pontificatum Christi, ut patet Zachar. 3, 4: ita pariter hic Jesus noster repræsentavit Christum, quatenus ipse fuit doctor et propheta mundi. Hinc patet errare eos qui ex Isidoro. lib. 1, de Eccles. Offic. c. 12, Jesum hunc nostrum eundem esse censent cum Jesu, filio Josedec; nam Jesus Josedec cum Zorobabel, Aggæo, Zachariâ et Esdrâ floruit sub Dario Hystaspis, ut patet Aggæi 1, 1. Darius autem 200 annis præcessit Alexandrum Magnum; Alexandro autem successit Ptolomæus Lagi, ac post eum Lagi filius Ptolomæus Philadelphus, sub quo Ecclesiasticum conscripsit noster hic Jesus. Probabile tamen est, quod censet Genebrardus in Chron., Jesum hunc prognatum de stirpe Jesu, filii Josedec pontificis, ejusque proinde nomen usurpasse, idque omninò dicendum est, si cum Jansenio asseramus Jesum hunc fuisse nepotem Eleazari pontificis; hic enim rectâ serie à Jesu filio Josedec prognatus descendit.

CAPUT III.

Interpres.

Scriptus est hic liber idiomate Hebræo à Jesu seniore, sed à nepote ejus Jesu juniore in Græcum traductus, ut ait S. Epiphanius. lib. de Ponderibus; imò ipse Jesus junior in Prologo: *Deficiunt*, inquit, *verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam*. S. Hieronymus Hebræum se vidisse testatur prologo in libros Salomonis. Suspiciantur nonnulli Hebræum originale esse illud ipsum quod ab Hebræis colitur nomine Ben-Sira, adeòque Jesum Sirach esse Ben-Sira, cujus apud Hebræos exstant cum scholiis Proverbia, tum quia Ben-Sira penè eadem habet sententias cum Ecclesiastico, tum quia Ben-Sira Hebraicè idem est quòd filius Sira vel Sirach, puta Jesus Siracides. Verùm librum Ben-Sira diversum esse à libro hoc Ecclesiastici, liquet utrumque conferenti. Rursùm diversum esse Jesum Sirach à Ben-Sira, quatuor rationibus probat noster Serrarius, in notis ad Epist. 1 S. Bonifacii, et ex eo Gretserus, lib. Defens. Bellarmini, c. 14. Prima est, quia Ben-Sira Hebraicè ultimam litteram habet S, Sirach autem habet 7. Secunda, quia communiter Hebræi tradunt, Ben-Sira vixisse alterâ post Jeremiam ætate; Jesus Sirach autem vixit diù post, tempore Ptolomæi Philadelphi. Tertia, quia Ben-Sira dicitur filium ha-

buisse Uziellem, et nepotem Josephum; Jesus Sirach autem filium habuit Sirach, et nepotem Jesum. Porro Uziel isto et Josephus, velut eximii sapientes, citantur ab Hebræo Senecaſte Proverborum ejusdem Ben-Sira. Quarta, quia Ben-Sira multa habet quae non habet Ecclesiasticus, rursum Ecclesiasticus multa habet quae non habet Ben-Sira, adeoque liber Ben-Sira totus alius et diversus est ab Ecclesiastico. Quis credat eundem auctorem de iisdem pene rebus, et eodem penè modo ac phraſi adeò diversos scripiſſe libros, nec ullam hujus rei dare ſignificationem? Adde quintò, quòd Ben-Sira habeat nonnulla quae minùs sana et vera videntur, certè male ſonant; quale est illud alphabeto 2, litterà ain: *Oculos tuos absconde à muliere viduà, et ne concupiscas pulchritudinem ejus in corde tuo, quia filii ejus filii scortationum sunt.* Videtur enim hic damnate viduitatem et matrimonium cum viduà; aut certè utitur ſimilitudine longiſſimè petità, quà viduam ad novas nuptias aspirantem comparat cum meretrice, quae multos viros admisit; nisi dicas ſenſum eſſe, q. d.: Ne in uxorem ducas viduam, quia, si id feceris, molestiam et probum tibi accerſes ob ejus filios, qui, cum patrem non habeant, et matrem non timeant, liberè agunt quod lubet, ac ſcortationi indulgent; horum enim ſcortationes et scelera tibi quasi vitrico, vel adſcribentur, vel infamiam afflabunt: qui ſenſus sanè verus est et commodus.

Dicendum est ergo Ben-Sira alium eſſe à Jesu Sirach (1), sed unum ab alio plura eſſe mutuatum. Si prior fuit Ben-Sira, ut volunt Hebræi, oportet dicere ex eo Jesum Sirach multa deprompiſſe. Hæc omnia planè conſtabunt ex Alphabeto Ben-Sira, quod sub finem capituli quinti atexam. Sanè vidi in bibliothecà Vaticanà Ben-Sira manuſcriptum Chaldaicè, sed longè imparem, imò diſparem nostro Siracidi; nam ſtatim in ipſo limine prologi reperi nœnias Judaicas, et indigna quædam, quæ Jeremiæ Prophetæ affinguntur. Porro *Sirach* Hebræicè idem est quòd ſuperfluens, abundans, luxurians, ſcilicet ſapientià, ſententiis et proverbiiſ: סרַח *sarach* enim est ſuperfluere, luxuriare; aut *sirach*, id est, explicans implicata et obſcura, vel circumſpectans ſermones ſuos; סרַח *seroch* enim est corrigia; inde מִסְרַחַת *mesarachat* Jeremiæ 2, 25, est implicans vel circumſpectans vias ſuas, uti corrigia ligatur in circuitu calcei. S. Hieronymus vertit, explicans; et hoc fortè vult Syrus, dum pro *Sirach* vertit *asiro*, id est, ligatus q. d.: Colligatas et arcaneſ ſententias enuntians et explicans: nisi malis ligatum dici, eò quòd à Ptolomæo Lagi in-

(1) Verſio Syriaca in polyglottis Londiniſibus, jam plùs, jam minùs, quàm Græca exhibet; ex Græco tamen deſcendere poſteſt. Aſt Bendiſen, Exercitat. Critic. 1788, contendit filium eſſe textùs Hebræici, idque varietatibus, quæ nonniſi in linguà Hebræicà oriri potuerint, comprobare ſtudit. Non liquet. In codice Syriaco hexaplati, qui aſſervatur Mediolani, invenitur etiam Eccleſiaſticuſ Syriacuſ, qui nondùm examinatuſ eſt. Arabica verſio in polyglottis Londiniſibus, in lectionibus ſingularibus cum verſione Syriacà facit, ejuſque filia eſſe videtur. (Lahn.)

ter cæteros Judæorum captivos ligatuſ fuerit et ipſe, vincituſque abductuſ in Agyptum. Nam à Chaldaicis in captivitate Babylonica ligari non potuit, utpote ea 270 annis poſterior. Captivitas enim Babylonica duravit ſeptuaginta annis uſque ad Cyrum, qui eam ſolvit; à Cyro autem uſque ad Alexandrum Magnum, cui ſucceſſit Ptolomæuſ Lagi, fluxerunt anni ducenti. Favet quòd *Sirach* per *caph* in fine Syriacè idem eſt quòd corruptuſ, laeſuſ, damno affectuſ, noxam paſſuſ; סרַח *sarach* enim eſt corrumpere, laedere, nocere. Sin per *chet* ſcribatur *sirach*, Syriacè idem eſt quòd adherens; *sarach* enim per *chet* ſignificat adherere. Denique *sirach* per ו initio, Syriacè idem eſt quòd ſuperſteſ, reliquuſ, reſiduuſ. Igitur tituluſ hujus libri in Syriacè ſic habet: *Liber Jeſu, filii Simonis Aſiro* (id eſt, ligati, vincti) *qui vocatur liber Sapientiæ filii Aſiro.* Ex quo liquet *asiro* Syriacè idem eſſe quòd Hebræicè *sirach*, illudque non eſſe nomen proprium (cum propriè vocetur Simon, ſicuti Ben vel Bar Jona, puta S. Petruſ, proprio nomine vocatuſ eſt Simon), sed cognomen, vel agnomen. Verum cognomen hoc uſu in nomen proprium tranſiit; nam et nepoſ avum ſuum libri auctorem in Prologo; et Eccleſia ac eccleſiaſtici ſcriptoreſ cum non alio nomine quàm Jeſum filium Sirach nuncupant.

Denique ſi *sirach* per *tsade* ſcribatur, idem eſt quòd vociferatorè, præco, concionator, doctor; סרַח *tsarach* enim, vel *sarach* (quia Septuaginta S. Hieronymuſ cæterique interpreteſ *tsade* Hebræum reddunt per Latinum S), idem eſt quòd elatà et contentà voce clamare, vociferari. Talis *sirach*, id eſt, præco, fuit S. Joanneſ Baptiſta, juſta illud de eo oraculuſ: *Vox clamantis in deſerto*, Iſai. 40, 3 et 9: *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem; exalta, noli timere.*

Probabile eſt Eccleſiaſticuſ non puro ſermone Hebræo, sed corrupto, quali utebantur Judæi poſt redituſ à Babylone (ſui enim ævi Judæi eum conſcripiſit Siracideſ), puta Syriacè eſſe conſcriptuſ. Ita Bellarm. lib. 2 de Verbo Dei, cap. 4, cenſet, hunc librum primitùs Syriacè eſſe edituſ, aequè ac Evangelium S. Matthæi et Epistolam ad Hebræoſ. Unde Widmanſtadiuſ, et Guido Fabriciuſ, qui nuper tam Evangelium hoc, quàm Epistolam Syriacè ediderunt, cenſent illum ipſum Syriacum textum eſſe autographum. Pari ratione de Syriacà editione Eccleſiaſtici quiſ ſuſpicari poſſet, illam ipſam eſſe originaleſ, quà hic liber ſcriptuſ ſit à Siracide. Verùm, præfatione in Epist. ad Hebr. ex dialecto et idiotiſmiſ Syriacè linguæ modernæ, valdè differentibus ab idiotiſmiſ linguæ Syriacæ tempore Chriſti, et multò magiſ tempore Siracidiſ, oſtendi idipſum parùm videri probabile, quare Syriacam verſionem eſſe recentioreſ, præſertim quia illa in Eccleſiaſtico valdè differt à textu Græco, et magiſ à Latino, eoque conciſior eſt: ſubinde etiam multa addit paraphraſticè, quæ nec in Græco, nec in Latino habentur, ut patet intuituſ caput primum (1). Sed de eà mox plura.

(1) David Gauſ, in lib. *Zemach Davi*, p. 63, ne

Jam verò sicut certum est Jesum nepotem avi librum, puta Ecclesiasticum, ex Hebræo in Græcum convertisse, ita incertum est quis cum ex Græco vel Hebræo in Latinum transtulerit, quisque sit auctor Vulgatæ versionis Latinæ Ecclesiastici; certum enim est non esse S. Hieronymum: licet enim ipse sit auctor versionis Vulgatæ; ab eâ tamen excipiendi sunt primò, Psalmi; hos enim habemus ex versione Septuaginta, à quâ versio S. Hieronymus planè diversa est, ut patet utramque conferenti. Secundò, novum Testamentum; hoc enim non vertit, sed prius versum emendavit S. Hieronymus. Tertiò, Ecclesiasticus, Sapientia, et uterque Machabæorum; hos enim nos non habere ex versione S. Hieronymi, sed ex antiquâ translatione, cujus auctor ignoratur, tribus argumentis evincit Bellarm. lib. 2 de Verbo Dei, c. 9. Primum est, quia B. Hieronymus nusquam affirmat se transtulisse hos libros, neque ullæ extant præfationes ejus in hos libros, cum tamen in Epist. ad Augustinum q. 11. inter Epist. Augustini, dicat se singulis libris præfatiunculas præfixisse. Secundò, quia B. Hieronymus hos libros arbitrabatur apocryphos, ut patet ex prologo Galeato, et ex præfatione Proverbiorum; proinde verisimile est cum neglexisset horum librorum interpretationem. Tertiò, quia multa citantur ex his libris à B. Cypriano, præsertim in lib. de Exhortatione martyrii, et aliis Patribus B. Hieronymo antiquioribus, eo modo prorsus, ut nos in nostrâ Vulgatâ editione habemus, ut patet, si conferras verba Tertulliani, Cypriani, Sixti, Calixti, Fabiani, Eusebii, Hilarii, Marcellini et aliorum, quæ citavi c. 1 et 2, cum verbis Vulgatæ versionis Ecce-

doute pas que Ben-Sira ne soit le même que Jésus, fils de Sirach; et il est suivi par Spolière, par Huet, par Hottinger, par Cartright, par Corneille-Bonaventure Bertrand, et plusieurs autres.

Nous sommes aussi très-persuadé que ces deux auteurs prétendus n'en sont qu'un, et que les Juifs, très-ignorants en matière de chronologie et de généalogies anciennes, ont tiré du livre de l'Ecclesiastique un nombre de sentences choisies qu'ils ont attribuées à leur Ben-Sira, et qu'ils ont voulu différencier du nôtre, en le reculant dans des temps plus éloignés. Il est impossible qu'une telle ressemblance de noms, de sentiments et de paroles, soit l'effet du hasard. Le livre de l'Ecclesiastique n'a point été inconnu aux Hébreux. Saint Jérôme assure qu'il l'a vu en leur langue. Les rabbins le citent assez souvent en hébreu. La Ghémarré du Thalmud en parle, lorsqu'elle explique la décision des rabbins, qui défendent la lecture des livres étrangers, comme serait, dit-elle, Ben-Sira. Elle donne une raison obscure de l'exclusion de cet ouvrage; mais cette obscurité est développée dans la glose du rabbin Salomon Yarbhi, qui dit qu'on l'a rejeté, ou plutôt qu'on ne l'a pas admis dans le canon des Ecritures, parce qu'il reconnoît la pluralité des personnes en Dieu. C'est en effet ce que l'on peut remarquer dans l'Ecclesiastique, chap. 1, 9, chap. 24, 5 et 51, 14. D'autres soutiennent que c'est un autre Ben-Sira, qui est condamné dans le Thalmud, parce qu'il contient, disent-ils, quelques préceptes de magie; mais ces prétendus préceptes de magie ne sont que de vains prétextes. La vraie raison sont les passages que nous employons contre les Juifs pour établir la croyance de la très-sainte Trinité. (Bible de Venée.)

siastici. Sanè Lucius pontifex et martyr, sub annum Domini 257, Epist. suâ decretali citat magnam partem c. 10 et 11, planè ad verbum ex Latinâ versione Vulgatâ.

Adde quartò, S. Hieronymum aliter vertere nonnulla quàm habeat Vulgata versio, ut illud Eccli. 24, 14: *Ab initio, et ante secula creata sum*; ipse scribens in Psal. 73, sic vertit: *Condidit me in initio viarum suarum, ante secula fundavit me*. Sic illud Eccli. 11, 29: *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ*; S. Hieron. in c. 65 Isaïæ vertit: *Afflictio horæ oblivionem facit deliciarum*. Sic illud Eccli. 7, 6: *Noli querere fieri judex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates*; S. Hieron. in c. 3 Isaïæ vertit: *Ne quæras fieri judex, ne fortè non possis auferre iniquitates*. Sic illud Eccli. 20, 31: *Xenia et dona excæcant oculos judicium, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum*; S. Hieron. in c. 5 Michææ vertit: *Munera excæcant oculos etiam sapientium, et quasi frenum in ore avertunt increpationes*; et illud Eccli. 27, 28: *Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet*; S. Hieron. in c. 3 Sophoniæ vertit: *Qui mittit lapidem in excelsum, super caput suum mittit*; et illud Eccli. 27, 29: *Qui laqueum alii ponit, peribit in illo*; S. Hieron. in c. 10 Eccl. vertit: *Qui statuet laqueum, capietur in illo*. Sic illud Eccli. 28, 29: *Verbis tuis facito stateram et frenos*; S. Hieron. in c. 45 Ezech. vertit: *Sermonibus tuis facies stateram et appendiculum*.

Quintò, idem liquet ex stylo: phrasis enim Latina Ecclesiastici est durior, et discrepans à versione et phrasi aliorum librorum canonicorum, cujus auctor est S. Hieronymus, uti patebit ex canonibus, quos subnectam, ubi proferam verba prisca quæ usurpavit prisceus interpres Ecclesiastici, quasi suo ævo Latina, quæ ævo S. Hieronymi et nostro sunt obsoleta.

Tradunt Syri nonnulli, versionem Syriacam librorum veteris Testamenti qui tunc conscripti erant factam esse ex Hebræo, jussu Salomonis, ad instantiam Hiram regis Tyri, sui amici; cæterorum verò posteriorum, ac præsertim novi Testamenti, factam esse à Thaddæo Apostolo, cum is missus fuit ad Abagarum regem Edessæ in Syriâ, licet alii à S. Marco traductam velint. Georgius Michael Amiras, Maronita Ede-niensis, lib. de Chaldaicæ linguæ utilitate, præludio 4, Syram translationem novi Testamenti tradit editam ab Apostolis, vel ab Apostolorum discipulis; veteris verò Testamenti, inquit, translatio in linguam Syriacam, tempore S. Thadæi Apostoli, et Abagari Syrorum regis, facta fuit, ut traditur in Prologo quodam Syriaci Psalterii; additque Syriacam versionem veteris Testamenti summâ in veneratione apud Orientales haberi, et publicè in omnibus eorum Ecclesiis antiquissimis, constitutis in Syriâ, Mesopotamiâ, Chaldaëa, Egypto, et denique in universis Orientis partibus dispersis ac disseminatis, lectam hactenus, et legi assiduè.

Verùm alii censent modernam Syriacam versionem ævo S. Marci et S. Thadæi posteriorem esse; idque ex dialecto diversâ, et idiotismis propriis, quos habet

Syriaca moderna diversus à Syriacâ quæ fuit tempore Christi, exstatque in nonnulis propriis novi Testamenti : quod verum esse ostendi Præfat. in Epistola ad Heb. Accedit quod Epiphanius Syrus, qui Syriacè scripsit, aliter citet sententias quàm modo habeantur in versione Syriacâ, ut tract. de Timore Dei, initio tom. 5, ita legit Eccli. c. 5. *Fili, in mansuetate opera tua perface, et ab hominè acceptabili diligeris.* Pro quo moderna Syriaca sic legit : *Fili mi, in divitiis tuis cum humilitate ambula, et præ largiente dona diligant te.* Et mox S. Ephraëm legit : *Quanto major es, tanto magis te humilia; et coram Deo invenies gratiam, quoniam magna est potentia Domini, et ab humilibus honoratur.* Pro quo moderna Syriaca legit : *In omni, quod magnum est in mundo, humilia te ipsam; et coram Domino invenies misericordiam, quia multe sunt misericordiæ Dei, et humilibus arcana revelantur.* Et paulò post, pro eo quod Eccli. 3, 50, nostra versio habet : *Synagogæ superbiorum non erit sanitas; frutex enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligetur;* S. Ephraëm legit : *Obductioni superbiæ non est sanitio; frutex enim peccati radicavit in illâ.* Syrus verò modernus sic habet : *Plaga illusoris non habet medelam, quia à plantâ pravâ planta ejus.* Plura talia ibidem et alibi habet S. Ephraëm diversa à modernâ Syriacâ, quæ planè arguunt, ipsum aliâ antiquiore versione Syriacâ esse usum. Nam S. Ephraëm non scripsisse linguâ peregrinâ, et, ut nonnulli volunt, sibi incognitâ, puta Græcâ, sed Syriacâ, utpote patriâ, disertè docet S. Hieron. lib. de Scriptor. Eccles. in Ephraëm, Cardin. Baronius, et S. Ephraëmi interpretes Gerardus Vossius initio tom. 2. Hinc et in monte Libano Syriacè exstant Commentarii manuscripti S. Ephraëm (atque similes magni illius S. Jacobi Nisibis Episcopi, qui interfuit concilio Nicæno) in universam S. Scripturam uti Romæ à Maronitis accepti : quæ utinam quispiam in Latinum converteret et ederet. At hoc tamen quis respondere posset interpretem, qui S. Ephraëm ex Syro in Græcum transtulit, pro Syriacâ versione S. Scrip. S. Ephraëm substituisse versionem Græcam, utpote Græcis, quibus scribebat, cognitam; sicut Evangelistæ recensentes S. Scripturæ sententias citatas à Christo Hebraicè, utpote apud Hebræos, recitant eas juxta versionem Græcam Septuaginta utpote gentibus, quibus scribebant, notiozem. Sed nec per hæc omnia satisfacit. Nam S. Ephraëm citans Ecclesiasticum, aliasque Scripturas, nunc consentit cum Græco, nunc cum Latinâ Vulgatâ, nunc ab utrâque dissentit, ut patet intuenti, et id ipsum annotavit interpretes S. Ephraëm Gerardus Vossius annot. ad centum capita, sive Apophthegmata S. Ephraëm.

Denique Vulgata Latina versio Græcis omnibus, Syris et Arabicis planè est anteferenda : tum quia eam præ omnibus suo calculo probavit concilium Trident. sess. 4 : tum quia est antiquissima, uti jam ostendi; tum quia magis pura et incorrupta est, et immediatè ex Hebræo (uti et cæteræ Scripturæ) in Latinum traducta, ut videtur; idque ex eo colligitur quòd in multis discrepet à Græco : multa enim addit, multa demit,

multa variat : ac imprimis per rationem continet Jesu minoris, qui avi librum in Græcum transtulit, quæ sane ex Græco Comput. alisque partibus exiit; et in Latinis codicibus reperitur, tum quia Latina in tantâ exemplarium copia ubique est eadem, siloq; constans; Græca autem exemplaria mire variant, inter quæ correctissima sunt, editio Complutensis, utpote operâ cardinalis Nimenii, magno multorum eruditiorum virorum labore et industriâ elaborata, ac edito Romæ, utpote ingenti curâ ac studio à Cardinali Carallâ emendata; quas proinde præ aliis sequar. Nec miretis hanc resonantiam Latini textus à Græco; similis enim est Esther c. 40 et seq., ubi locutio ille atexte in Latino, nec in Græco, nec in Hebræo reperitur. Et Danielis totum caput 45 et 44 in Hebræo non reperitur, sed ex Theodotione se transcripsisse fateatur S. Hieron. Quin et versio Græca septuaginta Interpretum in multis dissidet à Latinâ Vulgatâ, uti omnes nôrunt. Similis dissonantia est in canonibus Apostolorum, alii enim quinquaginta duntaxat numerant, alii quatuor et octoginta; et in canonibus concilii Niceni, quos alii viginti, alii longè plures recensent. Nam S. Hier., S. Ambros, concil. Carthag. et alii nonnullos citant, qui inter viginti vulgatos non continentur, uti ostendit Baronius anno Christi 525, et Bellarm. lib. de Rom. Pont. t. c. 25, quin et unum eundemque canonem varii recitant variè, ut patet in canone, quo comparatur patriarcha Alexandrinus cum pontifice Romano, de quo catholicis litem movent hæretici.

Porrò tanta Græcorum exemplarium varietas videtur partim manasse ex varietate et oscitantia scriptorum, ea per tot secula variè et corruptè describentium; partim quòd prisci permulti censuerint Ecclesiasticum esse quidem librum pium, sed non canonicum, ideòque liberius nonnulla ejus verba vel omiserint, vel mutârint, vel in compendium redegerint, vel paraphrasticè explicârint, uti subindè explicat S. Ephraëm; sicut facere solent ii qui scripta aliorum transcribunt animi causâ; ideòque liberius nonnulla ejus verba omittunt, et immutant, imò ad libitum iis utuntur ad sua sensa significanda.

Commentatores in Ecclesiasticum pauci exstant. Primus fuit Rabanus Maurus, episcopus Moguntinus, sub Ludovico Pio imperante, anno Domini 855. Hic more suo moralis est magis quàm literalis, scripsitque in totam S. Script. unde ex ejus scriptis Glossam ordinariam contexit Strabus Fuldensis monachus, Rabani discipulus, sub annum Domini 840; ita Bellarm. de Scrip. Eccles. in Rabano et Strabo. Exstant quoque, qui in totam reliquam S. Script. commentati sunt, Lyran. Hugo, Dionysius. Insuper in Ecclesiasticum scripsere Nicolaus Gorram, Alexander ab Alexandriâ, Robertus Holcot, Robertus Carmelita, Paulus de Palatio, Robertus Jorius, Robertus Bosanus, ac Cornelius Jansenius. Ederus tabulis suis partitiones et argumenta Ecclesiastici more suo representat, tabulâ 152, 155, 154. Ex hæreticis scripsere Joachimus Camerarius, I. Drusus, David Hæschelius, Ex his aliis-

que collegi ea quæ olim Lovanii Ecclesiasticum prælegens, breviter annotavi : nunc verò jussus eadem typis vulgare, locupletabo, sequarque Ecclesiasticum de se dicentem c. 55, 18 : *Respicite, quoniam non mihi soli laboravi; sed omnibus exquirentibus disciplinam*, quin et sapientem, qui de suâ sapientiâ ait c. 7, 15 : *Quam sine fictione didici, et sine invidiâ communico, et honestatem illius non abscondo. Et ponam in lucem scientiam illius*. Quocirca suis quibusque locis interseram aliorum versiones, præsertim Syriacam et Arabicam, uti feci in Prophetis. Romæ Arabicam accepi ab illustrissimo et reverendissimo domino Sergio Risio Maronitâ, archiepiscopo Damasceno; Syriacam, partim ab eodem, partim à pererudito viro, R. P. Hilarione Rancato, ordinis Cisterciensis, sancti officii theologo, abbate S. Crucis in Jerusalem. Illis eas acceptas ferat, gratesque referat gratus, qui eis gratis fruitur, lector. Arabicam parcius citabo, tum quia sæpè cum Syrà vel Græcâ consentit, tum quia minùs accurata et sincera est, ideòque minoris auctoritatis.

Addidi et versionem Tigurinam, à censoribus Romanis et Hispanis castigatam, eò quòd multis locis multùm afferat lucis. In quâ tamen duo, uti aliàs monui, advertas velim. Prius, auctores ejus fuisse Tigrinos in fide heterodoxos, nimirùm Leonem Juda ex Judæo Zuinglianum, et Theodorum Bibliandrum. Notationes verò marginales attribui Vatablo, quia videlicet è scriptis Vatabli concinnatæ, sed ab hæreticis ad sua sensa detortæ et depravatæ fuere : quâ de causâ Vatablus Robertum Stephanum, qui ea nomine Vatabli typis vulgârat, acriter reprehendit; quin et apud judices reum falsi peragere cogitârat, ni Robertus, id præsentiens, fugâ sibi consulisset, uti refert Genebrardus in Epistolâ ad Origenem præfatoriâ. Manifestiores quidem depravationes, quibus hæresi favet, à censoribus castigatæ et abolitæ sunt; obscuriores verò et occultiores planè aboleri nequivere. Quare hæc versio cautè legenda est, nec nisi à lectore contra hæresim præmunito. Posterius, quòd versio hæc liberior sit, nec verbum verbo, sed sensum sententiæ, quem auctor sibi in mente statuit, reddat; ita ut sæpè textus autographi non tam versio quàm commentarius et explicatio, qualem edidit Glossa, Lyranus et alii, esse videatur; auctorque non tam interpretem quàm commentatorem agat, uti in decursu hujus operis ad oculos intuenti patebit. Quocirca Genebrardus Epist. jam citatâ eam graviter incusat, quòd velut de industriâ à literâ et sensu discedat : « Ut mihi videar, ait, non sacras litteras legere, sed farragine è verbo Dei, et humanis cogitationibus consarcinatas, quæ non tam ad veritatem, quàm vertentis opinionem pertinent. » Vide nostrum Gretserum, Admonitione de Bibliis Tigurinis. Porrò Tigurina in Ecclesiastico, etsi de more Græcæ moderna sequatur, tamen ubi illa præ Latina Vulgatâ, uti sæpè fit, concisiora sunt, ex Vulgatâ suis verbis supplet ea quæ in Græcis nunc desunt. Fidelior et tutior, ac Vulgatæ vicinior est versio Sanctus Pagnini, utpote Hebræo-Christiani, imò religiosi ordinis S. Dominici; qui fideliter verbum

verbo reddit; sed hæc illud incommodi habet, quòd rabbinizet, ac in significatis vocum Hebræarum assignandis recentiores Judæorum Rabbinos, non tantùm infideles et infidos, sed et amicos ac imperitos sequatur, potiùs quàm veteres peritissimos septuaginta S. Hieron. et cæteros, ut ait ibidem Genebrardus. Verùm in Ecclesiastico desideratur versio propria Pagnini; ipse enim in eo Vulgatam pro suâ substituit. Vulgò Tigurina versio Vatabli nomine citatur, quia ex Vatabli scriptis excerpta; unde, quod in eâ boni est, Vatablo et orthodoxis; quod mali, hæreticis depravatoribus adscribitur: Vatablus enim fuit vir catholicus et eruditus clarusque.

Prodierunt nuper apologi morales S. Cyrilli, in libros quatuor partiti, et in quatuor virtutes cardinales distributi, elegantes sanè, festivi, eruditi, eloquentes, et ad mores sapienter formandos appositi ac peritiles, ideòque diu à me quæsiti. Reperti sunt in Bibliothecâ Budensî, quam instituit Matthias Corvinus rex Hungariæ famosissimus, in antiquo codice manuscripto, hoc titulo : *Apologi morales S. Cyrilli*. Edidit eos noster P. Balthasar Corderius, Viennæ Austriæ S. Script. professor, et S. theolog. doctor; eosdem sæpiùs citat Dionysius Carthus. commentans in Proverbia, ac *Proverbia Cyrilli* indigitat. Sanè redolent acumen, leporem gravitate mixtum, variam eruditionem et pietatem S. Cyrilli Alexandri; stylus tamen magis Latinam quàm Græcæ elegantiam phrasimque redolet, præsertim in acutis argutisque antithetis et homioptotis, quibus crebrò rem probat, et adversarium stringit conficitque. Unde Cyrillus hic Latinus potiùs fuisse videtur quàm Græcus, ac S. Cyrillo Alexandr. ætate posterior, utpote crebrò citans Aristotelem et Hippocratem, cum S. Cyrillus, cæterique Patres Platonici magis fuerint quàm Aristotelici. Ad hæc auctor sæpiùs Siciliam celebrat; unde nonnulli Siculum fuisse suspicantur. In hisce partim apologis, partim proverbiiis, partim similitudinibus, Cyrillus plures Ecclesiastici gnomas doctè, piè et eleganter explicat, imò singulas per apologos festivè illustrat, et, ut ita dicam, exhilarat. Quare in lectorum gratiam suo loco singulos intexam, præsertim quia hactenùs omnibus penè incognitus, invisus et inauditus hic ejus liber, in antro quasi delituit, ac anno demùm Domini 1650 lucem aspexit. Citabo Cyrillum ad verbum, resectis nonnullis; quæ minùs decora vel minùs apposita videbantur. Illi persimilis nuper Romæ prodit liber nomine S. Cyrilli Alexandr. de plantarum ac animalium Proprietate, editus à nostro P. Hieron. Brunello. Certè quisquis tam hujus quàm illius sit auctor, cum præcis authenticisque scriptoribus conferri potest, sive orationis elegantiam et leporem, sive rerum varietatem et gravitatem, sive sententiarum acumen, sive dogmatum sensatam sapientiam, sive morum institutionem spectes. Singulos enim apologos variis gravibusque S. Scripturæ sententiis, proverbiiis, ethicis similitudinibus, scitisque gnomis, ac quæ ac rationibus physicis ac acutis et argutis, instar apis mella constipantis

glomeratim densat et confirmat; ideoque longe superat apologos Phædri, Æsopi, Alcibi et cæterorum omnium.

Porro apologis, ob leporem et acumen morale, blandè et jucundè in aures animosque influens, non rarò uti S. Scripturam, ac nominatim nostrum Socradem, ostendam c. 15, v. 5, ad illa: *Quid communicabit cacabus ad ollam; quando enim se colliserint, confringetur.* Et v. 21 ad illa: *Si communicabit lupus cum agno, etc.* Causam dat Cyrillus in apologorum suorum proœmio, quòd ex rebus naturalibus et animalibus, quasi ex vivis imaginibus, peterè liceat ideam humane vitæ virtutibus omnibus adornatæ. Ad hoc enim Deus illas creavit, ut homini essent speculum rectè vivendi. Totus enim mundus hic visibilis, homini quasi quedam schola sapientiæ est, in quà divinis prudentiæ rationibus plena sunt omnia; ex iis ergo per festivos rerum apologos documenta vitæ S. Scriptura colligit, ut lector ea intelligat clariùs, addiscat faciliùs, gustet suaviùs, reminiscatur tenaciùs. Idem faciunt S. Basil. et S. Ambr. in Hexamer., S. Epiphanius in Physiologo, ac Theodor. de Providentiâ. Notus est apologus olivæ, ficus, vitis et rhamnii, Judic. 9, 8, cardui et cedri, 4 Reg. 14, 9; lupi et agni, pardi et hædi, leonis et ovis, vituli et ursi, Isaïæ 11, 6; lænæ et leunculorum, Ezech. 19; Oollæ et Oolibæ mulierum, Ezech. 25; aquilarum duarum ingentium, Ezech. 17; Luciferi, Isaïæ 14, 12; Cherubinatorum, Ezech. 1; amphoræ, in quà sedet impietas, Zachar. 5; et plures alii hisee per-similes.

Jam verò apologationem esse antiquissimam, atque olim ethicam doceri solitam per fabulas et apologos ad mores appositos, liquet ex Baruch c. 3, 23, ubi priscos *fabulatores*, id est, fabularum concinnatores, vocat *exquisite prudentiæ*. Unde apologis usi sunt Orphæus, Pythagoras, Menander, Apuleius, Homerus, Hesiodus (quem Quintil. lib. 5, c. 11, ubi apologis gratiam inesse docet, primum facit apologorum auctorem), Plato lib. 2 de Republ., Demosthenes, Macrobius lib. 1 de Somn. Scipionis post initium, Horatius, Gellius, Cicero, lib. 3 Offic. de Gygis anulo. Hinc Aristot. lib. 2 Rhetor. apologos ponit inter rhetoricas demonstrationes. Aphthonius initio Progy-m.: *Apologi, ait, delectant vehementiùs, et persuadent efficacius.* Delectant, quia morum facetâ quâdam imitatione, simplicium capiunt animos. Fidem faciunt, quia verum quasi ante oculos ponunt. Ideòque magnam vim habent ad permovendum et persuadendum. Apollonius Tyaneus, apud Philostrat. lib. 5: Ego, inquit, Æsopi fabulas ad sapientiam accommodatio-res, quàm cæterorum esse censeo; quas à Mercurio docet acceptas, Æsopumque in numero sapientium habitum; unde illud Aristophanis in Avibus vetus adagium, quod citat Suidas: *Ne Æsopum quidem trivisti*, dici solitum de homine planè rudi et imperito, quòd qui Æsopi apologos nesciret, nil scire videretur. Præclare Plutarch. in Moral.: *Sicut iris, inquit, nil est, nisi relucencia solis refracti in nubibus; ita fabula*

quædam est veri representatio. Rursus Aristot. lib. 2 Rhetor. c. 21: *Apologi, ait, ad populum maximè accommodati sunt, habentque hæc præstantiam (præ exemplis) quod, cum difficile sit res potestatis similes admittere, apologos faspere est facturum.*

Neque verò prisce duntaxat gentium philosophi, poete, oratores, principes, apologos usi sunt; sed et Ecclesiæ doctores, primique Patres Græci ac Latini, non tam philosophos, quàm ipsam sacram Scripturam, ac præsertim Salomonem, Socradem ac Hebræos imitantes et assectantes.

E Græcis præter S. Basilium, S. Epiphanium ac Theodoretum, quos paulò ante citavi, S. Gregorius Nazianz. crebrò apologos usurpat, ut patet ex Epist. 1 ad Celeusium, ubi perelegantem cyenorum et larundinum apologum suo silentio adaptat; ex apologo concillii græum et anserum, quem recitat in carmine de diversis vitæ generibus; ex apologo pavonis caudæ syrma pompose explicantis; item Pandora et Promethæi; quos recenset tract. adversus mulieres ambitiosius se ornantes. Synesius, serm. 1 de Providentiâ, asserit pueros et rudes docendos esse per fabulas et apologos. S. Irenæus in symbolicis Valentini Eonibus recensendis multus est, sed et ipse suis utitur apologis, ut lib. 1, c. 1, apologo gemmarii, imaginem regis gemmeam in similitudinem canis et vulpeculæ deformantis; ibidem c. 10 ex Homero citat fabulam de orci sive inferni *galeâ*, quæ eâ tectos faciebat invisibiles; et c. 34 fabulam hydræ Lerneæ, sive feræ multorum capitum, Valentini scholæ attribuit. Idem lib. 2, c. 12, Valentini *similes*, inquit, *sunt cani Æsopi, qui panem qui tem reliquit, in umbram autem ejus impetum fecit, et perdidit escam.* Et c. 19 citat apologum Pandora, quam Hesiodus fingit et pingit omnibus dotibus à diis adornatam. Clemens Alexandr., ut gentes suis ipsorum armis et gnomis confutet, symbola et apologos ex Orpheo, Lino, Homero, Platone, Pythagorâ agglomerat. S. Cyrillus, cujus nomine liber Apologorum jam citatus inscribitur, symbolis et apologis gaudet. Unde lib. 9 contra Julian., Egyptiorum hieroglyphica et Pythagoræ symbola recenset et ethicè explicat. Idem commentans in Leviticum (quanquàm multi veriùs hunc commentarium tribuant Origeni), omnes Levitici figuras et symbola fusè pertractat. Ipsum quoque facit lib. de Adorat. in spiritu et veritate. Magis hoc ipsum liquet ex Catalogo parabolarum et similitudinum, qui operum ejus indici subjicitur.

E Latinis Tertull. parœmiis et apologis abundat; unde lib. contra Valentinum, c. 12, citat Æsopi graculum, qui alienis plumis se ornans, iis spoliatus erubuit fuitque ludibrium; et c. 5, citat *lamie turres*, et lib. de Animâ, c. 6: *Thales*, inquit, *in puteum*, scilicet cadens, dum cælum intuetur, irrisus fuit à temnâ. Item lib. 4 contra Marcion. c. 25: *De Æsopi*, inquit, *puteo asinus*, scilicet modò apparuisti; q. d.: Obscurus, et ex angulo prodehens subito te velut eximium lætas; et lib. de Pudicitia c. 8: *Nihil ad Anaxromacham*, quæ tragica erat fabula; et plura alia que

collegit Pamelius et Tertulliano præfixit. S. Augustinus, lib. contra Mendacium, ostendit apologos, qui per res fictas significant veras, non esse mendacia, sed veracitatem: *Sicut in speculo falsus homo (qui in speculo apparet) est vera hominis imago*, ut idem ait lib. 2 Soliloquiorum. Apologis pariter utitur S. Amb. lib. 3 Officiorum, et S. Isidorus lib. 1 Ety-mologiarum.

S. Hieron. in c. 18 Matthæi assignat causam cur Christus assidue per parabolas, quibus similes sunt apologi, concionaretur ad turbas: «Familiare, ait, est Syris, et maxime Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolas jungere, ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur.» Idem in c. 8 Ezech. sub finem, apologum Adonidis fusè recitat et ethicè explicat. Idem ad Algasiam quæst. 6: *Interpretemur, ait, parabolam, hoc est, similitudinem, quæ ab eo vocatur, quod alteri παραβάλλεται, hoc est, assimilatur, et quasi umbra prævium veritatis est.*

Ex Indis quoque S. Barlaam apud Damascen. in Historiâ Josaphat, regis Indorum, cui nomen Abenner, filium, mysteria fidei, ac præsertim mundi vitæque hujus vanitatem, et futuræ veritatem, docet per apologos rhinocerotis hominem insequentis, ac duorum murium arborem, cui homo adhæserat, rodentium, ut in barathrum draconibus refertum corruat. Rursùm per apologum lusciniæ hominem deludentis, ac amicorum amicum in mortis agone deserventium.

Ex Hebræis, præter Ezechielem, Isaiam, Zachariam et alios initio citatos, Salomon mortalium sapientissimus, per apologum duarum mulierum, unius stultæ, alterius sapientis, ipsam sapientiam et insipientiam repræsentat. Proverb. cap. 9, quem secutus noster Siracides toto cap. 24, apologum sapientiæ perorantis, seseque cedro, olivæ, palmæ, viti et fluminibus paradisi adæquantis, in scenam producit. Similes à Salomone apologi sanguisugæ, aquilæ, colubri, formicæ, lepusculi, locustæ, stellionis, leonis, galli, arietis et regis, proponuntur Proverb. 31, 15 et seq. Jam Canticum Canticorum continuus est sponsi et sponsæ apologus. Demùm Salomonis antitypus, imò verus Salomon, Christus Dominus non nisiper parabolas et apologos in Evangelio concionatur ad populum. Testis est S. Matth. c. 13, 34: *Hæc omnia, ait, locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi*, Psal. 77, 2. Christum Dominum secutus S. Joannes in Apocalypsi redundat symbolis et apologis, adeoque c. 4 per Agnum Christum, per quatuor animalia voce humanâ Deum laudantia, puta per leonem, vitulum, aquilam et hominem, quatuor Evangelistas Christi gloriam celebrantes graphicè depingit.

Ratio à priori est, quòd exempla et apologi ob historiæ novitatem, raritatem, facilitatem ac jucunditatem maxime accommodata sint hominum ingenis,

eorumque curiositati et sciendi cupiditati cum lepore satisfaciunt: quare illicò in aures mentesque subeunt, ac eas delectando docent, et simul ad sui imitationem movent longè suavius et efficacius quàm præcepta. Audi Aristot. 18 Problem. num. 3: «Cur, ait, homines in perorando exemplis et fabulis potius gaudent, quàm commentis? An gaudent, quia et discunt, et celeriter discunt? atqui per exempla et fabulas facilius discitur; sunt enim quæ explorata habeantur, et particularia sint. Ratio autem commentandi demonstratio ex universalibus est, quæ minùs quàm partes novimus. Ad hæc iis credere magis solemus, quæ plurimum testimoniis confirmantur. «Exempla autem et fabellæ testimoniorum speciem gerunt: fides autem perfacilis est, quam testimonium fecerit. Additur quòd verisimile quisque libentius discit. Exemplum autem, et fabellæ rem nonnisi similem docent.» Huic consona sapientum omnium vox est: *Melius docere et persuadere exempla quàm præcepta: nimirum,*

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Sicut ergo saccharum catapotis sive pilulis circumlitum, eorum amaritatem obtegit et edulcorat; sic asperum et odiosum legis vel jubentis imperium, exemplum, viam præeundo, et quasi complanando, dulce facit et amabile; quod enim mandans durè et imperiosè præcipit: *Ite, servi, et facite; hoc exemplum blandè alliciendo reipsà dicit: Eamus, socii, et faciamus. Denique exemplis et apologis parèe velut sale, ad condiendam orationem utendum; hi enim sunt sales orationis: quare si quis iis sobriè, ac congruo tempore, loco et modo utatur, gratiam suis dictis conciliabit, ac perficiet illud Apostoli: Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus, Colos. 4, 6. Idque hoc fine et fructu, ut det gratiam audientibus, Ephes. 4, 29.*

CAPUT IV.

Argumentum.

Jesus Sirach hoc libro omnem moralem philosophiam per breves sententias, quasi gnomas et axiomata tradit et complectitur, æquè ac Salomon in Proverbiis; sed iis longè uberius est Ecclesiasticus: unde et 51 capita continet. Tradit enim virtutes non tantùm ethicas, quæ personam cujusque concernunt et perficiunt, sed et œconomicas, quæ ad familiam, et politicas, quæ ad rempublicam gubernandam, vel utiles sunt, vel necessariae: quas sigillatim recensens S. Athanas. in Synopsi, plures implet paginas. Hinc à Græcis vocatur πανάρετος, q. d.: Omnivirtuosus, omni virtutis genere refertus, quia de omni virtute præcepta continet. Ita Rabanus. Unde Damasc. lib. 4 de Fide, c. 18, ait, Sapientiam Jesu Sirach omni virtutum genere ac doctrinâ refertam. Audi S. Hier. præfat. in libros Salomonis: «Fertur et panaretos «Jesu, filii Sirach, liber, et alius pseudopigraphus, «qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed Parabolas, prænotatum, cui juncti

erant Ecclesiastes et Canticum Canticorum, ut similitudinem librorum Salomonis, non solum libro-
rum numero, sed etiam materiarum genere conpararet. Alioquin sapientia Salomonis *κατασκευασμένη* id est, omni virtute repleta, proprie sunt ejus Proverbia. Sicque appellatur ab Irenæo, Hegesippo, et anti-
què Euseb. lib. 4 Hist. c. 22. Et inferius: *Hæc duo volumina legit Ecclesia ad edificati-onem plebis.* Quo-
circa et a Latinis inscribitur Ecclesiasticus, tum ad imitationem simul et distinctionem libri Salomonis, qui Ecclesiastes dicitur, id est, concionator vel con-
vocator et collector; ut enim ab eo distinguatur, Ec-
clesiasticus vocatur, non Ecclesiastes, esto etymon
et significatum sit idem, vel pene idem; tum quia in
Ecclesiâ legi solebat et solet, ut plebem per omnia,
quæ officii et virtutis sunt, erudiat. Audi Raban.
lib. 5 de Universo, c. 5: (Dicitur est, ait, Ecclesia-
sticus, pro eo quod in medio cœtu populi, id est, cor-
am Ecclesiâ, fuerit habitus. — Et Hugo Cardin. hic:
« Hic liber ait, apud Græcos *παρακρητα*, apud Hebræos
« *Parabole*, apud Latinos *Ecclesiasticus* appellatur, eo
« quod Ecclesiæ sit uti is, sicut et *Ecclesiastes*. » Per
hos enim duos libros maximè instruitur Ecclesia.
Unde Ecclesiasticus dicitur, quasi ad Ecclesiam, id
est, totum cœtum fidelium, singulosque fideles per-
tinens, eorumque mores ad normam divinæ legis et
virtutis informans et efformans. Hinc Ecclesiasticus
uberius virtutes singulas pertractat, et de singulis
quasi integras exhibet conciones: quâ in re differt à
Proverbiis Salomonis, quæ à cap. 40 ad finem libri
sententias continent planè concisas et disparatas, ita
ut una cum alterâ non cohæreat, sed singulæ novum
contineant argumentum. Utilior ergo est Ecclesiasti-
cus Proverbiis, ac uberiori meditando, sanetè vi-
vendi, dicendi et concionandi materiam suppeditat.

Quocirca S. Apostoli in canone ult. Apost. dicunt
et edicunt: *Ut adolescentes addiscant etiam sapientiam
eruditi Sirach.* Sic et Clemens, Alexander, Calixtus,
Fabianus, aliique jam citati S. pontifices, citant et
commendant dogmata Ecclesiastici. Pontianus sæpè
Epist. 1 citat Ecclesiasticum, et Epist. 2 totum caput
Ecclesiastici 28, et magnam partem cap. 5 et 6 in eam
epistolam coniecit. Fabianus, cùm sæpius citasset Ec-
clesiasticum in Epist. 1 et 2, in epistolam suam ter-
tiam multa transtulit ex ejus, cap. 27. Lucius mutua-
tus est ex Ecclesiastico bonam partem c. 10 et 11.
Mutuatus est et Stephanus totum cap. 15 Ecclesiastici
in suâ epist. 1, ut etiam Eutycheianus grandem par-
tem cap. 5 et 6. Adducunt demùm testimonia ex Ec-
clesiastico Dionysius, cap. 7 Eccles. Hierarch., et
cap. 8 de divinis Nom.; Ignatius, Epist. ad Heronem;
Hieron., Epist. ad Minerium; et Alexand., Epist. ad
Rusticum, ad Salvinam, ad Celantiam.

Tres libri sunt partes. Prima, cap. 1, continet en-
comium sapientie, sive sacræ ethices. Deinde à cap. 2
usque ad 24 subjungit Siracides ejus præcepta et do-
gmata de quibuslibet virtutibus. Secunda, c. 24, Si-
racides ipsam sapientiam se suaque prædicantem in-
ducit, ac deinde ethica ejus documenta persequitur

usque ad cap. 42, v. 15. Tertia, à c. 42, v. 15, usque
ad finem, continet horum virtutum et documentorum
exempla. Unde, præmissa encomio Dei, Deo se ope-
rum, horum concitudo elogis patriarcharum, propa-
tarum, et principum illarum veteris Testamenti.
Porro inchoat sua præcepta juxta seriem Decalogi.
Incipit enim à timore et casta Dei: inde cap. 5 pro-
greditur ad honorem parentibus debitum, ac dein-
ceps officia cæteris vel ex charitate, vel ex justitiâ
præstanda persequitur.

Accipe brevem singulorum ex ordine capitum sy-
nopsin, ut sententias de qualibet virtute statim repe-
rias.

Synopsis capitum omnium Ecclesiastici.

Cap. I. Agit de sapientie origine.

Cap. II. De timore, et amore Dei; vers. 41, de tenta-
tione, ejusque remediis, scilicet animi prepara-
tione, humilitate, patientiâ, resignatione, spe, et
amore Dei.

Cap. III. De honore parentum, v. 4; de humilitate, et
mansuetudine, v. 19.

Cap. IV. De eleemosynâ, v. 4 et seq.; de sapientiâ
sanctorum, v. 12; de pudore malo, v. 24.

Cap. V. De detestatione peccati, et penitentiâ, v. 4
et seq.; de constantiâ et sinceritate, v. 10.

Cap. VI. De amicitâ verâ, v. 4; de sapientiâ arduâ,
v. 18.

Cap. VII. De pietate, et officiis debitis Deo, sacerdo-
tibus, parentibus, filiis, amicis, potentibus, infir-
mis, afflictis, mortuis, quin et pecoribus.

Cap. VIII. De tranquillitate et concordia.

Cap. IX. De castitate, et vitando mulierum consortio,
v. 4 et seq.; de vitandis amicis novis, potentibus,
injustis, loquacibus, et temerariis, v. 14.

Cap. X. De prudentiâ principum et magistratum,
v. 4 et seq.; de superbiâ, v. 18; de regentium
virtutibus et vitiis, v. 25.

Cap. XI. De modestiâ, v. 4; opes parari cultu Dei,
v. 10.

Cap. XII. Beneficium præstandum esse justo, non
impio, v. 4; de cavendis inimicis, v. 8.

Cap. XIII. De cavendâ familiaritate potentium; amici-
tiam esse inter pares et similes.

Cap. XIV. De liberalitate et avaritiâ, ac vanitate stultâ
avarorum, v. 4 et seq.; beatum esse sapientem,
v. 22.

Cap. XV. Sapientie fructus, et qui eorum expertes.

Cap. XVI. Non esse letandum in filiis impiis, v. 4, de
Dei vindictâ in impios, v. 7; de Dei sapientiâ in
creatione et dispositione universi, v. 24.

Cap. XVII. De hominis creatione, et perfectione præ-
sertim sapientie, v. 4; de penitentiâ, et conver-
sione ad Deum, v. 20.

Cap. XVIII. Laus magnalium, puta potentie et mi-
sericordie Dei, v. 4; de memoriâ divini judicii,
v. 24.

Cap. XIX. De vino, meretricibus, ac moderandâ
lingue.

- Cap. XX. De linguæ virtutibus et vitiis, deque fatuis et imprudentibus.
- Cap. XXI. De vitando peccato, v. 1; de stulti moribus et immodestiâ, v. 14.
- Cap. XXII. Stultos esse insupportabiles et incorrigibiles, v. 1; de vitiis quæ violant amicitiam, v. 25.
- Cap. XXIII. Orat pro sapientiâ practicâ, v. 1; de juramento, aliisque linguæ vitiis, v. 7; de fornicatione, v. 24.
- Cap. XXIV. Sapientiæ encomium ab origine, officiis, domo, pulchritudine, fructibus.
- Cap. XXV. Tria, quæ placent sapientiæ; tria, quæ displicent, v. 4; decem beatitudines, v. 9; de nequitia mulierem, v. 17.
- Cap. XXVI. De muliere bonâ et malâ, puta sensatâ et insensatâ.
- Cap. XXVII. De falsitate, fraude, aliisque linguæ vitiis, v. 1; de revelatione secreti, v. 17; de dolo et iis qui lapsu gaudent alieno, v. 25.
- Cap. XXVIII. Recenset damna iræ et vindictæ, ac, v. 15, linguæ duplicis, sive bilinguis.
- Cap. XXIX. De mutuo dando, v. 1; de eleemosynâ, v. 11; de fidejussione, v. 19; de miseriâ peregrinorum et hospitem, v. 28.
- Cap. XXX. De filiorum castigatione, v. 1; de bono sanitatis, v. 14; de bono lætitiæ, et malo tristitiæ, v. 21.
- Cap. XXXI. De sollicitudine opum vitandâ, v. 1; de honestate et temperantiâ in mensâ servandâ, v. 12.
- Cap. XXXII. Docet quid in mensâ faciet rector, juvenis, senex, v. 1; de Dei timore, et legis custodiâ, v. 18; de consilio et ratione ubique adhibendis, v. 24.
- Cap. XXXIII. Docet Deum discrevisse bonos à malis, magnos ab abjectis, v. 8; ne quis ante mortem opes aliis cedat, v. 20; de regimine servorum, v. 25.
- Cap. XXXIV. De somniorum vanitate, v. 1; de utilitate tentationis, v. 9; de utilitate spei in Deum, v. 14; de fraudatione mercedis pauperum, v. 21.
- Cap. XXXV. De virtute religionis et oblationum, v. 1; de efficaciâ orationis pauperum et afflictorum, v. 17.
- Cap. XXXVI. Orat pro Judæis jam subditis Ægyptiis, v. 1; de diligendâ bonâ uxore, v. 25.
- Cap. XXXVII. De amicis fictis, v. 1; quale, et cum quibus ineundum consilium, v. 7; de sapientiâ, v. 21; de frænandâ gulâ et concupiscentiâ, v. 30.
- Cap. XXXVIII. De utilitate et usu medicinæ, v. 1; infirmum instituit, v. 9; quid in morte amicorum faciendum, v. 16; de usu agriculturæ, artis fabrilis, figulinæ et similibus, v. 26.
- Cap. XXXIX. Sapientiam acquiri oratione, lectione et studio, v. 1; laus Dei, ejusque potentiæ, beneficiæ et vindictæ, v. 16.
- Cap. XL. De arumnis hujus vitæ ex peccato, v. 1; docet quæ sint magis eligenda, per varias gradationes, v. 17; de fugiendâ inopiâ, v. 29.
- Cap. XLI. Mors, quibus amara, quibus jucunda, v. 1; de filiis probrosis, ac curâ famæ, v. 8.

- Cap. XLII. De quibus non erubescendum, v. 1; de filiâ custodiendâ, v. 10; laus sapientiæ et omni-scientiæ Dei, v. 16.
- Cap. XLIII. Laudat magnificentiam Dei ex pulchritudine cœlorum, stellarum, iridis, nivis, grandinis, gelu, maris et insularum.
- Cap. XLIV. Laudat patriarchas, et viros sapientes in genere, v. 1; laudat Henoch, Abraham, Isaac et Jacob, v. 16 et sequent.
- Cap. XLV. Laus Moysis, Aaronis et Phinees.
- Cap. XLVI. Laus Josue, Caleb, Judicum et Samuelis.
- Cap. XLVII. Laus Nathan, Davidis et Salomonis.
- Cap. XLVIII. Laus Eliæ, Elisei, Ezechiæ et Isaïæ.
- Cap. XLIX. Laus Josiæ, Jeremiæ, Ezechielis, duodecim minorum prophetarum, Zorobabel, Nehemiæ, Joseph, Seth, Sem et Adam.
- Cap. L. Laus Simonis pontificis.
- Cap. LI. Oratio Jesu, filii Sirach, quâ primò Deum laudat, eique pro liberatione ex gravibus malis gratias agit; secundò, v. 18, docet se oratione et studio adeptum sapientiam; tertio, v. 31, ad eam omnes hortatur et invitatur.

Hæc summam, præcipua duntaxat capitum argumenta assignanda, pertrinxit; multa enim alia sparsim hic liber pertractat, quæ suis locis indicabo, adeoque omne cujuslibet virtutis officium particulatim percenset, quæ ipsius propria est dos et laus, quâ cæteros omnes S. Script. libros antecellit, ideoque *πανάρετος* dicitur, *quasi omnis virtutis receptaculum, cujus tanta est claritas, ut ipse sibi sit commentator*, ait Rabanus. Cunctas enim moralis doctrinæ partes absolutissimè tradit: ethicam, œconomicam, politicam. Nam major pars ad ethicam, minor ad œconomicam, non minima ad politicam spectat. Scopos enim et finis Jesu scribendi hujus libri fuit, ut ait Siracides in Prologo, instruere eos, *qui volunt animum intendere, et discere quemadmodum oporteat instituere mores, quæ secundum legem Domini proposuerint vitam agere*. Quare christiani omnes, virtutis et perfectionis avidi, avidè hunc librum volvant, legant et relegant, uti nonnullos præsules fecisse et facere scio, qui proinde hunc librum, quocumque proficiscantur, secum, quasi domesticum viæ et vitæ ducentem, circumferunt, de eo suis dicentes illud, quod S. Cyprian. assiduè lectitans Tertullianum, eum poscens dicebat: *Da magistrum*. Hoc est quod ait Rabanus lib. 5 de Universo cap. 3: «*Ecclesiasticus morum penè omnium disciplinam, et sanctæ religionis conversationem affatim et copiosè descripsit.*»

CAPUT V.

Methodus.

Methodus nostri Siracides est, sapientiæ practicæ et singularum virtutum præcepta tradere per breves gnomas et sententias prudentium et sapientum; ita tamen ut singulis sapè longius insistat, multaque earum, æquè ac vitiorum contrariorum, officia et actus percenseat. Quâ in re miscet similitudines, adagia, ænigmata, parabolas, quibus sua prudentiæ

dogmata, tum ornat, tum explicat, ut hisce quasi salubris condita magis legenti sapiant, magisque in ejus cor, stomachum et mentem descendant, concoquantur, et per amara venas et potentius spurgantur, ut illam virtutibus alant, augeant, roborent, impinguent, perficiant. Hæc de causa Basilus imperator, instituens filium Leonem, cognomento Philosophum, hoc ultimum ei dat præceptum: « Revolve Jesu Sirach documenta, è quibus multum civilis et regie prudentiæ haurire poteris. Exstat in fine tom. 5 Biblioth. SS. Patrum.

Quæ in re Siracides imitatur Salomonem et præcos Hebræos; simili enim modo Salomon suam ethicam brevibus sententiis tradit; ideòque librum *Misle*, id est, Proverbia vel Parabolas inscripsit; quæ ratione et Ecclesiasticus noster a nonnullis inscribitur Proverbia, teste S. Hieron. Præfat. in libros Salomonis. In pravi enim consultissimum est illud poætæ:

*Quidquid præcipies, esto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.*

Quocirca similes Siracidis gnomas aliorum sapientum, Ben-Sira, Hebræorum, Syrorum, Arabum, quin et philosophorum gentilium subinde, sed parcius, nec nisi ubi lucis et nervi aliquid afferunt, citabo, idque varias ob causas. Prima, quia hoc facit ad veritatis dignitatem, utpote quæ ita certa sit, ut non tantum fideles, sed et infideles ei testimonium perhibeant. Quæ de causâ Christus à Moysæ, et à Joanne Baptistâ, fidelibus quidem, sed longè se inferioribus, testimonium accipere dignatus est. Secunda, quòd Commentarius hic ab hæreticis et infidelibus fortè, qui Siracidi non credunt, legetur, ut hi saltem per Hebræos et philosophos convicti, eidem credere discant. Tertia, quia ratio fidei, naturâ gratiæ, philosophia theologiæ subservit et ancillatur. Cujus rei symbolo jussit Deus, filias gentilium à Judæis bello captas, post tonsionem et lustrationem in consortium et thorum Hebræorum fidelium admitti, Deut. 21, 11. Quæ de causâ crebrò S. Hier., S. Cyrill., S. Nazianz., S. Basil., S. August., Tertull., Clemens Alexand., quin et subinde S. Paulus, sententias gentilium citant. Vide de hæc re egregiè disserentem S. Hier. Epist. 84 ad Magnum, et S. Basil. tract. de Utilitate ex gentilium libris capiendis. Quarta, quia Siracides ethicam non tantum supernaturalem, sed et naturalem pertractat, quam pariter pertractavit Socrates, Aristoteles, Seneca, cæterique ethici. Horum ergo gnomæ gnominis Siracidis sunt parallelæ. Adde quòd Siracides hæc omnibus, non solum Judæis, sed et gentibus conscripserit, ut patet ex Prologo, et ex c. 59, 1 et 14. Quinta, quia philosophi suam ethicam et sapientiam hauserunt à Moysæ et Hebræis, uti fusè demonstrat Euseb. lib. 9 Præpar. Evang. c. 4, et lib. 10, c. 2, Clemens Alex. lib. 1 Strom., S. Aug. lib. 18 Civit. 59. Dum ergo philosophos cito, Moysen et Hebræos cito, eorumque gnomas suis assigno fontibus, ac eorum sapientiam primævis suis reddo auctoribus, quo quid æquius et justius fieri potest?

Hæc etiam de causâ sententiæ Siracidis à variis

varie congestæ et dispositæ sunt. Nam sententiæ quæ in Vulgata Latina habentur cap. 54, in Græco Romæ correcto habentur cap. 51, et quæ in Vulgata habentur cap. 56, in Græco Romano habentur c. 55. Sic in sequentibus c. 52, 55, 55, etc., ordo in Vulgata plane est alius ab eo qui est in Græco Romano. Idem accidit in Proverbiis Salomonis, nam quæ in Latinâ Vulgata habentur cap. 50, in Græco Septuag. exstant cap. 24; et ita de cæteris.

Salomonem ergo et Hebræos imitatus est non tantum noster Siracides Hebræus, sed et gentiles poætæ, et philosophi ethici, tam Græci quam Latini, quorum primi et principes fuere Phocylides et Pythagoras, qui eodem tempore floruerunt et docuerunt in Græciâ quo Jeremias in Judæa: sed Phocylides paulo ante Pythagoram claruit; ille enim Olympiade 60, hic 65; adeoque ille hujus fuit magister, teste Eusebio in Chron., Suida, Plutarcho in vitâ Numæ, et Cicerone Tuscul. 4. Hos secuti, imò his coævi fuere Theognis, Simonides, Anacreon tempore Cyri; deinde Hesiodus, postea Socrates paulo ante Alexandrum Magnum; ac demum inter Romanos Cato et Seneca, qui omnes totam ethicam, sive recte vivendi rationem paucis sententiis et carminibus complexi sunt. Hinc Plato in Protagorâ scribit, *antiquorum doctrinam nihil aliud fuisse, quam breviloquum quoddam; idque esse viri absolutè sapientis; paucis, videlicet, multa complexi*. Hæc ratione Hippocrates composuit Aphorismos; Pythagoras quoque Symbola; et Proverbia Salomon: quo enim altior intellectus est in angelis, eò formis paucioribus plura comprehendit et agit. Hierotheus igitur post S. Paulum S. Dionysii doctor, et Apostolis excellentiâ proximus, theologiam summis mirâ profunditate conclusit, scripsitque expiatissimis mentibus atque doctissimis. Dionysius autem, et Hierothei jussu, et Timothei rogatu, universales illas summas Hierothei in notiones singulas derivavit de divinis Nomin. cap. 2, sub fine.

Phocylides sic orditur:

Furtivam vitâ venerem, tædasque viriles.

Mitte dolos, servaque manus à sanguine puras.

Ne malè ditescas, de justis vive paratis.

Principio venerare Deum, cole deinde parentes.

Fac justè cunctis, ne te favor abstrahat ullus.

Ne spernas inopem, aut personæ deditus esto.

Judicio si quid falles, Deus ipse rependet.

Sis castus, rebusque fidem servato gerendis.

Utere mensuris (ornat modus omnia) justis, etc.

Hisce synchroni, tempore Cyri, septem Græciæ sapientes suam ethicam, suaque prudentiæ et vitæ honestæ præcepta paucis complexi sunt sententiis quas hisce versibus expressit Ausonius.

Ethica Biantis Prienæi.

Quanam summa boni? mens, quæ sibi conscia recti.

Pernicies homini quæ maxima? solus homo alter.

Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus.

Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica.

Quæ casta est? de quâ mentiri fama veretur.

*Quod prudentis opus ? cum possit , nolle nocere .
Quid stulti proprium ? non posse , et velle nocere .*

Ethica Pittaci Mitylenæi.

*Loqui ignorabit , qui tacere nesciet .
Bono probari malo , quàm multis malis .
Demens superbis invidet felicibus .
Demens dolorem ridet infelicium .
Pareto legi , quisque legem sanxeris .
Plures amicos re secundâ compara .
Paucos amicos rebus adversis proba .*

Ethica Cleobuli Lindii.

*Quantò plus liceat , tam libeat minùs .
Fortunæ invidiæ est immeritus miser .
Felix criminibus nullus erit diu .
Ignoscas aliis multa : nihil tibi .
Parcit quisque bonis , perdere vult malos .
Majorum meritis gloria non datur .
Turpis sæpè datur fama minoribus .*

Ethica Periandri Corinthii.

*Nunquàm discrepat utile à decoro .
Plus est sollicitus magis beatus .
Mortem optare malum , timere pejus .
Faxis , ut libeat , quod est necesse .
Multis terribilis , caveto multos .
Si fortuna juvat , caveto tolli .
Si fortuna tonat , caveto mergi .*

Ethica Solonis Atheniensis.

*Dico tunc beatam vitam , cùm peracta fata sint .
Par pari jungatur conjux ; quidquid impar , dissidet .
Non erunt honores unquàm fortuiti muneris .
Clàm coarguas propinquum , quem palàm laudaveris .
Pulchrius multò pavari , quàm creari nobilem .
Certa si decreta sors est , quid cavere proderit ?
Sive sint incerta cuncta , quid timere convenit ?*

Ethica Chilonis Lacedæmonii.

*Nolo minor me timeat , despiciatque major .
Vive memor mortis , ut sis memor et salutis ,
Tristia cuncta exuperans , aut animo , aut amico .
Tu benè si quid facias , non meminisse fas est .
Quæ benefacta accipias : perpetuò memento .
Grata senectus homini , quæ parilis juventæ .
Illa juventa est gravior , quæ similis senectæ .*

Ethica Thaletis Milesii.

*Turpe quid ausurus , te sine teste time .
Vita perit : mortis gloria non moritur .
Quod factururus eris , dicere sustuleris .
Crux est , si metuas vincere , quod nequeas .
Cum verè objurgas , sic , inimice , juvas .
Cum falsò laudas , tunc et , amice , noces .
Nil nimium satis est ; ne sit et hoc nimium .*

Ethica Pythagoræ.

Jam ut ad Pythagoram , ejusque assecclam Isocra-
tem , exactiones ethicæ doctores redeam , paulòque
usius agam . S. Hieron. præfat. in Proverb. : « Pytha-

goras , inquit , omnem doctrinam moralem hoc sym-
bolo claudit : Fugare decet omni studio , ferroque et
igne abscondere ab animâ ignorantiam , à corpore et
animo morbum , à victu luxum , à domo discordiam ,
à civitate seditionem , et ab omni negotio intempe-
rantiam . » Sic Epictetus totam ethicam his duobus
verbis et præceptis complexus est : *Sustine et abstine .*

Porrò magis speciatim singula de singulis virtutibus
dicta et præcepta Pythagoræ colligit Augustinus Da-
thus lib. 2 , Epist. 2 ad Alexandr. Bonon. Accipe
paucis ea , sanè in gentili aurea : « Immortales primùm
deos , sicut lege sancitum est , venerare . Colle jusju-
randum : legitima serva . Parentes reverere , et qui
propissimè illos nati sunt . Reliquorum verò quisquis
virtute maximè antecedit , tibi amicum para . Comis-
sis in sermonibus : frugi in rebus gerendis . Noli
amicum tractare molestiùs , si parvâ te ac levi affe-
cerit injuriâ . In primis ventris , somni , crapulæ , iræ
abstine . Turpe aliquid neque tecum agas ; neque
cum altero contrahas . Justitiam et opere complectere
et verbis . Nihil temerè , nihil inconsultò agas , intel-
ligens mortis fatum cunctis mortalibus impendere .
Pecunias alias servare contende , alias profundere .
Quæcumque tibi vivendi sors obvenerit , eam ferias
æquo animo ; neque graviter patiaris , sed medere
adversis pro viribus . Nullius impulsu , aut agas quid ,
aut dicas , quod tibi ipsi non conducat . Consulta ac
delibera priùs quàm opus aggrediare . Ea perface ,
quorum te factorum postmodum non pœniteat . Nihil
prorsum geras , quod tibi exploratum non sit .
Quòd si te lateat , cura aliunde , ut discas , quodcum-
que factum necessarium contigerit . Hoc namque
pacto vitam vives jucundissimam . Tuere bonam va-
letudinem , et iis quæ corporis sunt adhibe diligen-
tiam . Itaque et potationis ubique et exercitationum
modum quemdam serva . Est autem is modus opti-
mus ; qui nihil afferet detrimenti . Ita te para , ut
non delicato ac molli , sed simplici victu , cultu-
que delecteris . Cave , quidquam aggrediare , quod
invidiosum sit . Nec pecuniam intempestivè profun-
das ; sed neque parcus nimium atque illiberalis
sis . Optima omnibus in rebus mediocritas . Ea co-
nare , quæ tibi frugifera sunt . Et priusquàm aggre-
diare , etiam atque etiam cogita . Neque somno
indulgeas , quin priùs tecum commemores trifariam
diei gesta : quid egi ? quid dixi ? quid relictum oppor-
tunius est ? Turpia agere grave sit , bona ac modesta
jucundum . Hæc si sectaberis , aiebat Pythagoras ,
divinæ virtutis consequeris vestigia . » Huc spectant
symbola Pythagoræ , quæ fusè recensui , et in tres
classes , puta in theologicâ , ethicâ et politicâ , distribui
proœmio in prophetas majores , canone 56 ; quare ea
hic non repetam .

Ethica Isocratis.

Pythagoræ suppar est Isocrates , qui Demonico au-
rea honestè vivendi dat præcepta , et prudentia dicta-
mina suis subnixa rationis principijs . Sic ergo præ-
scribit et sancit :

Primum. « Res cole divinas, non sacrificans solum, « Verum etiam stans juramentis. Nam illud divitiarum « signum est : hoc probitatis atque aequitatis iudicium. « Deum venerare, tum semper alias, tum potissimum « cum civitate : ita enim videberis simul et rem facere « divinam, et legibus obtemperare. Talis esto in pa- « rentes, quales in teipsum cupis esse liberos. Exerci- « tationes corporis, eas amplectere, quæ ad bonam « valetudinem tuendam, non quæ ad robur valeant : « quod utique consequeris, si adhuc laborare sufficiens « desinas. Neque cachinno infreni delecteris; neque « sermonis audaciore petulantia; et illud quidem stul- « tum est; hoc autem furiosum atque inane. Quæ facere « turpe est, hæc tu quoque dicere indecorum puta. Ita « te consuefacias, ut non dillicilis, non tristis, sed cogi- « tabundus, sed severus esse videaris : illud te contu- « macem et fastidiosum indicaret; hoc prudentem esse « demonstrat. Decus, verecundiam, justitiam, modes- « tiam decere te existima : his namque in rebus maxi- « mè ineuntis ætatis mores versantur. Si fortè quid « turpe facias, ne id confidas diutius obscurum fore; « quòd si alios lateas, certè tibi ipse eris conscius. »

Secundò. « Parentes cole. Deos metue. Amicos ob- « serva. Legibus pare. Voluptates eas tibi ascisce, « quæ cum laude sunt; etenim voluptas cum hone- « state quidem optimum; pessimum sine illà est. Ca- « lumnias etiam falsas devita; multitudo namque et « cignorat veritatem, et opinioni maximè adhaerescit. « Tunc probaberis maximè, si illa caveas, quæ alii si « facerent, reprehendas. Si fueris discendi studiosus, « multorum quoque pollebis scientia. Quæ scis, usu « atque exercitatione conserva. Quæ verò ignoras, « effice ac labora ut intelligas. Multum verò disciplina- « rum, multis existima præstare pecuniis : hæc quidem « celeriter decidunt; illæ verò perpetuò ac semper « durant : sola namque sapientia possessionem om- « nium immortalis. »

Tertiò. « Morum comitas adsit, sermonis affabilitas. « Facilem te omnibus præsta. Utere autem quos opti- « mos noveris; ita enim et bonis amicus, et improbis « eris nequaquam infestus. In laboribus teipsum exer- « ce voluntariis; quò et non voluntarios subire queas. « A quibus teneri animum turpe ac flagitiosum est, « eorum abstine omnium, quæstus, iræ, voluptatis, « doloris. Diligentius verborum sermonumque, quàm « pecuniarum tuere deposita. Decere puta tam impro- « bis fidem non esse adhibendam, quàm habendam « probis. Neminem tibi amicum compares prius quàm « investiges, quo pacto et ipse prius fuerit amicis « usus; ac spera perinde cum in te fore, qualis et « erga illos exstiterit. Serò amicus fias, factus autem « persevera. Periclitare adversis rebus amicos; nam « aurum quidem igne probamus, amicos verò in ad- « versâ fortunâ cognoscimus. Optimè uteris amicis, si « non rogatus, sed sponte tuâ et delectas benefi- « cium, et gratificeris in tempore. Amicum fac tibi, « qui non modò res tuas adversas condoleat, sed « etiam non invidet secundis. Absentium te amice- « rum memorem præsta coram presentibus, ne et

illos, cum forte absint, floccipendere videaris. »

Quarto. « Amicus compara, qui ornatum afferant, « non qui modum excedant. Præsentium bonorum non « affluentia major tibi chara sit, sed moderatus usus. « Despice, qui cumulandis intendunt pecuniis, partis « autem uti nesciunt. Nemini calamitatem objeas, « quòd et communis fortuna sit, et futurum incogni- « tum. Assentatores fuge, ut qui fallunt homines ac « decipiunt. Inprimis evita computationum conventus; « sin tempus te ad illos detruserit, ante ebrietatem « exsurge; nam intellectus quidem vino corruptus, « ejus qui aurigam perdidit, currus similis est; ille « namque temerè fertur rectore orbatus, et animus « turpiter labitur corruptâ mente. »

Quintò. « Moderatum sermonem tantò existima lo- « quacitate meliorem, quantò quidem solent cætera « quæ turpia sunt, pleraque luctum afferere. Loquacitas « magnis habentes efficit detrimentis. Quodcumque « dicturus sis, prius mente voluta; in plerisque enim « menti lingua præcurrit. Duplex eligendum est in lo- « quendo tempus: aut quibus de rebus perspicuè no- « veris, aut quæ diu necessitas ipsa coegerit; solis « enim in his sermo taciturnitati præstat, in reliquis « verò satius est silere quàm loqui. In consultando fac « tibi præteritas res exempla futurarum. Consulta « quidem tardè; perfice autem celeriter, quæ videntur. « Arbitrare optimum esse à diis quidem felicitatem, à « nobis verò ipsis sapiens consilium. »

Sextò. « Quem tibi socium deligis capiendi consilii, « illum considera prius, quo pacto sese suis in rebus « habuerit; etenim qui madè res suas gesserit, nun- « quàm rectè procurabit alienas. Ex publicis muneribus « labora, non ut cumulatores divitias, sed ut « majorem tibi compares gloriam: multis namque pe- « cuniis præstabilior fama popularis. Justam potius « suscipe inopiam, quàm injustas divitias: eò enim « amplius pecuniis justitia antecedit, quòd hæc quidem « viventibus solum conducant, illa etiam mortuis glo- « riam parit. Sed et pecuniarum quidem vel improbi « participes sunt, at justitiæ omninò exortes. »

Septimò. « Existima nihil esse stabile in humanis « rebus, nihil ratum; sic enim nec erit successibus « letitia effusior, nec calamitate tristitia major. Pro- « brum magis quàm discrimen devita, metuendum « namque necesse est esse et formidabilem improbis « quidem vitæ exitum, bonis autem ignominiam. Tunc « plurimum juvet te honestas sectari, cum ex his intelli- « ges magnas ingentesque fluere atque oriri voluptates; « siquidem nequitiæ, ac libidinum voluptatumque illece- « bris, permultum quoque intercedit aegritudinis: at vir- « tutis exercitatio, ac moderatio vitæ, tum veram, tum « firmissimam quoque jucunditatem præstat; et illic « quidem primùm oblectati, magnis porrò angoribus « urgemur; hic verò laboribus defuncti, incredibili « afficimur voluptate. »

Ethica Catonis

Trita sunt Catonis de moribus carmina.

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,

Hic tibi præcipuè purâ sit mente colendus, etc.

Quis hic fuerit Cato, non disputo, an scilicet Priscus ille Censorius, an potius quis alius qui Prisci illius ad instar, morum censuram sibi arrogârit, eamque hisce versibus dictârît. Idipsum enim stylus humilior et rudior arguere videtur. Adde quòd inter opera Censorii hi versus non exsistent.

Hæc ethnici ex solo naturæ lumine, ac proinde naturales duntaxat virtutes prosecuti, veram Dei fidem, religionem et cultum non attigerunt, cùm ex adverso noster Ecclesiasticus à Spîritu sancto illustratus, inò directus, hosce omnes transgressus, veram erga Deum pietatem, fidem, spem, timorem, charitatem ubique sanciat; nec naturales duntaxat, sed etsupernaturales virtutes, quibus ad Deum quàm proximè accedimus, ab eoque ad æternam felicitatem, regnumque coeleste directo tramite et cursu dirigimur, edoceat, idque succinctè, et per breves gravesque gnomas et sententias, quæ facilè et edisci, et mente retineri, et actionibus singulis adhiberi ac prælucere, quidque factò opus sit, commonere et commonstrare valeant. Unde Plato in Protagorâ scribit, antiquorum doctrinam nihil aliud fuisse, quàm breviliquium quoddam, idque esse viri absolutè sapientis, paucis, videlicet, multa complexi.

Siracidi nostro, sive Ben-Sirach, consonat, et quasi ἀντιφώνως respondet homonymus illi Ben-Sira, qui sua morum præcepta tradit paucis sententiis Hebraicis, inchoando singulas ab alphabeti litteris ex ordine. Illas hic subjungam, quia Siracidi lucem afferunt, brevesque sunt ac raræ.

Alphabetum I. Ethicum Ben-Sira.

Aleph. — *Ama et honora medicum, dum non indiges ejus.* Idem sancit Siracides c. 38, v. 2. Mysticè Scholiastes Hebræus Ben-Sira hoc refert ad Deum; q. d. : Cole et precare Deum qui est malorum omnium archiatrus, antequàm ejus auxilio tibi opus sit.

Beth. — *Ben, id est, filium, non filium* (hoc est, filium qui non se gerit ut filium, puta filium proccacem, rebellem et perversum) *sine ut aquæ summo remiaet.* Nam xepè remus emendat quem non potuit paterna castigatio.

Gimel. — *Os, quod cecidit in sorte tuâ, rode;* q. d. : Uxore, et sorte, quæ tibi obtigit, contentus vive.

Daleth. — *Aurum tundi debet, et puer verberari.* Hoc est, ut explicat Scholiastes : *Uti aurum, si illud tundas, magis fulget; sic puer, si eum verberes, evadet melior.*

He. — *Esto bonus, et manum tuam à bono ne prohibeas.* Bonus, id est, benignus, beneficus.

Vau. — *Væ malo, et væ illis qui adherent ei.* Aut, *væ improbo, et væ vicino ejus.* Improbus enim suam culpam et pœnam vicinis afflat.

Zain. — *Sparge panem tuum in superficie aquarum, et in aridâ, et in fine dierum invenies eum;* q. d. : Esto liberalis in omnes promiscuè, sive pauperes sint, sive divites; ac tandem justam mercedem à Deo accipies.

Chet. — *Vidisti asinum nigrum? Neque nigrum, neque album.* Scholiastes : *Doce linguam tuam, ut dicat semper : Nescio, nequando in responso capiaris.*

Thet. — *Benè malo ne facias, et malum non contiget tibi.* Simile est dogma Siracides c. 12, v. 4, 5 et 6, quod, quo sensu accipiendum sit, ibi aperiam.

Iod. — *Manum tuam à beneficentiâ ne abstrahas.*

Caph. — *Sponsa conscendit thalamum; sed nescit quid sibi eventurum sit;* q. d. : Futura omnia incerta sunt, rerumque eventus ignorantur, etiam cùm in propinquo sunt.

Lamed. — *Sapientem nutu, et stultum fuste;* supple, erudi et castiga.

Mem. — *Qui honorat contemnentem se, similis est asino, qui inservit ei à quo cæditur.*

Nun. — *Ignis ardens comburit multos acervos frugum;* q. d. : Ex parvo initio maxima oriuntur mala, sicut ex unâ scintillâ, grande incendium; ex uno verbo aspero, multa verbera et cædes, juxta illud Jacobi 5, 5 : *Ecce quantus (quantulus, quàm modicus) ignis, quàm magnam sylvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis.*

Samech. — *Senex in domo, bonum signum in domo.* Tum quia senium signum est probæ et temperantis vitæ; huic enim et à naturâ, et à Deo, præmii loco, datur longævitas; tum quia senes rerum usu et prudentiâ pollentes, docent juvenes, quæ familiæ profutura vel obfutura sunt. Senex ergo in domo signum et causa est quòd in domo sit bona disciplina et œconomia.

Ain. — *Merces si communes habueris cum aliquo, à bono centies frustra repetes, à malo millesies.*

Phe. — *Mensam appara, contentio sublata est.* Tum quia sopitâ contentione, in concordix et amicitix redintegrate symbolum instrui solet mensa; tum quia vina et convivia animos iratos mulcent, leniunt exhilarant, et ad concordiam alliciunt. Sic hodiè videmus, per symposia multas rixas litesque sopiri.

Tsade. — *Si necesse est ut contrahas accipiendo et dando, esto sors tua cum viro bono;* q. d. : Negotiare cum probò, non cum improbo.

Coph. — *Propinqua negotiatio comeditur à domino suo; longinqua comedit dominum suum;* q. d. : Qui in locis sibi vicinis negotiantur, hi ditantur; qui in remotis, hi depauperantur. Sic Hebræi nonnulli explicant illud Proverb. 17, v. 24 : *Oculi stultorum in finibus terræ;* q. d. : Qui extremas orbis regiones obit negotiandi causâ, hic stultus est.

Resch. — *Amicum veterem ne abnegato.* Idem monet Siracides cap. 9, v. 11.

Schin. — *Sexaginta consiliiarii si fuerint tibi, tamen consilium animæ tuæ ne deseras.* Idem consulit Siracides cap. 37, v. 18.

Thau. — *Tam liberalis sit tibi manus, quasi semper satur fueris, et non quasi modo demùm satur factus, antea verò esurieris;* q. d. : In dando esto benignus et liberalis, non terrens et avarus; nihil enim ita gratiam conciliat, ut benignitas et liberalis hilaritas.

Alphabetum II. Ben-Sira.

Aleph. — *Animum tuum ne des tristitia; multos enim occidit tristitia.* Idem habet Siracides c. 38, v. 21.

Beth. — *Bellæ mulieris specie multi pessumdati fuerunt, et robusti omnes interfecti ab eâ.* Idem tradit Siracides cap. 9, v. 9.

Gimel. — *Secretum tuum revela uni è mille, licet multi fuerint qui pacem (hoc est, salutem, incolumitatem, bonum) tuam querant.*

Daleth. — *Abstrahere carnem tuam à muliere gratiosâ, tanquam à carne privarum.* Quia caro ejus ignita est, ac instar prunarum te comburet, Proverb. 6, v. 29.

He. — *Absconde oculos tuos à muliere gratiosâ, ne capiaris reti ejus.*

Vau. — *Væ ei, qui vadit post oculos suos, quos novit esse filios scortationum; id est, scortationi addictos.*

Zain. — *Ne esto ex iis qui raram aut densam barbam habent; nam nescis quid sit decretum; q. d. : Noli esse ex eorum numero, qui vel perversè callidi, vel planè stulti sunt. Nam, ut ait R. Aquila (quem ferunt magistrum fuisse Aquilæ pontifici, qui S. Script. ex Hebræo in Græcum convertit) in Gemara: Homo, rarâ barbâ, callidus est; densâ barbâ, stultus.*

Chet. — *Chari sunt cuius homini mares; sed væ patri feminarum.* Filiæ enim sunt continua sollicitudo, ac non rarò dedecus et probrum parentum; unde sequitur:

Thet. — *Thesaurus vanus est filia patri suo, cui diem metuit, noctu non dormit.* Idem dicit Siracides c. 42, 12.

Iod. — *Dormit (dormiens) non dormit custos puellæ parvulæ; forsân in adolescentiâ suâ decipietur, et adultior facta scortabitur.* Idem habet Siracides c. 42, 14.

Caph. — *Cùm nupta erit filia, tu anxius eris de eâ valdè, dicens: Fortè liberos habebit, fortè non habebit; et cùm semuerit, ne fortè veneficia exerceat.* Omnia hæc explicant vò væ patri feminarum, litterâ Chet.

Lamed. — *Ne dormias in juventute tuâ, et in senectute tuâ ne ducas vetulam; nam uxor vetula debilitabit vires tuas, etiamsi fueris juvenis: uxor autem virgo addet tibi vires et robur.* Exemplum est in Davidesene quem calefaciebat Abisag Sunamitis, 3 Reg. 4, 5.

Mem. — *Aquæ mulieris, quæ virgo juvenis est, dulces sunt, et augent vires; sed aquæ mulieris vetulæ, amaræ sunt ut absinthium, et debilitant vires: ut cisterna, quæ aquas habuit, quas ventus hauriendo absorpsit.* Vide Prov. 5, v. 15.

Nun. — *Excute teipsum à muliere malâ, quæ linguâ suâ in te dominatur; mulier enim mala similis est canibus rabidis; cui ideò fores clausæ sunt, licet verba mollia proferat ore suo, cùm respondet.*

Samech. — *Scriba docens alios ducat virginem, et ne ducat eam quæ maritum habuit; nam aquæ virginis tibi soli erunt: aquas verò ejus quæ maritum habuit, antea alius præter te hausit.* Proverb. 5, 17.

Ain. — *Oculos tuos absconde à muliere viduâ, et ne concupiscas pulchritudinem ejus corde tuo, quia filii ejus, filii scortationum sunt: non quia ex scorto nati, sed quia scortationi addicti: nam patrem non habentes, et matrem non curantes, suæ concupiscentiæ liberè indulgent.*

Phe. — *Averte faciem tuam à sociis malis; ne habeto cum eis iter. Cohibe pedem tuum ab eis, ne capiaris reti ipsorum.* Sumpsit hoc ex Proverb. 1, 15, et c. 3, 26.

Tsade. — *Reconde, fili mi, opes tuas in vitâ tuâ, et absconde illas; et hæredibus tuis usque ad diem mortis tuæ ne dederis illas.* Ut hæredes pendeant à te, non tu ab illis, ne habitis tuis opibus te spernant, et egere sinant, uti multis contigit.

Coph. — *Compara tibi opes, et uxorem bonam Dei timentem; multos quoque filios procreato, etiamsi centum fuerint.* Quia si boni fuerint, et probè educati, non erunt multi, licet centum fuerint.

Resch. — *Procul recede à vicinis malis, ut ne annumereris societati eorum; nam pedes eorum ad malum currunt, et properant effundere sanguinem. Nihilominus misereat te vicinorum tuorum, licet mali sunt; et da illis de cibo tuo, quia eo tempore quo ad judicium stabis, pro te testimonium dicent.*

Schin. — *Audi, mi domine, sermones meos, et inclina aurem tuam ad verba mea. Supersede, mi domine, litigare cum vicinis tuis; et si animadverteris in sociis tuis rem malam, ne profer infamiam ipsorum linguâ tuâ.*

Thau. — *Compara tibi aureos nummos et quaslibet opes; et ne indica uxori tuæ ubi sint, licet ipsa bona sit: bonitate scilicet Judaicâ; nam Christianus conjux conjugi fideli non tantum opes, sed et liberos ac seipsum credit.*

His adde duas alias ejusdem Ben-Sira.

Ne te cruciet ærumna diei crastini, quia nescis quid paritura sit dies. Sumpsit id ex Proverb. 27, 1. Idemque docet Christus Matth. 6, 34.

Dies brevis, et opus multum. Cui simile est illud Hippocratis initio Aphorismorum de arte medendi: *Vita brevis, ars longa, occasio præceps, judicium incertum, experientia periculosa.* Et illud R. Simonis in lib. Avoth: *Dies brevis, et opus multum, et operarii pigri, et merces copiosa, et paterfamiliâs urget.* Et illud Salomonis Eccles. 9, 10: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas;* q. d. : Vive æternitati, non inferæ et miseræ, sed superæ et beatæ, quia modicus labor exigui et irrevocabilis temporis magnum et æternum tibi pariet præmium. Plures sententias conscripsit Ben-Sira, sed vix inveniuntur Hebraicè; eas manuscriptas reperi in vetusto codice bibliothecæ Vaticanæ (4). Fortè eas Latinè redditas attexam finì Ecclesiastici, si Commentarium videre non nimum exerescere.

(4) Duplex hoc alphabetum. Hebraicum alterum, alterum Chaldaicum, unâ cum versione suâ Latinâ Fagius edendum curavit Isnaë 1542. (Calmet.)

Ethica Christi, Pauli et Apostolorum.

Siracidem et Ben-Sira, æquè ac Salomonem, secuti sunt Apostoli, et viri Apostolici, imò Christus Dominus, qui totam ethicam christianam paucis sententiis complexus est, quas recenset S. Mathæus tribus Evangelii sui capitibus, puta c. 5, 6 et 7. Christum Dominum imitatus S. Paulus, officia Christiani hominis recensens, ea uno cap. 12, ad Romanos comprehendit, æquè ac S. Petrus, Jacobus, Joannes eadem unâ eaque brevi epistolâ percensent. Paulum et Apostolos æmulatus S. Basilius, paucis gnomis ideam vitæ Christianæ sanctæ et perfectæ describit epistola ad Canonicam, quæ habetur pag. 357.

At S. Gregor. Nazianz. paucis distichis et monostichis, quæ habentur in fine operum ejus, omnia vitæ honestæ præcepta concludit. Monosticha, quia breviora sunt, hic appono. Sic ergo se habet hoc ejus vitæ Christianæ alphabetum.

Alphabetum ethicæ S. Gregorii Nazianz.

Agendorum initium sit et finis Deus.

Beata lucra vitæ, quotidie mori.

Cognoscere hominum facta egegiurum stude.

Durum est egere; pejus ditem esse improbè.

Eris si beneficus, imitaberis Deum.

Fac, sis benignus, ut benignum habeas Deum.

Geras cave carni morem, sed eam doma.

Habebis retine iram, ne te occupet furor.

Inhibeto visum: quædam linguæ norma sit.

Clavem auribus obde; risum lascivum fuge.

Lucerna sit ratio vitæ tibi totius.

Missam fac opinionem, remque amplectere.

Noscenda cuncta putato; sed que fas, age.

Omnem exhibe hospiti honorem, cum hospes ipse sis.

Procella timeri cursu debet prospero.

Quæcumque dat Deus, animo grato accipe.

Virga justî potior est quàm honos mali.

Sapientium mihi fores, non locupletum tere.

Tibine pusillum est, unde quid ingens provenit?

Vir magnus esse potes, frænans petulantiam.

Probè tibi cave; alterius lapsus haud riseris.

Gratum invideri, at invidere, ingens probrum.

Præstat animum, quam cætera offerri Deo.

O quàm beatus, hæc quisquis servaverit!

Ethica S. Basillii.

« Studiosè operam dato, ut omnium novissimus sis, ac servus omnium, quando istâ unâ ratione veram tibi ac solidam gloriam paries; non autem illam vanam cassamque. Aures assiduè ad audienda ea quæ imperentur, attentas habeto; itemque manus ad ea quæ jussa sint exsequenda expromptas. Sit tibi taciturnitas in ore, circumspectio in corde. Futiles, qui habeantur, sermones tu magnoperè ne attendito, sed, si quæ ex divinis litteris ad salutem animæ pertinentia memorare audieris tum verò ad ea audienda doceto, te intellectu esse et scientiâ præditum. Acerba gustatu tibi ea sunt, quæcum-

que de mundanis rebus memorentur; contraque « favis mellis assimilia, quæ à pietatis colentibus viris « narrentur. Enitere porrò, ut eos imitere qui, ut « animi sui sedatas affectiones componerent, priores « te in eo vitæ genere elaboraverunt; neque expectes, « dùm singula doceare. Studeto, ut majorum virtutum « compos efficiare; neque minores tamen negligito. « Nullum omninò sit erratum, quod parvipendas, « quamvis illud tenuissima bestiola minutius sit, potiusque eò magis sedulò contende, ut per pœnitentiam illud emendes. » Et inferiùs: « Nolito alienorum « te erratorum judicem constituere. Ab hominibus « tibi majore aliquâ propinquitate conjunctis abditior quantum potes, atque in Dei conspectum te frequentissimè dato. Egressus es è cellâ tuâ? Ibi continentiam reliquisti, in mundum introspeexisti. Difficilibus « ac morosis senibus aures libenter præbeto, qui pro « verbiorum sententiis adolescentes ad recta studia « exhortantur. Omni custodiâ serva cor tuum. Aures « tuas cave, ne quibusvis garrantibus aperias, neque « temerè nugantibus respondeas. Cave, curiosus sis: « aspectionem, auditionem, locutionem, responsionem, omnia ista utilitate metitor. Interrogatus de « re aliquâ, gravi ac submissâ voce responde. Ad « orationem quotiescumque vocaris, libenter succinat os tuum; in eaque permaneto, donec canoni satisfeceris, magnamque jacturam te facere arbitraris, « si ante inde discesseris; siquidem ea cœli quasi imago « est quædam. In ministeriis pro communi re fratrum, « ad laborem corporis, verborum quoque lenitatem « adhibeas, ut ii, quibus ministras, charitatem te habere erga illos intelligant. Ne patiare, ut quæ propria « muneris tui sunt, ea alius faciat. Assignato tibi « ministerio cum modestiâ fungitor sedulitateque, perinde ac si Christo ipsi ministrares. Opta ut sis de « numero paucorum; violentorum est enim regnum « cœlorum, et violenti rapiunt illud. Noli in eo pro « perare, ut fratribus præsis, ne alienorum peccatorum onere cervices aggraves tuas. Quæ singulis diebus feceris, ea vespere tecum ipse commemora, « studiosèque operam dato, ut melior in dies evadas. « Processum in virtutibus facito, ut hoc modo angelis « efficiare propinquior. Intra cellam tuam te contineto, ibique continenter Deum laudato, et cherubim « imitator. » Hæc S. Basilius, ascetarum princeps, tract. de Abdicatione.

Ethica S. Ambrosii.

S. Ambrosius, serm. 58: « 1. Christianus, inquit, « dicitur, qui castitatem diligit, ebrietatem fugit, superbiam detestatur, invidiam velut venenum diaboli « respuit. 2. Ille verè bonus Christianus est, qui furtum « non facit, falsum testimonium non dicit; qui non « mentitur, qui adulterium non committit, qui ad « Ecclesiam frequentius venit, qui de fructibus suis « non gustat, nisi priùs ex ipsis Deo aliquid offerat « qui decimas Deo annis singulis erogandas pauperibus « reddit; qui sacerdotibus suis honorem impendit; qui « omnem hominem, sicut seipsum, diligit; qui nullum

«hominem olio habet. 5. Ille verò non solum bonus Christianus est, sed et ipse Christus in illo habitat. «qui stateras dolosas, et mensuras duplices, velut «gladium diaboli, pertimescit. 4. Ille bonus Christianus est, qui, quando ad Ecclesiam venit; et oblationem quae altari debetur, exhibet; et pauperibus, «secundum quod vires habet, aut argentum, aut buccellam porrigit; qui peregrinos in domum suam recipit; qui hospitem pedes lavat; qui non solum lites non excitat, sed etiam discordes ad concordiam revocat; qui maioribus et parentibus honorem, et veram charitatis amorem impendit; qui et ipse caste vivit; et et filios suos vel vicinos, ut caste et sobrie vivant, et «verbis admonet, et exemplis docet. 5. Ille bonus est Christianus, qui quoties sanctorum solemnitates veniunt, ut securus communicet, castitatem cum «propriâ uxore, etiam plures dies, ante custodit, sicque sincerâ conscientia ad altare Domini, casto corpore et mundo corde praesumat accedere; qui symbolum et orationem Dominicam memoriter tenet, et filios vel filias, ut et ipsi memoriter teneant, fideliter docet. » Ethicam fusiorem, eamque plenam et exactam conscripsit S. Ambr. lib. de Officiis.

Ethica S. Augustini.

Sanctus Augustinus de Vita christianâ, tom. 9, cap. 14: Christianus, ait, ille est, qui omnibus misericordiam facit; qui omnino non movetur injuriâ; qui «opprimi pauperem, se praesente, non patitur; qui «miseris subvenit; qui indigentibus succurrit; qui «cum mœrentibus mœret; qui dolorem alterius, sicut «proprium sentit; qui ad fletum fletibus alienis provocatur; cujus omnibus communis est domus; cujus «janua nemini clauditur; cujus mensam pauper nullus «ignorat; cujus donum panis cunctis offertur, cujus «bonum omnes norunt; à quo nemo sentit injuriam; «qui Deo die noctuque deservit; qui ejus praecepta «indesinenter meditatatur et cogitat; qui pauper mundo «ellicitur, ut Deo locuples fiat, qui inter homines habetur inglorius, ut coram Deo et angelis ejus gloriosus appareat; qui in corde suo nihil videtur habere «inimulatum vel fictum; cujus simplicitas et immaculata «est anima; cujus conscientia fidei et pura est; cujus tota mens in Deo est; cujus omnis spes in Christo est; qui caelestia potius quam terrena desiderat; qui humana spernit, ut possit habere divina.

Porro ethicam particularem, et singulis hominum statibus adaequatam, minutim, solerter, acutè et eleganter conscripsit S. Hieron. in variis epistolis. Officia virginis aureis gnomis descripsit Epist. ad Eustochium et ad Demetriadem; conjugis, Epist. ad Celantiam; viduae, Epist. ad Furiam et ad Salvinam; clerici et sacerdotis, Epist. ad Nepotianum; monachi, Epist. 1 ad Heliodorum, et 4 ad Rusticum, et 15 ad Paulinum; pueri et adolescentis, Epist. 7 ad Latam, et 12 ad Gaudentium. Denique S. Ephraem tom. 1, tract. de Rectâ vivendi ratione, sententiis 91, et tract. de Vita spiritali, sententiis 96, omnem vite evangelicæ ethicam complectitur. Idem tract. de Ti-

more et de Beatitudinibus, angelicis gnomis perpaucis, omnem vite perfectæ normam ad vivum repraesentat. Gnomas ethicæ S. Athanasii, vide tractat. de Virg. et Exhort. ad monachos.

Ethica S. Gregorii, Romani pontificis.

Sanctus Gregor. lib. 10 Moral. cap. 16: «Sapientia, inquit, justorum est, nil per ostentationem fingere; sensum verbis aperire; vera, ut sunt, dâgere; falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam injuriam ultionem querere; pro veritate contumeliam licetum putare. » Et mox: «Mentem verbis ostendere, nil callidâ machinatione simulare; nullis injuriis contumelias reddere; pro maledicentibus orare; pauperitatem querere; possessa relinquere; rapienti non resistere; percutienti maxillam, alteram praebere. » Et cap. 17: Electus quisque, etc., honorari metuit, despici non refugit, corpus continentia allicit, sola in animo dilectione pinguescit, mentem semper ad patientiam preparat, et erectus pro justitiâ de perceptis contumeliis exultat; afflictis ex corde compatitur; de honorum prosperitatibus, quæ si de propriis letatur; sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat; et inquisitus quodlibet, eloqui dupliciter ignorat. »

Ethicam S. Bernardi vide in Formulâ vite, et libro de Modo bene vivendi, ad sororem virginem: qui libri utilissima vite honestæ continent documenta; sed non videntur esse S. Bernardi, tum quia stylo ab eo discrepent, tum quia S. Bernardus unicam habuit sororem, eamque conjugatam, non virginem, uti rectè advertit Bellarm. lib. de Script. Eccles. in S. Bernardo.

Ethica S. Thomæ Aquinatis.

Angelici doctoris angelicæ gnomæ ethicæ sunt hæ: Paupertas juncia impacientiae est sumptus sine lucro. Religiosus orationis spiritu destitutus, similis est militi gladio carenti et mermi. Religiosus solus incedens est daemon solitarius. Capere nequeo, quæ ratione existens in peccato mortali possit ridere et lætari. Item, quæ ratione religiosus possit aliud quam Deum cogitare; unitas enim Deo, despici omnia que Deo mihi ora sunt; Passio Christi es, iustarum radu et calor solaris, qui licet creatus sit in utilitatem omnium, non tamen prodest omnibus. Rogatus cur adeo fugeret feminas, cum ex matre feminâ natus esset, respondit: Ideo fugio omnes, quia ex una prognatus sum. Rogatus quibus signis colligi possit quempiam profecisse in vitâ spiritali, esseque perfectum, respondit: Duobus; priore, si abstineat à verbis jocosis et otiosis; posteriore, si se despici non agrè, sed patienter ferat, imò gaudeat; si enim doleat se contentum, scito eum non esse perfectum, etiamsi miracula patret, quia caret vero virtutis et sanctitatis fundamento, quod est humilitas. Moriens rogatus num quæ re indigeret, respondit: Nullâ; quia brevi habeo omnia, inquit, potius que summo omnique bono. A sorore interpellatus, primo, quomodo salvari posset, respondit: Volendo, si scilicet salvari velis efficaciter; hæc

enim voluntas efficax finis, puta salutis, impellet te, ut media omnia ad eam necessaria ultrò capessas. Secundò, quid maximè in hac vità desideraret, respondit: Benè mori. Tertio, quid esset paradisu, respondit: Id sciri nequit, donec quis reipsà meritis suis illum consequatur, ejusque bona ineffabilia actu gustet et sapiat. A monachis rogatus quomodo hæc vita sine errore et lapsu transigi posset, respondit: Si in quâlibet actione quis ita agat, ut rationem reddere possit cur eam faciat; sic enim non sinet se transversum agi à cupiditate, passione, casu, aliàve re, quæ eum in errorem inducat. Rogatus cur per triennium, navans operam Alberto Magno, tacuisset, respondit: Quia necdum didiceram benè loqui coram Alberto. Otium est hamus diaboli, per quem omnis esca et illecebra sapit. Si vis evadere doctus, unum duntaxat lege librum. Hæc Apophthegmata ethica S. Thomæ Aquinati assignant, tum alii, tum Ferdin. Castiglus in Hist. S. Dominici, p. 1, l. 5, c. 37.

Ethica S. Bonaventuræ.

S. Bonaventura in Opusculis, tom. 2, sub initium, epistolam scripsit continentem 25 memorialia ethica. Primum est: Spem tuam totam fige in Domino, ut de omnibus hujus mundi consolationibus penitè desperes. Secundum: Emunda cor ab omnibus vitiis et concupiscentiis, quoad potes. Tertium: Dissolve omnem colligationem extrinsecam, ut sanà et purà mente possis Deo colligari. Quartum: Omnes tribulationes patienter, imò hilariter feras, ut solùm in Christi passionibus delecteris. Quintum: De nullà re vel creaturà conqueraris, memor te creatorem tuum offendisse. Sextum: Despice te, et opta ab aliis despici; cæteros verò honora. Septimum: Fuge seculi honores, favores et auras vanæ gloriæ, quasi mortiferas pestes. Octavum: Humilia te, ac omnium te servum effice et reputa, ut sequaris Christum, qui, cum esset Deus, formam servi propter te assumpsit. Nonum: Nulli rei te implices, ubi non invenis animæ tuæ lucrum. Decimum: Custodi sensus et linguam, ut nihil velis sentire, audire vel dicere, nisi quod utile est animæ tuæ. Undecimum: Sectare sanctam solitudinem, ut vaces orationi. Duodecimum: Divinum officium tam devotè et reverenter persolve, ac si inter angelos coram Deo consideres. Decimum tertium: Summè venerare B. Virginem. Decimum quartum: Fuge consortia virginum et mulierum. Decimum quintum: Fuge acediam et tristitiam, ut serenus semper et tranquillus existas; ideòque nulli resistas, vel contradicas, nisi Dei honor, vel salus animæ tuæ id exposeat. Decimum sextum: In omnibus conforma te voluntati Dei. Omnia te ædificent; nullà re offendaris. Decimum septimum: Omni custodià custodi cor tuum. Decimum octavum: Esto beneficus in omnes, ut Deum imiteris. Decimum nonum: Continuè mentem habeas ordinatam cum Deo, ut omnia opera tua, licet humilia, tanto facias charitatis fervore, ac si ea Christo corporaliter exhiberes. Vigésimum: Obedito, non solum superioribus, sed et æqualibus et inferioribus, ut semper

studeas alterius facere voluntatem: nullum offendas: nulli obmurmures, vel detrahas, nullique murmurandi vel detrahendi fias occasio. Vigésimum primum: Virtutes, gratias, consolationes, æquè ac tentationes et tribulationes celato, nec revelato nisi Patri spiritali, vel speciali ac probato amico, ut ejus consilium vel auxilium exquiras. Vigésimum secundum: Deum semper et ubique in memorià menteque habeto, cogitans te in ejus præsentia versari, ab eoque aspici, ut eum timeas et ames. Vigésimum tertium: Esto vigil, ut diaboli laqueos prævideas et caveas. Vigésimum quartum: Quotidiè conscientiam examina, et errata humiliter confitere, ut puritatem animæ conserves vel recuperes, fugiendo omnes peccandi occasiones, memor mortis, judicii, cæli et inferni. Vigésimum quintum, cum hæc omnia feceris, te servum inutilem et peccatorem recognosce.

CAPUT VI.

Stylus (1).

Stylus Ecclesiastici, tam auctoris quàm interpretis, Græci æquè ac Latini, planus est, simplex, candidus, non involutus, non fucatus, non ornatus. Quare in interprete Latino, veritati et simplicitati student, phrasim neglecta subinde est incultior et inelegantior, adeò ut barbarismos et solæcismos admittat. Idem videre est in Latinà versione novi Testamenti, et Psalmorum, quam emendans S. Hieronymus tantùm detulit venerandi antiquitati, ut phrasim hanc mutare, et Latiniorem reddere sibi religioni duxerit: quare eam intactam reliquit, malens canæ veritati et versioni quàm proprietati sermonis, et candori orationis curam tempusque impendere; sententiarum enim gravitas verborum lenocinia respuit. Idem fecit subinde in proprià versione, quia Scripturam Hebraicam in Latinum convertit. Audi illum in e. 40 Ezech.: « Illud sapius monuisse sufficiat, nosse me, *cubitum*, et *cubita*, neutrali appellari genere; sed pro simplicitate et facilitate intelligentiæ, vulgique consuetudine, ponere et genere masculino. Non enim curæ nobis est vitare sermonum vitia, sed Scripturæ sanctæ obscuritatem quibuscumque verbis disserere. » Idem in e. 47: « Quòd cubitos genere masculino, et non neutrali cubita dicimus, juxta regulam grammaticorum, non ignorantia id facimus, sed consuetudine, propter simplices quosque et indoctos, quorum in congregatione Ecclesiæ major est numerus. » Idem fuit sensus cæterorum Patrum. S. Aug. lib. 4 de Doctrinà christianà, c. 41: « Bonorum, ait, ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. » Et S.

(1) Gottl. Sonntag in Commentatione de Jesu Siracida Ecclesiastico, non libro sed libri farragine 1792, ostendere adnitus est librum nostrum esse opus imperfectum, in quo non sint nisi materialia majoris operis, et hæc deinceps confusa et perturbata fuisse. Id ex discrepantià styli comprobare conatur; ast ejus observationes hujus generis scribere nemo possit, nisi longiori tempore quo alia et alia observat, aliter fieri non potest, nisi ut auctor alià et alià semper animi dispositione ad abruptum opus redeat, et hinc stylum variare, nihil est mirum. (Iahn.)

Prosper lib. 3 de Vita contempl. cap. 34 : « Mibi, ait, « pudori non est disputatio mea, quæ forte probatur « in rebus, si aliquos verborum inanium sectatores « horrore incomptæ orationis offendat; cùm sen- « tentiarum vivacitatem sermo ex industriâ cultus « enervet, et totam vim dictionum splendor elaboratus « evacuet, etc. Prudentibus viris non placent phalerata, « sed fortia; quando non res pro verbis, sed pro re- « bus enuntiandis verba sunt instituta. » Idem dicat interpres: interpretem ago, non oratorem; interpretem, inquam, S. Scripturæ, quæ gravior est, quam ut flosculis ornata orationis comi velit. Hic enim verum est illud Horatii :

Ornari res ipsa vetat, contenta doceri.

Et illud Satyrici, satyræ 5 :

Non equidem hoc studio, bullatis ut mihi nugis

Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.

Et Cicero indisertam mavult sapientiam, quam stultam loquacitatem, ait Joannes Picus Comes Mirandulæ, Epist. ad Hermolaum. Quocirca S. Gregor. præfatione in Job, Epist. ad Leandrum, in fine protestatur se simplici facillique stylo usurum, ut S. Scripturam, quam explicat, quæ illo gaudet, imitetur. « Quæso, inquit, ut hujus operis dicta percurrans, in « his verborum folia non requiras, quia per sacra elo- « quia eorum tractatoribus infructuosæ loquacitatis le- « vitas studiosè compescitur, dùm in templo Dei ne- « mus plantari prohibetur. Et cuncti procul dubio « scimus, quia quoties in foliis malè lætæ segetis « culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana « turgescunt. Unde et ipsam loquendi artem, quam « magisteria disciplinæ exterioris insinuant, servare « despexi. Nam sicut hujus quoque epistolæ tenor « enuntiat, non metacismi collisionem fugio; non « barbarismi confusionem devito; situs, motusque et « præpositionum casus servare contemno, quia indi- « gnum vehementer existimo, ut verba cœlestis ora- « culi restringam sub regulis Donati. Neque verò hæc « ab aliis interpretibus in Scripturæ sacræ auctoritate « servata sunt: ex quâ, nimirum, quia nostra expositio « oritur, dignum profectò est, ut quasi edita soboles « speciem suæ matris imitetur. » B. Petrus Chrysolog. serm. 18 : « Qui maturitatis, ait, fructum quærit, « despicit amœna camporum: violæ siquidem, lilia, « rosæ, narcissus, grati flores, sed gratior panis; et « quod est odor naribus, hoc est auribus sermonis « ornatus. Quod ergo panis confert hominum vitæ, « hoc scientia dat hominum saluti. »

Insuper interpres Ecclesiastici, quia vetustus, vetustas usurpat phrases, nomina et verba suo seculo usitata, jam verò antiquata et obsoleta; quæ altera est causa cur versio ejus nobis videatur incultior et illatior, cùm suo seculo habita fuerit culta et Latina; quæque enim ætas, et quodque seculum suam habuit latinitatem, suum stylum, suam elegantiam, dictiones et phrases sibi proprias, quæ à sequenti se-

culo novum quid parturiente fastidita, visæ sunt minus Latine et inelegantes. Verum enim est illud M. Varronis, lib. 4 de Lingua Latinâ: « Vetustas non « pauca depravat, multa tollit. Quem puerum vidisti « formosum, hunc vides deformem in senectâ. Tertium « seculum non videt eum hominem, quem vidit pri- « mum. » Et illud Horatii Epist. de Arte poeticâ :

Ut sylvæ foliis pronos mutantur in annos,

Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas,

Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et mox :

Multa renascentur, quæ nunc cecidère, cadentque,

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,

Quem penes arbitrium est, et vis, et norma loquendi.

Rursum, unum idemque vocabulum volvente seculo, volvitur, mutataque significationem, ut aliud priore ævo, aliud posteriore significet. Hinc interpres Ecclesiastici, æquè ac Sapientiæ, voces nonnullas in peculiari significato usurpat. Sic primò, *traductionem* vocat correptionem aut punitionem; secundo, *allo- cutionem* vocat consolationem; tertio, *honestas*, id est, opes et divitiæ; *honestare*, id est, ditare; quarto, *infrunitus*, id est, impudens et inexplebilis; quinto, *replere*, id est, plenum afferre; *implere*, id est, accumulare; sexto, *generatio*, id est, fructus aut proventus in agro aut vineâ geniti; septimò, *scandalizari*, id est, offendere, impingere, ruere; octavò, *indoctus*, id est, insipiens; nonò, *certari*, id est, certare contendere; decimò, *nequitia*, vel *malitia*, id est, afflictio; undecimò, *fanerari*, id est, mutuare; duodecimò, *monstra*, id est, prodigia; decimò tertio, *implanatus*, id est, deceptus; decimò quartò, *natio*, id est, progenies et res natæ in mundo, etiam animalia, et herbæ ac plantæ; decimò quintò, *sensus*, id est, prudentia; decimò sextò, *tabitudo*, id est, tabes, corruptio; decimò septimò, *reverentia*, id est, pudor, confusio; *revere- ri*, id est, confundi, pudore affici; decimò octavò, *obductio*, id est, tentatio, calamitas, ærumna, quâ totus homo quasi obducitur et obnubilatur, ait Hesychius; decimò nonò, *mulieres viratas* vocat viriles, puta viragines; vigesimò, *pessimare*, id est, pessimè tractare, affligere; vigesimò primò, *continens*, id est, compos, vel particeps; vigesimò secundò, *defunctio*, id est, mors, quâ vitâ defungimur; vigesimò tertio, *incredibilis*, id est, incredulus, diffidens; vigesimò quartò, *illius*, id est, suus; vigesimò quintò, *placor*, id est, placabilitas, favor; græcè, εὐδοκία; vigesimò sextò, *homo acharis*, id est, sine gratiâ, vocatur homo insulsus, insipidus, ineptus. Denique Franseiscus Lucas in Notis ad Eccles. censet interpretem Latinum Ecclesiastici fuisse hominem natione Græcum, ideòque græcizare, et phrasibus minus Latinis uti. Idem de interprete Latino novi Testamenti et Psalmorum autumant nonnulli.

Canones

QUI FACEM PRÆFERANT ECCLESIASTICO, CÆTERISQUE LIBRIS SAPIENTIALIBUS,

EODEM AUCTORE.

Primus. Hic liber moralia tradidit præcepta, honestè, rectèque vivendi; non tamen omnia obligant sub peccato, ut qui contrarium agit, mox peccet in Deum; nonnulla enim ad propriam duntaxat utilitatem et commodum, ac præsertim ad tranquillam et commodam vitam, referuntur. Tale est illud cap. 8, 1: *Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas, in manus illius*; et v. 2: *Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem tibi*; et v. 4: *Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna*; et v. 5: *Ne communices homini indocto, ne malè de progenie tuâ loquatur*.

Secundus. Operæ pretium est studioso, præsertim doctori et concionatori, notare hic locos communes et succulentos passim occurrentes, et fusè pertractatos de singulis virtutibus et vitiis contrariis, ut de amicitia, fidelitate, castitate, vindictâ, etc., quos proinde in argumento cujusque capituli, per versus sigillatim indicabo et prænotabo.

Tertius. Siracides valdè imitatur Salomonem, præsertim ejus parabolas sive Proverbia, tum quoad rem, tum quoad verba, ut patebit ex parallelis utriusque, quæ post canones subjiciam.

Quartus. Interpres Latinus hic admodum græcizat; fortè et ipse fuit Græcus, nec Latinè admodum peritus. Ergo vis vocis Græcæ, et subinde Hebrææ (quantum eam ex aliis Scripturæ locis rimari et conjectare licet; nam Ecclesiasticus jam Hebraicè non exstat) hic accuratè perpendenda est et examinanda. Hinc discas quanta sit cognitionis linguæ Græcæ et Hebrææ utilitas, quantique intersit fontes Hebræos et Græcos in Scripturis scrutari, atque ex illis genuina S. Scripturæ sensa mentemque rimari et interpretari: quâ de re vide S. August. lib. 2 Doctr. christ. c. 11.

Quintus. Sapientia hic, uti et Proverb. 8, et Sapient. 7, generatim sumitur, prout competit creatæ et increatæ; ac maximè significat practicam ethicam sanctorum, puta judicia et dictamina prudentiæ practica de obediendo Deo, Deique legi, illiusque executione, timore et amore; hæc enim sapientia practica, est cognitio Dei, et ultimi finis ac mediorum, puta legum eò ducentium, eorumdemque pius affectus, amor et desiderium. Hinc sapientia copiæ causa, nunc vocatur intellectus, nunc prudentia, nunc disciplina, nunc doctrina, nunc scientia, nunc astutia, nunc correctio, nunc eruditio: quæ omnia in re idem sunt et significant, licet etymo, connotatio, propriâ et præcisâ notatione et significatione differant, ut patet etymon cujusque intuenti.

Sextus. Sæpissimè more Hebræo hic subicitur verbum *est*, aut *sunt*. Rursùm multa alia subicentur, ac sæpè ipse finis et scopus sententiæ. Sic Proverb. 20, 12, dicit Salomon: *Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque*. At quorsùm? Subaudi et supple: Domino ergo factori utriusque gratiæ agendæ sunt, et utrisque utendum ad Dei honorem et beneplacitum, quia ipse est oculus lucidissimus, qui omnia videt; et auris acutissima, quæ omnia audit. Et Prov. 22, 2: *Dives et pauper obviaverunt sibi; utriusque operator est Dominus*. Subaudi et infer: ergo, cum sint pares creatione, licet dispares opibus; nec diviti superbiendum est in iis, nec pauperi mœrendum in earum defectu; sed quisque suâ sorte contentus alteri adminiculetur, et Deo serviat: tum quia Deus has sortes ita dispertire voluit ad hoc, ut mutuis auxiliis et officiis hæc vita contineretur; non enim voluit omnes esse divites: sic enim nemo vellet laborare, agros colere, etc., nec vicissim voluit omnes esse pauperes, quia hæc ratione non possent sese alere. Tum quia tam paupertas donum Dei est, quàm sunt divitiæ; nam sicut Deus divitibus dat divitias ad charitatis et eleemosynæ, ita pauperibus dat pauperiem ad laboris et patientiæ materiam, exercitium et meritum, cum gratiâ utriusque proportionatâ.

Septimus. Gnomæ et Proverbia non significant, quid semper fiat, sed quid plerùmque; subinde etiam eventum duntaxat, licet infrequentem et rarum. Sic c. 27, 28, dicitur: *Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet; et qui foveam fodit, incidet in eam*. Et v. 32: *Laqueo peribunt, qui casu delectantur alieno*. Et c. 42, 48: *In oculis suis lacrymatur inimicus, et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas*. Et Eccli. 10, 20: *In cogitatione tuâ regi ne detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti, quia et aves cæli portabunt vocem tuam, et qui habet pennas, annuntiabit sententiam*.

Octavus. Bona temporalia, quæ promittuntur hic sapientibus et probè viventibus, propriè spectant ad Judæos et vetus Testamentum: bona verò spiritualia, ad Christianos et novum Testamentum.

Nonus. Est hic congeries sententiarum de quâlibet re agibili, quibus quâlibet occasione, loco et tempore utamur contra occurrentia vitia, eorumque pericula et tentationes, ut iis actiones metiamur, et dirigamus secundum præscriptum quarumlibet virtutum. Quare non est hic quærendus earum ordo et connexio; promiscuè enim ponuntur, ut gnomæ, uti ostendi cap. 5. Sæpè tamen Siracides de eadem virtute, aut viti

plures sententias congerit, ejusque varias species, modos, fructus recenset; ac subinde subjicit ejus contraria, ut eam per illorum antithesim illustret: quo facto non raro transit ad id quod ei vicinum est et affine. Sic cap. 1 agit de sapientia; mox v. 11 transit ad timorem Dei, sapientie affinem. Sic c. 6 agit de amicitia vera et falsa; ac vers. 18 transit ad sapientiam, que vere amicitie est conciliatrix. Sic cap. 7 agit de pietate debita Deo; ac mox transit ad pietatem debitam sacerdotibus, parentibus, filiis, amicis, potentibus afflictis, infirmis et mortuis.

Decimus. Varia hic traduntur preceptorum et monitorum genera, quedam ethica et privati hominis, quedam œconomica, alia politica, alia denique theologica. Rursum quedam didascalica et doctrinalia, nonnulla consolatoria, alia parennetica et exhortatoria.

Undecimus. Crebræ sunt antitheses inter sapientem et stultum; sapientem enim vocat ethicum practicum ex adverso stultum indigitat hujus ethices ignarum, pravum et perversum. Sapiens ergo est vir probus; stultus est improbus. Per sapientiam enim hic ethica et practica, puta bonitas et virtus, intelligitur. Unde Prov. 1, 4, et c. 7, v. ult., sapientiæ opponitur malitia.

Duodecimus. Conjunctio *et sæpè idem est quòd sic vel sicut*; similia enim connectit: ideòque quasi comparationis nota ea inter se confert et comparat, ut c. 19, 26: *Ex visu cognoscitur vir; et (id est, sic) qui pungit cor, profert sensum.* C. 21, 29: *In ore futurorum cor illorum; et (id est, sic ex adverso) in corde sapientiam os illorum.* Prov. 25, 3: *Cælum sursum, et terra deorsum; et (id est, sic) cor regum inscrutabile.* Et v. 25: *Ventus Aquilo dissipat pluvias; et (id est, sic) facies tristis linguam detrahentem.* Et v. 25: *Aqua frigida animæ sitienti; et (id est, sic gratus et jucundus est) nuntius bonus de terrâ longinquâ.* Talia crebra sunt in Proverbiis, adeòque in singulis subinde sententiis occurrunt.

Decimus tertius. Sapiens volitionem, initium, conatum operis solet nobis vel creaturis tribuere, velut facilem cum concursu Dei ordinario, quem presupponit et subintelligit; finem verò et exitum felicem adscribit Deo: tum quia exitus sic difficilior est, ob multa obstacula quæ in executione occurrunt, et ob causas alias concurrentes, quas Deus vel generali vel speciali suâ providentiâ ordinat et disponit; tum quia finis in opere est id quod maximè optatur et intenditur, ideòque primæ et summæ causæ attribui solet; abstrahit enim ab operibus gratiæ, quam certum est in actibus supernaturalibus primas medias et ultimas tenere.

Decimus quartus. S. Cyrillus lib. 9 contra Julian. : « Mos, ait, est S. Scripture pedis gressum et interdum totum pedem ænigmaticè accipere pro eo quod ostendit viam ejus, quod unicuique faciendum est. » ut Prov. 25: *Rectos gressus fac pedibus tuis, et vias tuas dirige;* et Psal. 118: *Converti pedes meos in testimonia tua.* Itaque pes per figuram via est in unoquoque opere. »

Decimus quintus. Hebræa *Mise*, id est, Proverbia, vocant sententiam quammet illustrem, quasi predominantem et excellentiorem cæteris, præfixam enim *משל* *masal* significat præcedere, dominari, sive ea analogum sit et proverbium, sive parabola et ænigma, sive quod aliud; quo factum est ut in Script. sæpè confundantur, et pro eodem sumantur hæc nomina parabola, proverbium, parœmia, ænigma, etc.

Decimus sextus. Græcus textus hic multo concisior est Latino. Hinc pleræque sententiæ, que in Latino sunt truncemeres, in Græco sunt hincemeres, ut patet ante c. 4, v. 2 et 5, et 8, et 9, etc. Quocirca subinde Græcus non videtur integras Siracidis sententiæ ponere, sed eas abbreviare et quasi in compendium redigere; unde et nonnullas omittit, eo quod aliis antea dictis sint similes. Quod enim Jansenus opinatur, sententiæ, que in Græco non habentur, esse alicujus commentatoris, qui ad marginem, explicationis gratiâ, eas scripserit; alium verò putantem eas esse Siracidis, ex margine in textum illas transtulisse, planè videtur improbabile. Multæ enim sunt hæc sententiæ in Latinis codicibus, que desiderantur in Græcis; ac proinde omnes illæ essent irreptitiæ, nec haberent auctoritatem S. Scripturæ quod repugnat conc. Trident. sess. 4, ubi sancit Vulgatam versionem Latinam per omnia habendam esse authenticam et canonicam Scripturam. Accedit quòd Græci codices mire inter se variant, et nonnulli consentiant cum Latinis. Illis ergo magis credendum, quam Græcis ita variantibus præsertim quia Latinis, non Græcis consentiant et astipulantur S. Aug. in Speculo, S. Cypr. de Bono patientiæ, et alii veteres. Quare Vulgata versio latina, non ex Græco textu corrigenda est, illique adaptanda, uti censet Isidorus Clavius; sed potius Græca Latinis accommodanda sunt. Sanè ex dictis liquet, à Græcis variis variè hunc librum fuisse coagmentatum, sententiis aliis additis, aliis demptis, aliis mutatis, idque partim vitio scriptorum partim libertate commentatorum, qui, cum censerent librum hunc non esse canonicum, liberius ejus sententiæ paraphrasticè exposuerunt, vel suis conceptibus adaptarunt: partim etiam quòd Siracides nepos avi sententiæ sparsas variè transcripserit, nunc aliquas addendo, nunc demendo, nunc ex uno loco in alium transferendo, nunc novum eorum sensum afferendo; sic enim solent auctores, dum libros suos recognoscunt, aut iterùm describi vel recudi curant, quedam addere, quedam demere, quedam immutare. Simili modo videmus in Proverbiis apud Septuaginta et nostrum exstare aliquot sententiæ que non sunt in Hebræo, uti videre est in fine cap. 4, et initio 7. Ut ut est, sententiæ Siracidis Græci textus, que non exstant in Latino, non habent certam et canonicam auctoritatem (nisi quibus à Patribus eas citantibus illa datur), quia concilium Tridentinum Vulgatam versionem Latinam probavit, non Græcam.

Decimus septimus. Eadem sententiæ subinde iterantur, et inculcantur aliis et aliis verbis. Simili modo S. Gregorius, quod dixit unâ phrasi, mox aliâ di-

cere solet, replicare et inculcare. Quædam non sunt eadem, sed affines et similes. Pari modo similes de eadem re sententias conglobant et coacervant S. Maximus Antiochus, Antonius in Melissa, Isaias abbas, S. Nilus, S. Ephræm, cæterique ethici et gnomologi, tam profani quàm sacri.

Decimus octavus. Interpres Latinus admodum est vetustus; præcessit enim tempora S. Hieron. : quare multa habet verba illo ævo præciso usitata, jam verò obsoleta, Pleraque illorum recensui et collegi c. 6, in fine.

Decimus nonus. Cùm præcepto alieni subditur pari tonore imperativus, vel futurum; fructum vel damnum ex observatione vel prævaricatione præcepti sequentem significans, tunc imperativus, vel futurum per modum subjectivum exponendus est, ut non aliud præceptum, sed præcepti jam dati fructus, et pœna, vel præmium significetur : quare tunc copula *et* accipienda est pro *ut*. Exempla sunt c. 7, v. 1, 2, 3; c. 8,

v. 4, 13 : *Non incendas carbones peccatorum, arguens eos, et ne (id est, ut non) incendaris flammâ ignis peccatorum illorum.* Et alibi sæpè.

Vigesimus. In Vulgatâ versione Ecclesiastici subinde unus idemque versus Græcus, quia ambiguus et plura significans, duobus Latinis redditur, aut certè idem versus Græcus Latinè diversimodè redditus, utroque modo, ut plenior esset versio, in Latinam Vulgatam transcriptus est. Cujus rei exemplum clarum dabo, c. 34, v. 10 et 11. Idem fecère subinde Septuag. in Proverbiis, uti ostendam Prov. 29, 25.

Porrò, more meo succinctus, methodicus, perspicuus, genuinus et exactus esse conabor, ut Siracidem tot capiibus, gnomis, materiis copiosum prolixumque uno tomo complectar; præsertim quia, Deo duce, propediem luci dabo Salomonem, qui idem tractat argumentum, cui, ut fonti, multa et magna jure reservo.

IN ECCLESIASTICUM COMMENTARIUM.

Prologus.

Multorum nobis, et magnorum, per legem et prophetas aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est : in quibus oportet laudare Israel doctrinæ et sapientiæ causâ, quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse et dicentes et scribentes doctissimos fieri. Avus meus Jesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis et prophetarum, et aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit et ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam et sapientiam pertinent, ut desiderantes discere, et illorum periti facti, magis magisque attendant animo, et confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, et attentiori studio lectionem facere, et veniam habere in illis in quibus videmur, sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed et ipsa lex, et prophete, cæteraque aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo et trigesimo anno temporibus Ptolomæi Evergetis regis, postquam perveni in Ægyptum, et cùm multum temporis ibi fuisset, inveni ibi libros relictos, non parvæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum et necessarium putavi et ipse atque cum adhibere diligentiam et laborem interpretandi librum istum, et multâ vigiliâ attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, et illis qui volunt animum intendere, et discere quemadmodum oporteat instituire mores, qui secundum legem Domini proposituerint vitam agere.

Prologue.

On peut voir dans la loi, dans les prophètes, et dans ceux qui les ont suivis, beaucoup de choses très-grandes et très-sages, qui rendent Israël digne de louange pour sa doctrine et pour sa sagesse ; puisque, non-seulement les auteurs de ces discours ont dû être très-éclairés, mais que les étrangers même peuvent devenir par leur moyen très-habiles à parler et à écrire. C'est de cette manière que Jésus, mon aïeul, après s'être appliqué avec grand soin à la lecture de la loi et des prophètes, et des autres livres que nos pères nous ont laissés, a voulu lui-même écrire sur ce qui regarde la doctrine et la sagesse, afin que ceux qui désirent apprendre, s'étant instruits par ce livre, s'appliquent de plus en plus à la considération de leurs devoirs, et s'affermissent dans une vie conforme à la loi de Dieu. Je vous exhorte donc, vous qui voudrez lire ce livre, à y apporter une disposition favorable et une attention particulière ; et à nous pardonner, s'il semble qu'en quelques endroits, voulant rendre toute la beauté et toute la force de l'original, nous ne pouvons trouver des paroles qui en expriment tout le sens ; car les mots hébreux n'ont plus la même force, lorsqu'ils sont traduits dans une langue étrangère, ce qui n'arrive pas seulement en ce livre ; mais la loi même, les prophètes et les autres livres sont fort différents, dans leurs versions, de ce qu'ils sont dans leur propre langue. Étant donc venu en Égypte en la trente-huitième année, sous le règne de Ptolémée Evergète, et y ayant demeuré long temps, j'y ai trouvé ce livre qui y avait été laissé, et qui contenait une excellente doctrine : c'est pourquoi j'ai cru qu'il était utile et même nécessaire de travailler avec soin à le traduire. Ainsi, m'étant appliqué à cette traduction pendant quelque temps, avec beaucoup de veilles et de soin, je l'ai achevée enfin, et j'ai mis ce livre en état d'être publié, pour servir à ceux qui voudront penser à eux-mêmes, et apprendre de quelle manière ils doivent se conduire dans la résolution qu'ils auront formée de régler leur vie selon la loi du Seigneur.

CAPUT PRIMUM.

CHAPITRE PREMIER.

1. Omnis sapientia à Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante avum.
2. Arenam maris, et pluvia guttas, et dies seculi, quis dinumeravit? altitudinem cœli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi, quis dimensus est?
3. Sapientiam Dei, præcedentem omnia, quis investigavit?
4. Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.
5. Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata æterna.
6. Radix sapientiæ cui revelata est? et astutias illius quis agnovit?
7. Disciplina sapientiæ cui revelata est et manifesta? et multiplicationem ingressus illius quis intellexit?
8. Unus est altissimus Creator omnipotens, et Rex potens, et metuendus nimis, sedens super thronum illius, et dominans Deus.
9. Ipse creavit illam in Spiritu sancto, et vidit, et dinumeravit, et mensus est.
10. Et effudit illam super omnia sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et præbuit illam diligentibus se.
11. Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.
12. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiâ, et gaudium, et longitudinem dierum.
13. Timenti Dominum benè erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur.
14. Dilectio Dei honorabilis sapientiâ.
15. Quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum.
16. Initium sapientiæ, timor Domini, et cum fidelibus in vulvâ concreatus est; cum electis feminis graditur, et cum justis et fidelibus agnoscitur.
17. Timor Domini, scientiæ religiositas.
18. Religiositas custodiet et justificabit cor; jucunditatem atque gaudium dabit.
19. Timenti Dominum benè erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.
20. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo à fructibus illius.
21. Omnem domum illius implebit à generationibus, et receptacula à thesauris illius.
22. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, et salutis fructum:
23. Et vidit, et dinumeravit eam: utraque autem sunt dona Dei.
24. Scientiam et intellectum prudentiæ sapientiâ compartietur; et gloriam tenentium se exaltat.
25. Radix sapientiæ est timere Dominum, et rami illius longævi.
26. In thesauris sapientiæ intellectus, et scientiæ religiositas; execratio autem peccatoribus sapientiâ.
27. Timor Domini expellit peccatum.
28. Nam qui sine timore est, non poterit justificari; iracundia enim animositatis illius, subversio illius est.

1. Toute sagesse vient de Dieu, le Seigneur, et elle a toujours été avec lui, et elle y est avant tous les siècles) (1).
2. Qui a compte le sable de la mer, les gouttes de la pluie et les jours de la durée du monde? Qui a mesuré la hauteur du ciel, l'étendue de la terre, et la profondeur de l'abîme?
3. Qui a aussi pénétré la sagesse de Dieu, (laquelle précède toutes choses?)
4. La sagesse a été créée avant tout, et la lumière de l'intelligence est dès le commencement.
5. Le Verbe de Dieu au plus haut des cieux, est la source de la sagesse; et ses voies sont les commandements éternels.
6. A qui la racine de la sagesse a-t-elle été découverte, et qui a pénétré ses subtilités?
7. (A qui la conduite de la sagesse a-t-elle été révélée et montrée à nu? et qui a compris la multiplicité de ses démarches?)
8. Le Très-Haut seul (le Créateur qui peut tout, le roi puissant et) infiniment redoutable, qui est assis sur son trône, (le Dieu souverain dominateur.)
9. C'est lui qui l'a créée (dans l'Esprit-Saint, qui l'a vue), qui l'a nommée, (et qui l'a mesurée.)
10. Et il l'a répandue sur tous ses ouvrages, et sur toute chair, selon le partage qu'il en a fait, et il l'a donnée à ceux qui l'aiment.
11. La crainte du Seigneur est la véritable gloire, et un juste sujet de se glorifier, c'est une source de joie et une couronne d'allégresse.
12. La crainte du Seigneur rejouira le cœur; elle donnera la joie, l'allégresse et la longue vie.
13. Celui qui craint le Seigneur se trouvera heureux à la fin de sa vie, et il sera béni au jour de sa mort.
14. (L'amour de Dieu est la sagesse digne d'être honorée.
15. Ceux à qui elle se découvre l'aiment aussitôt qu'ils l'ont vue, et qu'ils ont connu la magnificence de ses ouvrages.)
16. La crainte du Seigneur est le principe de la sagesse; elle est créée avec les hommes fidèles dès le sein de leur mère; (elle accompagne les femmes choisies, et elle se fait remarquer dans les justes et dans les fidèles.)
17. (La crainte du Seigneur est la sanctification de la science.)
18. Cette sanctification garde le cœur, et il rend juste; elle le remplit de sanctification et de joie.
19. Celui qui craint le Seigneur sera heureux, et il sera béni au jour de sa mort.)
20. La crainte de Dieu est la plénitude de la sagesse; et elle rassasie de l'abondance de ses fruits ceux qu'elle possède.
21. Elle comble toute leur maison des biens qu'elle produit, et leurs celliers de ses trésors.
22. La crainte du Seigneur est la couronne de la sagesse; elle donne la plénitude de la paix, et les fruits du salut.
23. Elle connaît la sagesse et le nombre de ses merveilles: (et l'un et l'autre est un don de Dieu.)
24. La sagesse répand la science et la lumière de la prudence; et elle élève en gloire ceux qui lui demeurent attachés.
25. La crainte du Seigneur est la racine de la sagesse, et ses branches sont d'une longue durée.
26. (L'intelligence et la science religieuse se trouvent dans les trésors de la sagesse; mais la sagesse est en execration aux pêcheurs.
27. La crainte du Seigneur chasse le péché; mais celui qui n'a pas cette crainte ne pourra l'éviter.)
28. Car celui qui est sans crainte ne pourra devenir juste, parce que l'émotion de la colère qu'il a dans le cœur est sa ruine.

(1) Ce qui est enterré entre deux parenthèses ici et dans la suite, ne se trouve point dans le grec de l'édition romaine.

29. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis.

30. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius.

31. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ :

32. Execratio autem peccatori, cultura Dei.

33. Fili, concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi.

34. Sapientia enim et disciplina timor Domini ; et quod beneplacitum est illi,

35. Fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius.

36. Ne sis incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad illum duplici corde.

37. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labiis tuis.

38. Attende in illis, ne fortè cadas, et adducas animæ tuæ inhonorationem.

39. Et revelet Deus absconsa tua, et in medio synagogæ elidat te :

40. Quoniam accessisti malignè ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallaciâ.

29. L'homme patient attendra jusqu'au temps marqué ; et après cela la joie lui sera rendue.

30. (L'homme de bon sens) retiendra en lui-même ses paroles jusqu'au temps propice ; et les lèvres de plusieurs publieront sa prudence.

31. Les règles de la conduite sont renfermées dans les trésors de la sagesse.

32. Mais le pécheur aura en exécration le culte de Dieu.

33. (Mon fils,) si vous désirez la sagesse avec ardeur, conservez la justice, et Dieu vous la donnera ;

34. Car la crainte du Seigneur est la sagesse et la science véritable ; et ce qui lui est agréable,

35. C'est la foi et la douceur ; (et il comblera les trésors de celui en qui elles se trouvent.)

36. Ne soyez point rebelle aux impressions de la crainte du Seigneur, et ne vous approchez point de lui avec un cœur double.

37. Ne soyez point hypocrite devant les hommes ; (et que vos lèvres ne vous soient point un sujet de scandale.)

38. Soyez attentif à vos paroles, de peur que vous ne tombiez, et ne déshonoriez votre ame ;

39. Et que Dieu découvrant ce qui était caché en vous, ne vous brise au milieu de l'assemblée.

40. Parce que vous vous êtes approché du Seigneur avec une disposition maligne, et que votre cœur est plein de déguisement (et de tromperie).

COMMENTARIUM.

PROLOGUS (1).

MULTORUM ET MAGNORUM, id est, multarum, et ma-

(1) In Græcis codicibus habetur proœmium quod in Latinis desideratur : proinde illud hic transcribam ex Bibliis Vatabli ; sic enim se habet : *Jesus hic Sirach quidem fuit filius, sed cognominis sibi, Jesu nepos ; vivit autem temporibus ceterioribus captivitatem et restitutionem secutus ; adeoque post omnes ferè prophetas. Porrò avus ejus, Jesus, ut et ipse testatur, industrius vir fuit inter Hebræos, et prudentissimus, qui non solum aliorum ante se prudentium virorum sapienter dicta collegit, sed etiam ipse quædam privatim multa, scientiâ sapientiâque plena pronuntiavit. Postquàm igitur hoc libro ferè collectio relicto primus ille Jesus de vitâ decessit, Sirach hic, post eum rursus acceptum, eundem filio suo Jesu reliquit. Is tandem hunc nactus, concinnè totum coegit in unum volumen, et sapientiam eum suo et paterno, adeoque avi nomine inscripsit : nempe, ut ipso sapientiæ nomine auditorem ad ipsum librum majori desiderio meditationeque pertractandum alliceret. Ergo dicta sapientiæ et ænigmata, similitudinesque continet, et peculiare quædam antiquas ac divinas de viris Deo probatis historias ; tum orationes et hymnos ejusdem atque insuper, quibus beneficiis Deus populum suum sit dignatus, quibusque malis inimicos ejusdem cumulârit. Sanè hic Jesus Salomonis sectator fuit, nihil minus illo sapientiæ et eruditionis nomine probatus, ut qui multiscius verè fuerit, et sit appellatus.*

Nota. Hoc proœmium additum est ex S. Athanasio in Synopsi S. Scripturæ in Ecclesiasticæ : ibi enim ad verbum in Græco eædem sunt sententiæ, imò eadem planè verba, quæ hic : contuli verba verbis, et ita deprehendi. Quare hoc proœmium non est Jesu Sirach senioris, vel junioris ; sed longè post eos, imò post Christum, transcriptum ex S. Athanasio, quasi præludium et argumentum Ecclesiastici ; sicut in cæteris S. Scripturæ libris præfiguntur proœmia ex S. Hieronymo, quibus ipse præfando libri cujusque auctorem, materiam et stylum describit. Quà de causâ editio Græca Bibliorum correctâ à Romanis, hoc proœmio caret, tantumque ponit prologum qui habetur in Bibliis Latinois, de quo paulò post. Unde rursus colligas editionem Latinam Ecclesiastici esse antiquiorem S. Athanasio, uti superius pluribus demonstravi ; si enim esset posterior, utique qui trans-

tulit Ecclesiasticum ex Græco, transtulisset et prologum ei præfixum ex S. Athanasio.

Nonnulli, inter quos est Paulus à Palacio, proœmium hoc quasi pseudepigraphum falsitatis insimulant, duobus judiciis. Prius est, quòd proœmium hoc asserat, Jesum juniorem, sive nepotem, Ecclesiasticum à Jesu seniore et avo conscriptum concinnasse, et in ordinem redegisse : quo videtur nepoti arrogare librum, quasi ipse ejus sit auctor, cum constet auctorem esse Jesum avum, non nepotem. Posterius, quòd proœmium hoc asseveret, librum hunc ab avo relictum patri, et ab eo nepoti traditum, cum in vero nepotis prologo, qui in Latinis Bibliis exstat, nepos ipse dicat, se hunc librum invenisse in Ægypto, post diutinam ibidem commorationem. Verùm, cum hoc proœmium sit S. Athanasii, non magis de ejus veritate et fide dubitare licet, quàm de proœmiis cæteris S. Hieronymi. Quare ad prius respondeo, materias et sententiâs omnes hujus libri à Jesu seniore esse conscriptas, ideòque ipsum libri esse auctorem ; eadem verò à Jesu juniore in Græcum esse conversas, et juxta materias in ordinem digestas, et in capita distributas ; quocirca ipse libri est interpres duntaxat et digester, non auctor ; eum enim hæc non tantum interpretatum esse, sed et digessisse ac concinnasse, unumque ex iis codicem confecisse, censet S. Athanasius præfationis auctor ; licet ipse Jesus junior in præfatione suâ asserat duntaxat se ea interpretatum esse, et vertisse in Græcum. Simili modo viri Ezechiae transtulerunt, id est, in ordinem digesserunt, Parabolas Salomonis post c. 24, qui tamen parabolarum non sunt auctores, sed Salomon. Unde Prov. 25, 1, dicitur : *Hæc quoque Parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiae, regis Juda.* Ubi acatè advertit noster Salazar, hosce viros non tam sparsas Salomonis sententiâs in unum Parabolarum codicem redegisse, ut volunt Cajetanus, Vatablus et alii, quàm Parabolarum ordinem mutasse. Cum enim Salomon post c. 24 immediatè posuisset verba Agur sive Congregantis, et Lamuelis regis, quasi dialogistarum et interlocutorum secum in hoc sapientiæ convivio, quòd descripsit Prov. 9 (ut colligitur ex eo quòd Septuaginta hæc annectant capiti 24, ponantque ante caput 25 Prov.) viri Ezechiae, ut omnia dicta Salomonis conjungerent, ea, quæ Salomon post dicta Agur et Lamuelis interlocutorum posuerat, præposuerunt et transtulerunt ad c. 25 ; dicta verò Agur et Lamue-

gnarum rerum (1). IN QUIBUS, pro, in quo. LOQUENTES, scilicet ex lege et prophetis docentes. DISCENTES, scilicet

illis postposuerunt et rejecerunt in cap. 50 et 51, ut patet ex intuitu; unde pro *transulerunt*, *Tigumna* vertit, *huc retulerunt*.

Ad posterius respondeo librum hunc ab avo in Ægypto esse conscriptum, relictumque filio, qui eum in suâ, vel cognatorum et amicorum Bibliothecâ reposuit, ubi inter ceteros aevi patrisque libros eum reperit nepos; ideoque ei à patre hic liber traditus dicitur, quia Bibliothecam omnem, uti et hereditatem ceteram, pater filio de more testamento reliquit; in Bibliothecâ autem erat hic avi liber. Aut certe pater librum reliquit amicis tradendum filio; sed ipsi vel demortui, vel alio migrantes, vel oblitii, eum tradere destulerunt, donec filius scrutando eorum libros, inter eos ipsum invenit.

EX titulo liquet prologum hunc Ecclesiastico additum à Jesu juniore, qui Ecclesiastici fuit interpres. Quarres an hic prologus habeat eandem auctoritatem quam habet Ecclesiasticus, sitque Scriptura canonica? Aliqui respondent affirmativè, probantque ex eo quòd in editione Bibliorum Clementis VIII hic prologus præfigatur Ecclesiastico, cum in proœmio eorumdem dicatur, in editione illâ, nihil non canonicum intexi. Ita censet noster Grotscrus tom. I Defensionis Bellarmini, lib. 1, cap. 14, p. 268. Verùm probabiliùs alii respondent negativè. Ratio est, quia Jesus junior tantum fuit interpres, non auctor; interpretes autem non condunt S. Scripturam, sed duntaxat interpretantur. Unde prologus hic in multis Græcis codicibus, ut Complutensibus, Græcè desideratur; æquè ac in versione Arabicâ et Syriacâ; atque Rabanus, Dionys. Palæius, qui in Ecclesiasticum commentantur, prologum non attingunt. Pluribus idipsum demonstravi Thren. 4 in argumento, ubi simili modo prologum Threnorum non esse Scripturam canonicam ostendi. Ita Jansenius et alii. Errat ergo Abulensis in præfat. 4 Paralip. cap. 7, ubi asserit eundem esse auctorem prologi et libri Ecclesiastici, scilicet Jesum juniorem; unde sequeretur tam prologum quam librum habere auctoritatem S. Scripturæ. Idem sensisse videtur Isidorus lib. 4 de Eccles. Offic. cap. 12. Causam erroris indicavi in Prolegomenis, cap. 2. (Corn. à Lap.)

(1) MULTORUM NOBIS ET MAGNORUM PER LEGEM ET PROPHETAS, etc. Hujus præfationis initium obscurum est in Latino, luculentius in Græco. Ita verò reddi potest: *Cùm multa nobis et magna per legem et prophetas, et eos qui ipsos secuti, dicta essent, ob que par est laudari Israelem eruditionis et sapientiæ nomine, talia ut ex eis non modò lectores ipsi peritiam adipisci debeant, sed et possint disciplinæ studiosi æternæ se præbere utiles, tum loquendo, tum scribendo; etiam avus meus Jesus cùm ingenium studiumque contulisset ad legendam legem, prophetas, aliosque gentis sue libros. in hisque satis exercitationis ac facultatis requisivisset, aggressus est et ipse scribere aliquid eorum, que ad disciplinam et sapientiam pertinent.*

ET VENIAM HABERE. Hic sensus est Græcæ locutionis: Ut venia nobis detur in iis locis, in quibus aliquas Hebraicas locutiones satis aptè reddidisse non videbimur.

DEFICIUNT VERBA HEBRAICA. Ita propriè sonat Græcus. Quantumvis elegans et concinna sit versio, æquare nullo modo archetypum potest. Alterius sermonis voces vim vocabulorum prioris nunquam formè assequuntur. Si solum alicujus libri versionem legas, perinde erit ac si Belgicum aulaicum ex oppositâ parte inspicias; ubi eadem imagines sunt, at non eadem venustas et elegantia. Aptissimè in hanc rem S. Hieronymus: *Alienis de utibus commoliti cibi resceatibus nauseam faciunt. Patrius auctoris sermo descendus est, atque ipso è fonte purissimi latices hauriendi.*

licet eam doctrinam. AMPLIUS, id est, multum. SEQUENTES, pro, sequi, seu describere. DEFICIENT, id est, amittunt vim suam. HEC, scilicet quæ transtulit. INTER SE, id est, propria lingua. ANNO, scilicet ætatis meæ, vel regni Ptolomæi. AD FINEM, etc.; q. d.: Quæ opus erant ad periciendum librum hunc, et dandum illis qui, etc.

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. — ÆVUM, id est, seculum, q. d.; ante omne tempus (1).

VERS. 2. — DINUMPERAVIT, sub., nisi Dei sapientia (2).

VERS. 3. — INVESTIGAVIT, id est, comprehendit (3).

VERS. 4. — CREATA, scilicet in angelis, vel pro-

IPSA LEX ET PROPHETÆ. Horum libri Ptolomæi Philadelphii ætate Græcè redditi fuerant, du ante quàm hic interpres manum scribendo adinvenisset.

OCTAVO ET TRIGESIMO ANNO, TEMPORIBUS PTOLOMÆI EVERGETIS REGIS, POSTQUAM PERVENI IN ÆGYPTUM. Duos Ægyptiorum reges Evergetas novimus, tertium scilicet ac septimum Ptolomæos. Hic septimus est, cognomine Evergetes, seu Physcon. Octavo ac trigesimo hujus regis anno Jesus Sirachides Hierosolymâ in Ægyptum venit; tribus enim et quinquaginta annis patriam cum fratre, ac partem solus, imperium tenuit Physcon. Libros magnopere amavisse et coluisse eruditos, dicitur Evergetes.

INVENI IBI LIBROS RELICTOS. Græcus ad verbum: *Et ibidem commoratus, vel ex aliis codicibus: Et ibidem parvo tempore commoratus, inveni non parvæ eruditionis exemplar.* Legunt alii: *Inveni non parvum eruditionis viaticum.* Denique alii: *Inveni non parvum eruditionis subsidium,* vel occasionem. Aliquando in Ægypto moratus, atque his libris sedulo expensis, eruditioni aptissimos inveni, eosque Græcè reddere decevi.

MULTA VIGILIA ATTULI DOCTRINAM IN SPATIO TEMPORIS, etc. Quæ sequuntur, in Græco ita sonant: *Maximè necessarium putavi ipse aliquam adhibere diligentiam, et laborem interpretandi librum istum. Multam enim vigiliam et solertiam attuli in spatio temporis, quo in Ægypto fui: ad hoc ut ad finem ducens istam librum, ederem etiam iis qui in peregrinatione, scilicet Judæis, qui extra Judæam, ac præsertim in Ægypto sunt, Hebraicæ lingue ignaris, volunt discere, præparati moribus secundum legem vivere.* Jam illis inter manus erant Sapientia et Proverbia Græcè reddita. At interpres benè de illis sese meritum censuit, si librum illis daret, qui eandem disciplinam spectat, atque innumera moralis institutionis præcepta continet. (Calmet.)

(1) *Toute sagesse vient du Seigneur notre Dieu; elle a toujours été avec lui, et elle y est avant tous les siècles.* L'auteur de ce livre commence par relever la sagesse, en marquant son émanation de Dieu, son unité avec lui, son éternité, et il nous excite ainsi à l'adorer avec le respect qui lui est dû, et à reconnaître, avec une profonde humilité, que Dieu, en nous la donnant, nous fait le plus grand don qu'il nous puisse faire, puisque c'est un don égal à lui-même. (Sacy.)

(2) *ARENAM MARIS.* Hæc eum sequentibus uno spiritu legenda. Sensus enim est: *Sicut arenam maris numeroque carens arena, ait Horatius) et pluviam guttas, et tempora æternitatis nemo numeraverit, sicut celi altitudinem, terræ partes omnes, et maris infima nemo metiri queat, ita nemo est qui Dei sapientiam omnem queat perverigare.* (Grotius.)

(3) *SAPIENTIAM DEI QUIS INVESTIGAVIT?* Nempe incomprehensibilis est, longè magis quàm arena maris, dies seculi, vel temporis etiam imaginari, etc. Agit hic primo loco de Sapientiâ increatâ. (Tirinus.)

ducta per intellectum à Deo Patre. Ab *ævo*, id est, ex æternitate (1).

VERS. 5. — *INGRESSUS*, id est, viæ. *ÆTERNA*, id est, immobilia, vel ad æternitatem ducentia (2).

VERS. 6. — *RADIX*, id est, origo, seu principium, unde orta.

ASTUTIAS, id est, cautiones. *AGNOVIT*, scilicet plene (3).

(1) *PRIOR OMNIUM CREATA EST SAPIENTIA, ET INTELLECTUS PRUDENTIÆ AB ÆVO*. Duo in speciem contraria videtur complecti hæc sententia: videlicet, creatam esse sapientiam et tamen ab ævo seu æterno existisse. Neque responderi potest per sapientiam intelligi Sapientiam Dei, hoc est, Filium Dei, qui fuit ab æterno, et nihilominus dicitur creatus improprie, quia ex Patre genitus; id, inquam, dici non potest, quia paulò post de eadem sapientiâ loquens Scriptura ait, vers. 9: *Ipsæ creavit eam in Spiritu sancto*, quod de Filio intelligi non potest. Non enim Filius ex Patre per Spiritum sanctum genitus est, sed contra Spiritus sanctus à Patre et Filio procedit. Est enim Spiritus sanctus, si originem spectemus, persona Filio posterior. Respondendum ergo videtur Ecclesiasticum loqui de sapientiâ indirectè, id est, non distinguendo creatam ab increatâ. Ita ut ea quæ hic sapientiæ tribuuntur, partim conveniant Sapientiæ increatæ, velut quòd fuerit ab æterno, et quòd sit incomprehensibilis; partim creatæ, velut cum dicit, *timorem Domini esse initium sapientiæ, imò esse ipsam sapientiam*; et similia. Quod autem dicitur vers. 9: *Ipsæ creavit eam in Spiritu sancto*, in Græco non habetur in Spiritu sancto. Si tamen (ut faciendum est) secundum Vulgatam editionem legamus, facilè intelligitur quomodò id verum sit de sapientiâ creatâ. Etenim illam Deus in nobis infundit per Spiritum sanctum, eodem modo quo de charitate testatur Apostol. Rom. 5. Et quod addit: *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis*, significat non ipsam sapientiam, de qua agit, esse Verbum Dei, id est, Filium Dei, sed hunc esse sapientiæ fontem. (Estius.)

(2) *FONS SAPIENTIÆ*. Hic consequenter agitur de emanatione sapientiæ exteriori, per hoc quòd ejus effectus creaturis communicatur. Et hoc est quòd dicitur: *Fons sapientiæ*, id est, ex quo derivantur effectus sapientiæ tanquam quidam rivuli; est, supple.

VERBEM DEI, quòd idem est cum sapientiâ genitâ.

IN EXCELSIS. Nam primò fuit in angelis sanctis, et consequenter in aliis creaturis

ET *INGRESSUS*. Dicuntur autem, *ingressus sapientiæ* ad omnes ejus revelationes, et maximè notabiles. Illa verò fuit valdè notabilis, quæ descendit in montem Sinai legem dando, audiente cuncto populo, ut habetur Exod. 20. Ideò subditur, *mandata æterna*. Tunc enim dedit Decalogi præcepta quæ dicuntur æterna, eò quòd sunt via deveniendi ad vitam æternam, Matth. 19, 6: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. (Lyranus.)

(3) *RADIX SAPIENTIÆ CUI REVELATA EST, ET ASTUTIAS ILLIUS QUIS AGNOVIT?* q. d.: Nemo sapientiæ originem, rationes et modos plene cognoscit, quia radix sapientiæ est Deus, quem nemo perfectè intelligit, licèt ramos quosdam sapientiæ à Deo in se derivatos, aliquo modo quisque cognoscat. Unde Lactant. lib. 5 de Falsâ Sapientiâ, cap. 6: «Ubi ergo, inquit, sapientia est? ut neque te omnia scire putet, quòd Dei est; neque omnia nescire, quòd peccatis: est enim aliquid medium, quòd sit hominis, id est, scientia cum ignorantia conjuncta et temperata. Scientia in nobis ab animâ est, quæ oritur è cælo: ignorantia à corpore, quòd est è terrâ. Unde nobis et cum Deo, et cum animalibus est aliqua communitas. Illa, quoniam ex his duobus conflamus elementis, quorum alterum luce præditum est, alterum tenebris; pars nobis data est scientiæ, pars ignorantiæ;

per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet.» Alii per radicem sapientiæ intelligunt timorem Domini; hic enim statuitur initium sapientiæ: pauci enim illo ævo cognoverunt Deum, Deique timorem, id est, religionem et cultum.

Astutias, vel, ut Vatavilus, *calliditatem*; Græcè *πανουργεῖματα*, in bonum capit Siracides, æquè ac Septuag. in Proverbiis: hos enim sequitur. Ita D. Thomas 1-2, q. 19, art. 7, ad 2: «Dicendum, inquit, quòd timor Dei comparatur ad totam vitam humanam per sapientiam Dei regulatam, sicut radix ad arborem. Unde dicitur Eccli. 1: *Radix sapientiæ est timere Dominum. Rami autem illius longævi*. Et ideò, sicut radix virtute dicitur esse tota arbor, ita timor Dei dicitur esse sapientia.»

Astutias ergo vocat rationes sapientes, cautelas, circumspectiones, quas Deus ubique in operibus suis faciendis et gubernandis adhibet; has enim nemo plene pervestigare et comprehendere potest. Unde Syrus vertit, *arcana intelligentiæ quis cognoscit?* Ipsam representarunt Ægyptii hieroglyphico Isidis, sive Minervæ Saitanæ, in ejus templo hæc erat inscriptio: *Ego sum omne quòd fuit, est, et erit; et meum pepum multas adhuc mortaliū evolvit: quem peper fructum, sol est*. Uti ex Plutarcho et Proclo refert noster Nicolaus Causinus lib. 1 Parabol. Histor. c. 56. Hæc enim Isis, sive Minerva, erat symbolum sapientiæ cælestis. Hoc est quòd de sapientiâ canit Baruch, c. 5, 15: *Quis invenit locum ejus, et quis invenit thesauros ejus? Ubi sunt principes gentium, qui in visceribus cæli ludunt? qui argentum thesaurizant et aurum?* etc. *Viam autem discipline ignoraverunt. Non est audita in terrâ Chanaan, neque visa est in Theman. Fili quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terrâ est, etc.; viam autem sapientiæ nescierunt.*

Quocirca Lactant. lib. 5 de Falsâ Sapientiâ, impugnat philosophos, qui se sapientiam invenisse jactabant; ac inter alia, c. 16: «Quando, inquit, philosophi esse cœperunt? Thales (ut opinor) primus, recens hæc quidem ætas. Ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandæ veritatis? Et mox: Seneca: Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo initia sapientiæ nota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione vivit. Quod irridens Persius: Postquam, inquit, sapere urbi cum pipere et palmis venit, tanquam sapientia cum saporis mercibus fuerit invecta: quæ secundum hominis naturam est, cum homine ipso cœperit necesse est; si verò non est, nec capere quidem illam posset humana natura. Sed, quia recepit, igitur à principio fuisse sapientiam necesse est. Ergo philosophia, quia non à principio fuit, non est eadem vera sapientia; sed videlicet Græci, qui sacras veritatis litteras non attigerant, quemadmodum depravata esset sapientia, nesciverunt. Et ideò cum vacare sapientiâ humanam vitam putarent, philosophiam commentum sibi, id est, latentem atque ignotam sibi veritatem disserendo eruere voluerunt, quòd studium, per ignorantiam veri, sapientiam putaverunt.» Septima est hæc sapientiæ laus, scilicet, quòd ipsa hominibus et angelis sit incomprehensibilis.

Allegoricè, radix sapientiæ est B. Virgo Deipara; hæc enim est mater Sapientiæ incarnatæ, puta, Christi. Unde à Patribus vocatur, et in Litanis invocatur *radix sapientiæ*, quam Deus creavit in Spiritu sancto. Hujus enim admirabilem conceptionem, nativitatem, præsentationem, vitamque angelicam in templo, annuntiationem, partum Verbi, etc., virtutes, dotes, prerogativas, excellentias, prudentiam et sapientiam nemo comprehendit: præsertim quia ipsa sola Verbi incarnationem, nativitatem, infantiam, sapientiam, vitam et gesta per experientiam ocularem, auritam, sensibilem, et multò magis mentalem, puta per illustrationem intellectus, et ardorem voluntatis sibi à Verbo intra se concepto, et jugiter sibi presente assidue inmissis cognovit, eaque S. Lucae, ut ea in Evangelio conscriberet, ac Apostolis et fidelibus re-

VERS. 7. — MULTIPLICATIONEM INGRESSUS, id est, multiplices vias (1).

VERS. 8. — ILLUS, pro, suum (2).

VERS. 9. — CREAVIT, id est, produxit, scilicet gignendo. IN SPIRITU SANCTO, pro, cum Spiritu sancto, quem unâ cum Filio produxit; procedit enim à Patre et Filio. VIDIT, scilicet in illâ omnia à se per illum faciendâ (3).

VERS. 10. — CARNEM, id est, hominem. SECUNDUM DATUM, id est, prout cuique voluit communicare (4).

VERS. 11. — TIMOR DOMINI. Describit initium sapientie. GLORIA, scilicet vera hominis (5).

velavit. Unde S. Thomas, 1 part., q. 25, art. 6, ad 4, querens an Deus possit creare creaturas perfectiores quam creavit, et illis rursus alias et alias perfectiores in infinitum, respondet posse; sed excipit tria, scilicet, incarnationem Verbi, maternitatem Virginis Deiparæ, et beatitudinem nostram, quæ sita est in visione et fruitione Dei: hæc tria enim, cum Deum involvant, imò pro objecto habeant, hinc nihil us potest à Deo fieri melius; alioqui enim Deo aliquid esset præstantius. Quare, sicut non potest esse perfectior homo, quàm Christus, utpote homo Deus; nec perfectior felicitas, quàm visio et possessio Dei: sic nec perfectior potest à Deo fieri mater, quàm mater Verbi, utpote Dei. Quare hæc tria, inquit, habent «quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus; ex hæc parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest aliquid melius esse Deo. Denique ipsa est radix sapientie: quia illam supereminenter à Deo sibi infusam, Apostolis, cæterisque fidelibus communicavit, et in dies se invocantibus communicat, uti communicavit S. Gregorio Thaumaturgo, jubens S. Joanni, ut illi traderet Symbolum formulamque fidei, quam Origeni, Ario et hæreticis opponeret. Item Alberto Magno, Ruperto abbati Tuitiensi, S. Thomæ Aquinati, aliisque pluribus.

(Corn. à Lap.)

(1) Par la diversité des démarches de la Sagesse, on peut entendre cette diversité si prodigieuse de ses dons, de ses effets et de ses impressions dans les âmes.

(Bible de Glaire.)

(2) UNUS EST ALTISSIMUS... SEDENS SUPER THRONUM ILLIUS. Sapientie profunditatem, vetustatem, dignitatem ac præstantiam animo assequi nemo hominum potest. Id unius Dei est, qui et illâ perfectissimè potitur, et illam pro arbitrio dat quibus libet. (Calmet.)

(3) IPSE CREAVIT ILLAM IN SPIRITU SANCTO. Apud Ecclesiasticum et Sapientiam, verbum, pietas, sapientia, Spiritus sanctus indiscriminatim plerumque usurpantur. Auctor sapientie Deus, ipsam in Spiritu sancto, seu Spiritum sanctum creavit. Ipsa divini oris halitus est, ipsiusque vultus fulgor, et mentis illius verbum. In Græco desunt hæc verba: *In Spiritu sancto, ferente solum: Dominus ipse creavit eam, et vidit, et dimoveravit eam.* Hanc Deus in æternitate produxit, omnem illius amplitudinem novit, ipsiusque annorum numerum scit, secretissimaque consilia et vias. Quidquid agit sapientia cum pondere, numero, mensurâ et ordine, Deum non latet. (Calmet.)

(4) ELI FUDIT ILLAM: quod in omnibus Dei operibus ars opificis elucescat. SECUNDUM DATUM SUUM: secundum voluntatem ac mensuram suam, 1 Cor. 12, 11, Eph. 4, 7: quisque habet quantum dederit. (Bossuet.)

(5) VERS. 12. — TIMOR DOMINI DILECTIO DEI, etc. Tempora verborum sæpè mutantur apud Hebræos; itaque venè qui hæc futura in præsens converterunt. Sed hoc loco illud breviter notandum est, *timorem Domini accipi pro religione ac cultu Dei.* Mihi autem placet

VERS. 14. — DILECTIO DEI, etc., q. d., in Dei dilectione consistit sapientia.

VERS. 15. — APPAREBIT, scilicet sapientia. IN VISU, q. d., se manifestans.

VERS. 16. — VULVA, q. d., jam inde ab infantia Deum timere incipiunt. AGNOSCIET, scilicet per bona opera in illis esse.

VERS. 17. — SCIENTIE RELIGIOSITAS, q. d., Dei cultus vetus.

VERS. 19. — CONSOLATIONIS, id est, cum Deus solet consolari. ALIIS. CONSUMMATIONIS, id est, mortis.

VERS. 20. — PLENISSIMO A FRUCTIBUS ILLIUS, pro, impletus suis fructibus, scilicet timementem Deum. Græcè *inebrians fructibus suis*, id est, replens.

21. — A GENERATIONIBUS, id est, fructibus. A THESAUROIS, pro, thesauris. ILLIUS, pro suis.

VERS. 22. — CORONA, id est, ornamentum. REPLENS; Græcè *germinans*.

VERS. 25. — ET VIDIT, etc., q. d.: Timens Deum expendit diligenter sapientie opera: quanquam hæc non sunt in omnibus exemplaribus Græcis. UTRAQVE, scilicet pax et salus; vel timor et sapientia.

VERS. 24. — COMPARTIETUR, id est, communicabit, seu distribuet pro cuiusque capacitate (1).

VERS. 25. — RAMI: adeoque fructus. PECCATUM; Græcè additur, *et iram*.

VERS. 28. — QUI SINE TIMORE EST. Græcè *iracundus*.

VERS. 50. — BONUS SENSUS, q. d., sensatus vir. VERBA ILLIUS, pro, verba sua, q. d., tacebit, reprimens iram; enarrabit scilicet laudantes.

VERS. 51. — SIGNIFICATIO, id est, declaratio seu demonstratio.

VERS. 55. — JUSTITIAM; Græcè, *mandata*.

VERS. 54. — SAPIENTIA ENIM, etc., q. d.: Conjunctæ enim sunt hæc virtutes, scilicet sapientia, disciplina, etc. ADIMPLEBIT, scilicet Deus, vel sapientia. ILLIUS, scilicet præcepta servantis.

VERS. 56. — INCREDIBILIS, id est, non parens.

VERS. 57. — SCANDALIZERIS, id est, offendas (2).

VERS. 58. — ILLIS, scilicet, labiis. INHONORATIONEM, id est, dedecus.

VERS. 59. — SYNAGOGÆ, id est, congregationis, q. d., coram multis.

ELIDAT, id est, prosternat, seu puniat.

nomen *timoris* retineri, intellectâ ejus significatione; sicut videmus in Psalmis atque in totâ ferè Scripturâ usurpari.

(Badvellus.)

(1) SCIENTIAM ET INTELLECTUM, etc. Ad verbum: *Scientiam et cognitionem intelligentiæ distillant, et quasi imbrem effudit. Cognitionem autem intelligentiæ vocat, ad intelligendum accommodatam, et quæ vim intelligendi habeat. Quidam vertunt *artem intelligentiæ*. Potest dici *cognitio intellectualis*, ut distinguatur ab omni aliâ quæ non constat vi mentis ac intellectus.*

(Biblia Vatabli.)

(2) NE TUERIS HYPOCRITA IN CONSPECTU HOMINUM: *ne simulator esto apud ora hominum: ne te apud alios laudato, cum lateant in te crimina.* (Castalio.)

CAPUT II.

1. Fili , accedens ad servitutum Dei , sta in iustitiâ et timore , et præpara animam tuam ad tentationem .
2. Deprime cor tuum , et sustine ; inclina aurem tuam , et suscipe verba intellectûs , et ne festines in tempore obductionis .
3. Sustine sustentationes Dei ; conjungere Deo , et sustine , ut crescat in novissimo vita tua .
4. Omne quod tibi applicitum fuerit , accipe : et in dolore sustine , et in humilitate tuâ patientiam habe :
5. Quoniam in igne probatur aurum et argentum , homines verò receptibiles in camino humiliationis .
6. Crede Deo , et recuperabit te ; et dirige viam tuam , et spera in illum . Serva timorem illius , et in illo veterasce .
7. Metuentes Dominum , sustinete misericordiam ejus ; et non deflectatis ab illo , ne cadatis .
8. Qui timetis Dominum , credite illi , et non evacua-bitur merces vestra .
9. Qui timetis Dominum , sperate in illum , et in oblectationem veniet vobis misericordia .
10. Qui timetis Dominum , diligite illum , et illuminabuntur corda vestra .
11. Respicite , filii , nationes hominum , et scitote quia nullus speravit in Domino , et confusus est .
12. Quis enim permansit in mandatis ejus , et derelictus est ? aut quis invocavit illum , et despexit illum ?
13. Quoniam pius et misericors est Deus , et remittet in die tribulationis peccata , et protector est omnibus exquirentibus se in veritate .
14. Væ duplici corde , et labiis scelestis , et manibus malefacientibus , et peccatori terram ingredientî duabus viis .
15. Væ dissolutis corde , qui non credunt Deo , et ideò non proteguntur ab eo .
16. Væ his qui perdiderunt sustinentiam , et qui dereliquerunt vias rectas , et diverterunt in vias pravas .
17. Et quid facient , cùm inspicere cœperit Dominus ?
18. Qui timent Dominum , non erunt incredibiles verbo illius ; et qui diligunt illum , conservabunt viam illius .
19. Qui timent Dominum , inquirent quæ beneplacita sunt ei ; et qui diligunt eum , replebuntur lege ipsius .
20. Qui timent Dominum , præparabunt corda sua , et in conspectu illius santificabunt animas suas .
21. Qui timent Dominum , custodiunt mandata illius , et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius .
22. Dicentes : Si pœnitentiam non egerimus , incidemus in manus Domini , et non in manus hominum .
23. Secundùm enim magnitudinem ipsius , sic et misericordia illius cum ipso est .

CHAPITRE II.

1. Mon fils , lorsque vous entrerez au service de Dieu , demeurez ferme dans la justice et dans la crainte , et préparez votre âme à la tentation .
2. Humiliez votre cœur et attendez avec patience . (Prêtez l'oreille , et recevez les paroles de la sagesse ;) et ne vous hâtez point au temps de l'obscurité ;
3. (Souffrez les délais de Dieu ;) demeurez uni à Dieu et ne vous laissez point d'attendre , afin que votre vie soit à la fin plus abondante .
4. Acceptez de bon cœur tout ce qui vous arrivera ; (demeurez en paix dans votre douleur ;) et au temps de votre humiliation , conservez la patience .
5. Car l'or (et l'argent) s'épurent par le feu ; mais les hommes agréables à Dieu s'éprouvent dans le fourneau de l'humiliation .
6. Ayez confiance en Dieu , et il vous retirera de tous ces maux : rendez votre voie droite , et espérez en lui . (Conservez sa crainte , et y vieillissez .)
7. Vous qui craignez le Seigneur , attendez sa miséricorde ; et ne vous détournerez point de lui , de peur que vous ne tombiez .
8. Vous qui craignez le Seigneur , croyez en lui , et vous ne perdrez point votre récompense .
9. Vous qui craignent le Seigneur , espérez en lui , et sa miséricorde viendra vous combler de joie .
10. (Vous qui craignent le Seigneur , aimez-le , et vos cœurs seront remplis de lumière .)
11. Considérez , (mes enfants ,) les nations des hommes , et sachez que nul n'a espéré dans le Seigneur , et a jamais été confondu .
12. Qui a persévéré dans les commandements de Dieu , et a été abandonné ? ou qui l'a invoqué , et a été méprisé de lui ?
13. Car Dieu est plein de bonté et de miséricorde ; il pardonne les péchés au jour de l'affliction ; (et il est le protecteur de tous ceux qui le cherchent dans la vérité .)
14. Malheur au cœur double , (aux lèvres corrompues ,) aux mains souillées de crimes , et au pécheur qui marche sur la terre par deux voies .
15. Malheur à ceux qui manquent de cœur , qui ne se fient point (à Dieu ,) et qui pour cette raison ne seront point protégés (de lui) .
16. Malheur à ceux qui ont perdu la patience (qui ont quitté les voies droites , et qui se sont détournés dans des routes égarées) .
17. Et que feront-ils lorsque le Seigneur commencera à examiner ?
18. Ceux qui craignent le Seigneur ne seront point incrédules à sa parole ; et ceux qui l'aiment , demeureront fermes dans sa voie .
19. Ceux qui craignent le Seigneur , rechercheront ce qui lui est agréable ; et ceux qui l'aiment seront remplis de sa loi .
20. Ceux qui craignent le Seigneur , prépareront leurs cœurs , et sanctifieront leurs âmes en sa présence .
21. (Ceux qui craignent le Seigneur , gardent ses commandements , et ils auront patience jusqu'à ce qu'il jette les yeux sur eux .)
22. En disant : (Si nous ne faisons pénitence ,) c'est dans les mains du Seigneur que nous tomberons , et non dans les mains des hommes .
23. Car autant que sa majesté est élevée , autant est grande sa miséricorde .

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TENTATIONEM, scilicet superandam (1).

VERS. 2. — DEPRIME, id est humiliat. FESTINES, id est, quidquam precipitanter agas. OBLECTIONIS, id est, ingruentis mali, seu tribulationis (2).

(1) AD TENTATIONEM, eam quae versatur in doloribus et cruciatibus perferendis, de qua Rom. 5, 5, 4, 5. (Bossuet.)

(2) DEPRIME. Jam Graeca legunt, *ὑβάζω*, id est, *diripe cor tuum*. Et sic legit S. Ephraem tract. de Patientia, et S. Cyrill. homil. quam Ephesi habuit. Tigurina, *recte instilve cor tuum*; q. d.: Dirige cor tuum recta ad Dei legem et voluntatem, illudque rectum ellice, et in hac rectitudine conserva, ne illud per tentationem ad dextram, vel sinistram flecti, curvari et obliquari sinas. Primum remedium ad vincendam tentationem, est animi ad eam praeparatio, quod assignavit v. 1. Secundum est, animi depressio et humilitas: vel, ut Graeca habent, *rectitudo*, quia tunc rectus est animus, cum legi aequè ac gratiae Dei humiliter se subjicit, sub eaque se deprimat et humiliat; hac enim humilitate sub potenti manu Dei, proficitur suam ad resistendum infirmitatem, imò impotentiam, adeoque faciliè postulat opem et gratiam Dei, eamque humilitate hac provocat et emeretur. Unde moraliter Palaeus: «Ante conversionem, inquit, tuam anima tua erat corde elato; carebat illa iugo; carebat sessore et domitore. In conversione verò vult Deus sedere in throno suo; vult sedere super asinam et pulo suo; vult ascendere super cherubim suo; vult equitare super pennas venti, seu spiritus sui. Deprime igitur te. Humilia te, Deum supra te receptorum: nullo modo superbiam admisericis.» Ita S. Antonius, teste S. Athanasio, vidit totum mundum laqueis tentationum, quos tendebant daemones, plenum, cumque suspirans diceret: «Domine, quis omnes hos laqueos evadere poterit?» audivit: «Humilitas. Humilitas enim solvit omnem virtutem innuci,» ut ipsi daemones sapientis confessi sunt. Hac de causa Deus permittit in sanctis, qui magnas tentationes vicerunt, nonnullas exiguas, ut, dum ab illis vincuntur, sentiant suam infirmitatem, seque humiliat, atque victoriam majorum, non sibi, sed Deo attribuant. Ita Rabanus.

ET SUSTINE. Tigurina, *age fortiter*; Graeco, *ἀντέστη*, id est, *tolera, sustine*: sicut discipulus tolerat et sustinet flagella magistri. Rursùm, *sustine*, inquit Palaeus, id est, ubi Deum super te admisericis, eum, quamvis videatur gravis, ne excusseris, sed sustine. Dicitur est: *Viriliter age, confortetur cor tuum, et sustine Dominum*. Ponderosus tibi videbitur non raro. At ne excusseris tui nobile pondus: dabit ipse vires ad sustinendum, qui vult pondus in onere, dicitque: *Sufficit tibi gratia mea*.

Hoc est tertium tentationis remedium, scilicet, patientia et sustinentia, quae patienter tolere tentationis molestias, dolores, metus, sollicitudines et angores. Verè Seneca in Sentent.: *Civis dolori remedium est patientia*. Idem lib. de Provident. cap. 1: «Deus, inquit, virum justum in deliciis non habet, experitur, et indurat, sibi illum praeparat.» Post nonnulla cap. 2: «Omnia adversa (vir bonus) exercitationibus patet: quis autem vir, modo erectus ad honesta, non est elaboris appetens justus, et ad officia cum periculo promptus? Cui non industria otium pena est? Marcet sine adversario virtus: tunc apparet quanta sit, quantum valeat polleatque, cum quid possit, patientia ostendit.» Et multa ille deinde congerit, quam multo verius in Christianum hominem cadunt; nihil enim viro justo optabilius est, quam in rebus adversis patientia. «Hae, inquit Tertullianus lib. de Patientia, fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, precipientem expectat, exomologesim assignat, carnem regit, spiritum servat, iram continet, tentationes conculcat, scandalum dala pellit, pauperem consolatur, divitem temperat,

VERS. 5. — SUSTINATIONIS DEI, id est, quae Deus vult sustineri, q. d., a Deo iniussa adversa, vel

infirmum non extendit, valentem non consumit, fidem delictat, gentium merita, servum domino, dominum Deo commendat, gentium excusat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in juvene, suscipitur in senes; in omni sexu, in omni aetate formosa est.

ET INCLINA AUREM TUAM, ET SUSCIBE VERBA INTELLIGENTIS. Tigurina: *Adverte aurem tuam, verbaque consueta percipe*. Quartum est hoc tentationis remedium, auditum, audire consilia et consolationes, tum S. Scripturae et librorum piorum, tum virorum spiritualium, quibus tentatus partim instruitur, quomodo, puta, quam prudenter et patienter se in tentatione gerere debeat; partim roboretur, ut eam fortiter patiat et sustineat. Significat ergo Siracides, tentatum debere excipere instructiones et consolationes, tum hominum, tum Dei sive eas suggerat per inspirationes internas, sive per S. Scripturam et libros pios. Quocirca tentatus illico recurrat ad lectionem et meditationem eorumdem.

Ita faciebat S. Paula, quando in omni tentationeolvebat verba S. Scripturae illi tentationi opportuna, quasi pharmaca efficacissima. Audi S. Hieron. in ejus Epist. hio: «In tentationibus. Deuteronomii verbaolvebat: *Tentat vos Dominus Deus vester; ut sciat est dirigatis Dominum Deum vestrum de toto corde vestro, et de tota anima de veritate*. In tribulationibus et angustiis, Isaiae replicabat eloquia: *Qui abstracti estis a lacte, qui abstracti ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem: adhuc pusillum propter multam laborem, propter linguam malignam*. Et Scripturae testimonium in consolationem suam edissererat, abductorum esse, eorum scilicet qui ad virilem aetatem pervenissent, tribulationem super tribulationem sustinere, ut spem super spem mercantur accipere: scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Et: *Quod si is, qui foris est homo noster, corrumptur; ille, qui intus est, invictetur*. Et: *In pressuram leve et momentaneum tribulationis vestrae, aeternum gloriae pondus operatur in vobis; non aspicientibus, quae videntur, sed quae non videntur: quae enim videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna*. Nec longum fore tempus, etiamsi humane impatientiae tardum videatur, quin Dei statim videatur auxilium, dicentis: *Tempore opportuno eravadi te, et in die salvis auxiliatus sum tibi*.)

ET NE FESTINES IN TEMPORE QUINUS recte aliqui legunt, *in tempus*, q. d.: Ne tua impatientia te precipites in tempus, obductionis, id est, tentationis, ne spontè te conjicias in tentationem, et consequenter in mortem presentem et aeternam: ita Palaeus.) OBLECTIONIS. Graeco *ἀπαγωγῆς*, id est, ut Complut., *inductionis* et illationis penarum: Tigurina, *impetus*; Vatabl., *invasionis*; Palaeus, *obsidorum*, puta, tentationis, afflictionis, calamitatis, quae tibi inducitur, quaque mens et totus homo quasi tenebris obducitur et absconditur. Noster vers. 4 vertit: *Omne quod tibi applicatum fuerit*: Graeco enim est idem verbum, *ἐπιπέσει*: ita Hesychius, Tigurina: *Ne quid impetis tempore trepidus; sed Deum sustine patienter*; Vatabl.: *Ne praecipites, etc.*; Arabicus: *Esto tranquillus, inuitens in vis tuis*. Sensus ergo est, q. d.: A Deo tentaris? ne sis festinus et praecipis in impatientiam, murmurationem, vindictam, pusillanimitatem, desperationem, apostasiam, etc. Sed esto longanimis, tolerans et constans. Hebraeorum enim *חֵפְזִים* *chappaz*, id est, *festinare*, saepe significat trepidare: unde *חֵפְזִים* *chappazon*, est trepidatio, pavor, fuga: qui enim trepidat, fugit. Aludat ad Isae 28, 46: *Qui crediderit, non festinet*. Et Hebraeorum 2, 5: *Si moram fecerit, expecta illam*. Omnia enim trista aequè ac leta temperat, incidit, et tam-

quamdù Deus expectari se vult. **SUSTINE**, id est, expecta illum. **CRESCAT**, scilicet per gratiam, vel gloriam. **IN NOVISSIMO**, id est, post toleratam tribulationem, vel in fine vitæ (1).

VERS. 4. — **APPLICITUM**, q. d., quidquid adversi accidat. **ACCIPERE**, id est, libenter excipe. **HUMILITATE**, id est, afflictione.

VERS. 5. — **RECEPTIBLES**, id est, acceptabiles, scilicet Deo. **HUMILIATIONIS**, id est, tribulationis, seu afflictionis.

VERS. 6. — **CREDE**, id est, confide: sic infra sapè. **RECUPERABIT**, id est, suscipiet, seu tuebitur. **VETERASCE**, id est, consenesce.

VERS. 7. — **SUSTINETE**, id est, expectate.

VERS. 8. — **EVACUABITUR**, id est, frustrabitur (2).

VERS. 11. — **CONFUSUS**, scilicet quòd spe suâ frustratus sit.

VERS. 12. — **DESPEXIT**, scilicet Deus.

VERS. 14. — **DUPLICI**: dantes partim se Deo, par-

dem aufert tempus. Dolores omnes leniuntur tempore, imò tandem non sentiuntur et evanescent. Morbi tempore franguntur et dissipantur, dissipatâ eorum causâ, v. g., humore noxio consumpto. Idem planè fit in tentationibus. Verum est illud: *Optimus malorum omnium medicus est tempus*. Tempus mitigat iram, odium, concupiscentiam; tempus aperit secreta, et latentem veritatem in lucem producit. Tempus affert experientiam, consilium et prudentiam.

Saxa etiam longum fecit putrescere tempus.

Hinc poetæ fingunt Saturnum, temporis Deum, saxum Jovis loco suppositum devorasse. Unde Ovidius, lib. 4 de Ponto:

*Gutta cavat lapidem; consumitur annulus usu;
Et tertius pressâ vomer aduncus humo.*

Alii passim exponunt, q. d.: *Ne festines*, hoc est, ne per impatientiam, *obductionem*, id est, mortem, inelames, vel acceleres, tibi que accersas; in morte enim omnia videntur contegi, obvolvi et obduci. Ita Lyran.: *Ne festines in tempore obductionis, id est, divisionis sensuum, inquit, quod fit tempore mortis; id est, non desiteres mortem, fractus propter adversitatis prolixitatem*. Genuinè ali, q. d.: *Ne festines in tempore obductionis*; id est, ingruente passione vel odii, vel amoris, vel doloris, si vehemens sit, offunditur quodammodo rationis lumen, et quasi cælum animæ obductum non sinit mentem probè despicere, quid melius, quid justius, quid decentius, imò et quid utilius sit. Ergo in tantâ mentis caligine non temerè irruendum est in ea que primò sese offerunt, instigante nimirum passione, quæ, cum cæca sit, ducet ipsam nebulis offusam mentem in præcipitia, in voragines, in exitia. Expectandum ergo, donec subsidente passione nebulæ hæc disiciantur. Tempus enim veritatem aperit. Nam, ut ait Comicus: *Veritas temporis filia: lupus mendacior tempus*, quia tempus consumit mendacium, sicut lupus devorat ovem. (Corn. à Lap.)

(1) **SUSTINE SUSTENTATIONES DEI**, id est, adversa patienter tolerando, in quibus Deus sustentabit te, 1 Cor. 10: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere*.

CONIUNGERE DEO, per amorem.

ET SUSTINE, adversa patienter.

UT CRESCAT IN NOVISSIMO, de vitâ corruptibili ad æternum transcendo. (Lyranus.)

(2) **VERS. 9.** — **IN OBLECTIONEM VENIET VOBIS** **MERCURDIA**, quasi dicit: *Misericordia Dei, quam sperastis, vos oblectabit, cum rem speratam, hoc est, salutem præsentem et æternam largietur*.

(Menochius.)

tim mundo. **DUABUS**, partim in bonum, partim in malum (1).

VERS. 15. — **DISSOLUTIS**, scilicet non collectis in Deo.

VERS. 16. — **SUSTINENTIAM**, id est, patientiam.

VERS. 17. — **INSPICERE**, id est, inquirere.

VERS. 18. **INCREIDIBILES**, id est, increduli, seu diffidentes. **CONSERVABUNT**, pro. *servabunt*, q. d; obedient præceptis.

VERS. 19. — **REPLEBUNTUR**, scilicet plenè impletas eam (2).

VERS. — 21. **INSPECTIONEM**, id est, donec respiciat et liberet, seu q. d., usque dum judicet (3).

(1) **VÆ DUPLICI CORDE... ET PECCATORI TERRAM** **INGREDIENTI DUABUS VIIS**. Illud, *terram*, in Græco non habetur. Similis quædam sententia habetur cap. seq.: *Cor ingrediens duas vias non habebit successum*. Porrò ingredi dicitur duabus viis, vel duas vias, qui servire se posse putat duobus dominis, quod Dominus in Evangelio testatur impossibile esse, dicens, Matth. 6: *Nemo potest duobus dominis servire*, videlicet ut uterque perfectam requirat obedientiam et dominium, quales sunt Deus et diabolus. Alioqui si alter alteri est subordinatus, ut rex sub Deo, vel episcopus sub Deo; aut si secundum diversa sunt domini, ut rex et pontifex, fieri potest, imò oportet ut utriusque obediatur. Tales, scilicet qui duobus dominis servire, et proinde duabus viis ingredi volebant, erant filii Israel ad quos Elias aiebat 3 Reg. 18: *Usquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, etc.* (Estius.)

(2) **QUI TIMENT DOMINUM, INQUIRENT QUÆ** **BENEPLACITA SUNT EI**, hoc est, quod ei gratum acceptumque est, sive quod probatur ab eo. Idem autem vult quod Paulus Rom. 12, 2, in quo nos monet ne nos ad figuram hujus mundi conformemus, sed renovemur novo lumine mentis nostræ, voluntatemque Dei experiamur. **QUI DILIGENT EUM, REPLEBUNTUR LEGE**. Quidam vertunt: *Plenam legi operam navabunt*, ut ardentem ac perfectum legis declarat uniuscujusque amorem ac charitatem erga Deum. Potest intelligi etiam fructus amoris in Deum, qui plenissimus atque uberrimus ex eo sequitur. Nam copiosa legis doctrinâ et cognitione pietatem hominum erga se compensare ac remunerare solet. (Badvellus.)

VERS. 20. — **QUI TIMENT DOMINUM, PRÆPARABUNT** **CORDA SUA**, etc. Ceux qui n'ont point d'autre soin que de rechercher ce qui plaît davantage à Dieu, ne savent pas les desseins qu'il a sur eux. C'est pourquoi ils tâchent de purifier sans cesse leur cœur devant lui, et d'en retrancher ou les duretés, ou les molleses, ou les secrètes attaches à la moindre chose, de peur que s'ils en ont encore quelqu'une, quand Dieu leur commandera une chose contraire à cette attache, ils ne reculent sous quelqu'autre prétexte, sans s'apercevoir que cette indisposition ne vient que de cette blessure secrète de leur cœur, qu'ils n'ont pas eu soin de guérir pour se rendre préparés à tout; et qu'ainsi étant infidèles à Dieu, ils ne se relâchent peu à peu, et qu'ensuite ils ne tombent entièrement. Car c'est une des causes qu'on peut apporter de la chute de ceux qui avaient paru longtemps dans une piété extraordinaire. (Sacy.)

(3) **QUI TIMENT DOMINUM, etc.** Ita clauditur hoc caput in Græco: *Incidemus in manus Domini, et non in manus hominum. Quanta enim est majestas ejus, tanta est misericordia. In mente habuisse videtur verba Davidis, cum hic propheta Gad, trium malorum optionem sibi exhibenti, respondit 2 Reg. 24, 14: *Melius est ut incidam in manus Domini (multa enim misericordia ejus sui) quàm in manus hominum. Profectò quamquam horrendum est incidere in manus Dei viventis, Hebr. 10, 34, illud tamen solatii superest, illum aequitatis plenum esse ac misericordie; cum**

VERS. 22. — IN MANUS DOMINI, quod horrendum est, secundum Paulum (1).

homo plenus iniquitate sit, libidine et savitia : vindictæ modum interdum excedit homo : Deus ipsa est natura æquitas. At hoc solummodo de hujus vitæ malis intellige, ac de severitate, quâ Deus hic iniquos punit. At æterno in seculo, ubi loco cedit misericordia, omnis justitiæ severitas exercenda est. Hominum furor, ubi vitam nobis abstulerit, aut brevibus aliquot calamitatibus affecerit, ulterius savire nequit : at divinus æternus in alterâ vitâ et infinitis suppliciis animadvertet. Quamobrem Susanna in certissimo necis aut peccati discrimine constituta : *Melius est, inquit Dan. 15, 25, mihi absque opere incidere in manus vestras : quàm peccare in conspectu Domini.* (Calmet.)

(1) DICENTES, Sic et in Græcis quibusdam exempla-

CAPUT III.

1. Filii sapientiæ, ecclesia justorum ; et natio illorum, obedientia et dilectio.

2. Judicium patris audite, filii, et sic facite ut salvissis.

3. Deus enim honoravit patrem in filiis, et judicium matris exquirens, firmavit in filios.

4. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur.

5. Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.

6. Qui honorat patrem suum jucundabitur in filiis, et in die orationis suæ exaudietur.

7. Qui honorat patrem suum vitâ vivet longiore : et qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8. Qui timet Dominum honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt.

9. In opere et sermone, et omni patientiâ honora patrem tuum,

10. Ut superveniat tibi benedictio ab eo, et benedictio illius in novissimo maneat.

11. Benedictio patris firmat domos filiorum ; maledictio autem matris eradicat fundamenta.

12. Ne glorieris in contumeliâ patris tui ; non enim est tibi gloria ejus confusio.

13. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore.

14. Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vitâ illius :

15. Et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in virtute tuâ ; elemosyna enim patris non erit in oblivione.

16. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum,

17. Et in justitiâ ædificabitur tibi, et in die tribulationis commemorabitur tui ; et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.

18. Quàm male famæ est, qui derelinquit patrem, et est maledictus à Deo, qui exasperat matrem !

19. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligenteris.

20. Quânto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam :

21. Quoniam magna potentia Dei solius et ab humilibus honoratur.

VERS. 23. — SECUNDUM ENIM, etc. ; sub. quòd si poenitentiam egerimus, miserebitur, quia, etc.

ribus est *égererit*. Alioqui id sæpè solet subintelligi.

SI POENITENTIAM NON EGERIMUS, INCIDEMUS IN MANUS DOMINI, ET NON IN MANUS HOMINUM. Illud, *si poenitentiam non egerimus*, non est in Græco ; et sensus potius videtur esse : *Melius erit ut incidamus in manus Dei, quàm in manus hominum*, quia scilicet, ut sequitur, Deus est misericors, homines sæpè inhumiles : quare potius feramus Dei paternas castigationes, quàm mereamur in manus hostium tradi. Sumpta est sententia ex dicto Davidis 2 Sam. 24, 14, ubi similiter additur : *Multa enim misericordia ejus aut.* Latino hic interpreti videtur in animo fuisse locus ad Hebr. 10, 51.

(Grotius.)

CHAPITRE III.

1. (Les enfants de la sagesse forment l'assemblée des justes ; et le peuple qu'ils composent n'est qu'obéissance et amour.)

2. Ecoutez, enfants, les avis de votre père, et suivez-les de telle sorte que vous soyez sauvés.

3. Car Dieu a rendu le père vénérable aux enfants, et il a affermi sur eux l'autorité de la mère.

4. Celui qui aime Dieu lui offrira d'instantes prières pour ses péchés ; il s'empêchera d'y retomber, et il sera exaucé, après avoir prié pendant plusieurs jours.)

5. Celui qui honore sa mère est comme un homme qui amasse un trésor.

6. Celui qui honore son père, trouvera sa joie dans ses enfants, et il sera exaucé au jour de sa prière.

7. Celui qui honore son père jouira d'une longue vie ; et celui qui obéit au père assistera sa mère.

8. (Celui qui craint le Seigneur honore son père et sa mère,) et il servira comme ses maîtres ceux qui lui ont donné la vie.

9. Honorez votre père par vos actions, par vos paroles (et par toute sorte de patience) ;

10. Afin qu'il vous bénisse (et que sa bénédiction demeure sur vous jusqu'à la fin).

11. La bénédiction du père affermit la maison des enfants, et la malediction de la mère la détruit jusqu'aux fondements.

12. Ne vous glorifiez point de ce qui déshonore votre père, car sa honte n'est point votre gloire.

13. Car le fils tire sa gloire de l'honneur de son père ; et un père sans honneur est le déshonneur de son fils.

14. Mon fils, soulagez la vieillesse de votre père, et ne l'attristez point durant sa vie.

15. Si son esprit s'affaiblit, supportez-le et ne le méprisez pas, à cause de l'avantage que vous avez au-dessus de lui ; car la charité dont vous aurez usé envers votre père ne sera point mise en oubli.

16. (Car Dieu vous récompensera) pour avoir supporté les défauts (de votre mère).

17. Il vous établira (dans la justice) ; il se souviendra de vous au jour de l'affliction ; et vos péchés se fondront, comme la glace en un jour serein.

18. Combien est infâme celui qui abandonne son père ! et combien est maudit de Dieu celui qui aigrit l'esprit de sa mère !

19. Mon fils, accomplissez vos œuvres avec douceur, et vous vous attirerez (non-seulement l'estime, mais aussi) l'amour des hommes.

20. Plus vous êtes grand, plus humiliez-vous (en toutes choses) ; et vous trouverez grâce devant Dieu.

21. Car (il n'y a que) Dieu dont la puissance soit grande, et il n'est honoré que par les humbles.

22. Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris : sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus.

23. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

24. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus ejus non eris curiosus.

25. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

26. Multos quoque supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum.

27. Cor durum habebit malè in novissimo, et qui amat periculum in illo peribit.

28. Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et pravus corde in illis scandalizabitur.

29. Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum.

30. Synagogæ superborum non erit sanitas : frutex enim peccati radicabitur in illis, et non intelligetur.

31. Cor sapientis intelligitur in sapientiâ, et auris bona audiet cum omni concupiscentiâ sapientiam.

32. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se à peccatis, et in operibus justitiæ successus habebit.

33. Ignem ardentem extinguit aqua, et elemosyna resistit peccatis :

34. Et Deus prospector est ejus qui reddit gratiam : meminit ejus in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum.

22. Ne recherchez point ce qui est au-dessus de vous, et ne tâchez point de pénétrer ce qui surpasse vos forces ; mais pensez toujours à ce que (Dieu) vous a commandé (et n'avez point la curiosité d'examiner la plupart de ses ouvrages) ;

23. Car vous n'avez que faire de (voir de vos yeux) ce qui est caché.

24. Ne vous appliquez point avec empressement à la recherche des choses non nécessaires (et n'examinez point avec curiosité les divers ouvrages de Dieu).

25. Car il vous a découvert beaucoup de choses qui étaient au-dessus de l'esprit de l'homme.

26. Plusieurs se sont laissé séduire à leurs opinions ; et l'illusion de leur esprit les a retenus dans la vanité.

27. Le cœur dur sera accablé de maux à la fin de sa vie ; et celui qui aime le péril y périra.

28. (Le cœur qui marche par deux voies ne réussira point, et l'âme corrompue y trouvera un sujet de chute.)

29. Le cœur rebelle sera accablé de douleurs, et le pécheur ajoutera péché sur péché.

30. L'assemblée des superbes demeurera incurable, parce que la tige du péché s'enracinera en eux (sans qu'ils le connaissent).

31. Le cœur du sage paraîtra par sa sagesse, et l'oreille de l'homme de bien écouter la sagesse avec une extrême ardeur.

32. (Le cœur sage et intelligent s'abstiendra du péché, et il réussira dans les œuvres de justice.)

33. L'eau éteint le feu, lorsqu'il est le plus ardent ; et l'aumône résiste au péché.

34. (Dieu) qui doit récompenser les bonnes œuvres (la considère), il s'en souvient dans la suite ; et celui qui l'a faite trouvera un appui au temps de sa chute.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII, scilicet sunt. NATIO, id est, soboles, seu fructus.

VERS. 2. — JUDICIUM, id est, sententiam (1).

VERS. 3. — HONORAVIT IN FILIIS, id est, voluit à filiis honorari. JUDICIUM, id est, sententiam, seu auctoritatem, q. d. : Et à filiis requirit, ut matri deferant (2).

VERS. 4. — EXORABIT, id est, veniam impetrabit. DIERUM, id est, quotidianâ (3).

(1) JUDICIUM PATRIS AUDITE, FILII. Sic apud Davidem : *Audite filii, timorem Domini docebo vos*, id est, discipuli mei. Quâ ratione doctores *patres* dicebantur. Unde et *filii prophetarum pro discipulis*. (Drusius.)

(2) DEUS ENIM HONORAVIT PATREM IN FILIIS. Quasi dicat : Ideò obediendum parenti, quia Deus suum honorem, jus et imperium in parentes transcripsit, jubens filiis ut parentes, quasi Dei vicarios, colant.

ET JUDICIUM MATRIS EXQUIRENS FIRMAVIT IN FILIOS. Confirmavit matris jus, auctoritatem, præceptum apud filios, illudque exquiri, hoc est, severè exigit, servarique vult, et contumaces punit. (Menochius.)

(3) QUI DILIGIT DEUM, et propter Deum, Dei que præceptum, parentes suos, EXORABIT PRO PECCATIS, id est, veniam peccatorum, quam orat, obtinebit : ET IN ORATIONE DIERUM, id est, quotidianâ, EXAUDIETUR à Deo. Similem remissionem peccatorum spondet infra, vers. 17. Porro hic in Græco solum est : *Qui honorat patrem, veniam impetrat peccatorum*. (Tirinus.)

VERS. 6. — QUI HONORAT PATREM SUUM, JUCUNDABITUR IN FILIIS. Nam habebit filios sibi obedientes, et se honorantes, quod contingit ut in pluribus, quoniam filii sunt patrum imitatores. ET IN DIE ORATIONIS SUE, id est, actæ pro se, EXAUDIETUR. Hæc est enim una de conditionibus, quæ facit orationem semper exaudibilem. (Lycranus.)

VERS. 7. — REFRIGERABIT, id est, recreabit (1).

VERS. 10. — IN NOVISSIMO, id est, usque ad extremum.

VERS. 11. — DOMOS, id est, familiam. FUNDAMENTA, scilicet domorum, q. d., domos destruit.

VERS. 12. — CONTUMELIA, scilicet à te illatâ.

VERS. 14. SUSCIBE, id est, fove.

VERS. 15. — IN TUA VIRTUTE, q. d., quia te vides fortiozem illo. ELEEMOSYNÆ PATRIS, id est, patri præstita beneficentia. OBLIVIONE, scilicet apud Deum (2).

VERS. 16. — PECCATO, scilicet patienter tolerato. RESTITUETUR, pro, *retribuetur*. ET IN JUSTITIA, etc., q. d., et dabitur à Deo justitia, seu justitiæ præmium.

VERS. 17. — COMMORABITUR, id est, recordabitur.

(1) QUI HONORAT, ad verbum : *Qui glorificat patrem, diutissimè vivet* (sive longam ducet vitam) ; et *qui audit Dominum, reficiet matrem suam* ; nam præceptum illud : *Honora patrem et matrem* habet hanc promissionem : *ut benè sit tibi*, Ephes. 6, 2, et *diu vives super terram*. (Badvellus.)

VERS. 9. — IN OPERE ET SERMONE, ET OMNI PATIENTIA. Videtur quædam sensus perfectioris causâ addidisse interpres, ut hic et *omni sapientiâ*, quod in Græco non est. Contra in Græco additur *et matrem*. (Grotius.)

(2) ET SI DEFECERIT SENSU (aut alienatus fuerit), *veniam da*, hoc est, boni consule, ET NE SPERNAS EUM IN VIRTUTE TUA. Patrem dicit, cum in senectute cum sensus deficit ac destituit ; quod accidit perisque infirmitate ætatis decrepitate, atque omnibus vitiis destituta. Tum enim vitio ætatis repuerascent ; hanc ætatis imbecillitatem ac deformitatem liberi ferre ac regere debent, nec in flore ætatis suæ ac robore vitia delirique parentum irridere. (Biblia Vatabli.)

tur, scilicet Deus. SERENO, scilicet tempore claro et calido.

VERS. 18. — DERELINQUIT, id est, inopem destituit.

VERS. 19. — SUPER, id est, præter; q. d. : Non solum gloriam acquires, sed etiam diligetis ab omnibus.

VERS. 20. — MAGNUS, pro, major (1).

VERS. 22. — FORTIORA id est, superantia vires tuas.

VERS. 24. — SUPERVACUIS, id est, ad te non pertinentibus. Eius, scilicet Dei.

VERS. 25. — SENSUM, id est, captum naturalem. OSTENSA, q. d., illa sola cogita.

VERS. 26. — SUSPICIO HEORUM, q. d., dum se putant illa posse capere. SENSUS, id est, opinio; scilicet, dum se putantes intelligere, errant.

VERS. 27. — DURUM, id est, in malo obstinatum. NOVISSIMO, id est, fine (2).

VERS. 28. — DUCAS VIAS. Vide sup. cap. 2. SCANDALIZABITUR, id est, offendet.

VERS. 29. — PECCATOR, scilicet non pœnitens.

VERS. 30. — FRUTEX ENIM, etc., q. d. : Peribunt quæ agunt diu non cogitant.

(1) QUANTO MAGNUS ES, HUMILIA TE IN OMNIBUS. Intelligendum hoc non subijciendo se servititer abis, sed propriam infirmitatem agnoscendo. Id enim eò magis necessarium esse, quò quis ad majora evehitur, etiam testatur ethnicus auctor Cicero libro primo Officiorum, dicens : « Recte præcipere videntur, qui moent, quanto superiores sumus, tantò nos submissius ægeramus. » Et Christus tanquam singulare præceptum ponit Matth. 11 : *Discite à me quia mitis sum et humilis corde*; et : *Qui major est in vobis, fiat sicut minister*, etc. (Festius.)

(2) *Le cœur dur* est celui qui, étant tendre sur lui-même, est devenu comme de pierre à l'égard de son salut. Il n'est plus touché, ni de la crainte de Dieu, ni des remords de sa conscience, ni de l'horreur de l'enfer, ni de la pensée du paradis. Il a d'autant plus perdu toutes ces choses, qu'il est même insensible à cette perte. *Il se trouvera dans le mal au dernier jour*, parce qu'il ne pensera à sa maladie que lorsqu'elle sera devenue incurable. Et, comme au lieu de craindre les périls, il les a toujours aimés, *il y périra*. Cette dernière parole, prise absolument, a un grand sens. La foi nous apprend que le monde est plein de pièges et de la malignité du démon. On ne croit pas cette vérité. On en cherche les divertissements, mais innocemment, dit-on, parce qu'on en veut bannir le vice, et tout ce qui blesse l'honnêteté. Ainsi on veut séparer ce qui est inséparable; on veut se jeter au milieu d'une rivière sans se noyer, au milieu d'un feu sans se brûler. Mais enfin Dieu se trouve véritable, et l'homme menteur. Il aime et il cherche le peril au lieu de le craindre; il s'y abandonne, et il y périt. (Sacy.)

CAPUT IV.

1. Fili, eleemosynam pauperis ne delraudes, et oculos tuos ne transvertas à paupere.

2. Animam esurientem ne despexeris, et non exasperes pauperem in inopiâ suâ.

3. Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustiantî.

4. Rogationem contribulati ne abjicias, et non avertas faciem tuam ab egeno.

5. Ab inope ne avertas oculos tuos præter iram, et non relinquo quarentibus tibi retro maledicere :

6. Maledicentis enim tibi in amaritudine anime

VERS. 31. — INTELLIGITUR, id est, deprehendetur; q. d., studebit sapientiæ (1).

VERS. 32. — INTELLIGIBILE, id est, intelligens (2).

VERS. 34. — REDDIT GRATIAM, id est, benefacit (3).

(1) COR SAPIENTIS INTELLIGITUR IN SAPIENTIA. Ex orationis sapientia sese prodet. Dum silet sapiens, ejus præ gesta examini non subijciuntur, inter reliquos hominum vulgus non seceduntur; ejusque sapientia alio illius pectore tegitur. At ubi loqui accipit, statim animi illius acuitas, et ingenii acies sentitur, totusque illius doctrinæ fulgor innotet. *Græcus : Cor sapientis excogitabat secretioriam; et acris auditoris auris attentæ est desiderium sapientis; sive hoc unum optat sapiens, discipulum audientem, atque intelligentem. Id solummodo querit sapientia, ut sese cum aliis communicet; at homines flagitat attentos, solertes, intelligentes.* (d. almet.)

(2) SAPIENS CORET INTELLIGIBILE (id est, intelligens) : sic sæpe verba haec desinentia in *his* accipiuntur pro participiis, vel nominibus, ut *incredibilis* pro *incredulibus*, — *ibis* pro *doculis* *abstinebit se a peccatis*. Sapientia enim practica et verâ consistit in fugâ peccatorum, et exercitio virtutum. Est hæc secunda antithesis cordis duri et cordis sapientis. Cor enim durum adfert peccata peccatis, ut dixi vers. 29; cor vero sapiens ab his abstinebit. Audi S. Ambros. de Jacob et vitâ beatâ, cap. 8 : « Manet, inquit, semper cetera adversa et delectabilia perfecta virtus, neque adversa de perfectione ejus quidquam minuit, neque delectabilia adjungunt perfectioni. » Et ad Simplic. lib. 2, epist. 7 : « Sapiens non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur; ubi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia et fortitudo; sapiens manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. » Quin et Seneca ad Helvium, cap. 5 : « Nec secunda, inquit, sapientem elerunt, nec adversa demittunt. » Unde idem intert. Epist. 117, cap. 6 : « Sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta. Et ibidem cap. 8 : « Sapiens vicinus proximisque diis consistit, exceptâ mortalitate, similis Deo. »

ET IN OPERIBUS JUSTITIÆ SUCCESSUS HABEBIT. Tigurina, *in operibus justis successu potietur*. Deus enim prosperat justas justorum quæsi amicorum actiones, utpote à se, et suâ gratiâ perfectas, sibi que gratissimas, juxta illud Apostoli : *Creati in operibus bonis* (id est, ad opera bona quæ preparavit Deus, ut in *illis ambulemus*, I. pbes. 2, 20. Et illud Psalms psalm. 1, 5 : *Omnia, quæcumque fuerit, prosperabuntur*.

Est hæc tertia antithesis cordis duri, et cordis sapientis. Durum enim non habebit successus, ut dixit vers. 28, quia Deum habet adversum; sapiens verò habebit, quia Deum habet propitium. Hic versus jam deest in Græco et Syro. (Corn. à Lap.)

(3) *Qui gratiam refert, memor est futuri, ita ut si quando labatur, admirabilem inveniat*. Sibi prospicit in futurum. Nam qui non est ingratus, hunc libenter subvenimus. (Castalio.)

CHAPITRE IV.

4. Mon fils, ne privez pas le pauvre de son aumône, et ne détournez point les yeux de lui.

2. Ne méprisez pas celui qui a faim; et n'agrissez pas le pauvre dans son indigence.

5. N'attristez point le cœur du pauvre, et ne différez point de donner à celui qui souffre.

4. Ne jetez point la prière de l'affligé, et ne détournez point votre visage du pauvre.

5. Ne détournez point vos yeux du pauvre à cause de son importunité; et ne donnez point sujet à ceux qui vous demandent, de vous maudire (derrière vous);

6. Car celui qui vous maudit dans l'amertume de

exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum.

7. Congregationi pauperum affabilem te facito, et presbytero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum.

8. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde illi pacifica in mansuetudine.

9. Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi; et non acide feras in anima tua.

10. In judicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum;

11. Et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserabitur tui magis quam mater.

12. Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit inquirentes se, et prebit in via justitie.

13. Et qui illum diligit, diligit vitam; et qui vigila-verint ad illum, complectentur placorem ejus.

14. Qui tenuerint illam vitam hereditabunt, et quò introibit, benedicet Deus.

15. Qui seruiunt ei obsequentes erunt Sancto, et eos qui diligunt illum, diligit Deus.

16. Qui audit illam judicabit gentes, et qui intue-tur illam permanebit confidens.

17. Si crediderit ei, hereditabit illum, et erunt in confirmatione creaturæ illius.

18. Quoniam in tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum.

19. Timorem, et metum, et probationem inducet super illum, et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, et credat animæ illius.

20. Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et lætificabit illum.

21. Et denudabit absconsa sua illi, et thesauri-zabit super illum scientiam, et intellectum justitiæ.

22. Si autem oberraverit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui.

23. Fili, conserva tempus, et devota à malo.

24. Pro animâ tuâ ne confundaris dicere verum.

25. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.

26. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.

27. Ne reverearis proximum tuum in casu suo :

28. Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.

29. In linguâ enim sapientia dignoscitur; et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus justitiæ.

30. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

31. Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te omni homini pro peccato.

32. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii.

33. Pro justitiâ agonizare pro animâ tuâ, et usque ad mortem certa pro justitiâ, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

son âme sera exaucé dans son imprécation; (il sera exaucé) par celui qui l'a créé.

7. Rendez-vous affable à l'assemblée (des pauvres: humiliez votre âme devant les anciens,) et baissez la tête devant les grands.

8. Prêtez l'oreille au pauvre (sans chagrin; acquittez-vous de ce qui lui est dû,) et répondez-lui favorablement et avec douceur.

9. Délivrez de la main du superbe celui qui souffre injure; et n'en concevez pas une amertume de cœur.

10. (Lorsque vous rendrez jugement,) ayez pitié des orphelins; et devenant comme leur père, tenez lieu de mari à leur mère;

11. Et vous serez, à l'égard du Très-Haut, comme un fils (obéissant); et il aura compassion de vous, plus qu'une mère.

12. La sagesse inspire la vie à ses enfants; elle prend en sa protection ceux qui la cherchent; (et elle marche devant eux dans la voie de la justice.)

13. Et celui qui l'aime aime la vie; et ceux qui veillent pour la trouver jouiront de sa paix.

14. Ceux qui la possèdent auront pour héritage la vie; et Dieu versera sa bénédiction partout où elle entrera.

15. Ceux qui la servent seront obéissants au Dieu Saint; et ceux qui l'aiment seront aimés de Dieu.

16. Celui qui l'écoute jugera les nations, et celui qui est attentif à la regarder demeurera en assurance.

17. S'il a confiance en elle, il l'aura pour héritage, et sa postérité la possédera;

18. Car la sagesse marche avec lui dans la tenta-tion, (et elle le choisit) entre les premiers.

19. Elle le conduit dans la crainte, dans la frayeur (et dans les épreuves); et elle l'exercera par les peines dont ses instructions sont accompagnées, jusqu'à ce qu'elle l'ait sondé dans ses pensées, et qu'elle se soit assurée du fond de son âme.

20. (Elle l'affermira;) elle retournera à lui par un chemin droit, et elle le comblera de joie.

21. Elle lui découvrira ses secrets; (et elle mettra en lui un trésor de science, et d'intelligence de la justice.)

22. Mais s'il s'égare, elle l'abandonnera, et le livrera entre les mains de son ennemi.

23. Mon fils, ménagez le temps, et gardez-vous du mal.

24. Ne rougissez point (de dire la vérité,) lors même qu'il s'agit de votre âme.

25. Car il y a une confusion qui fait tomber dans le péché, et il y en a une autre qui attire la gloire et la grâce.

26. N'ayez point égard à la qualité des personnes, contre votre salut, (et ne vous laissez point aller au mensonge aux dépens de votre âme.)

27. Ne respectez point votre prochain dans sa chute.

28. Et ne retenez point la parole, lorsqu'elle peut être salutaire. (Ne cachez point votre sagesse dans sa beauté.)

29. Car la sagesse se fait connaître par la langue; (et le sens, la science) et la doctrine paraissent dans la parole (de l'homme sensé. Sa fermeté consiste dans les œuvres de justice.)

30. Ne contredisez (en aucune sorte) la (parole de) vérité, et ayez confusion du (mensonge où vous êtes tombé par) ignorance.

31. Ne rougissez point de confesser vos péchés; mais ne vous soumettez pas à toute personne (pour le péché.)

32. Ne résistez point en face à l'homme puissant; et ne vous raidissez pas contre le cours du fleuve;

33. (Mais prenez contre tous la défense de la justice pour sauver votre âme;) combattez jusqu'à la mort pour la justice, et Dieu combattant pour vous, (renversera vos ennemis.)

54. Noli citatus esse in linguâ tuâ, et inutilis et remissus in operibus tuis.

55. Noli esse sicut leo in domo tuâ, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.

56. Non sit perfecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DEFRAUDES, scilicet non dando (1).

VERS. 5. — PROPTER IRAM, id est, iratus, vel, q. d. :

(1) *Mon fils ne privez pas le pauvre de son aumône, et ne détournez pas les yeux de lui.* Cette parole fait voir que ce qu'on donne aux pauvres leur appartient, selon l'intention de Dieu, et qu'on les prive de ce qui leur est dû, en ne leur faisant pas l'aumône, parce que Dieu a donné les biens aux riches, afin qu'ils en fussent de légitimes dispensateurs et qu'ils ne refusassent pas d'en faire part à ceux qui sont aussi bien qu'eux ses images, et les membres de son Fils. C'est d'où est venue cette parole assez connue, peu comprise et moins pratiquée, que le superflu des riches est le nécessaire des pauvres. (Sacy.)

VERS. 2. — ANIMAM ESURIENTEM NE DESPENERIS; ET NON ENASPERES PAUPEREM IN INOPIA SUA. Si das, libenter da; si negas, ne probrum et contemptum addas. Magnum satis malum inopia est, quin alterum adjungas. Pauperis animus jam irritari paratus, facilius injurias sentit, atque exasperatur. Levissimum contemptus indicium molestiam pauperi parit, gravissimum vulnere illius animum ferit. Græcus fert : *Animam indigentem ne contristes nec protrahas virum in ejus inopiâ* ; benè inopi facere ne differas. « Nihil æquè amarum est, quàm diu pendere, ait Seneca, lib. 2 de Benef., « et æquiore quidem animo ferunt præscindi spem suam, quàm trahi. Tantum gratiæ demitur, quantum « moræ adjicitur, » ait idem Seneca ibidem. (Calmet.)

VERS. 3. — COR INOPIIS NE AFFLIXERIS, ET NON PROTRAHAS DATUM ANGUSTIANTI. *Datum*, id est, eleemosynam, quam dare debes, dare cogitas ac daturus es. Idem malum aliis aliisque verbis et sententiis exaggerat. Græcè, *cor irritatum ne conturbes*, q. d. : *Cor pauperis satis offenditur, irritatur, et ad tristitiam iramque provocat suâ miseriâ, fame et egestate; noli ergo illud tuâ cunctatione vel repulsâ magis concitare et irritare.* Tigurina : *Cor exacerbatum ne perturbes magis, nec differas, quod erogaturus sis in egenum.* Syrus : *Viscera hominis pauperis ne dolore afficias, et ne probeas munus ab inope.*

Ratio à priori est. Prima, quòd, qui citò facit eleemosynam indigenti, totam auferit miseriam; qui verò tardè, partem duntaxat miseriæ auferit, partem verò ei relinquit. Nam, v. g., qui famelico succurrit tertiâ die, per duos priores dies eum famere permittit, quæ sanè ingens est miseria et tormentum; qui si illicò succurrisset, duos pariter priores dies famis et miseriæ illi ademisset. Quare qui citò dat, plus dat quàm qui tardè, quia totam homini afflictionem admittit, eumque in quiete commodoque statu constituit. Hanc rationem dat S. Basil. homil. 6 in Ditescentes : « Jam « quando suppetit, inquit, quid prohibet quominus liberaliter impertiar? Nonne inops adest? non sunt « plena horrea? non merces à Domino parata? non « mandatam manifestum? Esuriens fame absumitur, « nudus frigore rigescit, et tu eleemosynam in crastinum « differs. Audi Salomonem : *Ne dicas : Regressus re- « vertere, et cras dabo : ignoras enim quid sequens pariet dies.* » Et S. Gregor. 5 parte Pastor. admon. 21 : « Ne, inquit, quæ prebendasunt citius, serò præbeantur, audiant, quod scriptum est : *Ne dixeris amico tuo : « Vade, et revertere : cras tibi dabo.* » Et Nazianz. erat. 16 : « Ne nox quidem, inquit, misericordiæ officia tibi interrumpat. *Ne dixeris : Rediens redi, et « crastino die dabo tibi, ne quid inter propositum « tuum et beneficium intercedat : una enim beneficentia est, quæ moram non admittit. »*

54. Ne soyez point prompt à parler, et en même temps lâche et négligent dans vos œuvres.

55. Ne soyez point comme un lion dans votre maison, en vous rendant terrible à vos domestiques (et opprimant ceux qui vous sont soumis).

56. Que votre main ne soit point ouverte pour recevoir, et fermée pour donner.

Time Dei iram. Relinquas, id est, occasionem des. QUERENTILUS, scilicet à te eleemosynam. Retiro, id est,

Secunda, quòd qui citò dat, citò explet desiderium quod cruciat indigentem; qui verò tardè, sinit eum desiderio suo cruciari : *spes enim, quæ differtur, affligit animam.* Quare, sicut corpus cruciatur, dum extenditur ultra naturalem modum et situm in eculo, sic pariter cruciatur animus, dum extenditur distensione spei, et longa expectatione rei desideratæ. Quod ergo est corpori eculosus, hoc animæ est extensio spei, sive dilatio rei speratæ. Si ergo hominem eculo corporis statim liberas, si potes, nec vel ad momentum tardas; cur pariter illicò non liberas eundem eculo animæ, id est, cruciati spei et desiderii? Hoc significat hic Siracides dicens : *Non protrahas datum angustianti.* Hanc rationem dat Seneca, lib. 2 de Benef. : « Nihil æquè, inquit, amarum est, quàm diu pendere : æquiore quidem animo ferunt præscindi spem suam « quàm trahi. » Et Salomon, Proverb. 15, 12 : *Spes quæ differtur, affligit animam : liquam vitæ, desiderium veniens.* Septuag. : *Melior est, qui incipit succurrere cordi, quàm qui promissit, et in spem remisit.* In Heb. est elegans oppositio : *Spes protracta infirmat cor, vel est infirmitas cordis.* Huic autem infirmitati benè opponitur lignum vitæ, quod affert sanitatem et robur.

Tertia, quòd qui citò dat, indicat animum benevolum, se scilicet libenter dare; qui verò tardè, indicat animum avarum et malevolum, vel certè minùs benevolum. Munus autem et eleemosyna maxime æstimatur ex animo et benevolentia dantis. Quare longè gratius est munus exiguum citò, et liberali animo datum, quàm magnum tardè et agrè, avaro vel pigro animo præstitum. Hanc rationem dat Seneca, lib. 2 de Benef. : *Verissimum, inquit, existimo, quod ille amicus dixit, tantundem gratiæ demi, quantum moræ adjicitur.* Quare Democritus, ut Stobæus refert, dicere solitus erat : « Si benè de aliquo mereri vis, citissimè da : morâ enim ingratum redditur, et parùm amabile, quidquid dederis. Idem Seneca in Proverb. : « Duplex, ait, fit bonitas, eum accedit celeritas : minùs decipitur, cui negatur celeritius, quod recipere potuit. » S. Gregor. Nazianz. de pauper. Amor. : « Beneficentia enim gratia, inquit, promptitudine et celeritate congenitur, » juxta illud Publ. Mimi : *Qui citò dat, bis dat, et illud Luciani, ut Ausonius vertit :*

Si benè quid facias, facias citò : nam citò factum

Gratum erit : ingratum gratia tarda facit.

Addit quartò Siracides, quòd qui negligit preces pauperis postulantis eleemosynam, eum despiciat et contristet, ac subinde ad iram et impatientiam adigat, ut mala impreceat neganti eleemosynam, quorum omnium vindex est Deus, qui est pater pauperum. Hanc rationem dat Seneca, lib. 2 de Beneficiis, c. 4 : « Ut majoribus, inquit, nostris gravissimis visum est, nulla res carius constat, quàm quæ precibus cepta est. Ad eò etiam deos, quibus honestissimè supplicamus, tacitè malumus, et intra nosmetipsos precari. Molestum verbum est, onerosum, et demisso vultu dicendum : Rogo. » Idem, lib. 2 de Benef. cap. 7, asserit, « beneficium morosè datum simile esse « pani lapidoso, quem esurienti accipere necessarium est, sed acerbum. » Tale illud Proverb. 20, 17 : *Snavis est homini panis mendacii; id est, videtur suavis; et postea implebitur os ejus calculo.* Quocirca sponsa celebrans sponsi liberalita m. Cant. 5, 14 : *Mamus illius, inquit, tornatiles, aureæ, plene hyacinthis; tor-*

post tergum, seu clam. MALEDICERE, id est, malum imprecari (1).

VERS. 7. — PRESBYTERO, id est, seniori. ANIMAM tuam, id est, te (2).

VERS. 8. — DECLINA, id est, inclina. DEBITUM, id est, si quid ei debes, vel eleemosynam.

VERS. 9. — ACIDE, id est, ægrè, seu cum tædio : dictum ab acediâ, habet penultimam productam (3).

natiles, quia faciles, agiles, promptæ ad dandum ; *auræ*, quia aurum largiuntur ; *plene hyacinthis*, quia omnium gratiam conciliant, omnesque sibi amore devinciunt. Huc facit dictum Diogenis : *Non sunt porrigende manus amicis, digitis complicatis* ; q. d. : Non sufficit amicis te exhibere amicum, sed amicitia jungenda est benevolentia. Ita Laert. lib. 6.

Denique : *Qui tardè dedit, diu noluit*, ait Seneca, lib. de Benef. cap. 1. Et Philo : *Benevolentia*, ait, *sicut luna, nunquam pulchrior apparet, quam cum plena est*. Plinius in Panegy. Trajani celerem beneficentiam commendat. « Sic ingenii largique fontes, ut « ubique prosint, ire festinant ; sic celeriter in terras « celo missa perveniunt ; sic denique divina illa mens, « quæ totum hunc mundum gubernat, quidquid cogitavit, illicò fecit, » ait Eumenius orator in orat. ad Constantin. cap. 10. Xenophon, an propius Numini accesserit Persarum rex, an Angesilaus, examinans in vitâ ejus : « Putabat ille, inquit, splendidum esse, « quòd negotia tardius conficeret ; hic maxime tum « lætabatur, cum homines id, quod cupiebant, celerimè consecutos dimitteret. » De Cimone sic scribit Æmilius Probus : « Semper pedissequi cum numeris sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur « negare. » Aurea est Theodorici regis vox apud Cassiodor., lib. 3, epist. 40 : « Apud conscientiam nostram « læsionis genus est, profutura tardare ; nec possumus « æstimare jucundum, quod ingrâtâ fuerit dilatione « suspendere. » Nam, ut idem ait lib. 12, Epist. 8 : « Hoc est bona desideria suspendere, quod illicita « petrare. » Quocirca de Gratiano imperatore ita scribit præceptor ejus Auson. Burdegalensis : « Spem superas, cupienda prævenis, vota præcurris ; quæque « animi nostri celeritas divum instar affectat, beneficentis præeventibus anteceditur : præstare tibi est, « quam nobis optare velocius. » Hoc ergo regium est, hoc divinum. (Corn. à Lap.)

(1) PROPTER IRAM, nempe Dei, vel tuam. ET NON RELINQUAS, scilicet occasionem, QUERENTIBUS à te eleemosynam, RETRO, id est, post tergum, in absentia tuâ, TIBI MALEDICENDI, seu malum imprecandi. (Tirinus.)

VERS. 6. — MALEDICENTIS ENIM, etc. Ad verbum : *Maledicente enim tibi in amaritudine animæ suæ, ejus precationem exaudiet qui fecit ipsum*. Pauper in afflictione suâ destitutus, contemptus, aut vexatus, impatientia commovetur ad imprecationes, quæ à Domino non repudiatur. (Badvellus.)

(2) PRESBYTERO HUMILIA ANIMAM TUAM, id est, seniori, seu ætate, seu dignitate ac magistratu, te humiliter submitte, et obedientem erga eum te gere. Cui simile est quod sequitur : *Et magnato humilia caput tuum*. Ne quis suspicetur per presbyterum sacerdotem significari, aut humilitatem confessionis peccatorum. Oportet enim catholicos solidis argumentis uti contra errores hæreticorum. Magna enim veritati fit injuria, cum sophisticis, aut alioqui infirmis argumentis fides christiana defenditur. Et nusquam desunt solida argumenta, si diligenter inquirantur, ut passim ostendimus. Et de confessionis sacerdoti faciendæ necessitate, manifesta sunt testimonia, Matth. 16, 18, Joan. 20, et alibi. (Estius.)

(3) NON ACIDE FERAS IN ANIMA TUA. Quasi dicat : Non sit tibi tædio hoc præstare, ne sis piger, lentus, aut tardus ad eum liberandum. Vel non ægrè feras, aut

VERS. 12. — SAPIENTIA, scilicet Dei. PRÆBIT, scilicet ducens illos.

VERS. 13. — PLACOREM, id est, placabilitatem, seu benignitatem.

VERS. 15. — SANCTO, scilicet Deo (1).

VERS. 16. — JUDICABIT, id est, poterit gubernare. INTUETUR, scilicet attentè auscultando.

VERS. 17. — ILLAM, id est, ejus bona. CREATURÆ, id est, filii ; q. d. : Firma erit progenies. ILLORUM, pro, ILLIUS (2).

VERS. 18. — QUONIAM IN TENTATIONE, etc., q. d. : Quem Deus elegit, variis modis probat (3).

VERS. 19. — ET PROBATIONEM, pro, ad probationem, DOCTRINÆ, id est, disciplinæ. TENTET, id est, exploret. SUI, id est, illius. CREDAT, etc., q. d., confidat fore firmum. Loquitur de Deo, more humano.

VERS. 20. — FIRMABIT, scilicet post probationem. DIRECTUM ; q. d. : Faciet viam expeditiorem, sublatis difficultatibus (4).

VERS. 21. — INTELLECTUM, id est, cognitionem.

VERS. 22. — OBERRAVERIT, scilicet à recto, succumbens tentationi.

VERS. 23. — TEMPUS, scilicet benefaciendi.

VERS. 24. — ANIMA, scilicet salvandâ, seu à peccato servandâ. CONFUNDARIS, id est, erubescas.

VERS. 25. — CONFUSIO, id est, pudor. ADDUCENS PECCATUM, scilicet cum pudet benè agere. GLORIAM, scilicet, cum pudet peccare.

VERS. 26. — ACCIPIAS FACIEM, id est, reverearis aliquem. FACIEM TUAM, id est, te, q. d., contra animam tuam. Græcè, *animam tuam*. MENDACIUM, scilicet dicens, vel approbans (5).

indigneris propter incommodum tuum. (Menochius.)

(1) QUI SERVIUNT EI, OBSEQUENTES ERUNT SANCTO ; vel : *Hunc qui colent, fano ministrabunt*. Dei sacerdotes erunt, hoc est, beati. (Castalio.)

(2) SI CREDIDERIT EI, etc. Ad verbum : *Si crediderit, hæreditabit illam ; et in possessione erunt generationes ejus*. Vera et constans fides hæreditatem Sapientiæ ita obtinet, ut ejusdem hæredes ac successores posteros relinquat. Hæc promissio de successione liberorum ac posterorum sæpè est in Psalmis, maxime 25, 15 : *Quis est vir timens Dominum ? docebit eum viam quam eligat. Anima ejus in bono commorabitur, et semen ejus hæreditate accipiet terram*. (Biblia Vatabli.)

(3) QUONIAM IN TENTATIONE AMBULAT CUM EO. Causam reddit cur addiderit conditionem : *Si quis Sapientiæ fidem adhibuerit*, quia initia ejus dura sunt, radices amaræ, fructus suaves. In Græco, pro in tentatione est obliquè, ut illi solent qui aliquem tentant.

ET IN PRIMIS ELEGIT EUM. Non est in Græco, nisi in primis, idque connectitur cum sensu præcedente. (Grotius.)

(4) ET FIRMABIT ILLUM, in bono.

ET ITER ADDUCET, etc. Hypallage est, et est sensus : Adducet illum ad iter rectum.

ET LÆTIFICABIT ILLUM, Gaudio interioris conscientia. (Lyranus.)

(5) ADVERSUS ANIMAM TUAM, id est, contra teipsum. Si quis, inquit, famam tuam læserit, ne ejus ita habeto rationem personæ, ut non ausis teipsum defendere, aut innocentiam tuam tueri. Nam in tali casu pudor noxius est et homini exitium creat. Quidam explicant, *Adversus animam tuam*, id est, contra conscientiam tuam. Quod mihi se non improbat. (Drusius.)

VERS. 27. — REVEREARIS, id est, timeas corrumpere peccantem.

VERS. 28. — DECORE, id est, cum decet eam promerere, seu decorum est.

VERS. 29. — FIRMAMENTUM, scilicet animi, apparet, seu est.

VERS. 50. — INERUDITIONIS, q. d., indiscipline prolato.

CAPUT V.

1. Noli attendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris : Est mihi sufficiens vita : nihil enim proderit in tempore vindictæ et obductionis.

2. Ne sequaris in fortitudine tuâ concupiscentiam cordis tui :

3. Et ne dixeris : Quomodo potui ! aut quis me subjiciet propter facta mea ? Deus enim vindicans vindicabit.

4. Ne dixeris : Peccavi, et quid mihi accidit triste ? Altissimus enim est patiens redditor.

5. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum.

6. Et ne dicas : Misericordia Domini magna est : multitudo peccatorum meorum miserebitur.

7. Misericordia enim et ira ab illo citò proximant, et in peccatores respicit ira illius.

8. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem :

9. Subitò enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te.

10. Noli anxius esse in divitiis injustis, non enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ.

11. Non ventiles te in omnem ventum ; et non eas in omnem viam ; sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

12. Esto firmus in viâ Domini, et in veritate sensus tui et scientiâ, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.

13. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, et cum sapientiâ proferas responsum verum.

14. Si est tibi intellectus, responde proximo ; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indiscipline, et confundaris.

15. Honor et gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subversio est ipsius.

16. Non appelleris susurro, et lingua tuâ ne capiaris, et confundaris.

17. Super furem enim est confusio et poenitentia, et denotat pessima super bilinguem ; susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia.

18. Justifica pusillum et magnum similiter.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — INIQUAS, id est, iniquè acquirendas. OB-
DUCTIONIS, id est, punitionis. Vide cap. 2 (1).

(1) NOLI ATTENDERE, etc. Ad verbum : Ne attendas divitiis, hoc est, ne fiduciam tuam habeas in divitiis ; nec dicas : Sufficiens mihi est ad vitam, hoc est, nihil mihi deest ad vivendum, omnia mihi abunde suppetunt, vita mea bonis omnibus expleta est, aut contenta. Sufficiens ; quo nomine Paulus ad declaran-

VERS. 51. — PRO PECCATO, scilicet faciendo ; q. d. : Nulli obediatis peccatum suadenti.

VERS. 52. — FLUVII, q. d. : Contra id quod vires tuas superat.

VERS. 55. — AGONIZARI, id est, certare. PRO ANIMA SUA, id est, causâ salutis audire tur.

CHAPITRE V.

1. Ne vous appuyez point sur les richesses (injustes), et ne dites point : J'ai suffisamment de quoi vivre ; car tout cela ne vous servira de rien au temps de la vengeance, et au jour de l'obscurité.)

2. Ne vous abandonnez pas dans votre puissance aux mauvais desirs de votre cœur :

3. Et ne dites pas : (Que je suis puissant ! ou qui aura le pouvoir de me faire rendre compte de mes actions ?) Car Dieu certainement en tirera la vengeance.

4. Ne dites pas : J'ai péché ; et que m'en est-il arrivé (de mal) ? Car le Très-Haut est lent (à punir les crimes).

5. Ne soyez point sans crainte du péché qui vous a été remis, et n'ajoutez pas péché sur péché.

6. Ne dites pas : La miséricorde du Seigneur est grande ; il aura pitié de la multitude de mes péchés.

7. Car son indignation est (prompte.) aussi bien que sa miséricorde ; et sa colère regarde les pecheurs.

8. Ne différez point à vous convertir au Seigneur, et ne remettez pas de jour en jour ;

9. Car sa colère éclatera tout d'un coup, et il (vous) perdra au jour de la vengeance.

10. Ne vous embarrassez point pour les richesses injustes, car elles ne vous serviront point au jour de l'obscurissement (et de la vengeance).

11. Ne tournez point à tout vent, et n'allez point par toute sorte de route ; car c'est ainsi que le pêcheur (se fait connaître) par la duplicité de sa langue.

12. Soyez ferme (dans la voie du Seigneur, dans la vérité de vos sentiments, et) dans votre science ; et que la parole (de paix et de justice) vous accompagne toujours.

13. Écoutez avec douceur (ce qu'on vous dit, afin d'acquiescer l'intelligence et de rendre avec sagesse une réponse (qui soit véritable).

14. Si vous avez de l'intelligence, répondez à votre prochain ; sinon, que votre main soit sur votre bouche (de peur que vous ne soyez surpris dans une parole indiscrette, et que vous ne tombiez dans la confusion).

15. L'honneur et la gloire accompagnent le discours (de l'homme sensé) ; mais la langue (de l'imprudent) est la ruine de son âme.

16. Évitez de passer pour un semeur de rapports ; et que votre langage ne vous devienne pas un piège (et un sujet de confusion) ;

17. Car comme le voleur tombe dans la confusion (et le repentir), la langue double s'attire aussi une très-grande condamnation (et le semeur de rapports, la haine, l'inimitié et l'infamie).

18. Faites également justice aux petits et aux grands.

VERS. 2. — IN FORTITUDE, id est, pro viribus ; scilicet his potius illa reprimenda (1).

dam vim pietatis usus est, 1 Tim. 6, 6 : Magnas quas est pietas cum sufficientiâ, cum animo contenta. Ma verò affectio describitur à Christo Luc. 12, 19. divitis in suis proventibus ac fructibus toto animo cogitatioque coarctiscentis. (Biblia Ytali.)

(1) NE SEQUARIS IN FORTITUDE TUA, etc. Ad ver-

VERS. 3.—POTUI, scilicet quod volui (1).

VERS. 5.—PROPITIATO PECCATO; Græcè *propitiatione peccati*; q. d. : Time ne fortè nondùm sit remissum (2).

hum : *Ne sequaris animum tuum et robur tuum* (aut, *ne obsequaris animo tuo et viribus tuis*), *ut ambales in viis cordis tui*. Hoc est quod Spiritus sanctus tam sæpè reprehendit in Scripturâ, quòd homines, relicto Deo, cogitationes cordis sui sunt secuti. Miserrima est vita quæ in timore Dei non continetur. (Badvellus.)

(1) ET NE DIXERIS : QUOMODO POTUI De præterito, sic scilicet potens ero in futuro.

AUT QUIS ME SUBJICIET? Quasi dicat, nullus; sed hoc removetur, cùm subditur :

DEUS ENIM VINDICANS VINDICABIT, cujus potentia nemo resistere potest. (Lyranus.)

VERS. 4.—EST PATIENS REDDITOR : Longanimis, sed qui tarditatem supplicii gravitate compenset. (Menochius.)

(2) DE PROPITIATO PECCATO NOLI ESSE SINE METU. Si supplicium distulit Deus, tuamque conversionem hactenùs præstolatus est, ne idcirco securus vivas, aut novis illum criminibus provocare pergas. Fessa demùm patientia justitiæ locum dabit; omnisque tunc penitentia et dolor inutiles fient. Aliter : Impetrata præteritorum criminum venia te ne securum efficiat. *Furor fit læsa sapiens patientia*. Quamvis omnia, quæ opus erat, tentaveris, ut criminum veniam impetris, an te impetrasse certò nosti? An ignoras sapientis oraculum Eccl. 9, 1 : *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit*? At esto criminis veniam obtinueris, certè peccati pœna minime remissa est.

Denique metuendum tibi est, ne Dei furor iteratis lapsibus provocatus vetera peccata recolat; additoque cæteris irascendi causis elementia contemtu, atque auxiliis vel rejectis vel omninò conculcatis, novâ severitate nova peccata puniat, ob pessimam animi tui habitudinem, quæ et patrata sunt, et graviora efficiuntur. Unam rem bis non judicat Deus : beneficiorum, quæ largitus est, illum non pœnitet, neque illa revocat. Quæ semel remisit peccata, iterùm illorum reum hominem minime appellat. At eos quàm maxime odit, qui ex ipsâ impetrandæ veniæ facilitate ac Dei misericordiâ, quam experti sunt, liberius peccandi audaciam sumunt. Vide vers. 6. Græcus ad verbum : *De veniâ ne sis securus nimis, ut addas peccata super peccata*. Aliquod securitatis genus et permittit Sapiens, et imperat religio; Christianum enim de Dei gratiâ misericordiæque, constitutisque in Ecclesiâ salutis nostræ adminiculis non confidere, nefas. At nimiam fiduciam damnat, vetatque, ne in audaciam degeneret. (Calmet.)

DE PROPITIATO PECCATO NOLI ESSE SINE METU, NEQUE ADJICIAS PECCATUM SUPER PECCATUM. Plurima manuscripta legunt, *de propitiato peccatorum*; et videntur favere Græca, in quibus sic legitur; *De propitiatione ne sis securus, ut apponas peccatum peccatis*. Nihilominùs Sixtina editio legit : *De propitiato peccato*. Et potest sententia dupliciter intelligi. Vel sic : Noli esse securus de obtenti peccatorum remissione, sed adhuc metuas; partim quia homo nunquàm est certus omninò de remissione peccatorum : *Nescit enim, ut ait Ecclesiastes, cap. 9, utrum amore an odio dignus sit*; partim quia, remisso peccato, adhuc restat luenda temporaria pœna. Atque ita monetur homo, peccata, etiam condonata, in seipso vindicare, ut effugiat vindictam Dei : quæ sententia magis convenit illi lectioni, *propitiato peccato*. Pridem cùm etiam legere-
tur, *de propitiato peccatorum*, iste sensus quoque reddebatur. Noli esse securus de obtinendâ remissione peccatorum, ea enim non datur nisi verè penitentibus : atqui nemo certus est se acturum veram penitentiam, maxime de peccato in quo adhuc permaret. Et huic sensui favere videtur, quòd sequitur : *Ne adjicias peccatum super peccatum, v delictis præsumens*

VERS. 10.—Injustis, id est, injustè acquirendis (1).
Obductionis, id est, inducti supplicii.

VERS. 11.—VENTILES, q. d. ne sis inconstans.
DUPLEX, id est, non sibi constanti (2).

VERS. 12.—SENSUS TUI, id est, quam percepisti.
SCIENTIA, scilicet quam habes de rebus agendis. PROSEQUATUS, id est comitetur (3).

VERS. 13.—MANSUETUS, scilicet cum humilitate accedens, et animi quiete (4).

de hujusmodi securitate. Utraque expositio valet contra hæreticos nostri temporis : prior quidem specialiter contra eos qui negant, remissâ culpâ, relinquî pœnam temporalem solvendam; utraque autem pariter contra eosdem, quatenùs docent hominem certum, et securum esse debere de peccato remisso, vel remittendo. (Estius.)

VERS. 6.—ET NE DICAS : MISERATIO DOMINI MAGNA EST, MULTITUDINIS PECCATORUM MEORUM MISEREBITUR, ut ea mihi, cùm pœnitiero ejusque misericordiam imploravero, illicò dononet. Unde Syrus hunc versum transponens, et præcedenti præponens, æquè ac Arabicus, ita vertit : *Ne dicas : Misericors est Dominus, et multitudinem debitorum dimittet mihi*. Est enim præsumptio hæc peccatum in Spiritum sanctum, quia misericordiâ et bonitate ejus abutitur ad malitiam, eamque torquet ad iterandum peccata. « Misericordia Domini, ait Pala-cius, magna est, non ut adjicias peccata, sed ut remittenda credas, si ampliùs ea non committere decernas. » Immane flagitium est, misericordiam Dei lenam facere diaboli; et quòd per misericordiam, per quam Deo conjungi debueras, diabolo conjugare. Ergo misericordiam, quam Deus in asylum peccatoribus proposuerat (in templum sancti Dei, ubi esset Deus propitiandus), tu recisti velut lupanar diaboli, ubi diabolo festa celebrantur. Ergo ne in misericordiam ad peccandum confidas, nam misericordia et ira ab illo citò proxinant. (Corn. à Lap.)

VERS. 9.—SUBITO ENIM VENIET IRA EJUS. Improvisò aderit. Quod hic in Græcis quibusdam adjicitur : *et cùm securus eris opprimeris*, deest in Sixtino. (Grotius.)

(1) Dieu suspend longtems l'arrivèe de sa vengeance, parce qu'il est terrible et irrévocable. Il est patient parce qu'il est éternel.

Ne soyez point sans crainte de l'offense qui vous a été remise, parce que les crimes sont des blessures profondes de l'ame, qui la laissent très-faible après même que la plaie est refermée.... *N'ajoutez pas le péché de l'ingratitude et de la tiédeur à tous les péchés passés, de peur que vous ne retombez, selon l'Evangile, en un état pire que le premier.* (Sacy.)

(2) NON VENTILES TE IN OMNEM VENTUM, etc. Ad verbum : *Ne jacteris omni vento, neque ingrediaris omni viâ, aut semitâ : ita peccator qui est bilinguis*. Dehortatur à levitate animi atque inconstantia, qualis est eorum qui nihil certum habent, sed semper fluctuant, atque, ut ait Paulus Ephes. 4, 14, *quovis vento doctrinæ agitantur*; aut qui animum non habent in timore cultuque Dei confirmatum; itaque nunc hoc, nunc illud et sentiunt et dicunt. (Biblia Vatabli.)

(3) ESTO FIRMUS IN VIA DOMINI, etc. Ad verbum : *Sis firmus (aut confirmatus) in sensu (sive intellectu) tuo certo (aut tuto, aut explorato), et una sit oratio tua*. Hæc sententia continet antithesin superioris; requirit enim constantiam firmitudinemque tum mentis, tum orationis, in rebus bonis atque veris; quemadmodùm supra varietatem levitatemque et judicii et sermonis reprehendit. Itaque vult Sapiens nos esse veros, simplices sincerosque tam oratione quàm cogitatione; ut idem semper (modò verum sit ac rectum) et sentiamus et dicamus. Cicero in quadam epistolâ ad Lentulum : *Com te non lateat, quàm difficile sit sensum in republicâ præsertim rectum et confirmatum, deponere.* (Badvellus.)

(4) ESTO MANSUETUS AD AUDIENDUM VERBUM, UT IN-

VERS. 14. — INDISCIPLINATO, id est, imperito, seu imprudenti (1).

TELLIGAS, ET CUM SAPIENTIA PROFERAS RESPONSUM VERUM. Attente audi, neque loqui festines, nisi probè calleas, que locutus es. GRÆCUS: *Esto celer ad auscultandum que bona sunt, et sis in veritate tuâ, et in patientia loquere responsum rectum.* Brevior Romana editio: *Esto velox ad audiendum, tardus ad respondendum.* Natura ipsa, ut quanta sit audiendi ac discendi utilitas, doceat, duplici aures hominem instruat; unica velo lingua, ut quam parùm loquendum sit significet. Idem docuit S. Jacobus in Epist. 1, 19: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Et S. Augustinus tract. 57 in Joan.: *Tutius veritas auditur quam prædicatur, quoniam cum auditur, humilitas custoditur; cum autem prædicatur, via non surrepit curvis homini quantalacumque jactantia, in qua utique inquinantur pedes.* (Calmel.)

(1) SIN AUTEM, SIT MANUS TUA SUPER OS TUUM. Nimirum,

Silentio, ni melius quid portas, tace, ut est in vetere verbo. Manus tua sit super os tuum, simile dicto Latino: Digito compece labellum.

Ne capiaris in verbo indisziplinato, et confundaris. Additum est hoc ab interprete. (Grotius.)

VERS. 15. — HONOR ET GLORIA IN SERMONE SENSATI; LINGUA VERO IMPRUDENTIS, SUBVERSIO EST IPSIUS. PRO τὴν δὲ, id est, honor, decus; GRÆCUS jam habet contrariè ἀτιμία. Rursùm τὸ sensati, et τὸ imprudentis, non est in GRÆCO; sic enim habet: *Gloria et infamia in locutione; et lingua hominis, casus illius est.* Alludit ad illud: *Mors et vita in manu lingue*, Proverb. 18, 21. SYRUS: *Honor et ignominia in manu ejus qui loquitur; et lingua hominum dejicit eos.* TIGURINA: *Oratio tam gloriæ capax est, quam ignominia; nec raro lingua præcipitat hominem.* Huc facit proverbium Arabicum, centur. 4, n. 75: *Cave ne feriat lingua tua collum tuum.* Multi enim propter incontinen-

CAPUT VI.

1. Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis.

2. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam,

3. Et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquantur velut lignum aridum in eremo.

4. Anima enim nequam disperdet qui se habet, et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum.

5. Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos, et lingua eucharis in bono homine abundat.

6. Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille.

7. Si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facilè credas ei.

8. Est enim amicus secundùm tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.

9. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam; et est amicus qui odium, et rixam, et convicia denudabit.

10. Est autem amicus socius mensæ, et non permanebit in die necessitatis.

11. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi cœqualis, et in domesticis tuis fiducialiter aget;

12. Si humiliaverit se contra te, et à facie tuâ absconderit se, unanimum habebis amicitiam bonam.

VERS. 17. — DENOTATIO, id est, vituperatio. Vide cap. 19 (1).

tiam lingua capite plectuntur. (Corn. à Lap.)

VERS. 16. — NON APPELLARIS SUSURRO; id est, Ne sis, vel ne esto. Quale est, *manus vocabitur*, id est, erit. Sic in versu illo,

Sine me vocari pessimum ut dices vocer.

PRIMASIUS in 2 Cor.: «*Susurro* est qui mormuratur; et non alicui in facie, sed de ipso alius male loquitur.» Isidorus Hispalensis: «*Susurro* de sono locutionis appellatus, quia non in facie alicujus, sed in aure cloquitur de altero detrahendo.» Infra 28, 14: *Susurronem et bilinguem execrare*, etc. ET LINGUA TUA NE CAPIARIS ET CONFUNDARIS. VIS in hoc sermone ut si diceret: *Ne esto bilinguis.* Nam tales alius insidantur, bisulei lingua quasi serpentes bestie, cum aliud ore loquantur et aliud in pectore clausum habeant. (Drusius.)

(1) SUPER FUREM ENIM EST, id est, peior fure, qui facit fraudem in se possessa; sed iste fraudem facit in veritatis doctrinâ, quod est deterius; ideo subditur:

CONFUSIO ET PENITENTIA, quia talis se videns confusum penitet de responsione suâ.

ET DENOTATIO PESSIMA, id est, ostensio confusibilis cum digito.

SUPER BILINGUEM, qui sic respondet ignorans, sicut sciens. Ideo subditur:

SUSURRATORI AUTEM ODIUM, quia meretur ista mala. Aliter autem potest exponi littera ab illo loco: *Non appelleris susurro*, de ignaro doctore, qui nescit doctrinam bonam alterius in palam impugnare, et invidiâ motus in occulto nititur eam depravare. Potest etiam exponi de quolibet occulto detractore. In fine concludit de vero doctore. (Lyranus.)

VERS. 18. — JUSTITICA, absolve, pusillum et magnum similiter, æquo utrumque judicio. Gr. in magno et parvo non ignores; ne te in negotiis minutissima quæque fugiant. (Bossuet.)

CHAPITRE VI.

1. Ne devenez pas, d'ami que vous êtes, ennemi (de votre prochain); car (le méchant) aura pour partage la honte et l'ignominie, ainsi que le pécheur (envieux, et) qui a la langue double.

2. Ne vous élevez point comme un taureau dans les pensées de votre cœur, de peur que (votre folie) ne brise votre force;

3. Qu'elle ne consume vos feuilles et ne perde vos fruits, et que vous ne deveniez comme un arbre desséché (dans le désert);

4. Car l'âme maligne perdra celui en qui elle se trouve; elle le rendra la joie de ses ennemis (et elle le conduira au sort des impies).

5. La parole douce multiplie les amis (et adoucit les ennemis); et la langue de l'homme vertueux a une abondance de douceur.

6. Ayez beaucoup d'amis qui vivent en paix avec vous; mais choisissez pour conseil un homme entre mille.

7. Si vous voulez faire un ami, prenez-le après l'avoir éprouvé, et ne vous fiez pas sitôt à lui;

8. Car tel est ami, qui ne l'est que tant qu'il y trouve son avantage; et il cessera de l'être au jour de votre affliction.

9. Tel est ami, qui se change en ennemi; et tel est ami, qui découvre tout à coup (la haine,) et qui se répand en querelles et en injures.

10. Tel est ami, qui ne l'est que pour la table, et qui ne le sera plus au jour de l'affliction.

11. Si votre ami demeure ferme et constant, il vivra avec vous comme votre égal, et il agira avec liberté parmi ceux de votre maison.

12. S'il s'humilie en votre présence, et qu'il se retire parfois de devant vous, (votre amitié sera fidèle; et elle s'entretiendra par l'union de vos cœurs.)

13. Ab inimicis tuis separare, et ab amicis tuis at-
tende.

14. Amicus fidelis, protectio fortis : qui autem in-
venit illum, invenit thesaurum.

15. Amico fideli nulla est comparatio ; et non est
digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fi-
dei illius.

16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ et im-
mortalitatis ; et qui metuunt Dominum invenient il-
lum.

17. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam
bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.

18. Fili, à juventute tuâ excipe doctrinam, et us-
que ad canos invenies sapientiam.

19. Quasi is qui arat et seminat, accede ad eam, et
sustine bonos fructus illius.

20. In opere enim ipsius exiguum laboris ; et citò
edes de generationibus illius.

21. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis ho-
minibus ! et non permanebit in illà excors.

22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non
demorabuntur projicere illam.

23. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est
ejus, et non est multis manifesta ; quibus autem co-
gnita est permanet usque ad conspectum Dei.

24. Audi, fili, et accipe consilium intellectûs : et
ne abjicias consilium meum.

25. Injice pedem tuum in compedes illius, et in
torques illius collum tuum.

26. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne
acedieris vinculis ejus.

27. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni
virtute tuâ conserva vias ejus.

28. Investiga illam, et manifestabitur tibi ; et con-
tinens factus, ne derelinquas eam ;

29. In novissimis enim invenies requiem in eâ, et
convertetur tibi in oblectationem.

30. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem
fortitudinis et bases virtutis, et torques illius in stol-
lam gloriæ :

31. Decor enim vitæ est in illà, et vincula illius al-
ligatura salutaris.

32. Stalam gloriæ indues eam, et coronam gratula-
tionis superpones tibi.

33. Fili, si attenderis mihi, disces ; et si accommo-
daveris animum tuum, sapiens eris.

34. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctri-
nam ; et si dilexeris audire, sapiens eris.

35. In multitudine presbyterorum prudentium sta,
et sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem
narrationem Dei possis audire, et proverbialaudis
non effugiant à te.

36. Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gra-
dus ostiorum illius exterat pes tuus.

37. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in
mandatis illius maximè assiduus esto, et ipse dabit
tibi cor, et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

13. Séparez-vous de vos ennemis, et donnez-vous
de garde de vos amis.

14. L'ami fidèle est une forte protection ; celui qui
l'a trouvé a trouvé un trésor.

15. Rien n'est comparable à l'ami fidèle ; et (l'or et
l'argent) ne méritent pas d'être mis en balance avec
la sincérité de sa loi.

16. L'ami fidèle est un remède qui donne la vie (et
l'immortalité) ; et ceux qui craignent le Seigneur trou-
veront un tel ami.

17. (Autant que) l'homme craint le Seigneur, (aut-
tant) sera-t-il heureux en amis, parce que son ami
lui sera semblable.

18. Mon fils, dès votre premier âge, aimez à être
instruit ; et vous acquerrez une sagesse qui vous du-
rera jusqu'à la vieillesse.

19. Approchez-vous de la sagesse comme celui qui
laboure et qui sème, et attendez en paix ses excellents
fruits.

20. Vous travaillerez un peu à la cultiver, et vous
mangerez bientôt de ses fruits.

21. Que (la sagesse) est amère aux personnes indo-
ciles ! l'insensé ne demeurera point avec elle.

22. Elle sera à son égard comme ces pierres pe-
santes qui éprouvent la force des hommes ; et il cher-
chera bientôt à s'en décharger ;

23. Car la sagesse (qui rend intelligent,) selon son
nom, n'est pas manifestée à la multitude ; (mais dans
ceux à qui elle est connue, elle demeure ferme jus-
qu'à ce qu'elle les conduise à la vue de Dieu.)

24. Ecoutez, mon fils, recevez un avis (sage) ; et ne
rejetez point mon conseil.

25. Mettez vos pieds dans ses fers, et engagez votre
cou dans ses chaînes.

26. Baissez votre épaule, et portez-la ; et ne vous
ennuyez point de ses liens.

27. Approchez-vous d'elle de tout votre cœur, et
gardez ses voies de toutes vos forces.

28. Cherchez-la avec soin, et elle vous sera décou-
verte ; et quand vous l'aurez une fois embrassée, ne
la quittez point ;

29. Car vous y trouverez à la fin votre repos ; et
elle se changera pour vous en un sujet de joie.

30. Ses fers deviendront pour vous une forte pro-
tection (et un ferme appui) ; et ses chaînes un habil-
lement de gloire ;

31. Car il y a en elle une beauté qui donne la vie ;
et ses liens sont des bandages qui guérissent.

32. Vous vous revêtirez d'elle comme d'un habit de
gloire, et vous la mettrez sur vous comme une cou-
ronne de joie.

33. Mon fils, si vous voulez (m'écouter avec atten-
tion,) vous serez instruit ; et si vous appliquez votre
esprit, vous acquerrez la sagesse.

34. Si vous prêtez l'oreille, vous recevrez (l'ins-
truction) ; et si vous aimez à écouter, vous deviendrez
sage.

35. Trouvez-vous dans l'assemblée des (sages)
vieillards, et unissez-vous de cœur à leur sagesse ;
afin que vous puissiez écouter tout ce qu'ils vous di-
ront de Dieu, et que vous ne laissiez perdre aucune
de leurs excellentes paraboles.

36. Si vous voyez un homme sensé, allez le trou-
ver dès le point du jour, et que votre pied presse
souvent le seuil de sa porte.

37. Appliquez toute votre pensée à ce que Dieu
vous ordonne, et méditez sans cesse ses commande-
ments ; et il vous donnera lui-même un cœur docile,
et le désir de la sagesse vous sera donné.

COMMUNIARUM.

VERS. 1. — PRO AMICO, id est, ex amico; vel ut placeat alicui amico. ET OMNIS, pro, itaque omnis (1).

VERS. 2. — VELUT TAURUS, id est, superbe. PER STULTITIAM, scilicet puniente Deo tuam stultitiam (2).

VERS. 3. — COMEDAT, scilicet ipsa stultitia, seu stulticia panitio (3).

VERS. 4. — QUI, pro, cum qui. SORTEM, etc., scilicet in certum (4).

VERS. 5. — EUCCHARIS, id est, gratiosa. ABUNDAT, id est, abunde reperitur, seu fructum fert (5).

(1) NOLI TIBI PRO AMICO, etc. Ad verbum: *Et ne pro amico fias (aut existas) inimicus, nomen enim malem, dedecus et opprobrium habet tibi: ita peccator bilioquis ignominiam habebit.* Videtur hæc sententia dehortari à perfidia in amicitia, qualis est eorum qui sub simulatione ac nomine amici sunt inimici. Nam eos dicit esse *bilioquis*, hoc est, varios ac duplices, amicos fictos ac perfidiosos, qui aliud habent in ore, aliud in pectore. Hujusmodi hominum perfidorum ac proditorum summam infamiam esse dicit. (Biblia Vatabli.)

(2) NE TE EXTOLLAS, etc. Sententia est: Ne te extollas per cogitationem animæ, id est, animositatis tuæ, ut putes te omnia posse instar tauri, qui ceteras pecudes fugat, sternit et exagitat, quia sicut taurus cornueta ligatur ab armentorum magistris, stabulo concluditur, aut etiam occiditur; virtus tua, aut potius stulta ferocitas, elidetur et frangetur.

NON TE EXTOLLAS VELUT TAURUS, id est, superbe, jactabundè, ne quidem IN COGITATIONE (Græcè, *in consilio*) ANIMÆ TUE, id est, tuæ; q. d.: Ne quidem interitis in secreto animi et cogitationum tuarum admittes ullam jactantiam vel superbiam. Ne per hanc stultitiam ELIDATUR VIRTUS, id est, fortis illa animositas, TUA. Et eadem ista tua superbia (ut patet ex Græco) COMEDAT FOLIA TUA, id est, perdat omnem tuum ornatum et gloriam cum omni fructu quem speras. (Menochius.)

(3) ET FOLIA TUA COMEDAT, id est, superbia, de qua precedente; ne decorem simul remque amittas, nec tantum folia, verum etiam fructus. (Bossuet.)

(4) ANIMA ENIM NEGRAM, quæ scienter impugnat æquitatem. DISPERDET, id est, habentem talem animam.

ET IN GARDIUM, id est, diabolo. DAT ILLUM. Diabolus enim magis gaudet de subversione hominis litterati quam simplicis.

ET DEDUCIT IN SORTEM IMPIORUM, id est, in gehennam, quæ est sors impiorum, sicut beatitudo est sors justorum. (Lyranus.)

(5) VERBUM DULCE MULTIPLICAT AMICOS, ET MITIGAT INIMICOS. Docet modum parandi et conservandi amicos esse sermonis suavitatem, quam per antithesin apposuit superbiæ ostentationi et ferocitati taurinæ, quæ omnes avertit et evertit, subjicit. Græcè: *Guttur suave multiplicat sibi amicos*; Syrus, *os suave id est, oris suavis, est Hebraïsmus et Syrismsus*, *multiplicabitur amici ejus.* Causam dat Palæcius, quia verbum, inquit, est vehiculum mentis. Igitur in verbo dulci dulcis mens vadit, effluit et illabitur instar saccbari in animam audientis, eumque totum dulcedine suâ penetrat, imbuit, allicit, et in sui amorem rapit. Similiter et inimicus dulcedine verbi veluti musci concentus auditâ, aures illi non occludit, sed aperit, ac per aures illud in mentem recipit, ejusque dulcedine, quasi melle omne suum fel, id est, amaritatem, iram et odium, dulcorat, et ex inimico facit se amicum. Quare lingua dulcis est similis lingue canis, quæ ulcera lambendo dolores lenit, plagisque corporis amolitur: simili enim modo plaga animi quasi lambendo medetur lingua blandiloqua. Talis fuit lingua nostri R. P. Petri Canisii, Germanorum Apostoli, quæ multos

VERS. 6. — PACIFICI, id est, benevoli. UNUS DE MILIBUS, id est, quem è multis eligitis (1).

Deo, et dissidentes invicem conciliavit, ut vulgò dicitur: *linguam Græcorum inter caros stultorum esse medicam.* Unde Hussartius in Calistini sermone:

Hæc præcelsi nato canis, quæ a vobis suscitatur homo; id est, homo. Huius Bohemi enim asserunt vocant *lux*. Alludunt ad asnerem, qui exultando servavit Romanos in Capitolio obsessos. Sic Orpheus dulci suo sermone quasi cantu dicitur movisse cæcos et sæva, id est, saxa hominum corda. Ibi non fecere alii. *Voxit Amphion lapides cæcændo.* S. Mechtildis suâ suaviloquentia omnes rapiebat, adeo ut putarent se angelum loquentem audire. Ita habet ejus Vita. Hanc autem suavilitatem habuit ab ex Deo, et Christo crucifixo. Est enim Deus mare dulcedinis: ex hoc mari mentis et lingue rivulus deductus, maris dulcedinem servabit. Excipe, quando improborum et obstinatorum vitia acrius sunt perstringenda, juxta illud, *Iscariot illos durè, ut savi sint*, Mt. 4. 15. Hoc est quod in sponsi poscit et commendat sponsus, Cant. 4. 5: *Sicut cita, inquit, coccinea, labia tua, et eloquentiam tuam dulce.*

Ratio à priori est, quod suavis et dulcedo in omni rerum genere, natura accidit gratissima, eique mellem sit oblectamentum. Sic enim dulces saporis palato, dulces melodia auribus, suaves colores oculis sunt gratissimi. Hoc est quod ait Eccli. 40. 21: *Tibia et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.* Et Cicero de Officiis: *Difficile, ait, est dictu, quantopere concilet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.* Hinc Antædas rogatus, quo pacto quis maxime placere possit hominibus, respondit: *Si loquatur illis jucundissime; præsertim autem utilissima.* Ita Plutarch. in Laconicis. Exemplo sit Abigail, quæ David ruentem in cadem Nabal mariti sui, sermone leni mitigavit, adeo ut mortuo Nabal eam in uxorem duxerit, 4 Reg. 25; et David, qui simili suaviloquentia dulcoravit malignos Saulis spiritus; et Gedeon, qui blando sermone lenivit et sopivit jurgia Ephraeorum, Judic. 8. 5. Mellius enim sermo melitam parit responsonem. Unde sponsa suaviloquium suum habuisse se docet ex suaviloquio sponsi: *Guttur, inquit Cant. 5. 16, illius suavissimum, et totus desiderabilis; et cap. 2. 5: Sub umbrâ illius, quem desideraveram, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo; hoc est, sermo illius dulcis est fructus,* ait Gregor. Nyssen. orat. 4 in Cant.

ET LINGUA EUCCHARIS IN BONO HOMINE ABUNDAT. Ita Romana. Retinuit interpres vocem Græcam *εὐχαριστία*, id est, *gratiosa*, ut nonnulli codices legunt. Aliqui pro *εὐχαριστία*, legunt, *εὐλογέω*, id est, loquens, diserta. Hæc *abundat*, scilicet, *χαρις*, id est, gratiâ, quæ continetur in voce *εὐχαριστία*, quia concehit sibi omnes, omniumque sermones et corda. Hinc rursùm, *abundat*, id est, abundè fert fructum, ait Emmanuel Sâ; unde expressè et clarè habent: *ἐπιπορευεὶς εὐχαριστίας*, id est, *lingua gratiosa multiplicat bonos loquaces*; Jansenius, *sermones affabiles*; Roman., *lingua beneloquens multiplicabit bonas salutationes*; Figurina: *lingua diserta plurimas salutationes conservat*; Syrus, *labia iustorum salutatio (salutis et pacis apprecatio); et salutatores (qui pacem tibi præsentant) tui multi erant.* Significat ergo sermonis suavitatem esse illicem salutationis et affabilitatis, ut multi suaviloquum sequantur, saluent, aveantque cum eo miscere sermones et suaviter colloqui, ac suavitatem suavitati rependant, ut, quod Comicus dixit: *Si malè dixeris, pejus audies; invertere hic liceat: Si bene dixeris, melius audies.* Hinc facit illud Salomonis Prov. 15. 1: *Responso molli frangit iram; sermo verus suscitât furorem.* Et y. 4: *Lingua pacabilis, sapienter vitæ; quæ a tunc inmoderate est, concitât spiritum.* Et v. 18: *Vir iracundus provocat vias; qui patiens est, mitigat suscitatas.* (Coch. à Lap.)

(1) MULTI PACIFICI SINT TIBI, ET CONSILIARIUS SIT

VERS. 7. — POSSIDES, id est, paras tibi. CREDAS, scilicet antequàm probes (1).

VERS. 8. — SECUNDUM TEMPUS SUUM, id est, quamdiu est ei commodum

VERS. 9. — ODIUM, scilicet quod in corde celabat. ET RIXAM, pro, *per rixam*.

VERS. 11. — IN DOMESTICIS, id est, inter domesticos (2).

VERS. 12. — CONTRA, id est, coram. ABSCONDERIT, scilicet ex modestiâ non se ingerens.

VERS. 13. — ATTENDE, id est, cave; quia sæpè qui amici videntur, non sunt, aut mutantur.

VERS. 15. — CONTRA, etc., q. d., contrapositioni bonitati, etc.

VERS. 16. — ET IMMORTALITATIS, q. d., velut impassibilem reddens, scilicet magnum affert adjumentum et consolationem (3).

TIBI UNUS DE MILLE. Plures sunt in amicitia gradus. Benè cum omnibus agas, oportet; atque ita omnes amicos habeto, vel saltem nullum inimicum: *Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*, Rom. 12, 18. Aliud est amicorum genus, quibuscum familiarior est consuetudo; at ex his ipsis unus aliquis est, cui nihil secretum è rebus nostris est, cui arcana omnia integrâ fide pandimus, utpote cujus prudentia, probitas, et fides probata est. Insani hominis est omnia mentis arcana cum quolibet hominum genere communicare, quippe cum non omnium sit secreti fidem, ac res alicujus momenti alto pectore conditas servare. Commune omnium sapientum estatum est, ne quis plures habeat familiares aut participes consiliorum; non quòd illud optimum non sit, sed quòd ægrè plures hujus generis inveniantur, quibus nihil desit quod in amico desideratur. Apud Scythias, inquit Lucianus in Toxaride, nihilominus turpis est ingens amicorum numerus, quàm uxorum: quæ quidem sententia iniquior est; at æquissima esse potest, si intra præscriptos ab Ecclesiastico fines accipiat. *Jucundè sis affectus erga omnes*, docet Isocrates ad Demonicum; *sed consuetudinem habeas cum optimis; ita enim illis non odiosus, his verò amicus eris.* (Calmet.)

(1) SI POSSIDES (Hebraismo, pro, si paras possidere) AMICUM si quem vis in numerum intimorum amicorum recipere, priùs POSSIDE EUM IN TENTATIONE, id est, explora eum qualis sit amicus in rebus adversis. (Tirinus.)

TENTATIONE. Ut aurum igne probatur, sic amicus rebus adversis. Rectum autem est hoc Ennii: *Amicus certus in re incertâ cernitur*. Cui concinit illud Salomonis: *Frater in adversitate nascitur*. NE FACILÈ CREDAS EI. Complutenses addunt *teipsum*; quod etiam reperitur in nonnullis codicibus Latinis. (Drusius.)

(2) IN TUOS DOMESTICOS UTETUR LIBERTATE. Si quid in te peccaverint objurgabit, eisque liberè imperabit, tibi eâ ratione adulari. (Castalio.)

(3) *L'ami fidèle est un remède qui donne la vie (et l'immortalité), et ceux qui craignent le Seigneur trouvent cet ami.*

Il est visible par ces dernières paroles, que cet

CAPUT VII.

1. Noli facere mala, et non te apprehendent.
2. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te.
3. Fili, non seminas mala in sulcis injustitiæ, et non metes ea in septuplum.
4. Noli quærere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris.
5. Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor

VERS. 17. — ÆQUE, id est, pariter, seu unanimiter. SECUNDUM ILLUM, id est, conformis, q. d., alter ipse.

VERS. 18. — INVENIES, id est, dices; vel, q. d., nunquàm te deseret.

VERS. 19. — ARAT, scilicet spe fructus. SUSTINE, id est, expecta (1).

VERS. 20. — GENERATIONIBUS, id est, fructibus.

VERS. 21. — ILLA, id est, illius studio. EXCORS, id est, stultus.

VERS. 22. — LAPIDIS, scilicet probantis aurum. PROJICERE, scilicet à se.

VERS. 23. — SECUNDUM NOMEN, scilicet Hebraicè; dicitur enim *chocmah*, quasi abscondita: *camasenin* abscondere.

VERS. 24. — INTELLECTUS, id est, prudens.

VERS. 25. — TORQUES, q. d., sine te totum ab illâ colligari.

VERS. 26. — ACEDIERIS, id est, tædio afficiaris.

VERS. 28. — CONTINENS, id est, compos. Sic Sap. 8.

VERS. 30. — BASES, id est, firmamentum (2).

VERS. 32. — STOLA, pro, *velut stolam*. GRATULATIONIS, id est, festivam, seu lætam.

VERS. 33. — ATTENDERIS, id est, auscultaveris, seu credideris.

VERS. 35. — DEI, id est, de Deo. PROVERBIA LAUDIS, id est, laudabiles sententiæ.

VERS. 37. — CONCUPISCENTIA SAPIENTIE, id est; sapientia, quam concupiscis.

excellent *ami* que décrit le Sage est celui qui l'est selon Dieu, et qui nous aime pour nous rendre amis de Dieu. C'est celui-là seul qui nous procure *la vie et l'immortalité*. Un ami du monde ne donnera pas tout son bien à son ami; mais ces vrais amis tâchent de donner à ceux qu'ils aiment tout ce qu'ils ont et tout ce qu'ils espèrent de Dieu; parce que ces biens étant infinis, ils les attirent sur eux à mesure qu'ils les répandent sur les autres; et plus ils donnent, plus ils s'enrichissent. (Sacy.)

(1) QUASI IS QUI ARAT ET SEMINAT, ACCEDE AD EAM, ET SUSTINE BONOS FRUCTUS ILLIUS. In Græco tantum est: *Expecta bonos ab eâ fructus*, sensu congruente cum eis quæ habuimus supra 4, 20. Interpres, additis quæ vidimus, significavit hanc expectationis et fructuum similitudinem ab agricolâ desumptam; nam *spes alit agricolas*. (Grotius.)

(2) ET ERUNT TIBI COMPEDES EJUS IN PROTECTIONEM FORTITUDINIS (*validam*), ET BASES VIRTUTIS, ET TORQUES ILLIUS (*numelle*) IN STOLAM GLORIÆ. His verbis Sapiens significat, initia quæ in studio sapientiæ difficilia aspera que videbantur, dissimilim exitum consequi, atque ex amaris radicibus fructus tandem suavissimos ac pulcherrimos existere. *Compedes enim ac numelle* ceteraque vincula, quæ judicio carnis summam infirmitatem atque deformitatem habere videbantur, in maxima convertuntur tum præsidia tum ornamenta. (Badvellus.)

CHAPITRE VII.

1. Ne faites point de mal, et le mal ne vous surprendra point.
2. Retirez-vous de l'injuste, et (le péché) se retirera de vous.
3. Mon fils, ne semez point (les maux) dans les sillons de l'injustice, et vous n'en recueillerez pas sept fois autant.
4. Ne demandez point au Seigneur la charge de conduire les autres, ni au roi une chaire d'honneur.

cordis ipse est; et penes regem noli velle videri sapiens.

6. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute inrumperere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in aequitate tua.

7. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.

8. Neque alliges duplicia peccata; nec enim in uno eris immunus.

9. Noli esse pusillanimitas in animo tuo.

10. Exorare, et facere elemosynam ne despicias.

11. Ne dicas: In multitudine munerum meorum respiciet Deus; et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

12. Non irrides hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat et exaltat, circumspiciet Deus.

15. Noli arare mendacium adversus fratrem tuum; neque in amicum similiter facias.

14. Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.

15. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tuâ.

16. Non oderis laboriosa opera, et rusticationem creatam ab Altissimo.

17. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.

18. Memento iræ, quoniam non tardabit.

19. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

20. Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreveris.

21. Noli discedere à muliere sensatâ et bonâ, quam sortitus es in timore Domini, gratia enim verecundæ illius super aurum.

22. Non lædas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam.

25. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua; non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

24. Pecora tibi sunt? attende illis; et si sunt utilia, perseverent apud te.

25. Filii tibi sunt? erudi illos, et curva illos à pueritia illorum.

26. Filie tibi sunt? serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

27. Trade filiam, et grande opus feceris: et homini sensato da illam.

28. Mulier si est tibi secundum animam tuam, non projecias illam; et odibili non credas te. In toto corde tuo,

29. Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ ne obliviscaris:

30. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses; et retribue illis quomodo et illi tibi.

31. In totâ animâ tuâ time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.

32. In omni virtute tuâ dilige eum qui te fecit: et ministros ejus ne derelinquas.

35. Honora Deum ex totâ animâ tuâ, et ho-

5. Ne vous justifiez pas devant Dieu (parce qu'il connaît le fond du cœur), et n'affectez pas de paraître sage devant le roi.

6. Ne cherchez point à devenir juge, si vous n'avez assez de force pour rompre tous les efforts de l'iniquité, de peur que vous ne soyez intimidé par la considération des hommes puissants, et que vous ne mettiez votre intégrité au hasard de se corrompre.

7. N'offensez point la multitude d'une ville, et ne vous jetez point dans la foule du peuple.

8. Ne seriez point deux fois le mord du pécheur; car un seul que vous commettrez ne demeurera pas impuni.

9. Que votre cœur ne se laisse point aller à l'abattement.

10. Ne négligez point de prier et de faire l'aumône.

11. Ne dites point: Dieu regardera favorablement le grand nombre de dons que je fais; et lorsque j'offrirai mes présents au Dieu très-haut, il les recevra.

12. Ne vous moquez point d'un homme dont l'âme est dans l'amertume; car il y a un Dieu qui voit tout, et c'est lui qui élève et qui humilie.

15. Ne travaillez point à inventer des mensonges contre votre frère, et n'en inventez point non plus contre votre ami.

14. Donnez-vous de garde de commettre aucun mensonge; car l'habitude de mentir n'est pas bonne.

15. Ne vous répandez point en de grands discours dans l'assemblée des anciens, et ne répétez point la parole dans vos prières.

16. Ne tuez point les ouvrages laborieux, ni le travail de la campagne, qui a été créé par le Très-Haut.

17. Ne vous mettez point au nombre des gens déréglés.

18. Souvenez-vous que la colère ne tardera pas à venir.

19. Humiliez profondément votre esprit, parce que (la chair de l'impie sera la pâture du feu et des vers.

20. Ne violez point la loi que vous devez à votre ami, parce qu'il diffère de vous donner de l'argent; et (ne méprisez pas) pour de l'or votre frère qui vous aime sincèrement.

21. Ne vous cloignez pas de la femme sensée et vertueuse (que vous avez reçue dans la crainte du Seigneur); car la grâce (de sa modestie) est plus précieuse que l'or.

22. Ne traitez point mal le serviteur qui travaille fidèlement, ni le mercenaire qui se donne tout pour vous.

25. Que le serviteur qui a du sens vous soit cher (comme votre âme): ne lui refusez pas la liberté qu'il mérite; (et ne le laissez point tomber dans la pauvreté.)

24. Avez-vous des troupeaux? ayez-en soin: et s'ils vous sont utiles, qu'ils demeurent toujours chez vous.

25. Avez-vous des fils? instruisez-les bien; et accoutumez-les au joug de leur enfance.

26. Avez-vous des filles? conservez la pureté de leurs corps; et ne vous montrez pas à elles avec un visage gai.

27. Mariez votre fille, et vous aurez fait une grande affaire; et donnez-la à un homme de bon sens.

28. Si vous avez une femme selon votre cœur, ne la quittez point; (et ne vous fiez point à celle qui est mauvaise.)

29. Honorez votre père de tout votre cœur, et n'oubliez point les douleurs de votre mère.

30. Souvenez-vous que vous ne seriez point né sans eux; et faites tout pour eux, comme ils ont tout fait pour vous.

31. Craignez le Seigneur de toute votre âme, et ayez de la vénération pour ses prêtres.

32. Aimez de toutes (vos) forces celui qui vous a créé, et n'abandonnez point ses ministres.

35. Honorez Dieu (de toute votre âme); révêrez

norifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis.

34. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis, et de negligentia tua purga te cum paucis.

35. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres Domino, et initia sanctorum,

36. Et pauperi porrigere manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua.

37. Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.

38. Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula.

39. Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in dilectione firmaberis.

40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.

les prêtres; (et purifiez-vous en leur offrant les épaules des victimes.)

34. Donnez-leur la part des prémices et des hosties d'expiation, comme il vous a été ordonné; (et purifiez-vous de vos négligences avec le petit nombre.)

35. (Offrez au Seigneur) les épaules des victimes, et les sacrifices de sanctification, et les prémices des choses saintes.

36. Ouvrez votre main au pauvre, afin que (votre sacrifice d'expiation et) votre offrande soient parfaits.

37. La libéralité est agréable à tous ceux qui vivent; et n'empêchez pas qu'elle ne s'étende sur les morts.

38. Ne manquez pas de consoler ceux qui sont dans la tristesse; et accompagnez ceux qui pleurent.

39. Ne soyez point paresseux à visiter les malades; car c'est ainsi que vous vous affermirez dans la charité.

40. Souvenez-vous dans toutes vos actions de votre dernière fin, et vous ne pécherez jamais.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — INIQUO, id est, iniquitate (2).

VERS. 3. — IN SULCIS, etc., q. d., semina injustitiarum, id est, abundanter (3).

VERS. 4. — DUCATUM, id est, principatum (4).

VERS. 5. — JUSTIFICES, id est, velut justum defendas

VERS. 6. — AGILITATE (non sic legimus in Vulgata, sed virtute, edit.), pro, agibilitate, id est, officio. Græcè, rectitudine (5).

(1) VERS. 1. — NOLI FACERE MALA, ET NON TE APREHENDENT. Hoc autem est quod Deus dixit ad Cain, Gen. 6, 7: *Nonne si benè egeris, accipies; sin malè, ad fores peccatum cubat? Quisque enim fructum operum suorum percipiet.* (Badvellus.)

(2) DISCEDE AB INIQUO, etc. Contra proximum cui debes æquitatem servare.

ET DEFICIENT MALA ABS TE, scilicet, mala culpæ et gehennæ. (Lyranus.)

(3) NON SEMINES MALA IN SULCIS INJUSTITIE, id est, ne semines semina injustitiarum, ne obsequaris injustis affectibus, aut carnalibus desideriis, quod Apostolus vocat: *Seminare in carne.* (Tirinus.)

(4) NOLI QUERERE A DOMINO DUCATUM NEQUE A REGE CATHEDRAM HONORIS. Sapiens dehortatur à stultis precibus, quibus homines à Deo ambitiosè petunt quæ ad gloriam amplitudinemque hujus vitæ pertinent; volunt principes esse in hac vitâ, aut certè principibus ac regibus proximi. Nota est ex Evangelio filiorum Zebedæi ambitiosa postulatio vehementer à Domino Jesu reprehensa, Matth. 20, 22. (Biblia Vatabli.)

(5) NOLI QUERERE FIERI JUDEX, NISI VALEAS VIRTUTE IRRUMPERE INIQUITATES. Integer atque incorruptus judex obnoxius est impiorum conatibus, auctoritati, violentiæ, munerum amicorumque illecebris, et exhortantium importunitati, ac denique litigantium odio. Æneus quodammodò murus esse debet, sceleri, minis, gratiæ, ipsique misericordiæ oppositus. Nihil illi antiquius esse debet, quàm justitia et veritas. Si te constanti adeò virtute instructum esse non sentis, procul à judicis munere esto, neque inter Deos, ut Scripturæ verbis utar, sedere audeas. Non enim hominis officium gerit inter homines judex, sed Dei. Prudens et constans esto judex, inquit Plato lib. 2 de Republ., tum ne turbam judicando sequatur, tum ut ea quæ justa sunt constanter agat, ac pro sententiâ proferat. Hæ sanctiones cum Mosaicis legibus mirè congruunt. *Quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus, quæ firmam frontem desiderant.* Sen, lib. 4 de Tranquil.

ET PONAS SCANDALUM IN ÆQUITATE TUA; ne animi tui integritatem in corruptionis discrimen adducas. Qui necessariâ virtute carens judicis munus amplectitur,

VERS. 7. — IN MULTITUDINE, id est, cum offensione multitudinis. POPULUM, scilicet regendum, vel placandum, cum furit (1).

VERS. 8. — ALLIGES, scilicet iterando (2).

VERS. 10. — EXORARE, pro, orare, scilicet Deum. DESPICIAS, id est, negligas.

VERS. 11. — SUSCIPIET, scilicet sine poenentiâ peccati.

VERS. 12. — IN AMARITUDINE ANIMÆ, id est, afflictum.

VERS. 13. — ARARE, id est, machinari. Vide Osee 10, idem verbum.

VERS. 14. — OMNE, id est, ullum. NON EST BONA, id est, pessima est.

VERS. 15. — ORATIONE, id est, precibus, q. d.: Esto attentus, ut non sit opus repetere verba; vel, ne sis

spontè innumeris periculis occurrat, quibus muneris sui causa implicatur. Quibus si cedat, quàm multorum criminum reus efficitur! Si ab iis qui laudabili viâ et frequenter inviti magistratum inierunt, severissimè ratio reddenda est Deo publicoque hominum judicio eorum quæ negligentia peccavere, quid de iis dicendum est, qui minimè divinitus vocati magistratum quærunt et aucupantur? inquit, S. Chrysostomus hom. 54 in Hebr. c. 15. (Calmet.)

(1) NON PECCES IN MULTITUDINE CIVITATIS. Cavendum judici, magistratui, ne totam in se civitatem irritet, ostendendo, verbi gratiâ, malam se de omnibus habere opinionem, aut aliâ simili ratione. Jure enim ostenduntur cives, cum semper aliqui sint, aut etiam multi à scelere integri, et virtutis cultores, quos aut verbo perstringi, aut aliâ ratione violari nefas sit.

NE TE IMMITTAS IN POPULUM. Cum scilicet concitatus est, et furit. Populus ut irritandus non est, ita ab irritato cavendum, ne dolorem et furorem in caput tuum effundat, (Menochius.)

(2) NEQUE ALLIGES DUPLICIA PECCATA; et tua scilicet et aliena: Gr. Ne alliges bis peccatum, iterando et assuescendo, quod sequenti congruit. (Bossuet.)

Alligare peccatum dicitur is qui peccat. Idem dicitur trahere iniquitatem. Vide Jos. 5, 18. Hinc fines peccati. Respexit autem, ut apparet, ad proverbium: *Transgressio trahit transgressionem, nempe ut currus currum trahit.* Nam facillè delabimur ab uno crimine in aliud. Quod ne fiat, etiam atque etiam cavendum est. Cavebitur autem si peccatum semel admissum non iterum admiserimus. A quo nos deterrere debet supplicium quod manet eum qui semel tantum, nisi poenitentiam egerit, peccato se alligaverit. (Drusius.)

VERBOSUS, JUNIA illud : *Orantes, nolite multum loqui* (1).

VERS. 17. — *REPUTES*, id est, computes, seu socium præstes.

VERS. 18. — *IRÆ*, scilicet Dei.

VERS. 19. — *VERGIS*, id est, dolor torquentis conscientie.

VERS. 20. — *PECUNIAM DIFFERENTEM*, id est, ob pecuniam, quavis eximiam ; q. d., ob ullam rem. *AURO*, id est, ob aurum.

VERS. 22. — *IN VERITATE*, id est, bonè, seu, ut debet. *ANIMAM SUAM*, id est, se, scilicet ad laborem.

VERS. 28. — *ODIBILI*, id est, odiosæ. *IN TOTO CORDE*. Coniungendum cum sequentibus, ut patet ex Græco (2).

(1) *NOLI VERBOSUS ESSE IN MULTITUDINE PRESBYTERORUM, ET NON ITERES VERBUM IN ORATIONE TUA.* Presbyter nihil aliud quam seniores significat toto hoc libro, imò in toto veteri Testamento. Itaque admonet juniores, ne sint verbosus apud seniores, sed potius taceant, et studeant ex eorum sermonibus aliquid discere. Porro quod sequitur : *Et non iteres verbum in oratione tuâ*, de oratione, quæ fit ad Deum, intelligendum est, Græcè *προσευχῆς*. Prohibet autem idem quod Dominus in Evangelio, dicens : *Orantes nolite multum loqui*, etc. Videlicet multiloquium et iterationem illam precum, quæ ex infidelitate procedit, aut irreverentiâ, quasi apud Deum opus sit multis verbis ad exponendam necessitatem nostram, vel ad persuadendum ut faciat quod petimus, sicut fit apud homines ; aut quasi eadem iteranda sint tanquam prius dicta non satis intellexerit. Hæc enim ad infidelitatem gentilium pertinent. Sed iterant Christiani easdem preces ad continuandam mentis elevationem in Deum, vel etiam excitandam majorem devotionem. (Estius.)

(2) *MULIER SI EST TIBI SECUNDUM ANIMAM TUAM. MORIBUS TUIS CONVENIENS. TERENTIUS : Hanc mihi expetivi, contigit ; conveniunt mores ; valeant Qui inter nos dissidium querunt.*

ET ODIBILI NON CREDAS. Ne tradas te : noli opum causâ ducere à quâ adverso sis animo. Ita constat oppositio. (Grotius.)

VERS. 29. — *ET GEMITUS MATRIS TUE NE OBLIVISCARIS ; vel : Neve matris dolores obliviscere, quos te ge-*

CAPUT VIII.

1. Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius.

2. Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem tibi.

3. Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque ad cor regum extendit et convertit.

4. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.

5. Non communices homini indocto, ne malè de progenie tuâ loquatur.

6. Ne despicias hominem avertentem se à peccato, neque improperes ei ; memento quoniam omnes in correptione sumus.

7. Ne spernas hominem in suâ senectute ; etenim ex nobis senescunt.

8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, et in gaudium volumus venire.

9. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiiis eorum conversare.

10. Ab ipsis enim disces sapientiam, et doctri-

VERS. 31. — *SANCTIFICA*, id est, sanetè, seu ut sanctos, tracta.

VERS. 32. — *CUM BRACHIIS*, id est, offerendo armos secundum legem.

VERS. 34. — *PURGATIONIS*, id est, hostiarum pro peccato. *CUM PAUCIS*, q. d., id quod paucum est, vel offerendo saltem pauca, si multa non potes.

VERS. 35. — *BRACHIORUM*, id est, laborum, vel armorum hostile, qui dabantur sacerdoti. *SANCTIFICATIONIS*, id est, pro obtinendâ sanctificatione. Vide Num. 18. *INITIA SANCTORUM*, id est, sanctas primitias.

VERS. 36. — *BENEDICTIO*, scilicet Dei, vel tua beneficentia.

VERS. 37. — *DATI*, id est, doni ; q. d., gratum est donare. — *GRATIAM*, id est, eleemosynam.

VERS. 38. — *IN CONSOLATIONI*, id est, consolando. *AMELLA*, id est, adesto, Græcè, *λυπε*.

VERS. 39. — *DIRECTIONI*, scilicet proximi.

VERS. 40. — *NOVISSIMA*, id est, mortem (1).

stando et pariendo pertulit.

(Castalio.)

(1) *Souvenez-vous dans toutes vos actions de votre dernière fin, et vous ne pécherez jamais.* Que devons-nous craindre autre chose que le péché ? que devons-nous désirer autre chose que la présence de l'Esprit de Dieu dans notre cœur, qui certainement le remplira, si le péché ne l'en bannit point ? Si donc vous voulez acquiescer ce comble des biens, dit le Sage, rendez-vous présente en toutes vos actions votre dernière heure. Celui qui considère à tout moment, dit saint Gregoire, l'état où il sera à l'heure de la mort, ne se laisse point tromper par les illusions de la vie. Il craint tout, parce que tout lui peut ravir le bien qu'il espère. Il pèse dans une exacte balance toutes ses œuvres et toutes ses paroles, parce que son Juge lui est déjà présent, et qu'il sait que c'est sur cela qu'il sera juge. Ainsi il combat sans cesse dans son cœur tous les desirs qui ne regardent que les biens présents ; toutes les joies passagères ne lui sont qu'un songe. La vue de sa dernière heure lui ouvre à tout moment cette éternité ou heureuse ou malheureuse à laquelle il touche, et plus il est mort à ses propres yeux, plus il est vivant aux yeux de Dieu. (Sacy.)

CHAPITRE VIII.

1. N'ayez point de démêlés avec l'homme puissant, de peur que vous ne tombiez entre ses mains.

2. Ne disputez point avec un homme riche, de peur qu'il ne vienne à vous faire un procès.

3. Car l'or (et l'argent) en ont perdu plusieurs ; et leur pouvoir s'étend même jusque sur le cœur des rois, pour les faire pencher où l'on veut.

4. Ne disputez pas avec un grand parleur, et n'ajoutez pas de bois dans son feu.

5. N'ayez point de commerce avec un homme mal instruit, de peur qu'il ne parle mal de votre race.

6. (Ne méprisez point) un homme qui se retire du péché, et ne lui faites point de reproches : souvenez-vous que nous avons tous mérité le châtiement.

7. Ne méprisez point un homme dans sa vieillesse ; car ceux qui vieillissent ont été comme nous.

8. Ne vous rejouissez pas de la mort (de votre ennemi) ; considérez que nous mourrons tous (et que nous ne voulons point devenir un sujet de joie).

9. Ne vous en priez point les discours des sages (vieilles), mais entretenez-vous de leurs maximes.

10. Car vous apprendrez d'eux la sagesse, (la doctrine qui donne l'intelligence,) et l'art de ser-

nam intellectus, et servire magnatis sine querelâ.

11. Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt à patribus suis :

12. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.

13. Ne incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flammâ ignis peccatorum illorum.

14. Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

15. Noli scenerari homini fortiori te : quòd si sceneraveris, quasi perditum habe.

16. Non spondeas super virtutem tuam ; quòd si sponderis, quasi restituens cogita.

17. Non judices contra judicem, quoniam secundum quod justum est judicat.

18. Cum audace non eas in viâ, ne fortè gravet mala sua in te ; ipse enim secundum voluntatem suam vadit, et simul cum stultitiâ illius peries.

19. Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum : quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, et ubi non est adiutorium, elidet te.

20. Cum fatuis consilium non habes ; non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.

21. Coram extraneo ne facias consilium : nescis enim quid pariet.

22. Non omni homini cor tuum manifestes, ne fortè inferat tibi gratiam falsam, et convitietur tibi.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2.— LITEM, scilicet ut te spoliet (2).

VERS. 3.— EXTENDIT, scilicet se cupiditas. CONVERTIT, scilicet ad se (3).

VERS. 4.— NON STRUES, pro, ne struas ; q. d. : Ne des illi occasionem malè loquendi (4).

VERS. 5.— COMMUNICES, id est, converseris. LOQUATUR, scilicet jactans se nôsse tuos (5).

(1) NE LITIGES (aut dimices) CUM HOMINE POTENTE, NE FORTE INCIDAS IN MANUS ILLIUS. Proponit Sapiens certa genera hominum, potentum, divitum, loquacium et maledicorum, quos dicit non esse irritandos et ad pugnam provocandos. Cum nemine quidem acerba concertatio est suscipienda, sed modestia atque æquitas declaranda omnibus ; tamen non vulgaris est prudentia, eorum inimicitias ac contentiones evitare à quibus vinei atque opprimi cum maxima temeritatis reprehensione possumus. (Badvelli.)

(2) NON CONTENDAS, etc. Ne contende cum locuplete homine, ne te præponderet, suâ auctoritate et pecuniâ superet. (Castalio.)

(3) MULTOS ENIM PERDIDIT AURUM ET ARGENTUM, id est, concupiscentiâ auri et argenti.

ET USQUE AD COR REGUM EXTENDIT, supple, se, ista concupiscentia, et per consequens ad judices interiores.

ET CONVERTIT, scilicet, judicium à veritate in falsitatem, et sic multi innocentes condemnati sunt in rebus et in corporibus per pecunias divitum.

(Lyrano.)

(4) ET NON STRUES IN IGNEM ILLIUS LIGNA : vel : Neque apponas ad ejus ignem ligna. Ne provoces loquacitatem ejus contradicendo. Proverbium est : Ad ignem ligna apponere, sive, ignem lignis conficere. Quale illud in Latino : Oleum camino addere. Et Pythagoræ symbolum est quod eandem sententiam continet : Ne ignem gladio fodias. (Otusius.)

(5) NON COMMUNICES, ne colludas. Græcè : NE MALI DE PROLIL TUA LOQUATUR, de genere tuo. Imperitus

vir les grands (d'une manière irrépréhensible).

11. Ne négligez point les entretiens des vieillards, parce qu'ils disent ce qu'ils ont appris de leurs pères.

12. Car vous apprendrez d'eux à avoir de l'intelligence, et à répondre lorsqu'il en sera temps.

13. N'allumez point les charbons des pécheurs, (en les reprenant,) de peur que le feu (de leurs péchés) ne vous consume par ses flammes.

14. Ne résistez point en face à un homme insolent, de peur qu'il ne s'applique à tendre des pièges à vos paroles.

15. Ne prêtez point d'argent à un homme plus puissant que vous ; que si vous lui en avez prêté, tenez-le pour perdu.

16. Ne répondez point pour un autre au-dessus de vos forces ; que si vous avez répondu, mettez-vous en peine, comme étant déjà obligé de satisfaire.

17. Ne jugez pas au désavantage du juge, parce qu'il prononce selon ce qui est juste.

18. Ne vous engagez point à aller avec un homme audacieux, de peur qu'il ne fasse retomber sur vous (le mal qu'il fera) ; car il se conduira suivant sa passion, et vous périrez avec lui par sa folie.

19. Ne vous faites point de querelle avec un homme colère, et n'allez point avec l'audacieux dans un lieu désert ; car ce n'est rien pour lui de répandre le sang ; et lorsque vous vous trouverez sans secours, il vous écrasera.

20. Ne délibérez point de vos affaires avec des fous ; car ils ne pourront aimer que ce qui leur plaît.

21. Ne traitez rien de secret devant un étranger ; car vous ne savez ce qu'il enfantera un jour.

22. Ne découvrez point votre cœur à toutes sortes de personnes, de peur que celui à qui vous vous fiez ne soit un faux ami (et qu'il ne médise ensuite de vous).

VERS. 6.— CORRUPTIONE, id est, peccato ; ex Græco videtur legendum *corruptione*, q. d., digni oburgatione (1).

enim de te tuisque quidvis effutiverit. (Bossuet.)

(1) NE DESPICIAS, etc. Ad verbum ; Ne exprobes homini avertente se à peccato : memento quòd omnes sumus in increpationibus, aut, reprehensionibus, id est, obnoxii criminibus. Nam, ut inquit Horatius poeta, vitis nemo sine nascitur ; optimus ille est qui minimis urgetur. Illud quod Christus Dominus Pharisæis mulierem adulteram accusantibus dixit : Qui ex vobis est sine peccato, primus jaciât in eam lapidem, Joan. 8, 7, debet nos conditionis nostræ admonere, atque in timore continere, ne in aliorum delictis reprehendis exprobrandisque acerbiore simus, quàm aut charitas, aut communis hominum infirmitas postulare videatur. Paul. Galat. 6, 1 : Fratres, si quis homo præoccupatus fuerit in delicto, vos qui estis spirituales, confirmate hominem hujusmodi in spiritu mansuetudinis : considerans teipsum, ne tu quoque tenteris. (Biblia Vatabli.)

VERS. 7.— NE SPERNAS (Græcè, ἀπειράσῃς, id est, inhonores, spernas, infantiâ vel ignominia afflicta) HOMINEM IN SUA SENECTUTE : ET ENIM EX NOBIS SENESCUNT. SYRUS, ne irrides hominem quòd senuit : memento quòd ex nobis senescunt ; q. d. : Senes procedunt à nobis, suntque nostræ ætatis et cæteris complementum et perfectio : si ergo eos spernimus, nos ipsos nostrumque cæterum spernimus et inhonoramus. Non ait : Nos senescimus, vel senescemus, quia hoc sapè falsum est : ex pueris enim et juvenibus vix decimam partem senescit ; plurimi enim præmoriuntur, antequàm ad senium pertingant. Ait ergo : Ex nobis senescunt, id est, nemo nisi ex nobis senescit, omnesque nos senescere possumus ; at non senescimus omnes, sed aliqui ex nobis : qui illi futuri sint, nobis incertum est : vide ergo, ó juvenis, qui senem rides, tibi pariter posse obtingere, et forte reipsâ obventurum, ut senescas, tuncque ridearis et ipse.

« Solent senes, ait Palacius, esse importuni, morosi,

« rivosi; dicunt faciuntque ineptè multa. Eà causâ spernantur à multis. At indignè spernant; siquidem et ego senex ero. Non igitur spernam, ne spernar; immo contra senes venerandi sunt, ut in quibus Dei aeternitas resplendet. Tu verò intellige contemptum senis esse peccatum, quod promeretur, ut, cum senuerit, qui spreuit, spernatur. » Unde S. Cyrianus, epist. 38, Rogationum episcopum propter senectutem à quodam diacono contemptum, exemplo Samuels consolatur: « Dum, inquit, Samuel sacerdos à Judaeorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus Dominus: *Non te spreverunt, sed me.* Et ut hoc ulcisceretur, excitavit Saul regem, qui eos injuriis gravibus adligeret, et per omnes contumelias et penas superbum populum calcaret et premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione divinâ vindicaretur. » Porro Antisthenes apud Stobæum, serm. 115, aiebat vitam nostram similem esse vino, quod, dum deficit, aescit; hinc senes sunt acidi et amari. Quare hæc antipathia morum et amorum aequè ac annorum in senibus, fastidio est juvenibus, juxta illud Menandri: *Molestus vir est inter juvenes senex.* Et illud Comici: *Odiosa est hæc ætas adolescentulis.* Causam dat Pausan. lib. 7: « Ita naturâ comparatum est, ait, ut senes quævis in re juvenibus adversentur, atque inprimis oblit se juvenes aliquando fuisse, eorum sint affectibus oppidò quàm offensî. » De senum vitis vide S. Hieron. epist. 21, Plin. lib. 7, cap. 60, S. Basil. orat. 4 de Penitentia.

Quocirca sapienter monet hic Siracides juvenes, ut senum mores ferant, cogitantes se in eosdem quandoque casuros. Sensim enim incogitantibus obrepit senectus, tacitisque senescimus annis. Id exemplo ciconiarum declarat Plinius lib. 10, cap. 25: « Ut ciconias, ait, nemo advenire sentit, sed advenisse; nemo discodere, sed discessisse, quòd noctu clanculumque faciant utrumque: ita juventutem nemo intelligit discodere, sed discessisse; et senectutem non sentimus advenire, sed advenisse. » Sic arenas, vel aquas in clepsydra effluxisse miramur, cum fluere non viderimus. Nam, ut ait Seneca, lib. 3, cap. 24: « Quotidiè, inquit, morimur; quotidiè enim demitur aliqua pars vitæ, et tunc quoque cum crescimus, vita decrescit; infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usque ad hesternum quidquid transit temporis, perit. Nunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus: quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid ante defluxit, sic ultima hora quæ esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat; tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. »

Praclarè S. Cyrianus, lib. de Mortalitate, et ex eo Rabanus: « Hæc sententia, ait, mundo data est, hæc Dei lex est, ut omnia orta occidant, et cuncta senescant, et infirmentur fortia, et magna minuantur. Canos videmus in pueris, capilli deliciunt antequàm crescant. Nec ætas in senectutem desinit, sed incipit à senectute. Sic in ortu suo ad finem nativitas properat. Sic quodeumque nunc nascitur, mundum à ipsius senectute degenerat, et nemo mirari debet singula in mundo cœpisse deficere, quando totus ipse jam mundus in delectione sit, et in fine. » Ad hanc gnomen facit Laecedæmoniorum *τριχορία*, sive triplicis chori cantilena, puta senum, puerorum, juvenum. Senum hæc erat cantio:

Nos fuimus olim strenui juvenuli.

Deinde puerorum hæc erat:

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Denique juvenum hæc erat:

At nos sumus, vel experire, si velis.

Hunc chorum Sparte instituit Tyrtaeus, ut triplex ætatum discrimen representaret. Nam pueritia ingressus est vitæ, virilis ætas progressus, senectæ exitus.

Porrò senectutis commoda et incommoda, laudes et vituperia recenset Cicero lib. de Senectute, et

VERS. 8. — GAUDIUM, scilicet cœleste, quod impeditur odio inimici (1).

VERS. 9. — PROVERBIIS, id est, sententiis (2).

VERS. 13. — INCENDAS, q. d., de irrites. INCENDARIS, q. d., cave ab illis (5).

VERS. 15. — FENERARI, id est, mutuum dare.

VERS. 16. — QUASI RESTITUENS, id est, de restituendo, seu solvendo (4).

Stobæus, serm. 116 et 117, ubi citat illud Euripidis: *Quid aliud est senex, quam vox et umbra?* Et illud Antiphanis: *Senectus est velut ara malorum; ad ipsam enim omnia confugisse videntur.* Et illud Patrocli: *Senectus est vita hyems.* Et illud Democriti: *Senectus omnimoda imperfectio est; omnia habet, et omnibus indiget.* Praclarè S. Ephræm, serm. ascetico ad imitationem Proverb. 6: « Honora Dominum, inquit, et via: tuæ prosperabuntur. Honora sacerdotem et presbyterum, ut in te benedictio oris ipsorum veniat. Honora senes tanquàm qui diu multumque Christo servierunt. Honora fratres tuos, velut Christi servos, ut ab ipsis diligaris. Et infernis: Ne senes ad opus compellas; nam carnes juventutis suæ in exercitatione attriverunt, et sufficit recta conscientia timentî Dominum. » Vide dicta Levit. 19, 32, ad illa: *Coram cano capite consurge.* (CORN. à LAP.)

(1) NOLI DE MORTUO INIMICO TUO GAUDERE, SCIENS QUONIAM OMNES MORIMUR, ET IN GAUDIUM NOLUMUS VENIRE. Intelligendum id de hoste privato, de cujus malis gaudendum non est, ne videamur studere privatae vindictæ. De publico autem hoste extincto gaudere licet, propter bonum communitalis, reipublicæ vel Ecclesiæ. Id quod et multis exemplis veteris Testamenti faciliè probatur, velut de morte Pharaonis, Sisaræ, Goliath, Holofernis, Nicanoris, Antiochi, et simulum. Cæterum quod subjungitur: *Et in quodam nolumus venire*, id est, non volumus, recte restitutum est in Sixtina Bibliis pro affirmante, *volumus*. Sic enim legunt Rabanus et Glossa; ordinarius et sensus longè commodior est, videlicet iste: Noli gaudere de inimico tuo mortuo, quia et nos omnes mortales sumus, et nolumus venire per mortem in gaudium inimicis nostris. Ac si dicat: Nolumus alios de morte nostrâ, vel aliis nullis nostris, gaudere, ideòque neque nos de inimici morte gaudere debemus, juxta legem naturæ, à Deo quoque confirmatam: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* (Estius.)

(2) IN PROVERBIIS FORUM CONVERSARE. Proverbia vocantur adagia, apologi, similitudines, apophthegmata, sententiæ, et alia hujusmodi, quibus hominum mores formantur, quæ frequenter in suis sermonibus usurpant senes. (Menoehius.)

VERS. 10. — AB IPSIS DISCES SERVIRE MAGNATIS SINE QUERELA.

Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Nemo aptiora alicui præcepta tradere adolescententi potest, quàm juvenis senex. Diuturna hominum, ac præcipue principum experientia hunc eâ prudentiâ instruit, quam frustra in libris et scholis quæras. Quidquid acriter meditatus fueris, prorsus inane est: usu opus est, atque experientiâ, ut principi placeas. Principum aula nova prorsus, et incognita regio est iis qui eam solummodo longè prospiciunt. (Calmet.)

(5) NON INCENDAS CARRONES PECCATORUM ARGUENS EOS, id est, in arguendo peccatore cave ne nimius sis, ne nimis exasperes iratum, ne oleum addas camino, quo ipse incendaris, id est, lædaris ab irato, et ab eo in lites, in verbera, in caedes protraharis. (Tirinus.)

(4) NON SPONDEAS SUPER VIRTUTEM TUAM. *Spondere* hic, ut *εγγυάζω* in Græco tum hic tum Proverbiorum 6, 1, est *fidejubeere pro aliquo*. Est enim genus sponsionis quoddam fidejussio. Monet autem ne in ulteriorem summam fidejubeamus quàm cui solvenda pares facile simus. Multi qui si solvendum pro alio esset, nunquàm id damnus subire vellent, faciles sunt ad fide-

VERS. 17. — JUDICEM, scilicet justè judicantem.

VERS. 18. — MALA, scilicet quæ solet facere. VADIT, id est, solet agere.

VERS. 19. — ELIDET, id est, occidet (1).

jubendum, quòd sperent rem non eò deventuram ut solvere cogantur. Ideò Vellejanum senatusconsultum mulieribus permisit dare de suo, fidejuberè autem non permisit.

QUOD SI SPOPONDERIS, QUASI RESTITUENS COGITA. *Ita cogita quasi soluturus sis; nam id cogitans non falleris.*

(Grotius.)

(1) *Ne vous engagez point avec ces personnes audacieuses qui entreprennent hardiment de conduire les âmes, et qui se chargent avec joie d'un fardeau que les plus grands Saints ont considéré comme une montagne prêtè de les accabler, à moins que Dieu qui les avait appelés à ces grandes charges ne les*

CAPUT IX.

1. Non zeles mulierem sinús tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.

2. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, et confundaris.

3. Ne respicias mulierem multivolam, ne fortè incidas in laqueos illius.

4. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficaciâ illius.

5. Virginem ne concipias, ne fortè scandalizeris in decore illius.

6. Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te et hæreditatem tuam.

7. Noli circumspicere in vicis civitatis, nec oberaveris in plateis illius.

8. Averte faciem tuam à muliere comptâ, et ne circumspicias speciem alienam.

9. Propter speciem mulieris multi perierunt; et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

10. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in viâ conculcabitur.

11. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit.

12. Cum alienâ muliere ne sedeas omninò, nec accumbas cum eâ super cubitum.

13. Et non alterceris cum illâ in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, et sanguine tuo labaris in perditionem.

14. Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit similis illi.

15. Vinum novum, amicus novus; veterascet, et cum suavitate bibes illud.

16. Non zeles gloriam et opes peccatoris, non enim scis quæ futura sit illius subversio.

17. Non placeat tibi injuria injustorum, sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius.

18. Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, et non suspicaberis timorem mortis.

19. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam.

20. Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis.

VERS. 21. — PARIET, id est, molietur.

VERS. 22. — FALSAM, id est, malam.

soutint par sa main toute-puissante. Prenez garde que le mal qu'il commettra ne retombe sur vous, et lorsqu'il vous veut servir de guide, étant aveugle lui-même, ne vous aveuglez pas volontairement pour le suivre. Car il se conduira, non selon la lumière de Dieu, mais selon les égarements de sa passion. Vous vous mettez en danger de périr avec lui par sa témérité présomptueuse et par votre crédulité indiscreète. Ce sont ces mêmes personnes qui joignent la colère à l'audace, parce qu'ils ne peuvent souffrir qu'on ait d'eux une moindre estime qu'ils n'en ont eux-mêmes. Ils sont toujours prêts à répandre le sang, sinon des corps, au moins des âmes, et d'écraser des personnes faibles et abandonnées par la même puissance qu'ils ont reçue de Dieu pour les soutenir. (Sacy.)

CHAPITRE IX.

1. Ne soyez point jaloux de la femme qui vous est unie, de peur qu'elle n'emploie contre vous la malice que vous lui aurez apprise.

2. Ne rendez point la femme maîtresse de votre esprit, de peur qu'elle ne prenne l'autorité qui vous appartient (et que vous ne tombiez dans la honte).

3. Ne regardez point une femme volage dans ses desirs, de peur que vous ne tombiez dans ses filets.

4. Ne vous trouvez pas souvent avec une femme qui danse (et ne l'écoutez pas), de peur que vous ne périssiez par (la force) de ses charmes.

5. N'arrêtez point vos yeux sur une fille, de peur que sa beauté ne vous devienne un sujet de chute.

6. N'abandonnez (en aucune sorte) votre âme aux femmes prostituées, de peur que vous ne (vous) perdiez, (vous et) votre bien.

7. Ne jetez point les yeux de tous côtés dans les rues de la ville, et ne vous promenez pas de place en place.

8. Détournez vos yeux d'une femme parée, et ne regardez point curieusement une beauté étrangère.

9. Plusieurs se sont perdus par la beauté de la femme; et c'est par là que la concupiscentia s'embrace comme un feu.

10. (Toute femme prostituée est comme de l'ordure dans un chemin, qui est foulée aux pieds de tous les passants.)

11. Plusieurs ayant été surpris par la beauté d'une femme étrangère, ont été rejetés de Dieu; car l'entretien de ces femmes brûle comme un feu.)

12. Ne vous asseyez jamais avec la femme d'un autre; (et ne soyez point à table avec elle, appuyé sur le coude;)

13. Et ne disputez point avec elle en buvant du vin, de peur que votre cœur ne se tourne vers elle, et que votre affection pour elle ne vous fasse tomber dans la perdition.

14. Ne quittez point un ancien ami, car le nouveau ne lui sera point semblable.

15. Le nouvel ami est un vin nouveau; il vieillira, et vous le boirez avec plaisir.

16. N'enviez point la gloire (ni les richesses) du pécheur; car vous ne savez quelle sera sa ruine.

17. N'approuvez point la violence des injustes; sachez que l'impie déplaira à Dieu jusqu'au tombeau.

18. Tenez-vous loin de celui qui a le pouvoir de faire mourir; et par là vous vous mettez hors d'état de craindre la mort.

19. Si vous approchez (de lui), prenez garde à ne rien faire mal à propos, de peur qu'il ne vous ôte la vie.

20. Souvenez-vous alors (que la mort est proche de vous, parce) que vous marchez au milieu des pièges, et au travers des armes d'ennemis pleins de colère.

21. Secundum virtutem tuam cave te à proximo tuo, et cum sapientibus et prudentibus tracta.

22. Viri justi sint tibi convivae: et in timore Dei sit tibi gloriatio;

23. Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, et omnis enarratio tua in praeceptis Altissimi.

24. In manu artificum opera laudabuntur, et princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum.

25. Terribilis est in civitate sua homo linguosus, et temerarius in verbo suo odibilis erit.

21. Examinez, autant que vous le pourrez, ceux qui vous approchent, et prenez conseil de ceux qui sont sages (et prudents).

22. Invitez à votre table des hommes justes, et mettez votre gloire à grand Dieu.

23. Que la pensée de Dieu occupe tout votre esprit, et que tous vos entretiens soient des commandements du Très-Haut.

24. Les ouvriers s'acquièrent de l'estime par l'ouvrage de leurs mains, le prince du peuple par la sagesse de ses discours (et les vieillards par le sens de leurs paroles).

25. Le grand parleur sera terrible dans sa ville; et l'homme inconsidéré dans ses discours sera haï.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ZELOS, id est, zelotypiâ prosequaris, scilicet, ostendens te malè suspicari de ipsâ. SENSUS TUUS id est, uxorem tuam quae tecum cubat. SUPER, id est, contra. DOCTRINAE NEQUAM, id est, quam tu malè suspicando illam docuisti (1).

VERS. 2. — ANIMAE TUAE, id est, tui, scilicet, ut possit de te quod voluerit. — INGREDIATUR, etc., q. d. abutatur potestate à te datâ (2).

VERS. 3. — MULTIVOLAM, id est, multos amantem, seu appetentem. Graecè, meretricem (5).

VERS. 4. — SALTATRICE, Graecè, cantatrice. EFFICACIA, scilicet illecebrarum (4).

VERS. 5. — SCANDALIZERIS, id est, offendas, seu labaris (5).

VERS. 6. — FORNICARIIS, id est, meretricibus. ANIMAM TUAM, id est, te.

IN ULLO, id est, ullo modo (5).

(1) Non zelus mulierem, etc. Ad verbum: Ne amaris uxorem sicut tuam, neque doceas in teipsum artem malam. Emulatio Latine dupliciter dicitur, tum in laude, tum in vitio. Nam et virtutis imitatio emulatio dicitur, et affectio vitiosa ac cum aegritudine conjuncta, quae rivalitati proxima est, qua maritus aut uxor dolet in conjugio alterum eo frui quod ipse aut ipsa maxime adamat. Zelotypia à Graecis appellatur affectio hujusmodi vitiosa, quae plerumque ex incommodis suspicionibus nascitur. Est autem ad exemplum alteri conjugii proponendum, labefactandumque conjugium pernicioosa. (Badvellus.)

(2) NON DES MULIERI POTESTATEM ANIMAE TUAE, id est, ut dominetur tui; NE INGREDIATUR IN VIRIBUS TUIS, id est, usurpet sibi quod est proprium viro, ET CONLUENTUR, tanquam effluviatus et vilis. Consequenter retrahit à muliere aliâ non conjugatâ. (Lyranus.)

(3) NE RESPICIAS MULIEREM MULTIVOLAM. Graecè est τραιζιζουμένη, id est, prostituta. Quidam suspiciant interpretem vocasse multivolam à volatu, quasi instabilem. Sed id nimis verisimile est, eo quod vox Graeca nullam habeat ad volatum significandum alinitatem. Sanè Catullus quoque ad Mallium dicit: Multivola est mulier; fortè quia se prostituens multos appetat, et à multis appeti velit. (Justus.)

(4) CUM SALTATRICE, seu psaltrice. His enim artibus homines quàm facillè inescari soleant, experientia docet. IN EFFICACIA; Graecè, conatibus; sive, ut alij legunt, studiis. (Bossuet.)

(5) VIRGINEM FORMOSAM NE CONSPICIAS, diu vel attentè contemplando. Memento Dinae filiae Jacob, Genes. 34. (Tirinus.)

(6) ANIMAM TUAM, id est, teipsum. Scortis, inquit, animum tuum ne adijcto. NE PERDAS TE ET HEREDITATEM TUAM. Prov. 29, 3: Qui alit meretrices, perdit opes. Plautus: Intimum esse mulieribus amantis multo pessimum esse pecunia. (Drusius.)

VERS. 7. — OBERRAVERIS, id est, vagaberis (1).

VERS. 8. — ALIENAM, id est, ejus quae non est uxor tua (2).

(1) NOLI CIRCUMSPICERE, etc. Haec enim curiositas damnum afferet, si contingat te in formosam mulierem oculos intendere. (Menochius.)

(2) AVERTI FACIEM TUAM A MULIERE COMPTA; Graecè, εὐνομένη, id est, formosa, ob formam tum naturalem, tum asceticam per ornatum comae et vestium. Unde sequitur: ET NE CIRCUMSPICIAS SEQUELI ALIENAM. Figura: Ne contempleris pulchritudinem alienam. S. Nazianz. orat. adversus mulieres ambitiosius se ornantes, docet eas quae fucis gaudent, ut plurimum esse impudicas. « Ferunt, inquit, insolentem pavorem, cum curvato collo, penusque genuuntibus circulum efficit, feminas clangore suo ad venerem invitare. Eodem modo admodum mirabor, si tu aliam ob causam formam pingas, quàm ut nitidorum et salacium virorum oculos ad te convertas. » Mulier ergo luca est idololum Veneris, et Venus colorata. Vide Tertull. lib. de Cultu femin. cap. 12, ubi comptas vocat infelicissimas publicarum libertatum victorias, quae leprosa praesentia, nunquam non prostituta corpori conjuncta et dedita. Et S. Cyprian. lib. de Habitu virginum: Ornamentorum, aut, ac vestium insignia et clenocinia fuorum, non nisi prostitutis et impudicis feminis congruant, et nullarum ferè pretiosior cultus est, quàm quantum pudor valis est. » Notat S. Chrys. hom. 5 de verbis Isaie: Nam dixit, inquit, ene videas, id enim nomen quàm fit ultro: sed ex capite, id est, ne circumspicias idem, tollens ne studio animadvertamus, ne curiosè intuearis, ne contemplationi immeris. » Et D. August. in regul. 1, cap. 21, ad frum primi tom: « Oculi, inquit, vestri, etsi jaciuntur in aliquam leoniarum, demanctur in nulla. » Et parò post: Quia sicut scriptum est: Abominatio est Domino deliquis oculum. » Quamvis hic locus, neque in Vulgata reperitur, neque unde desumptus sit ab Augustino explicetur. Huc facit illud Thom. 5, 1: Oculi mei depraevati sunt a iuniam meam in concubis filiabus urbis meae. Ubi protulit S. Hieron., vel potius Rabanus citans illud Job c. 31, 4: Peperit arbas cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine, rationem reddidit: « Ne prius, inquit, incautè aspiceret, quod postmodum invitum amaret. Nam semel species formae cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu solvitur. Intueri non debet quod non debet concupisci. Ut munda mens in cogitatione servetur, deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. » Hanc Jobi cautionem admiratur D. Chrysost. serm. de Joseph Patriarchâ, in tom. 4: « Job, inquit, diabolum quidem videns accedentem, non fugit, sed mansit, sicut leo, cyribus fidens: virgine autem visâ non stetit, neque emoratus in contuenda pulchritudine, sed statim secessit. » (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — PROPTER SPECIEM MULIERIS MULTI PERIERUNT; ET EX HOC CONSPICISSENTIA QUASI BENI EXARRERUNT. Impudicus amor, ignis instar, corporea vena-

VERS. 11. — EXARDESCIT, id est, accendit.

VERS. 12. — ALIENA, id est, non tuâ uxore. NEC, pro, multoque minus. ACCUMBAS, scilicet, mensæ. CUBITUM, scilicet, tuum innixus, et colloquens, ut fit.

VERS. 13. — ALTERCERIS, etc., q. d., ne invicem ad potum invites. DECLINET, id est, inclinetur. SANGUINE, id est, concupiscentiâ, quæ maximè in epate viget. Græcè, spiritu.

VERS. 16. — ZELES, id est, affectes.

VERS. 17. — INFEROS, id est, mortem (1).

statis præsentia flammæ concipit, longèque diuturniores, in alterâ vitâ ignes impio parat. Job. 31, 12: *Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.* (Calmet.)

VERS. 10. — OMNIS MULIER QUÆ EST FORNICARIA QUASI STERCUS IN VIA CONCULGABITUR. Hoc comina, et quod sequitur, et principium post ea sequentis, desunt in Græco; sed est ibi: *Noli in amplexibus alienæ uxoris dormire.* Sic Theocritus dixit: *sese inclinavit in ulnas.* Claudianus: *Livescant brachia neuu.* Hoc interpretes Latinus posuit post illa: *Cum alienâ uxore ne sedeas omnino;* et vertit: *Ne accumbas cum eâ super cubitum.* (Grotius.)

(1) NON PLACEAT TIBI INIURIA INJUSTORUM. Ad verbum: *Ne placeas tibi in beneplacitis impiorum,* hoc est, ne approbes eorum scelerata studia atque judicia, memento quod usque ad inferos non justificabuntur. Potest hoc postremum verbum ita reddi, *justi non habebuntur, aut, censebuntur,* apud Deum nec in vitâ totâ, nec in morte, quanvis opinionem justitiæ habeant. Placent enim sibi, seque felices arbitrantur; eam autem felicitatem sapientiæ suæ aut justitiæ tri-

VERS. 18. — SUSPICABERIS TIMOREM, id est, anxius eris timore.

VERS. 19. — COMMITTERE, scilicet, contra illum.

VERS. 20. — COMMUNIONEM MORTIS, id est, quàm facile sit interfici. DOLENTIUM ARMA, id est, iratorum, qui facilè occidunt. Græcè, *pinacula civitatis,* id est, loco periculosissimo (1).

VERS. 25. — SENSU, id est, mente.

VERS. 24. — IN MANU, q. d., ex artis peritiâ. SENSU, id est, prudentiâ.

bunt. Sed, *est via,* ut inquit Salomon Proverb. 14, 12, *quæ videtur homini recta, cujus exitus est miserimus.* Itaque rectè monet hoc loco Sapiens, ne nos ad vana et fallacia et judicâ et studia impiorum conformemur. (Biblia Vatabli.)

(1) VERS. 22. — *Invitez à votre table des hommes justes, et mettez votre gloire à craindre Dieu.* Il y a toujours beaucoup à craindre dans le commerce que l'on a avec les hommes. C'est pourquoi tous les Saints nous recommandent avec tant de soin de nous retirer autant que nous pourrons, et de vivre comme des malades à qui la compagnie des autres malades est dangereuse, et qui ne doivent penser qu'à être seuls et à se guérir. Comme nous devons fuir la compagnie de ceux dont les entretiens ne peuvent que nous affaiblir encore davantage, nous devons toujours consulter les sages de la sagesse de Dieu, qui nous donneront des remèdes pour guérir nos plaies, et aimer la compagnie des hommes justes, qui dans leur silence même nous parleront par l'exemple de leur vertu et par le règlement de toute leur vie. (Sacy.)

CAPUT X.

1. Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.

2. Secundùm judicem populi, sic et ministri ejus; et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in eâ.

3. Rex insipiens perdet populum suum, et civitates inhabitabuntur per sensum potentium.

4. In manu Dei potestas terræ, et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

5. In manu Dei prosperitas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.

6. Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ.

7. Odibilis coram Deo est et hominibus superbia, et execrabilis omnis iniquitas gentium.

8. Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias, et contumelias, et diversos dolos.

9. Avaro autem nihil est scelestius. Quid superbit terra et cinis?

10. Nihil est iniquius quàm amare pecuniam? hic enim et animam suam venalem habet: quoniam in vitâ suâ projecit intima sua.

11. Omnis potentatûs brevis vita; languor prolixior gravat medicum.

12. Brevem languorem præcidit medicus; sic et rex hodiè est, et cras morietur.

13. Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, et bestias, et vermes.

14. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo.

CHAPITRE X.

1. Le juge sage jugera son peuple; et le gouvernement d'un homme sensé demeurera stable.

2. Tel qu'est le juge du peuple, tels sont ses ministres, et tel qu'est le prince de la ville, tels sont aussi les habitants.

3. Le roi peu sensé perdra son peuple; et les villes se peupleront par le bon sens de ceux qui les gouvernent.

4. Le pouvoir souverain sur un pays est dans la main de Dieu; et c'est lui qui y suscitera en son temps un prince pour le gouverner utilement.

5. Le bonheur de l'homme est dans la main de Dieu; et c'est lui qui met sur la personne du sage les marques d'honneur qui lui appartiennent.

6. Perdez le souvenir de toutes les injures que vous avez reçues de votre prochain; et ne faites rien par la voie de la violence.

7. L'orgueil est haï de Dieu et des hommes; et toute iniquité des nations est execrable.

8. Un royaume est transféré d'un peuple à un autre, à cause des injustices, (des violences,) des outrages et des différentes tromperies.

9. (Rien n'est plus détestable que l'avare.) Pourquoi la terre et la cendre s'élèvent-elles d'orgueil?

10. (Il n'y a rien de plus injuste que celui qui aime l'argent, car un tel homme vendrait son âme même,) parce qu'il s'est dépouillé tout vivant de ses propres entrailles.

11. (Toute puissance subsistera peu: la maladie longue fatigue le médecin.)

12. Le médecin enlève vite un mal qui résiste peu; ainsi tel est roi aujourd'hui qui mourra demain.

13. Car, quand l'homme sera mort, il aura pour héritage les serpents, les bêtes et les vers.

14. Le commencement de l'orgueil de l'homme est

15. Quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor ejus : quoniam initium omni peccati est superbia ; qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis , et subvertet eum in finem.

16. Propterea exhonora vit Dominus conventus malorum, et destruxit eos usque in finem.

17. Sedes ducum superhorum destruxit Deus, et sedere mites fecit pro eis.

18. Radices gentium superbarum arefecit Deus, et plantavit humiles ex ipsis gentibus.

19. Terras gentium evertit Dominus, et perdidit eas usque ad fundamentum.

20. Arefecit ex ipsis, et disperdidit eos, et cessare fecit memoriam eorum à terrâ.

21. Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.

22. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum.

25. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum ; semen autem hoc exhonora bitur, quod præterit mandata Domini.

24. In medio fratrum rector illorum in honore ; et qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

25. Gloria divitum, honoratorum, et pauperum, timor Dei est.

26. Noli despiciere hominem justum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem.

27. Magnus, et judex, et potens est in honore, et non est major illo qui timet Deum.

28. Servo sensato liberi servient ; et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur.

29. Noli extollere te in faciendo opere tuo, et noli cunctari in tempore angustiae.

30. Melior est qui operatur, et abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, et eget pane.

31. Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundùm meritum suum.

32. Peccantem in animam suam quis justificabit ? et quis honorificabit exhonora ntem animam suam ?

35. Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.

34. Qui autem gloriatur in paupertate, quantò magis in substantiâ ? et qui gloriatur in substantiâ paupertatem vereatur.

de commettre une apostasie à l'égard de Dieu ;

15. (Parce que) son cœur se retire de celui qui l'a crée, car le principe de tout péché est l'orgueil : celui qui y demeure attaché sera rempli de malediction et il y trouvera enfin sa ruine.

16. C'est pour cela que le Seigneur a couvert d'opprobre (les assemblées des méchants), et qu'il les a détruites pour jamais.

17. Dieu a renversé les trônes des princes (superbes), et il y a fait asseoir en leur place ceux qui étaient humbles.

18. Dieu a fait sécher les racines des nations (superbes), et il a planté ceux d'entre ces mêmes nations qui étaient humbles.

19. Le Seigneur a détruit les terres des nations orgueilleuses, et il les a renversées jusqu'aux fondements.

20. Il en a fait sécher quelques-unes, il les a exterminées, et il a effacé leur mémoire de dessus la terre.

21. (Dieu a aboli la mémoire des superbes, et il a conservé celle des humbles de cœur.)

22. L'orgueil n'a point été créé avec l'homme, ni la colère avec le sexe des femmes.

25. La race de ceux qui craignent Dieu sera en honneur ; et la race de ceux qui négligent les commandements (du Seigneur) sera deshonorée.

24. Celui qui conduit ses frères est parmi eux en honneur, et ceux qui craignent le Seigneur seront agréables à ses yeux.

25. La gloire des riches, des personnes en honneur et des pauvres, est la crainte du Seigneur.

26. Ne méprisez point un homme juste, quoiqu'il soit pauvre ; et ne revérez point un pécheur (quoiqu'il soit riche).

27. Les grands, les juges et les puissants sont en honneur ; mais nul n'est si grand que celui qui craint Dieu.

28. Les hommes libres s'assujétiront sans peine à un serviteur bien sensé ; celui qui est prudent (et bien instruit) ne murmurera point (quand il sera repris ; et l'imprudent ne sera point en honneur).

29. Ne vous clevez point en faisant votre œuvre avec succès ; et ne vous laissez point aller à la paresse au temps de l'affliction.

30. Celui qui travaille et qui a tout en abondance, vaut mieux qu'un glorieux qui n'a pas de pain.

31. Mon fils, conservez votre âme dans la douceur ; et rendez-lui honneur, selon qu'elle le mérite.

32. Qui justifiera celui qui pèche contre son âme ? et qui honorera celui qui la déshonore ?

35. Le pauvre trouve sa gloire dans le règlement de sa vie (et dans la crainte de Dieu) ; d'autres sont honorés par leurs grands biens.

34. Combien donc aurait de gloire, s'il était riche, celui qui en a tout pauvre qu'il est ? Mais que celui qui n'est honoré que pour son bien, prenne garde de devenir pauvre.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 4. — EXECRABILIS, scilicet, apud Deum,

(1) VERS. 4. — JUDEX SAPIENS. *Judex*, id est, gubernator. Alibi *regem* denotat, ut Amos 2, 5. Erant autem *judices* in singulis urbibus numero septem, quibus adjuncti erant duo ex tribu Levi. Josephus, Orig. Jud. lib. 4, c. 8. *Judicabit*, malum ego castigat. Alterum doctoris est, alterum parentis, qui delinquentem filium verbis aut verberibus castigat, eumque salutari disciplinâ coercet et in officio continet. *Stabilis erit*. Ad hunc versum pertinet quod legitur Prov. 20, 8 : *Rex sedens in solio judicii dissipat oculos suis omnem malum.* (Drusius.)

VERS. 2. — SECUNDUM JUDICEM POPULI, SIVE ET MINISTRUM ; ET QUALIS RECTOR EST CIVITATIS, TALIS ET

q. d., puniet. Id non est Græcè, et videtur huc per er-

INHABITANTES IN EA. Ad verbum : *Et secundum eum qui præest civitati, omnes qui habitant (sive incohant eam).* Hoc idem est quod dicit Plato : *Quales sunt principes in republicâ, tales reliquos solere esse cives.* Illud etiam proverbio Græco est celebratum : *Ad mores domine famulas mores suos conformare.* Nam exemplum principum ac superiorum ad bonè maleque vivendum maximam vim atque auctoritatem habet. In his duobus locis quemadmodum in multis aliis *judex* accipitur pro *rectore ac gubernatore.* (Badvellus.)

VERS. 5. — REX INSENSIBS PERDET POPULUM SUUM, ut patet de Roboam, 2 Reg. 2, qui per fatuum responsum perdidit populi sui decem partes.

rorem translatum ex loco inferiori. IN TEMPUS, id est, opportuno tempore (1).

ET CIVITATES INHABITABUNTUR PER SENSUM POTENTIIUM, sicut patet de David et Salomone. (Lyranus.)

(1) IN MANU DEI POTESTAS TERRÆ, ET EXECRABILIS OMNIS INIQUITAS GENTIUM, ET UTILEM RECTOREM SUSCITABIT IN TEMPUS SUPER ILLAM. Ita legunt Rabanus, Lyranus et alii, quin et Marcellus pontifex, epist. 1. Verùm Græci codices, æquè ac Latini Romæ correcti, delent τὸ et *execrabilis omnis iniquitas gentium*; sed illud idem legunt vers. 7. Græcus de more brevis et bimembris est: *Potestas terræ in manu Domini, qui in tempus*, id est, ut Vatablus, *opportune in eâ suscitabit hominem utilem*; alii, *qui suo tempore quod expedit, excitat super eam. Magistratus enim virum ostendit, ut ait Bias. Syrus, in manibus Domini dominorum universum; eum, qui aptus est, in tempore constituit super illud (universum)*. Dicit hoc ut reges et principes sciant se regnum et principatum primariò non à se, vel suis progenitoribus, aut à populo et republicâ, sed à Deo habere, ac proinde ab illo pendere, illicque subditos esse, ideòque se suaque sceptrâ et coronas (uti faciunt sancti illi principes Apocal. 4, 10) ante Dei pedes ponant, eique offerant, ac ea non nisi ex Dei voluntate et lege regant et administrent. Idem per umbram vidit Homerus; nam hymno in Musas et Apollinem: «Ex Musis, inquit, et procul mittente Apolline viri poetæ sunt in terrâ, et citharædi; ex Jove autem reges.» Et Tertull. in Apologet.: «Inde, ait, est imperator, unde et homo, et antiquam imperator; inde potestas illi, unde et spiritus,» juxta illud Danielis cap. 5, 23, ad Baltasarem: *Deum, qui habet statum tuum in manu suâ, et omnes vias tuas, non glorificasti*. Et illud Sapientis, c. 6, 4: *Data est à Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur; quoniam, cum essetis ministri regni illius, non rectè judicâstis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulâstis*.

Agnoscent hoc reges Christiani, dum se Dei gratiâ regnum obtinere in suis edictis profiterentur, ut *Philippus Dei gratiâ Hispaniæ Rex*, etc. Sicut enim à Deo omnisciente, quasi fonte derivatur omnis scientia, ita ex eodem omnipotente derivatur omnis potestas: ipse ergo quasi summus mundi rector reges et principes, in hoc regimine, quasi suos vicarios sibi substituit et arrogavit, eisque potestatem dedit regendi, puniendi malos, præmiandi bonos, leges condendi; hæc enim à primâ et æternâ lege, quæ est in mente Dei, quasi radii à sole, rivuli à fonte, derivantur; ac proinde *execrabilis est Deo omnis iniquitas gentium*, præsertim illa communis et capitalis, ac fons cætarum, scilicet, idololatria, quæ se suasque republicas, regna et principatus, non Deo vero, sed vel sibi, vel suis idolis accepta referunt; sed et hæc est in manu Dei, ut eam suo tempore, vel puniat et comprimât, vel tollat, et in bonum convertat. Ita Lyran. Quocirca ipsius, tanquam summi terræ domini, clementiæ est suscitare in eâ utilem principem, cum ita ei placuerit: sicut ipsius iræ est suscitare in eâ inutilem, cum talem peccata subditorum merentur, juxta illud Job 34, 30: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. Inprimis verò ipse tempore opportuno à se præcognito et præfinito, utilem rectorem suscitabit super terram, Christum Dominum, qui abolitâ gentium idololatriâ, eas ad se convertet, ait Rabanus, Lyranus et alii; ac per eum suscitabit christianos principes, qui sub Deo justè, fideliter et religiosè populum gubernent. Quare populi et republicæ continuè à Deo flagitent, ut sibi tales det reges et principes, aut jam datos tales efficiat. Unde Palacius: «Christus, inquit, fuit utilis rector, quia se dedit in socium, cibum, pretium et præmium.»

Secundò, Rabanus, et ex eo Glossa interlinearis: *execrabilis*, inquit, id est, damnabilis, est omnis

iniquitas gentium, quia disperdet Deus de civitate suâ omnes qui operantur iniquitatem.

Tertiò, Jansenius hunc dat sensum; q. d.: *Omnis iniquitas gentium, quæ execrabilis est*, id est, omnes gentes iniquæ et execrabiles, quia idololatræ, sunt in manu Dei, æquè ac reges ac principes; q. d.: Deus dominatur universæ terræ, omnibusque regnis, tam infidelium, quam fidelium, etsi infideles ipsum non agnoscant, ideòque corda infidelium habet in suâ manu, ut ea ad se convertat, et fide suâ imbuat, uti fecit per Christum.

Rursùm perperam aliqui, teste Rabano, pro *execrabilis*, legunt, *exclamabilis est omnis iniquitas gentium*; quod tamen sic explicat Rabanus, q. d.: «Per prædicationem Apostolorum reprobata est infidelitas et error gentilium, quos Salvator ad hoc misit in mundum, ut contumaces redarguerent, inscios docerent, et infirmos sanarent.»

Porrò τὸ in tempus, græcè εἰς χρόνον, id est, opportuno tempore, ut vertit Tigurina, Syrus, et alii. Aliter Jansenius, in tempus, inquit, constituet, quia nulli unquam terræ datum est, ut in perpetuum haberet utilem rectorem, sed tantum ad tempus, ut est hic omnium rerum vicissitudo, quasi alludat ad quatuor monarchias sibi ex ordine succedentes, puta Assyriorum, Persarum, Græcorum et Romanorum, quas per symbola quatuor bestiarum describit Daniel, cap. 7.

Verè S. Cyprianus, orat. de idolorum Vanitate: «Regna, ait, non meritò accidunt, sed sorte variantur; et acceptum tempus certo fine custodiunt.» Et Philo lib. de divinâ Immutabilitate: «Totus orbis, inquit, habitabilis, more navis susque deque jactatæ æternis fluctibus, nunc secundis ventis, nunc adversis utitur. Nam verbum divinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat. Et cum perpetuò feratur per civitates, gentes regionesque, res aliorum aliis, omnium omnibus tribuit, subinde variantibus apud singulos temporibus, ut totus terrarum orbis tanquam una civitas, optimo republicæ genere administretur populari regimine.»

Quocirca sapienter Justinianum imperatorem, in Admonit. (quod à Græcis vocatur *Scheda regia*; exstat tomo 2 Biblioth. SS. Patrum) num. 1, monet Agapetus Diaconus: «Honore, inquit, quolibet sublimiorem cum habeas dignitatem, o imperator, honora supra omnes, qui hoc te dignatus est Deum; quoniam juxta similitudinem cælestis regni tradidit tibi sceptrum terrenæ potestatis, ut homines edoceres justis custodiam, et eorum, qui adversus ipsum rabiunt, insectareris latratum, tum ipsius obtemperando legibus, tum subditos tibi regendo pro jure.» Et num. 5: «Scito, o pietatis divinitus fabricatum specimen, quia quanto majoribus dignus habitus es, tribuente Deo, muneribus, tanto majori vicissim debito ei obstringeris. Ergo redde benefactori debitum gratitudinis, acceptanti debitum ut meritum, et beneficio beneficium rependenti; ipse enim semper et beneficiis prior promeretur, et ut debitum beneficia pensat. Gratitudinem autem exigit à nobis, non quæ verborum blandorum prolatione, sed quæ rerum piarum oblatione peragitur.» Et num. 7: «Terrenarum opum instabiles divitiæ, fluvitium undarum imitantur cursum. Modicum enim affluunt his qui habere se eas arbitrantur; mox verò refluxentes ad allos accedunt. Solum autem beneficentiæ thesaurus, stabilis est possidentibus eum; bonorum enim actionum meritum ad auctores retorquetur.» Et num. 9: «Sollicitam imperatoris animam speculi in modum abstergi oportet, ut divinis splendoribus semper coruscet, rerumque distincta judicicia inde condiscat: nihil enim adeo facit, quæ peragenda sunt, conspiciere, atque custodire eam perpetuò sinceram.»

S. Ludovicus inter aurea monita, quæ Philippo filio testamentum reliquit, hoc primum assignat: «Fili mi, ante omnia in eam curam diligenter incommende, ut diligas Deum. Nemo enim potest salvus esse, nisi Deum amet. Cave ne unquam admittas peccatum

VERS. 5. — FACIEM SCRIBÆ, id est, personam factoris, imponit, etc., q. d., faciet boni rationem. A.

VERS. 6. — OMNIS, id est, ubi: IN OFFICIIS INTERIUS, id est, per injuriam. 2).

emortiferum; sed sanam potius ferre velis tormentorum genera, quam aliquam talem perpetrare culpam. Cetero, ubi potius Deo pro bonis omnibus, ubi ab illo est, ut dicitur, in potioribus eius beneficiis aliter et augeri. Non patiaris quoniam, te vidente, peiusse de Deo aut sanctis eius loqui; nec id sinas impune abire. Basilius imperator, Exhortat. ad Leonem filium, cap. 10: « Nummis, ait, beneficio regnum accepisti: sollicite custodias illud quasi depositum fidei tue commissum, ut in eodem conserves. Cave autem ne illius malus custos, degeneris aliquid atque indigni committas, sed sicuti ceteris paratus es, ut omnibus imperatoris, ita contende, ut virtute quoque ceteris antecelas; virtus enim omni principatu omnique auctoritate præstantior est. Si ergo dignitate quidem reliquis præstas omnibus, virtute autem ab alio præcelleris, imperator es in eo quod minoris excellentie est; in eo vero quod præclarior est, imperator non es, imo cæterius imperio subes. Ne sis ergo veluti suppositicius atque adulterinus dominus, cum te alius præstantior reperiatur; sed verus imperator, cum cæteris omnibus virtute antecedas. » (Corn. à Lap.)

(1) SUPER FACIEM SCRIBÆ, id est, super scribam, litteratum virum, doctorem IMPOSIT DEUS HONOREM SUUM, id est, honoratum officium judicis, gubernatoris, administratoris reipublice. (Tirinus.)

(2) OMNIS INIURIE PROXIMI SE MEMINERIS, etc. Ad verbum: *Ne irascaris proximo ob omnem injuriam*, id est, propter quodvis delictum, *nec facias quicquam in operibus contumeliose*, sive, *superbia petulantis ac contumeliose*. Duo sunt vitia à quibus Sapiens dehortatur; *iracundia immoderata*, quæ homines in levissimis etiam injuriis ita offendunt, ut cupiditate ulciscendi intemperanter exardescant; alterum est *superbia, petulantia immodica ac supra modum elata*, quæ ceteros homines maximeque interiores despiciunt, ac omnibus quibus possunt contumelias lædunt. Hæc duæ affectiones sunt in hominibus superbis, quemadmodum Sapiens statim significat: *cujusmodi sunt divites, nobiles, potentes, ac ceteri qui aliquam fortunam præstantiam sunt adepti*. Nam superbus facile offenditur, neque ullum aliorum etiam mediocre delictum ferre potest, et idem est *superbus, petulans ac contumeliosus*: is si videat lapsum hominem, ita libidine animi effertur, ut calamitosis afflictisque insolenter atque inhumaniter insultet. Hoc autem est contra Pauli monitionem, qui Galat. 6, 1, præcipit ut *fratrem in aliquo delicto lapsum summam cum humanitate mansuetudineque erigamus ac confirmemus*. *Superbia* non significat simpliciter quamvis injuriam, sicut quidam verterunt; sed *hujusmodi injuriam quæ cum petulantia contumeliâque conjuncta est*: ita enim describit Aristoteles in Rhetoricâ ad Theodectem. (Biblia Vatabli.)

VERS. 5. — ODIBILIS CORAM DEO EST ET HOMINIBUS SUPERBIA. Hoc est primum argumentum quo probat *superbiam* principibus viris maxime detestandam esse. Ibidem secundum est argumentum, quia *superbia* causaliter est *omnis iniquitas gentium*, id est, causa est omnium iniquitatum, quæ ab his gentium peccantur, puta injustitiæ, contumeliæ, dolis, avaritiæ, et mox sequitur, quæ integra regna evertunt vel alio transferunt. (Menochius.)

VERS. 8. — REGNUM A GENTE IN GENTEM TRANSFERRET PROPTER INJUSTITIAS, etc. A primo temporum exordio, quorum meminit historia, quam multa imperia ceciderunt, quam multa quoque ex illorum ruinis orta sunt? Assyriorum imperio Medi et Babyloni successere; his Persæ; Persis Græci, Græcis Romani; atque ex Romani imperii ruinis hæc regna orta sunt, quæ Europam in partes secunt.

VERS. 10. — HIC, scilicet AVARUS, VENALIS, scilicet est pro pecunia. PROPTER INJUSTITIAS, q. d., propter litas; vel, exuit omnem humanitatem: scilicet crudelis est, et sine misericordie visceribus.

VERS. 11. — BARBA VITÆ, scilicet ob sollicitudines quæ vitam consumunt.

VERS. 12. — BREVIS PRO, ac *recessem*. Sicut, etc. Et conjungendum cum, *potentatibus vita brevis* (1).

Præter infimum Dei potentiam, qui regem regnumque arctat, est, et imperia ob principum vel populorum scelera evertit, una est naturalis hujusmodi exentiorum causa; propterea solent vitarum privatorumque flagitia, ambitio, vis, injustitia. Ubi enim concordia, amicitia, et mutuis principis ac subditorum amor cessant, ac republica membra neutra seditione divisa, privati solimmo communiis studeant, neglectis publicis et communibus, statim non respiciunt, hinc indeque hinc civium discordia in ipsorum perniciem utitur. Plebs vi oppressa legitime auctoritatis jura excutit; finitum imperii honorati ceteri conantur; ambitiosi et superbi seditionem fovent, novaque res molientibus favent. Verissimum dicitur est illud Seneca in Phœstia:

Ubi non est pater

Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,

Instabile regnum est.

Nolite, alibi Cato apud August. lib. 5 de Civit. cap. 15, existimare majores nostros animi reipublicæ ex parva magna fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus, quippe sociorum atque civium, præterea armorum et equorum major copia nobis quam illis est. Sed alia fuere, quæ illos in magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: Domi industria, fortis justum imperium, animus consulendo liber, neque libidini, neque defecto obnoxius. Pro his ceteros habemus luxuriam atque avaritiam, publice egestatem, privatam opulentiam; laudamus divitias, sequimur inertiam; inter bonos et malos discernimus nullum; omnia virtutum præmia ambitio possidet. Hæc vitia videbat Cato in Romana republica, ex quibus proximum illis exordium fore colligebat. Atque hæc profecto fuere, quæ illam in ea mala quæ statim secuta sunt, impulerunt. Quò graviora sunt in republica hæc flagitia, eò propius exordium imminet. Græcus hoc loco ait: *Regem a gente in gentem transferret propter injurias et contumelias, operisque fraude paratas*. (C. Inet.)

AVARO NIHIL EST SCIENTIUS. Et versu sequenti: *Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim et animam suam venalem habet*. Vocat Sapiens avaritiam rem scientissimam, scilicet quia est cupiditas maxime inordinata, utpote amor rei abjectissimæ, pecuniæ, quæ est res proorsus terrena, et in infimo ordine (si natura ejus spectetur), rerum creaturarum; atque adeo hæc ratione, nihil minus vermibus præstantior est, et nobilior omni auro et argento; ille enim animatus est, hoc inanimatum. Hinc Apostolus avaritiam vocat idololatram, seu idolorum servitutem, Ephes. 5. Intellexit et Cicero quam vilis et homine indigna sit cupiditas pecuniæ, dicens, Offic. lib. 4: « Pecuniæ fugienda est cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi tanque parvi, quam amare divitias, nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere. » Perro Sapiens causam subdit: *Hic enim et animam suam venalem habet, quoniam in vita sua profert ultimam suam*; quasi dicat: Prostravit salutem animæ suæ mercedem, peccando, etc.; et quicquid habet etiam alioqui clarissimum, ut sunt viscera hominis, postipuit divitiis. Denique avarum quæ nihil est scientius, quia ad omnia scelera et flagitia pervertenda indestur hunc spe pecuniæ. Et ita conuenit hoc dictum cum illo: *Radix omnium malorum est cupiditas*, 1 Tim. 6. (Estius.)

(1) BARBA VITÆ REGIUM PRÆCIBIT MEDICUS. Multa

VERS. 13. — CUM ENIM, etc. Id conjungendum cum, *quid superbit*, etc.

VERS. 14. — APOSTATARE, etc., id est, cum olim apostatavit.

VERS. 15. — SUPERBIA, scilicet, per quam quis præfert voluntatem suam divinæ. MALEDICTIS, q. d., erit omnibus execrabilis.

VERS. 16. — EXHONORAVIT, id est, affectit ignominia. IN FINEM, id est, tandem, vel penitens.

VERS. 18. — AREFECIT, scilicet, occidendo. IPSIS GENTIBUS, id est, eo populo.

VERS. 20. — IPSIS, scilicet, terris.

VERS. 21. — SENSU, id est, mente, seu spiritu.

VERS. 22. — CREATA, scilicet, à Deo (1).

hic perturbatio ex variis lectionibus. Vulgatas enim legi *μακρον, parvum seu brevem*, quod Græcè *μακρον, longum*. Variant etiam Græci codices: Sixtinus enim habet *ακόσμηται*, *illudat, irridet, cavillatur*. Alii optimi codices, *κόπτει*, *incidit, præcidit*, quod legit Vulgatus. Sixtinus etiam codex omittit vocem illam, sine quâ pendet sensus, *medicus*, quam et Vulgata et optimi illi habent codices. Sensus ergo est: prolixum morbum præcidit medicus secundo et urendo. *Sic et Rex*: sic qui rex hodiè est, cras morietur; sic à Deo optimo medico confestim tollitur rex (malus) curandis civitatis reipublicæ malis. Ex aliis lectionibus vix ac ne vix quidem sensum bonum excusperis. (Bossuet.)

(1) NON EST CREATA HOMINIBUS SUPERBIA. Id est, in hominibus. Non ita cum homine nata est ut ipso salvo auferri nequeat, ut cor aut sanguis. Est *accidens*, et quidem *separabile*, ut loqueretur Porphyrius.

NEQUE IRACUNDIA NATIOMI MULIEREM. Sunt quidem multæ mulieres iracundæ, sed non necessariò.

CAPUT XI.

1. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatorum consedere illum faciet.

2. Non laudes virum in specie suâ, neque spernas hominem in visu suo.

5. Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.

4. In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris; quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et invisæ opera illius.

5. Multi tyranni sederunt in throno, et insuspicialis portavit diadema.

6. Multi potentes oppressi sunt validè, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum.

7. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; et cum interrogaveris, corripe justè.

8. Priusquam audias, ne respondeas verbum; et in medio sermonum ne adjicias loqui.

9. De eâ re quæ te non molestat, ne certeris, et in judicio peccantium ne consistas.

10. Fili, ne in multis sint actus tui; et si dives fueris, non eris immunis à delicto; si enim secutus fueris, non apprehendes; et non effugies, si præcurreris.

11. Est homo laborans, et festinans, dolens impius, et tantò magis non abundabit.

12. Est homo marcadus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate;

VERS. 23. — SEMEN, q. d., genus.

VERS. 24. — IN OCULIS ILLIUS, q. d., illos aspiciet.

VERS. 28. — INSCIUS, id est, imperitus.

VERS. 29. — CUNCTARI, id est, negligens esse (1).

VERS. 31. — DA HONOREM, id est, sustenta, vel serva mundum à peccato. MERITUM, q. d., debes enim hoc ei.

VERS. 32. — IN ANIMAM, id est, contra salutem animæ. JUSTIFICABIT, id est, excusabit, seu defendet (2).

VERS. 33. — GLORIATUR PER, pro, *honoratur*, seu gloriam habet propter.

VERS. 34. — GLORIATUR, id est, honoratur.

Neglectis urenda filix innascitur agri s,
ut ait Horatius; *cujus et hoc addam:*

Laudis amore tunc; sunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello. (Grotius.)

(1) NOLI EXTOLLERE TE, etc. *Ne verecundare opus tuum facere, neve ita gloriosus esto difficili tempore, ab opere abhorrens, quasi indignum sit tuâ gloriâ.*
(Castalio.)

(2) *Mon fils, dit le Sage, conservez votre âme dans cette douceur et dans cette humilité, qui a été marqué auparavant, et rendez-lui l'honneur selon qu'elle le mérite; et honorez-la, c'est-à-dire, travaillez auprès de Dieu par vos actions et par vos prières, à la soutenir et à la nourrir selon la dignité qui lui est propre. Qui justifiera celui qui pêche contre son âme, en ne travaillant point lui-même pour elle, et en se fiant aux prières et au secours qu'il demande aux autres? Qui honorerà celui qui la déshonore? Qui croira digne d'honneur celui qui défigurer en lui-même l'image de Dieu? Ou, qui pourra soutenir par son secours celui qui abandonne lui-même son âme?* (Sacy.)

CHAPITRE XI.

1. La sagesse de celui qui est de basse condition, s'éleva en honneur, et le fera asseoir au milieu des grands.

2. Ne louez point un homme pour sa mine avantageuse; et ne le méprisez point parce qu'il paraît peu de chose.

5. L'abeille est petite entre les volatiles; et néanmoins son fruit l'emporte sur ce qu'il y a de plus doux.

4. Ne vous glorifiez point de vos vêtements, et ne vous élevez point au jour où vous serez en honneur; car il n'y a que le Très-Haut dont les ouvrages soient admirables (et dignes de gloire), et ils sont cachés (et inconnus).

5. Beaucoup de tyrans ont été sur le trône; et tel a porté le diadème auquel on n'aurait jamais pensé.

6. Beaucoup de puissants princes ont été entièrement ruinés, et ceux qui étaient dans la gloire ont été livrés entre les mains des autres.

7. Ne blâmez personne avant de vous être bien informé; et quand vous l'aurez fait, reprenez-le (avec équité).

8. Ne répondez point avant d'avoir écouté; et n'interrompez point une personne au milieu de son discours.

9. Ne disputez point sur des choses qui ne vous regardent pas, et ne vous asseyez point pour juger avec les méchants.

10. Mon fils, ne vous engagez pas dans une multiplicité d'actions; car si vous entreprenez beaucoup d'affaires, vous ne serez pas exempt de fautes; si vous les suivez toutes, vous ne pourrez y suffire; et si vous allez au-devant, vous en serez accablé.

11. Tel travaille et se hâte, et souffre beaucoup; mais (étant sans pitié,) plus il se donne de peines, moins il s'enrichit.

12. Tel est sans vigueur, ayant besoin d'être aidé

13. Et oculus Dei respexit illum in bono, et exiit eum ab humilitate ipsius, et exaltavit caput ejus; et mirati sunt in illo multi, et honoraverunt Deum.

14. Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas à Deo sunt.

15. Sapientia et disciplina, et scientia legis apud Deum : dilectio, et via honorum apud ipsum.

16. Error et tenebræ peccatoribus concreta sunt; qui autem exultant in malis, senescunt in malo.

17. Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebit in æternum.

18. Est qui locupletatur parcè agendo, et hæc est pars mercedis illius.

19. In eo quòd dixit : Inveni requiem mihi, et nunc manducabo de bonis meis solus;

20. Et nescit quòd tempus præteriet, et mors appropinquet, et relinquat omnia aliis, et morietur.

21. Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce.

22. Ne manseris in operibus peccatorum; confide autem in Deo, et mane in loco tuo.

23. Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem.

24. Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in horâ veloci processus illius fructificat.

25. Ne dicas : Quid est mihi opus? et quæ erunt mihi ex hoc bona?

26. Ne dicas : Sufficiens mihi sum, et quid ex hoc pessimabor?

27. In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum :

28. Quoniam facile est coram Deo in die obitûs retribuere unicuique secundum vias suas.

29. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis denudatio operum illius.

30. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

31. Non omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim sunt insidiosæ dolosi.

32. Sicut enim erucant præcordia fœtentium, et sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum; sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui :

33. Bona enim in mala convertens insidiatur, et in electis imponet maculam.

34. A scintillâ unâ augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis; homo peccator sanguini insidiatur.

35. Attende tibi à pestifero; fabricat enim mala : ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum.

36. Admitte ad te alienigenum, et subvertet te in turbine, et abalienabit te à tuis propriis.

en toutes choses, étant dans la défaillance et dans une extrême pauvreté.

13. Et cependant l'œil de Dieu regarde cet homme favorablement : le titre de son humiliation, l'éleve en honneur, et plusieurs le voyant en sont surpris, et en rendent gloire à Dieu.

14. Les biens et les maux, la vie et la mort, la pauvreté et les richesses viennent de Dieu.

15. C'est aussi en Dieu que se trouvent la sagesse, le règlement de la vie et la science de la loi; la charité et les bonnes œuvres ont encore leur source en lui.

16. L'erreur et les tenebres sont créées avec les pécheurs; et ceux qui se glorifient dans le mal qu'ils font, vieillissent dans le mal.

17. Le don de Dieu demeure ferme dans les justes; et le progrès qu'il y fait se termine à un bonheur éternel.

18. Tel s'enrichit par sa grande épargne; et toute la récompense qu'il en tire est

19. De pouvoir dire : J'ai trouvé moyen de me mettre en repos; je mangerai maintenant mon bien tout seul;

20. Et il ne considère pas que le temps s'écoule (que la mort s'approche); et qu'il laissera tous ses biens à d'autres, et qu'il mourra.

21. Demeurez ferme dans l'alliance que vous avez faite avec Dieu; et qu'elle soit toujours votre entretien; et vieillissez dans la pratique (de ce qui vous a été commandé).

22. Ne vous arrêtez point à ce que font les pécheurs; mettez votre confiance en Dieu, et demeurez ferme dans votre place.

23. Car il est aisé à Dieu d'enrichir tout d'un coup celui qui est pauvre.

24. Dieu bénit le juste, et (se hâte) de le récompenser; il le fait croître, et lui fait porter du fruit en peu de temps.

25. Ne dites point : Qu'ai-je affaire de me mettre en peine? Qu'ai-je à espérer de bien désormais?

26. Ne dites point aussi : Ce que j'ai me suffit; quel mal ai-je à craindre pour l'avenir?

27. Ne perdez pas le souvenir du mal, au jour heureux, ni le souvenir du bien, au jour malheureux;

28. Car il est aisé à Dieu de rendre à chacun au jour de sa mort selon ses voies.

29. Une heure de mal fait oublier les (plus grands) plaisirs, et à la mort de l'homme ses œuvres seront découvertes.

30. Ne louez aucun homme avant sa mort; car on connaît un homme par les enfants qu'il laisse après lui.

31. N'introduisez pas toutes sortes de personnes dans votre maison; car le trompeur a beaucoup de pièges.

32. (Comme il sort une haleine corrompue de celui qui a l'estomac gâté,) comme la perdrix est conduite dans le filet, (et le chevreuil dans le piège,) ainsi est le cœur des superbes, et de celui qui est attentif à regarder la chute (de son prochain);

33. Car il dresse des embûches en changeant le bien en mal, et il imprime des taches dans les actions les plus pures.

34. Une étincelle seule allume un grand feu; (ainsi le trompeur multiplie les meurtres,) et le pécheur tend des pièges pour répandre le sang.

35. Gardez-vous de l'homme malicieux, qui est toujours appliqué à faire le mal, de peur qu'il ne vous rende pour jamais la fable du monde.

36. Donnez entrée chez vous à l'étranger, et il excitera un trouble qui vous renversera, et il vous chassera de votre propre maison.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — IN SPECIE SUA, id est, ob ejus formam. IN VISU SVO, id est, ob deformitatem (1).

(1) NON LAUDES VIRUM IN SPECIE SUA (in pulchritudine ejus), NEQUE SPERNAS (nec abomineris aut abhorreas) HOMINEM IN VISU SVO (in aspectu ejus). Significat s-

piens, neminem propter commoda incommode corporis dignum esse laude aut vituperatione, nisi eis abutatur, atque ad ea alia vitia anxia adjungat. Pulchritudo enim per se laudabilis non est, nec de ornatis vituperabilis. Moderatio virtutis atque animi intemperantia facit ut laudari aut vituperari possint;

VERS. 5. — BREVIS, id est, parva. INITIUM, id est, principatum, ἀρχήν (1).

VERS. 4. — INVISA, id est, incognita, scilicet perfectē (2).

sicut Salomon Prov. 11, 22, mulierem formosam et impudicam dicit similem porcæ esse in cujus collo torquis aureus est illigatus. Itaque vera laus in his sita non est, sed in eorum recto atque moderato usu.

(Badvellus.)

NON LAUDES VIRUM, id est, non iudices de valore hominis secundum exteriorem apparentiam corporis; nam frequenter ille qui est minoris apparentiæ, est melioris existentiae. (Lyranus.)

(1) BREVIS, staturâ (Græcè, parva in volatilibus est apis), ET TAMEN INITIUM, id est, principatum, DULCORIS, seu dulcedinis, HABET FRUCTUS ILLIUS, mel, inter omnia dulcia. Ineptè ergo iudicium de internâ virtute cujuspiam fertur ex solo rerum extarnarum, quæ in oculis incurrunt, aspectu. (Tirinus.)

(2) IN VESTITU (Græcè, in circumjectione vestimentorum, ut vertunt Romana), NE GLORIERIS UNQUAM, NEC IN DIE HONORIS TUI EXTOLLARIS. Græcè: In amictu vestium ne gloriare, et quo tempore in gloriâ es, ne efferto te. Syrus id per antithesin declarans, vertit: Eum qui indutus est indumentis vilibus ne irrideas, et ne contempnas hominem cujus amara sunt palata, id est, hominem afflictum qui agro est animo. Vers. 2 et 3, elisit superbiam ob formam et pulchritudinem; hic elidit superbiam ob vestitum splendidum, ac ob dignitatem et honorem: qui enim est in dignitate, v. g., rex, princeps et prælatus, habet occasionem superbiendi, tum ob statum honorificum quo cæteris eminens ab omnibus honoratur, tum ob splendorem vestium regaliū, ut diadematis, sceptri, purpuræ, vel pontificalium, ut tiaræ, poderis, ephod, etc. Monet ergo Siracides, ut in illis principes et prælati non superbiant, sed humiliter et modestè se gerant.

Explicat hunc locum S. Chrysost. homil. 2, in epist. 1 ad Timoth. in morali: In amictu, inquit, vestium ne gloriaris. Ista pridem prædicabantur infantibus: nempe enim et saltator, et scortum, et histrio, gratiora te et pretiosiora indumenta circumfert. Tineæ præterea ubi pretiosiora illa invaserint indumenta hujus te gloriæ voluptate privabunt. Vides quàm incerta, quamque instabilis sit vitæ præsentis gloria? Gloriantur in re quam vermes et gignunt et perdunt; feruntur enim quidam ad Indiâ vermiculi hujusmodi conficere vestes. Si vestem possidere cupis supernè intextam, amictum omninò mirabilem atque clarissimum, indumentum penitus aureum acquirere stude. Nempe illud aurum non metallum est, cujusmodi damnatorum effoderunt manus, verum ex virtute generatur. Induamus nos stolâ illâ quam non homines inopes aut servi faciunt, sed ipse Dominus se diligentibus præparat. Quid, oro, vestimento huic insertum est, quod te facit illustrem? Aurum scilicet. Et hoc quid ad rem? Opificem enim mirantur omnes, non eum qui fuerit amictus, ille enim reverè admiratione dignus est, quemadmodum et in simplicibus vestibus, non lignum in quo apud fullonem vestis tenditur, admiramur, sed opificem potiùs, licet ipsam lignum ferat. Plura vide apud Tertull. lib. de Habitu mulierum, et de Cultu feminarum, ac S. Cyprianum tract. de Habitu virginum.

Gloriatus est Herodes in veste regiâ, et acclamatione populi vociferantis; Dei voces, et non hominis; quare illic percussus ab angelo, consumptus à verbibus expiravit, Act. 12, 25. Ex adverso Christus, cum triumpho quasi Messias ingrediens Jerusalem in die palmarum, acclamante turbâ, Hosanna filio David, non sese extulit, quia sciebat hunc honorem mox vertendum in contemptum, ac se quinto post die ab iisdem crucifigendum. Sic et Job cum esset rex, de regali honore non est elatus; prævidebat enim fieri posse, quod contigit, ut omnibus spoliatus sede-

ret in sterquilinio, et testâ pus è corpore abraderet.

Præclare Clemens Alexandr. lib. 2 Pædag. c. 12: «Sicut Evam, inquit, serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebris aureus, escâ utens serpentis figurâ, in proba impellit, nempe murænullas quasdam aureas et serpentes ad decorum effingens.» Et Seneca, lib. 2, epist. 47: «Stultus est qui equum emplorus, non ipsum inspicit, sed stratum ejus; sic stultissimus qui hominem ex veste æstimat,» præsertim cum vestis sit stigma peccati, uti ostendi Gen. 5, 7 et 21, Plura de modestiâ vestitûs dixi 2 Petri 3, 3, et Isaia 3, sub finem cap.

Porrò dies honoris est dies quo quis exaltatur et honoratur, v. g., dies victoriæ et triumphi, dies electionis vel coronationis, dies celebritatis et festi, etc.; ininò totum tempus quo quis in magistratu vel dignitate versatur. Monet ergo ut illo non infletur, nec animo extollatur. Sic Romani duci triumphanti in curru apponebant servum (Plinius lib. 28, cap. 4, vocat carnificem) qui ei crebrò insurraret: Respice post te, hominem te memento, uti refert Tertull. Apolog. c. 35.

Porrò quod ad honorem et gloriam attinet, S. Augustinus, lib. 5 de Civit. c. 15, laudat Catonem, «qui quò minùs petebat gloriam, eò magis illum gloria sequebatur. Quandoquidem gloria est, cujus illi cupiditate flagrabant, iudicium hominum benè de hominibus opinantium. Et ideò melior est virtus, quæ humano testimonio contenta non est, nisi conscientiæ suæ.» Est ergo hæc secunda species humilitatis et modestiæ, quâ quis modestè se gerit in splendore vestium et dignitatum.

Idipsum festivo hirci et ericii apologo docet Cyrill. lib. 2 Apolog. moral. c. 3: «Hircus, inquit, ad fontem accedens, ut ardentia sit viscera refrigeraret, oculis in laticem nitore fulgentem coniectis, similitudinem vultus sui, quam in eum emiserat, reverberantibus rivi speculis, mox suscepti. Cùmque videret caput altis cornibus ornatum, atque protensam faciem pendente barbâ insignem, corde hilari vocem exultationis emisit, atque se in maximis magnificare cœpit, dicens: Quàm decenter staret eminens in cornuto capite corona pavonica, et torquata cervix quàm convenienter descenderet facie subtus barbata. Hunc cùm audisset ericii, stans et ipse in fonte, derisit amentem, et dixit: O si post tergum oculos haberes, te de coronâ et torque nullo modo dignificares. Nimirum videres caudulam pudendam tuam, et mox humiliatus de fastuoso capite deponeres jactantiam. Ut quid dignificas te de maximis et magnipendis miseriam tuam? Pone te in librâ justitiæ, tunc videbis qualis sis. Nempe pugilus es terræ, et quid te extendis in regna? ô favilla ignis quare te erigis super stellas? Porrò si te magni æstimas cùm sis parvi, tentabis majora, et insufficientem mox te confundent maxima; sed si te ipsum parvipendis, cubique intus eris, quoniam humilitas parit timorem, et timor procurat securitatem, et hæc custodit salutem. Verum si te ipsum in altis dignificas, jam te ipsum extra mensuram judicas.» Deinde idipsum manifestâ ratione evincit: Quæso igitur, ut sequaris commune jus; hoc autem præcipit ut in iudicio non credatur uni, nec alicui minùs quàm sibi, de bonis.» Ex quibus hoc epimythium sive ethicum dogma colligit: «Crede mihi, quia maximè se vilificat, qui se magnis dignificat. Sicut qui se iudicat sapientem, fit amens. Lux quidem luce confunditur, et altitudo altitudine curvatur, sed altior stella mentitur aspectibus, et cunctis inferior luna super omnia decoratur.» Ubi ergo est profunda humilitas, ibi excelsa est dignitas; et ubi ex temetipso est dejectio magna, ibi ex virtute tibi est dignificatio maxima. Nam dùm mundanis honoribus nos iudicamus indignos, tum nos humilitas sempiternis atque celestibus reddit dignos. Quibus auditis, hircus eruditus, quia se deificaverat, erubuit.»

QUONIAM MIRABILIA OPERA ALTISSIMI SOLIUS, ET GEO-

VERS. 5. — **INSUSPICABILIS**, id est, quem nemo putabat (1).

VERS. 6. — **ALTERORUM**, pro, aliorum (2).

VERS. 7. — **INTELLEGES**, id est, explicas causas.

VERS. 8. — **SENIORUM**. Græcè, *sermonum* (5).

RIOSA, ET ABSCONSA, ET INVISA OPERA ILLIUS. Græci de hoc concipi se habent, *non mirabilia sunt opera Domini, et absconsa*, id est, *absconsa* vel *secretis* (quod noster vocat, *occulta*) *opera ipsius hominibus*. Syrus. *Quia deus sunt arcam Dei, et abscondita ab hominibus occulta est.* Dat causam cur non sit gloriosum in vestitu splendido, neque in honore et dignitate, eamque duplens. Prior est, quod Deo soli competat gloria, illique soli liceat gloriarì, quia uti ejus majestas est gloriosissima, ita pariter et opera ejus, feriosissima sunt. Ubi advertit. In Deo sunt omnes virtutes nostræ, excepta humilitate. In Deo enim non est humilitas, sed majestas et gloria; Deus enim neminem habet superiorem, cui se humiliare et subjicere possit; sed est ipsa immensa majestas, cui jure suo competit omnis honor et gloria; quam si respueret, laceret contra dignitatem suæ majestatis et divinitatis; eamque abjiceret, et deprimeret, que utique illius esset gravis injuria, quod absit. Sicut ergo Deo competit gloria, sic homini competit humilitas, utpote qui in omnibus subjectus sit Deo, utpote à quo ipsam essentiali, dignitatem, honorem, vestitum, omniique dona tam naturæ quam gratiæ, que habet, accepit. Porrò Deus, ut humiliaret se, et suâ humiliatione nos doceret humilitatem, quasi virtutem nobis congruam et propriam, sumpsit humanam naturam, in eaque humiliavit se infra creaturas, adeo ut diceret: *Ego sum vermis, et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis*. Vide, quanti Deus faciat humilitatem, qui pro eâ fasces et fastigium deitatis ad calces humanitatis nostræ infinito descendit inclinavit.

Posterior est, quod *Dei opera sunt abscondita et invisita*, id est, incognita hominibus, ita ut præter opinionem hominum sæpè secreto suo judicio dignitatem et vestes gloriosas homini adimat, eumque redigat ad penuriam, squalorem et pauperiem; deponit enim potentes de sede, ut canit B. Virgo. Unde exclamat Apostolus Roman. 11, 55: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit?* Idipsum explicans Siraci les subdit: *Multi tyranni, etc.* Porrò Lyranus et Hugo censent opera Dei dici *mirabilia*, eo quod mirabiliter, præter expectationem, sæpè hominum sortem et felicitatem immutat, ut sublimes humiliet, humiles sublimet; pauperes ditet, divites depauperet. Hugo verò censet dici *mirabilia*, primò, quia Deus subinde malos præficit, juxta illud Jobi: *Qui regnare facit hypocritam*; secundò, quia homo, dum honoratur, sæpè ignorat cur sibi honorem indulgeat; tertio, quia Deus elicit ut mali regnum non evertant, nec universi orduem perturbent, imò nec dehonestant, sed ex eorum malitiâ ingentia vel justitiæ vel clementiæ suæ decora elicit; sicut ergo in ludo scachorum rex subinde deicitur, ac veles in regnum extollitur; sic Deus subinde reges è solio dejicit, plebes in regnum exaltat, nimirum:

Ludit in humanis divina potentia rebus.

(3) ORU. à Lap.)

(1) **IN THRONO**. Græcè, in solo, unde factum solo, et postea throno; cæterum, solo, verissima lectio est, cum sit oppositum: multi reges in solum dejecti, multi ad diadematis honorem evecti. **INSUSPICABILIS**, de quo nihil magni suspicaveris. (Bossuet.)

(2) **ALTERORUM**. Aliorum hostium, scilicet suorum et qui eos regno, et nonnunquam vitâ spoliant.

(Menochius.)

POTENTES principes, dynastæ. Sic, *detrahit potentes de sede*: alii principes, alii dynastæ. (Diusius.)

(5) **ET IN MEDIO SERMONUM NE ADJICAS LOQUI**. Recto

VERS. 9. — **MOLESTAT**, q. d., ad te non pertinente. **CERTERIS**, pro, *ceteris*, id est, contendas. **JUDICIO**, id est, consensu.

VERS. 10. — **MELIUS**, scilicet divitiis. **SECTES**, scilicet divitias. **LEVIUS**, scilicet peccatum. **PRÆCUPERIBUS**, id est, festines, ut loquereris.

VERS. 11. — **DOLENS**, scilicet quod non sit dives.

VERS. 12. — **MAGNUS**, id est, regit. **VIRIUTE**, id est, virtutibus. **IN BONO**, id est, favens ei.

VERS. 14. — **HONESTAS**, id est, divitiæ (1).

VERS. 15. — **APUD DEUM**, q. d., à Deo sunt. **Complut.** *apud Dominum*: Græcè, *à Domino*. **HONORUM**. Græcè, *bonorum operum*. **APUD ISTM**, Græcè, *ab ipso*.

VERS. 16. — **CONCRETA**, q. d., velut concreta, ita adhaerent.

VERS. 17. — **DATIO**, id est, donum. **PROFECTUS**, id est, favor. Græcè, *beneficium*.

VERS. 18. — **AGENDO**, id est, vivendo.

VERS. 19. — **IN LO QUOD DICIT**, id est, ut possit dicere, vel adeo ut dicat (2).

VERS. 21. — **TESTAMENTO**, id est, pacto, scilicet cum Deo facto. **IN ILLO**, pro, *de illo*. **TORUM**, id est, tibi impositorum.

VERS. 22. — **LOCO**. Græcè, *labore*.

VERS. 25. — **HONESTARE**, id est, ditare.

VERS. 24. — **HONORI VELOCI**, pro, *honorem velocem*, q. d., ut eum citò honoret. Græcè, *horâ veloci*.

VERS. 25. — **OPES**, scilicet benefacere (5).

VERS. 26. — **EX HOC PESSIMIOR**, id est, posthæc mali patiar.

VERS. 27. — **IN DIE**, etc., q. d., in prosperis cogita supplicia, in adversis præmia (4).

pro seniorum, id est, hominum senum, substituerunt Biblia Sixtina, *sermonum*, id est, verborum, ita enim non tantum correctoria tabent manuscriptorum, sed et Græca, que hoc modo habent: *Et in medio sermonum ne immittaris*. Hanc quoque lectionem præcedentia postulant. Vult enim Sapiens non esse sermonem alterius interpellandum, sed plenè prius audiendum et auscultandum alterius dictum, ut sapiens sit nostra responsio. (Estius.)

(1) **BONA ET MALA. VITA ET MORS, etc.** *Bona et mala, vita et mors, paupertas et divitiæ à Domino*. Hæc sententia nos monet ut consideremus quanta sit imbecillitas hominum, etiam in rebus corporalibus, in quibus nihil sine providentiâ Dei evenit. Quid in rebus spiritualibus? quanta temeritas est hominis aliquid viribus suis tribuentis? sed Deum rerum spiritualium ac celestium auctorem esse declarat sententia que statim sequitur. (Biblia Vatabl.)

(2) **VERS. 20.** — **ET NESCIIT QUOD TEMPUS PRÆTEREAT, ET MORS APPROPINQUET.**

Tactus meus opes? at possem inqoscere, certi,

C. or leisiré dies si tibi fata darent:

At si hominum è numero es, rebus est festina senectus,

Diæ di navis parvo curtiibus.

ET RELINQUET OMNIA ALIIS, ET MORI TUR.

Magno discedes et divite testamento,

ait Antiphones.

(Grotius.)

(5) **NI OPES, etc.** Neque pauperi calamitose desperanda est melior fortuna, neque fortunato non metuendus casus. Quid est mihi opes, etc. Quid agam? aut quando desinam esse miser? (Castalio.)

(4) **VERS. 28.** — **QUONIAM FACILE EST CORAM DEO IN BUI OBES ET FRIBERE**. En spèi argumentum, quod ethnicorum philosophos latebat, quippe qui omnia intra hujus vitæ fines clauderent. Quamobrem ut

VERS. 29. — MALITIA, id est, afflictio. HORE, id est, brevis. LUXURIA, id est, deliciarum.

objectioni responderent, quæ ex quotidianâ experientia bonos malis infeliciores exhibente, ducebatur, inane felicitatis spectrum sibi fingebant, quæ in solâ sapientis virtute, rerumque mortalium contemptu consistebat, cum ille eam in seipso felicitatem inveniret, quam inter fortunæ bona, quibus vel invitus carebat, nancisci non poterat. Illic tamen bonorum contemptus inanissima erat in illis jactantia; cum opes et fortunæ bona ipsorum philosophiæ minimè nocerent. Quorsum enim hæserio relinquerent atque contemnerent, cum nulla ipsis post hanc vitam bona spes superesset? At in verâ religione sapiens minoris facit hujus vitæ dignitates, commoda, illecebras, quam bona et mala, quæ vitæ huic successura esse novit. Tota hominum gloria quam citissimè labitur; opes et inopia, mala et infortunia non diu perseverant, neque magnoperè formidanda sunt, si cum iis bonis malisve quæ in æternitate nos manent, comparentur. Hunc locum torquet Grotius, et in die obitus explicat in ultimâ senectâ. Melior conditio nunquam desperanda est. Opibus cumulare te potest Deus vel extremâ senectute latiscentem, scilicet vel tunc, cum eas minimè optabis.

(Calmet.)

La vue de la mort est l'instruction la plus nécessaire, parce que c'est elle qui force l'homme en quel-

CAPUT XII.

1. Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.
2. Benefac justo, et invenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certè à Domino.
3. Non est enim ei benè qui assiduus est in malis, et eleemosynas non danti; quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et misertus est pœnitentibus.
4. Da misericordi, et ne suscipias peccatorem; et impiis et peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ.
5. Da bono, et non receperis peccatorem.
6. Benefac humili, et non dederis impio; prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit.
7. Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi: quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et impiis reddet vindictam.
8. Non agnoscetur in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus.
9. In bonis viri, inimici illius in tristitia; et in malitia illius, amicus agnitus est.
10. Non credas inimico tuo in æternum; sicut enim ærumentum, æruginat nequitia illius:
11. Etsi humiliatus vadat curvus, adjice animum tuum, et custodi te ab illo.
12. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne fortè conversus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, et in novissimo agnoscat verba mea, et in sermonibus meis stimuleris.
13. Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, et omnibus qui appropriant bestiis? et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus.
14. Unâ horâ tecum permanebit; si autem declinaveris, non supportabit.
15. In labiis suis indulcat inimicus; et in corde suo insidiatur ut subvertat te in foveam.

VERS. 30. — LAUDES, scilicet ut beatum. Quoniam Græcè, etc. FILIUS, id est, operibus, scilicet si in bonis perseveret usque ad mortem.

VERS. 31. — DOLOSI. Græcè, diaboli.

VERS. 32. — COR SUPERBORUM, scilicet eructat superbiam, et inducit in laqueum. Et SICUT, pro, estque sicut. VIDENS, id est, observans.

VERS. 33. — CONVERTENS, scilicet malè interpretando. IMONET, scilicet per calumniam.

VERS. 34. — SANGUIS, id est, cædès.

VERS. 35. — SUBSANNATIONEM. Græcè, maculam, seu notam.

VERS. 36. — ADMITTE, pro, si admisieris. IN TURBINÈ, id est, more turbinis. VIIS, Græcè, tuis scilicet rebus.

que sorte de craindre Dieu et de mépriser le monde. Cette dernière heure dissipe tous les nuages qui couvraient le cœur. Elle représente à un homme en un moment toute la vanité de sa vie, et elle le convainc de l'extravagance de ses désirs et du néant de ses espérances. C'est ce qui doit porter les hommes à apprendre de la mort le jugement qu'ils doivent faire de leur vie, et à se persuader par avance des folies du monde, avant que le monde, en les quittant à la mort, les condamne de folie.

(Sacy.)

CHAPITRE XII.

1. Si vous faites du bien, sachez à qui vous le ferez; et ce que vous ferez de bien, plaira (beaucoup).
2. Faites du bien au juste, et vous en recevrez une (grande) récompense, sinon de lui, au moins du Seigneur.
3. Car il n'y a point de bien à espérer pour celui qui s'applique toujours au mal, ou qui ne fait point l'aumône (parce que le Très-Haut hait les pécheurs, et qu'il fait miséricorde aux pénitents).
4. Donnez à celui qui a de la bonté, et n'assistez point le pecheur; (car Dieu rendra aux méchants et aux pécheurs ce qu'ils méritent, et il les réserve pour le jour de sa vengeance.)
5. Donnez à celui qui est bon, et n'assistez point le pecheur.
6. Faites du bien à celui qui est humble, et ne donnez point au méchant; empêchez qu'on ne lui donne du pain, de peur qu'il ne devienne ainsi plus puissant que vous.
7. Car vous trouverez un double mal dans tout le bien que vous lui ferez, parce que le Très-Haut hait lui-même les pécheurs, et qu'il exerce sa vengeance contre les méchants.
8. L'ami ne se connaît point dans la prospérité; et l'ennemi ne peut se cacher dans l'adversité.
9. Quand un homme est heureux, ses ennemis sont tristes; et quand il est malheureux, on connaît quel est son ami.
10. Ne vous fiez jamais à votre ennemi; car sa malice est comme la rouille qui revient toujours au cuivre.
11. Quoiqu'il s'humilie, et qu'il aille tout courbé, soyez vigilant, et donnez-vous de garde de lui.
12. Ne l'établissez point auprès de vous, et qu'il ne s'assie point à votre droite, de peur qu'il ne veuille prendre votre place, et s'asseoir dans votre chaire; et que vous ne reconnassiez enfin la vérité de mes paroles, dont vous vous trouverez pénétré jusqu'au cœur.
13. Qui aura pitié de l'enchanteur, lorsqu'il sera piqué par le serpent, et de tous ceux qui s'approchent des bêtes? Ainsi on n'en aura point de celui qui s'unirait avec le méchant et qui se trouve enveloppé dans ses péchés.
14. Il demeurera avec vous pendant quelque temps; et s'il vous voit pencher tant soit peu, il ne pourra plus y durer.

46. In oculis suis lacrymatur inimicus, et si invenit tempus, non satiabitur sanguine :

47. Et si incurrerint tibi mala, invenies eum illo priorem.

48. In oculis suis lacrymatur inimicus, et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas.

49. Caput suum movebit, et plaudet manu; et multa susurrans commutabit vultum suum.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — CUI, scilicet sunt quibus benefacere, est operam perdere. GRATIA, q. d., erit gratum, et benè collocatum beneficium (1).

(1) SI BENEFECEAS, SOTTO CUI FECERIS. Si beneficias (id est, benefacere velis), considera cui beneficias. Simile est Plautino illi :

Benefactum malè locatum, malefactum arbitror.

Sunt quædam tamen ejus generis beneficia quæ caræ manu spargenda sunt, quæ dantur si non homini, at humanitati; de his hæc loco non agitur.

ET ERIT GRATIA BONIS TUIS MULTA. Pro bonis à te datis multam referes gratiam, si probum hominem elegeris.

(Grotius.)

VERS. 2. — BENEFAC JUSTO, ET INVENIES RETRIBUTIONEM; ET SI NON AB IP SO, CERTE A DOMINO. Beneficia, quæ justis et piis conferuntur, præmium sequitur, memoria scilicet. quam illi servant, bona, quæ precantur, et Deus abundè largitur. Uti enim Christus inquit Matth. 25, 40 : *Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Et 10, 40 : *Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

(Calmet.)

VERS. 3. — NON EST ENIM EI BENE, QUI ASSIDUUS EST IN MALIS, ET ELEEMOSYNAS NON DANTI : QUONIAM ET ALTISSIMUS ODIO HABET PECCATORES, ET MISERTUS EST PŒNITENTIBUS. Græca de more concisa, priorem tantum sententiam habent, hoc modo : *Non est benè ei qui assiduus est in malis, et eleemosynam non danti.* S. Pacianus, Epist. 5 ad Semprianum, sub medium legit : *Assiduè peccanti non misereor*; Complut. : *Non erunt bona ei qui assuetus est ad mala, et eleemosynam non separant.* Olim enim separabatur et seponebatur nummus, vel res danda in eleemosynam die Dominicâ in Ecclesiâ et cœtu fidelium, ut patet 1 Cor., 16, 1. Legunt Complut. *ἀσίδυο*, id est, gratis danti; unde Tigurina vertit : *Assiduus in vitiiis nûl boni manet, nec item eum qui nihil erogat in pauperem.* Scriptum est enim : *Date, et dabitur vobis.* Hæc sunt quasi duæ sorores : si unam tollas, scilicet *date*, altera, scilicet *dabitur vobis*, pariter abit. Sensus est ; q. d. : Benefac justo, non autem peccatori, quia non benè, id est, malè, imò pessimè, erit ei qui assiduè peccat, qui in peccatis assiduus et quasi affixus est, idèoque non cogitat de penitentiâ et eleemosynâ, quæ se ad penitentiam disponat, et peccata redimat; q. d. : Peccatori pessimè erit si in peccatis hæreat, sordescat et obsurdescat, sitque impunitus et obduratus; ut quid ergo tali beneficias, qui sibi, aliis et Deo pessime facit? ut quid des eleemosynam ei qui aliis eleemosynam negat, nec curat eleemosynâ peccata sua expiare?

Syrus aliter habet : *Non est gratia ei qui honorat malum, et qui facit justo non perdit.* S. Hieron. Epist. de septem Ordibus Ecclesie, cap. 5, et refertur dist. 95, c. 22, *Diaconi sunt*, in fine, paraphrasticè sic hanc sententiam reddit : *Moderato Dei, ac pietas solùm nostrum redditum querit, ac nos cupit longâ suâ bonitate salvari. Si non convertimur, si durè corde sumus, si in peccatis usque ad mortem illicite persistimus, assidue peccantium, sicut scriptum est, non miseretur Deus.*

Noster interpres addit : *Quoniam et Altissimus odio*

45. Votre ennemi à la douceur sur les lèvres; et dans son cœur, il songe à vous rendre des juges, pour vous faire tomber dans la fosse.

46. Votre ennemi à la larme à l'œil, et s'il trouve l'occasion, il sera insatiable de votre sang :

47. S'il vous arrive du mal, il sera le premier auprès de vous.

48. Votre ennemi à les larmes aux yeux; et feignant de vous secourir, il tachera de vous faire tomber.

49. Il secouera la tête, et battra des mains; et changeant de visage, il semera en secret beaucoup de faux bruits.

VERS. 4. — MISERICORDI, id est, pio. SUSCIPIAS, id est, adjuves. Nota quod hæc duò videntur ex sequenti versu huc transposita; nam quod sequitur cum præcedentibus est connexum, ut patet. Et IMPIS, etc. jungit cum fine præcedentis versus, ut proxime dixi (1).

VERS. 6. — POTENTIOR, scilicet ad nocendum (2).

VERS. 7. — DUPLICIA, id est, multa; q. d., abutetur ad malum beneficio. QUONIAM, etc. Hæc videtur per librarij errorem repetita ex superioribus, id quod etiam alibi observare est, ut in Proverbiis et libro hoc (5).

habet peccatores, et misertus est penitentibus. Quæ verba dant causam, cur bene non sit, nec erit peccatori, quia scilicet Deus odit peccatores; à Deo autem Deique amore omne bonum manat, sicut à Dei odio omne malum. Cum ergo odio prosequatur peccatores, hi non nisi mala ab eo expectare debent; ut quid ergo ames eum quem odit Deus? ut quid beneficias ei cui mala omnia intentat Deus? Intellige si in peccato persistat; nam si ab eo resiliat et poenitet, Deus eum in gratiam recipiet, imò in sortem bonam justorum et filiorum suorum transferet. Unde ait : *Et misertus est penitentibus.* Quæ verba per antithesin respondent ei quod præcessit : *Non est bene etc. eleemosynas non danti*; q. d. : Sicut Deus male facit impœnitentibus, idèoque per eleemosynas peccata non redimuntibus; ita ex adverso miseretur, et benefacit penitentibus, idèoque per eleemosynas peccata redimuntibus. Dicî tamen potius *penitentibus*, quam *eleemosynas dantibus* Primò, ut significet eleemosynam parum juvare, nisi dantem eas peccatorum poeniteat, imò nihil juvare si in peccatis persistere velit. Secundo, ut significet eleemosynam ac poenitentiam tantum disponere, poenitentiam verò eleemosynam perficere, dum peccatorem poenitentem justificat. Tertio, ut innuat dantem eleemosynam solere à Deo per gratiam præveniri, impellique ad poenitentiam ut convertatur et justificetur.

(Cord. à 1 ap.)

(1) DA MISERICORDI, ET NE SUSCIPIAS PECCATOREM. Ad verbum : *Largire pio, et ne opituleris improbo.* De piis ac probis hominibus, non de impiis improbisque benè merendum.

(Badvettus.)

(2) *Benefac humili, etc.* Ad verbum : *Benefac fac afflicto, atque impio nihil dederis.* Hoc loco duplex alterius dignitas ostenditur, quòd est pius et afflicto, in quo causa afflictionis ejus magnam commendationem habere debet, sicut Christus dicit Matth. 10, 42 : *Si uni ex his minimis dederit in nomine discipuli, id est, Christiani.* PROHIBE PANES ILLI DARI, etc. Ad verbum : *Prohibe panes tuos, neque ei daveris, ne vitulos te opprimat: duplicia enim mala invenies in omnibus bonis quæ illi feceris.* Nota hoc loco unam causam beneficentia in impiis intercludendæ ac impediendæ, ne iniqua gratia et injuria nobis pro beneficio referatur. Omnino, ut ante dictum est, benignitas nostra nemini ita professe debet, ut plus nobis aut aliis obsit; aut beneficentia nomen retinere non poterit.

(Biblia Vatabli.)

(3) DUPLICIA. Multiplicia, adèoque quantò plus ei benefeceris, tantò plus incommodi ab illo recipies.

VERS. 8. — BONIS, id est, prosperis. MALIS, id est, adversis.

VERS. 9. — IN TRISTITIA, q. d., doleat. MALITIA, id est, afflictione. AGNITUS EST, scilicet, condolet, et adjuvat; alioqui agnoscitur non esse amicus (1).

VERS. 10. — ÆRAMENTUM ÆRUGINAT, id est, vas ex ære æruginem faciliè contrahit. NEQUITIA, scilicet, faciliè redit (2).

VERS. 11. — ADJICE ANIMUM, id est, attende (3).

VERS. 12. — CONVERSUS, scilicet contra te. STIMULERIS, id est, compungaris animo, scilicet quòd eos non servaveris (4).

Vel duplex malum dicitur, quia beneficium perditur, et per illud malus potentior efficitur. (Menochius.)

(1) IN BONIS VIRI. Supple, tristatur, saltem corde, etsi non facie.

IN TRISTITIA ET IN MALITIA ILLIUS, id est, in adversitate ejus. AMICUS, verus, AGNITUS EST; nam sibi compatitur et adhæret, aliis ipsum deserentibus.

(Lyranus.)

(2) NON CREDAS INIMICO TUO IN ÆTERNUM, etc. *Inimico tuo nunquam credideris; nam quale æruginosum æs, talis est ejus malitia.* Simulatione tegitur ut æs æruginè.

(Castalio.)

(3) ETSI HUMILIATUS... AB ILLO. Addit Græcus: *Eteris ei, sicut qui abstersit speculum, et cognosces quòd non in finem deposuit æruginem.* Metaphorà ductà à speculis æneis, quæ abstergerendo, agnoscis indelebile maculam æruginis: ita explorando inimicos, immedicabile odium.

(Bossuet.)

(4) Cette sentence contenue dans les trois versets 10, 11 et 12 ne tend pas à ne point pardonner à notre ennemi, ou à ne nous point réconcilier avec lui, selon le précepte de l'Évangile, puisque le Sage établit ailleurs la même vérité; mais elle nous avertit seulement de nous donner de garde d'un homme qui ne déguise sa haine que pour nous tromper, et qui ne se

CAPUT XIII.

1. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab eà: et qui communicaverit superbo, induet superbiam.

2. Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris.

3. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint confringetur.

4. Dives injustè egit, et fremet; pauper autem læsus tacebit.

5. Si largitus fueris, assumet te: et si non habueris, derelinquet te.

6. Si habes, convivet tecum, et evacuabit te; et ipse non dolebit super te.

7. Si necessarius illi fueris, supplantabit te et subridens spem dabit, narrans tibi bona, et dicit: Quid opus est tibi?

8. Et confundet te in cibus suis, donec te exinaniat bis et ter: et in novissimo deridebit te, et postea videns derelinquet te, et caput suum movebit ad te.

9. Humiliare Deo, et expecta manus ejus.

10. Attende ne seductus in stultitiam humiliaris.

11. Noli esse humilis in sapientià tuâ, ne humiliatus in stultitiam seducaris.

12. Advocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te advocabit.

13. Ne improbus sis, ne impingaris, et ne longè sis ab eo ne cas in oblivionem.

VERS. 13. — BESTIIS, id est, feris.

VERS. 14. — DECLINAVERIS, scilicet ad inferiorem fortunam seu statum. SUPPORTABIT, id est, tolerabit; scilicet te adjuvans (1).

VERS. 15. — INDULCAT, id est, dulciter agit.

VERS. 18. — SUFFODIET PLANTAS TUAS, id est, supplantabit te, scilicet dejiciet.

VERS. 19. — MOVEBIT, scilicet præ lætitiâ. VULTUM, scilicet à fictâ tristitiâ in lætitiâ.

sert de l'union que nous avons avec lui, et des déférences que nous lui rendons, que pour s'élever au-dessus de nous et pour nous faire tomber dans le piège. Le Sage décrit ici admirablement les artifices et la malignité de ces personnes, et on a vu des exemples des plus grands Saints qui ont été trompés de cette sorte par de faux amis, comme il arriva à saint Grégoire de Nazianze, dont le philosophe Maxime ayant gagné l'affection par des déférences trompeuses, ne s'en servit depuis que pour le décrier secrètement parmi le peuple, et pour s'efforcer de le déposer de son siège, ayant couvert une envie et une persécution cruelle sous les voiles et les apparences de l'amitié.

Cet avis nous apprend encore, selon les Saints, à ne nous pas attacher particulièrement à ceux qui n'aiment point Dieu, mais qui font profession d'être nos amis; car, quoiqu'ils aient de l'affection pour nous, étant néanmoins amis du monde qui est notre ennemi, ils nous dressent souvent des pièges sans qu'ils y pensent, et ils tâchent, ou par leurs exemples ou par leurs paroles, de nous persuader des choses dans lesquelles nous ne pouvons leur complaire sans nous perdre devant Dieu.

(Sacy.)

(1) SI DECLINAVERIS, à prospera et læta fortuna in adversam et tristem, NON SUPPORTABIT, id est, non feret opem. Græcè, *non tolerabit*, non feret adesce tibi diutiùs. Falsus enim amicus cum fortunâ tu venit, ita et cum eadem recedit, inquit Seneca.

(Tirinus.)

CHAPITRE XIII.

1. Celui qui touche de la poix, en sera gâté; et celui qui se joint au superbe, deviendra superbe.

2. Celui qui se lie avec un plus grand que lui, se met un fardeau pesant sur les épaules; n'entrez point en société avec un homme plus riche que vous.

3. Quelle union peut-il y avoir entre un pot de terre et un pot de fer? car, lorsqu'ils se heurteront l'un contre l'autre, celui de terre sera brisé.

4. Le riche fait une injustice, et il crie avec menaces; le pauvre a été offensé, et il demeure dans le silence.

5. Tant que vous lui rendrez service, il vous emploiera; et lorsqu'il n'aura plus rien à attendre de vous, il vous abandonnera.

6. Si vous avez du bien, il fera bonne chère avec vous, et il vous épusera; et il ne se mettra nullement en peine de ce que vous deviendrez.

7. Tant que vous lui serez nécessaire, il vous trompera par ses caresses; il vous donnera de bonnes espérances en souriant; il vous parlera favorablement; et vous dira: Avez-vous besoin de quelque chose?

8. Il vous fera festin, pour vous porter à faire de même, jusqu'à ce qu'il vous épuise en deux ou trois repas; et à la fin, il se moquera de vous, vous abandonnera, et vous insultera, en secouant la tête.

9. Humiliez-vous devant Dieu; et attendez que sa main agisse.

10. Prenez garde de vous humilier follement en vous laissant séduire.

11. (Ne vous humiliez pas dans votre sagesse, de peur qu'étant humilié, vous ne vous laissiez séduire pour commettre une folie.)

12. Si un grand vous appelle, retirez-vous; car il en sera plus porté à vous appeler.

14. Ne retineas ex aquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis.

15. Inimicus animus illius conservabat verba tua, et non pareet de malitia et de vinculis.

16. Cave tibi, et attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subversione tuâ ambulas.

17. Audiens verò illa quasi in somnis vide, et vigilabis.

18. Omni vitâ tuâ dilige Deum, et invoca illum in salute tuâ.

19. Omne animal diligit simile sibi; sic et omnis homo proximum sibi.

20. Omnis caro ad similem sibi conjungetur, et omnis homo simili sui sociabitur.

21. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.

22. Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diviti ad pauperem?

23. Venatio leonis, onager in eremo; sic et paseua divitum sunt pauperes.

24. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic et execratio divitis pauper.

25. Dives commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit, expelletur et à notis.

26. Diviti decepto multi recuperatores, locutus est superba, et justificaverunt illum.

27. Humilis deceptus est, insuper et arguitur; locutus est sensatè, et non est datus ei locus.

28. Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent.

29. Pauper locutus est, et dicunt: Quis est hic? et si offenderit, subvertent illum.

30. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientiâ; ut nequissima paupertas in ore impii.

31. Cor hominis immutat faciem illius, sive in bona, sive in mala.

32. Vestigium cordis boni, et faciem bonam difficilè invenies, et cum labore.

15. Ne le voyez pas trop souvent, de peur qu'il ne se degoute de vous, et ne vous en éloignez pas trop, de peur qu'il ne vous oublie.

14. Ne l'entretenez pas long temps (comme si vous étiez son égal), et ne vous liez pas à ses longs entretiens: car il vous tentera en vous faisant beaucoup parler; et en souriant, il vous demandera ce que vous devez tenir secret.)

15. Son cœur impitoyable conservera toutes vos paroles; et il n'épargnera pour se venger, ni les mauvais traitements ni les prisons.

16. Prenez garde à vous, et écoutez avec attention (ce qu'il vous dira), parce que vous marchez sur le bord du précipice.

17. (Mais en l'écoutant, prenez ses paroles flatteuses pour un songe, et vous veillerez.)

18. Aimez Dieu toute votre vie, et invoquez-le pour votre salut.)

19. Tout animal aime son semblable; ainsi tout homme aime celui qui lui est proche.

20. Toute chair s'unit à celle qui lui ressemble; et tout homme s'unit avec son semblable.

21. Si le loup s'allie à l'agneau, alors le pécheur se liera d'amitié avec le juste.

22. Quel rapport a un homme saint avec un chien? et quelle liaison a un homme riche avec un pauvre?

23. L'âne sauvage est la proie du lion dans le désert; ainsi les pauvres sont la proie des riches.

24. Comme l'humilité est en abomination au superbe; ainsi le pauvre est en horreur au riche.

25. Si le riche est ébranlé, ses amis le soutiennent; mais si le pauvre commence à tomber, ses amis mêmes le rebutent.

26. Si le riche a été trompé, plusieurs l'assistent, s'il parle insolument, on le justifie.

27. Mais si le pauvre a été trompé, on lui fait encore des reproches; s'il parle sagement, on ne veut pas l'écouter.

28. Que le riche parle, tous se taisent, et ils relèvent ses paroles jusqu'au ciel.

29. Que le pauvre parle, on dit: Qui est celui-ci? Et s'il fait un faux pas, on le renverse tout-à-fait.

30. Les richesses sont bonnes à celui dont (la conscience) est sans péché; et la pauvreté est très-mauvaise au méchant qui a le murmure dans la bouche.

31. Le cœur de l'homme lui change le visage et le rend bon ou mauvais.

32. Vous trouverez difficilement et avec travail un bon visage qui soit la marque d'un bon cœur.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — HONESTIORI, id est, ditiori. Græcè, potentiori. ET, pro, igitur (2).

(1) VERS. 1. — QUI TETIGERIT PICEM, INQUINABITUR AB EA, ET QUI COMMUNICAVERIT SUPERBO, INDEET SUPERBIAM. Græcè, par ei fiet. Etiam hic copula est pro notâ comparationis; Latine enim diceremus: Sicut à pice inquinatur qui eam tangit, sic qui cum superbo homine convivit, similis ei evadit. Habent omnia vitia aliquind contagio noxium, superbia maxime, ideò quòd eò valdè feratur natura humana, si felicitas adsit. Theognis:

Si te ipse sodalem

Des pravis, perdes quod tibi mentis erat. (Grotius.)

(2) PONDUS SUPER SE TOLLET. QUI HONESTIORI SE COMMUNICAT. *Honestiori*, id est, ditiori (honestas enim vocantur opes, quia faciunt hominem in victu et vestitu honestum: est metalepsis et catachresis). Unde explicans subdit: ET DITIORI TE NE SOCIUS FIERIS. Græca addunt, *et fortiori*, et ita legendum censei Jansenus; sic enim habent Græca: *Pondus super te ne tollas, et fortiori te ac ditiori ne commisceas. Super te, id est, supra vires tuas, superans te. Unde Tigurina vertit: Ne suscipias onus supra vires tuas, ac proinde*

ne te ipsun adjungas potentiori te, aut ditiori te; Syrus: Eiam qui est honoratior te, ne quæras, et ei qui est ditior te, ne commisceas. Multù ambiunt auras et auras magnatum et divitum, ut eorum familiaritate honorati sint, ac dignitates, beneficia, officia et luera captent. Verùm Siracides hic sapienter idipsum disuadet, quasi afferens pondus, id est, gravamen multiplex, quod in sequentibus per species enarrat. Amicitia enim et convictus, ut sit facilis et jucundus, debet esse inter pares. Unde illud poeta: Si vis nubere, nube pari. Præclare Seneca in proverbiiis: Si in circulelam, ait, felicis hominis potentisque perveneris, aut veritas aut amicitia perdenda est Martialis inter ea que vitam faciunt beatiorum, numerat paros amicos. Ubi enim sunt impares, superior vult dominari inferiori, illique multa imperat que inferior præ metu et pudore recusare non audeat; quare potius servus est quam amicus. Rursùm ut in convivii, congressibus, conviviis, etc., æquè et decenter cum magnate compareat, necesse est ut in victu, vestitu, funibus, equis, rhedis, sumptus supra opes suas faciat, easque transcendat, itaque se exhauriat et depauperet. Hæc in sequentibus prosequitur Siracides.

VERS. 5. — CACABUS, scilicet æreus. CONFRINGETUR, scilicet olla (4).

VERS. 5. — ASSUMET, id est, adjungit sibi (2).

VERS. 6. — SUPER TE, scilicet ad inopiam reductum (3).

Hinc facit illud Senecæ in Troade : *Grave pondus illum, inquit, magna nobilitas premit.* Sic Eueho apud Plautum Megadoro diviti postulantem filiam suam tenuis fortunæ in conjugem, respondet nolle se ut filia apud ipsum velut bovem, asinam agat. Sisyphus Jovis et deorum amicitiam ambiens, fingitur à poetis ab iratis diis damnatus ad saxum jugiter volvendum. Quo symbolicè significant eos qui potentum amici esse cupiunt, gravia in se expensarum, opprobriorum, servitutum, etc., onera suscipere. Hinc illud : *Procul à Jove, procul à fulmine :*

*Dulcis inexpertis cultura potentis amici :
Expertus metuet.*

Moral. Rabanus : « Hæc, ait, juxta mortalitatem nos instruunt, ut semper humilia sectemur, quæ superba sunt penitus fugiamus ; » ideoque divitum ac potentum consortia abdicemus, nec eorum opes aut pompas miremur. Lacedæ Cyrenæus accessit ab Attalo rege, respondit *imagines eminus esse spectandas, inueniens arctam familiaritatem cum principibus minuire virtutis admirationem.* Adde, et periculum non raro creare. Ita Laertius, lib. 4. c. 8. Experiuntur id confessarii magnatum, principum et divitum, qui præter molestias illis obsequendi, non raro conscientias suas æquè ac poenitentium periculo æternæ salutis exponunt, dum vel ex metu displicendi eis, vel ex studio placendi, non audent eos monere, sed dissimulant quæ dissimulanda non sunt, et laxant non laxanda. Quanto feliciores sunt confessarii pauperum, qui eos liberè monent, facileque ad omnem sanctitatem promouent ! Hi domini sunt, illi servi. (Corn. à Lap.)

(1) Quid COMMUNICABIT CACABUS AD OLLAM ? Hic impinget, illa frangetur. Ita, cum dives et pauper, princeps et privatus societatem ineunt, pauper et privatus de omnibus, de libertate, quiete, interdum etiam vitâ periclitantur. Amicitia et societatis suavitate nunquam sentiunt, totumque illarum pondus ferunt. Est apud Æsopum de olla et lebetæ apologus. Satis docet regum historia, quanti steterit Achaz regi Juda Teglatphalassarum Assyriorum regem in armorum societatem appellavisse. Phæce quidem Israelitarum, et Rasin Syrorum regis vires fregit ; at hosti multo validiori se obnoxium fecit. (Calmet.)

VERS. 4. — DIVES INJUSTÈ EGIT, ET FREMET, etc. Ad verbum : *Dives injuriam fecit, et ipse insuper minatus est : pauper injuriâ est affectus, et ipse supplicabit.* Hæc est iniquissima conditio pauperum, in quâ divitum potentumque hominum gratia tantam vim habet, ut veritas à mendacio, justitiâ ab iniquitate opprimatur. Itaque quanta sit divitum superbia atque insolentia, et pauperum humilitas, hoc loco ostenditur. Duo membra quæ proximè sequuntur verbis nonnihil immutatis idem proponunt ; quare ea in quibusdam exemplaribus non leguntur. (Badvellus.)

(2) SI LARGITUS FUERIS, ASSUMET TE, etc. Ad verbum : *Si utilis eris, operatur in te ; si minus utilis, aut opportunus, derelinquet te.* Ostendit quid vulgò fieri soleat, quemadmodum homines in amicitias colendis sua commoda emolumentaque spectent : quæ amicitiarum *τὸν ἰσχυρότερον*, id est, *utilium hominum*, ab Aristotele appellantur. Cicero in Lælio : *Nam si utilitas amicitias conglutinet, eadem commutata dissolvat.* Significat igitur Sapiens coli ac diligi homines ad tempus, quoad sunt aliis usui et adjumento : cum eâ utilitate diminutâ aut commutatâ, hominum erga nos studia commutari. (Bibbia Vatabli.)

(3) SIBI HABES, convivet tecum, vocando te ad mensam suam, ET EVACUABIT TE, id est, depauperabit te, per

VERS. 7. — SUPPLANTABIT, id est, decipiet. NARRANS, scilicet et promittens (1).

VERS. 8. — SUIS, id est, quos edet à te datos. AD TE, id est, contra te (2).

VERS. 9. — MANUS, id est, auxilium (3).

VERS. 10. — IN STULTITIA HUMILIERIS, id est, per stultitiam dejiciaris (4).

VERS. 11. — NOLI, etc., q. d. : Ne facias per dejectionem animi contra id quod dictat recta ratio. IN STULTITIAM, id est, stultè (5).

VERS. 12. — DISCEDE, scilicet citò ex modestiâ.

VERS. 13. — IMPROBUS, id est, importunè te ingrens. IMPINGARIS, id est, ejiciaris.

XENIA SIBI FACTA, ET IPSE NON DOLEBIT SUPER TE, de tuâ paupertate. (Lyranus.)

(1) SI NECESSARIUS ILLI FUERIS, si tuâ operâ opus habuerit, SUPPLANTABIT TE, decipiet te vultu hilari, blandisque verbis.

NARRANS TIBI BONA, enumerans beneficia quæ paratus est in te conferre. (Menochius.)

(2) *Il vous fera festin pour vous porter à fuire de même, jusqu'à ce qu'il vous épuise en deux ou trois repas ; et à la fin il se moquera de vous, et vous abandonnera, et secouera la tête pour vous insulter.* L'homme cherche les grands, parce qu'il est superbe, et qu'il tend ainsi à son agrandissement. Mais c'est pour cela même qu'il les devrait fuir, parce qu'aimant encore plus sa liberté que la grandeur, il devient esclave en se liant avec un plus grand que lui. Il veut s'élever, en se joignant à une personne élevée au-dessus de lui, et il se charge d'un poids qui l'accable. Toute la suite est une image très-claire et très-vive de la manière dont le riche surprend le pauvre. On y voit l'empire, la fierté, l'injustice, les fausses caresses, les déguisements artificieux et les promesses trompeuses dont il abuse l'innocence et la crédulité du pauvre, jusqu'à ce qu'il soit réduit dans une extrême indigence ; et alors il l'abandonnera comme s'il ne le connaissait pas, et le méprisera même avec insulte. C'est pourquoi ceux qui cherchent Dieu, dit un saint, ne cherchent point à s'unir avec les grands du monde, parce que la foi leur apprend qu'ils sont plus grands que le monde, et qu'ils dégénèrent de leur grandeur, s'ils ne portent leur ambition dans le ciel. (Sacy.)

(3) HUMILIARE CORAM DEO ; sed ne nimis stultè que coram hominibus, ne ut vile quid conculceris, quod sequenti congruit. (Bossuet.)

(4) HUMILIERIS, illi supplicans, et plus æquo te dejiciens.

ATTENDE ergo, si sapis, NE SEDUCTUS à ditiore amico, IN EJUSMODI STULTITIAM HUMILIERIS, dejiciaris gradu tuo, spoheris fortunis tuis. Præstat ut tua impendas alendis pauperibus quàm ornandis aut colendis divitibus. (Tirinus.)

(5) NOLI ESSE HUMILIS IN SAPIENTIA TUA, NE HUMILIATUS IN STULTITIAM SEDUCARIS. Græcè sic : *Ne humilieris in latitiâ tuâ.* Secundum Latinam lectionem esse sensus videtur : Ne nimis vilem habeas sapientiam tuam, ne contentas in te donum Dei, sed scias et agnoscas, quæ à Deo donata sunt tibi, iisque utere ad salutem proximorum, quasi dicat : Talentum tuum agnosce, et expende, ne dicas : Nihil in me est quo possim juvare proximum, prodesse Ecclesiæ, servire republicæ ; sed quod habes liberaliter eroga, quia, juxta illud Evangelii, Matth. 15, *habenti dabitur, ei autem qui non habet, id est, non utitur, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Secundum Græcæ lectionem iste est sensus : Noli in latitiâ esse nimis profusus, ne te contemptibilem facias, sed in ipso gaudio et risu serva modestiam et gravitatem. Quod enim sequitur : *Ne humiliatus in stultitiam seducaris*, non est in Græco. (Estius.)

VERS. 14. — NE RETINAS, etc. Verba transposita : pro, *retina te*; q. d. : Contine te, ne loquaris velut cum equali, scilicet libere. LA MITTA, pro *in multa*.

VERS. 15. — CONSERVABIT, pro, *observabit*. MALITIA, id est, afflictione, q. d. : Te affliget in vincula conjectum.

VERS. 16. — AUDIUITO, id est, quid audias. Subversione, id est, periculo subversionis.

VERS. 17. — VERBA, scilicet quibus te tentat. QUASI IN SOMNIS, etc., q. d. : Ne crede plus quam somnis, sed vigila ne capiaris.

VERS. 18. — IN SALUTE, id est, pro salute (1).

(1) OMNE ANIMAL DILIGIT SIMILI SIBI. PROVERBIUM LATIUM : *Similis simili gaudet*. Dicimus etiam vulgo : *Similitudo mater est amoris*. Siquidem amor oritur ex studiorum ac naturæ similitudine. Quæquàm de isto amore hoc loco non agitur propriè, sed de amore naturali quo animalia ejusdem generis se invicem complectuntur. SIC ET OMNIS HOMO PROXIMUM SIBI. Sub *diligit*, quod expressum in nonnullis editionibus. Sed hoc verum non videtur. Nam inter homines sunt qui se odio prosequuntur. Puto sensum esse, *diligit*, id est, diligere debet. Simile : *Filius honorat patrem*, debet honorare. Aut *diligit*, quia communiter ita fit.

CAPUT XIV.

1. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitiâ delicti.

2. Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, et non excedit à spe suâ.

3. Viro cupidò et tenaci sine ratione est substantia; et homini livido ad quid aurum?

4. Qui acervat ex animo suo injustè, aliis congregat, et in bonis illius alius luxuriabitur.

5. Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit : et non jueundabitur in bonis suis.

6. Qui sibi invidet, nihil est illo nequius ; et hæc redditio est malitiæ illius :

7. Et si benè fecerit, ignoranter, et non volens facit : et in novissimo manifestat malitiam suam.

8. Nequam est oculus lividi, et avertens faciem suam, et despiciens animam suam.

9. Insiatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis ; non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam.

10. Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane, sed indigens et in tristitiâ erit super mensam suam.

11. Fili, si habes, benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer.

12. Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi : testamentum enim hujus mundi : Morte morietur.

13. Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigenz da pauperi.

14. Non defrauderis à die bono, et particula boni doni non te praterat.

15. Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis ?

16. Da, et accipe, et justifica animam tuam.

VERS. 20. — CARO, id est, animal.

VERS. 22. — CANEM, id est, peccatorem immun-dum. Græce : *Quæ par lupinæ cum canè ?* PAUIS DONA, id est, communicatio. Græce, PAN.

VERS. 25. — COMMOTUS, scilicet aliquâ calamitate.

VERS. 26. — RECUPERATORES, id est, adjuutores, seu fautores.

VERS. 50. — CONSCIENTIA, scilicet possidentis. NEQUISSIMA, etc.; q. d. : Detestatur paupertatem velut rem pessimam (1).

VERS. 51. — SIVE IN BONA, etc., q. d., in lætitiâ, vel tristitiâ.

VERS. 52. — ET FACIEM, pro, id est, faciem, q. d., hominem, qui ex conscientiæ tranquillitate semper fit læto vultu.

Natura enim omnis insexit amorem sui generis. (DEUSIUS.)

(1) BONA EST SUBSTANTIA, etc. *Bona sunt divitiæ, quibus conscia non inest improbitas; et mala paupertas in improborum domibus. Nec mala sunt divitiæ si dives sit bonus; nec bona paupertas, si pauper malus.* (Castalho.)

CHAPITRE XIV.

1. Heureux l'homme qui n'est point tombé (par les paroles de) sa bouche, et qui n'est point piqué par les remords du péché.

2. Heureux celui dont l'âme n'est point abattue (de tristesse), et qui n'est point déchu de son espérance.

3. Le bien est inutile à l'homme avare (et attaché à l'argent); et que sert l'or à l'envieux ?

4. Celui qui amasse des richesses (injustement) et aux dépens de sa propre vie, les amasse pour d'autres; et un autre viendra qui dissipera ce bien en débauches.

5. A qui sera bon celui qui est mauvais à lui-même, et qui ne jouit en aucune sorte de son bien ?

6. Rien n'est pire que celui qui s'envie sa propre subsistance; et cette disposition même est la peine de sa malice.

7. S'il fait du bien à quelqu'un, c'est sans y penser (et malgré lui); et enfin il découvrira sa malignité.

8. L'œil de l'envieux est malin; il détourne son visage, et il méprise son âme.

9. L'œil de l'avare est insatiable dans son iniquité; il ne sera point content qu'il ne dessèche (et consume) son âme.

10. L'œil malin (ne tend qu'au mal); il se plaindra le pain qu'il mange; il est affamé (et triste) à sa propre table.

11. Mon fils, si vous avez quelque chose, faites-vous-en du bien à vous-même, et présentez à Dieu de dignes offrandes.

12. Souvenez-vous de la mort qui ne tarde point, et de cet arrêt qui vous a été prononcé, que vous devez aller au tombeau; (car cet arrêt que tout homme doit mourir, est pour tout le monde.)

13. Faites du bien à votre ami avant la mort; et donnez l'aumône au pauvre, selon que vous le pouvez.

14. Ne vous privez pas des avantages du jour heureux, et ne laissez perdre aucune partie du bien que Dieu vous donne.

15. N'est-ce pas à d'autres que vous laisserez les fruits de vos peines et de vos travaux, qu'ils partageront entre eux ?

16. Donnez, et recevez, et sanctifiez votre âme.

17. Ante obitum tuum operare justitiam : quoniam non est apud inferos invenire cibum.

18. Omnis caro sicut fœnum veterascet , et sicut folium fructificans in arbore viridi.

19. Alia generantur, et alia dejiciuntur ; sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur, et alia nascitur.

20. Omne opus corruptibile in fine deficiet : et qui illud operatur, ibit cum illo.

21. Et omne opus electum justificabitur : et qui operatur illud, honorabitur in illo.

22. Beatus vir qui in sapientiâ morabitur, et qui in justitiâ suâ meditabitur, et in sensu cogitabit circumspeditionem Dei.

23. Qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens :

24. Qui respicit per fenestras illius, et in januis illius audiens :

25. Qui requiescit juxta domum illius, et in parietibus illius figens palum, statuet casulam suam ad manus illius, et requiescent in casulâ illius bona per ævum.

26. Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis ejus morabitur.

27. Protegetur sub tegmine illius à fervore, et in gloriâ ejus requiescet.

VERS. 1. — DELICTI, id est, ob delictum (1).

VERS. 2. — TRISTITIAM, scilicet ex conscientia peccati. SPE, scilicet in Deum (2).

(1) BEATUS VIR QUI NON EST LAPSUS VERBO EX ORE SUO. Cùm et quæ præcesserunt et quæ sequentur ad titulum de divitiis et paupertate pertineant, omninò censeam hanc sententiam pertinere ad eos qui gravi paupertate pressi nullum verbum ex impatientiâ ejaculantur adversus Deum ejusque providentiam.

ET NON EST STIMULATUS IN TRISTITIA DELICTI. IN GRÆCO : *Nec cruciatus est ex mœrore criminoso*; nam in *tristitiâ delictorum* habent quidam codices, et sic legit hic interpres, non in *multitudine*. *Mœrorem criminorum* vocat eum qui erumpit in verba Dei honorem lædentia. (Grotius.)

(2) FELIX QUI NON HABUIT ANIMI SUI TRISTITIAM. *Felix quem suus non damnat animus*, qui non est sibi malè conscius. (Castalio.)

FELIX QUI NON HABUIT ANIMI SUI TRISTITIAM, ET NON EXCIDIT A SPE SUA. Primò, Rabanus, Lyranus, Palacius et alii accipiunt hæc generatim de quâlibet tristitiâ, hæc enim facit hominem melancholicum, mœstum et miserum. Unde Ecclesiastes, c. 3, v. 2, quò hic alludit Ecclesiasticus : *Cognovi, inquit, quòd non esset melius nisi lætari, et benè facere invitâ suâ*; q. d. : Beatitudo hujus vitæ sita est in benè agendo et lætando; ac posterius sequitur ex priori; qui enim benè agit, semper est lætus. Unde Rabanus sic explicat : *Felix, inquit, qui in præsentis vitæ adversitatibus non contristatur, sed agonem suum Domino commendat, sperans ab ipso in futurâ vitâ mercedem laboris sui.* Et Lyranus : *Excludit, inquit, acediam, quæ est impedimentum virtutis et servitii divini, redditur hominem tristem et ponderosum ad opera bona, per quæ quis ornatur ad Deum*; q. d. : *Felix est qui non habuit animi sui tristitiam, scilicet in bonis operibus exsequendis, et non excidit à spe suâ, quæ est certa expectatio beatitudinis, à quâ spe facit acedia decidere.*

Egregiè tristitiæ malum pingit S. Chrys. epist. 7 ad

17. Faites des œuvres de justice avant votre mort, puisqu'il n'est point nécessaire de trouver de quoi se nourrir dans le tombeau.

18. Toute chair se fane comme l'herbe, et comme la feuille qui croit sur les arbres verts.

19. Les uns naissent et les autres tombent : ainsi dans cette race de chair et de sang, les uns meurent et les autres naissent.

20. Tout ce qui est corruptible sera (enfin) détruit : et l'ouvrier s'en ira avec son ouvrage.

21. Toute œuvre excellente sera enfin reconnue pour ce qu'elle est ; (et celui qui l'a faite, y trouvera sa propre gloire.)

22. Heureux l'homme qui demeure appliqué à la sagesse, (qui s'exerce à pratiquer la justice,) et qui pense et repense (à cet œil de Dieu qui voit toutes choses ;)

23. Qui repasse ses voies dans son cœur, et qui pénètre dans l'intelligence de ses secrets ; qui va après la sagesse, comme suivant ses traces, et marchant dans les routes par où elle passe ;

24. Qui regarde par ses fenêtres et qui écoute à sa porte ;

25. Qui se tient auprès de sa maison, et qui, enfonçant un pieux dans ses murailles, se bâtit une (petite) cabane auprès d'elle, où ses biens se conservent pour jamais dans un grand repos.

26. Il établira ses fils sous son ombre, et il demeurera sous ses branches.

27. Il trouvera sous elle un couvert contre la chaleur du jour ; et durant la nuit, il se reposera dans sa gloire.

COMMENTARIUM.

VERS. 5. — SINE RATIONE, id est, frustra : nescit

Olympiad. : « Tristitia, inquit, animarum crudelementum, est dolor quidam inexplicabilis, et judicium omni judicio vindictæque deterius ; nam et vermi similis est venenato, non solum carnem, sed et animam ipsam perimens ; et tinea, non solum ad ossa, sed ad corda pertingens ; et perpetuus quidam canifex, non animam dilanians, sed vires animæ consumens ; et jugis nox, et tenebræ profundæ, et tempestas, et turbo ; febris non apparens, omni igne validius incendens ; et pugna requiem non habens ; et languor plurimos obscurans videntium ; non enim noctis tenebræ tales sunt, qualis nox mœroris existit, non quidem veniens ex lege naturæ, sed ex cogitationum obscuritate collecta, faciem omni tyranno crudeliorem præferens, nulli facilè obtemperans eorum qui eam dissolvere moluntur. »

Secundò, alii per *tristitiam* accipiunt diffidentiam, spei, de quâ sequitur, oppositam, sicque prius hemistichium posteriori planè congruit. Unde Tigurina vertit : *Beatus qui non despondet animum, et spe suâ in Domino sitâ non excidit* ; et Glossa interlinealis : *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, id est, inquit, qui in adversitate animo non frangitur, ut desperet ; et non excidit à spe suâ, id est, ab operibus bonis, pro quibus speranda sunt æterna præmia.*

Ratio à priori est, quòd tristitia sit causa diffidentie, diffidentia, desperationis. Audi S. Gregor. 31 Moral. 17 : « De tristitiâ, inquit, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. » Et D. Thom. 2-2, q. 20, art. 4, indagans causam desperationis : « Ad hoc, inquit, quòd aliquis bonum arduum non æstimet ut possibile sibi adipisci per se, vel per alium, perducatur ex nimia dejectione ; quæ quando in affectu hominis dominatur, videtur ei quòd nunquam possit ad aliquod bonum relevari ; et quia acedia est tristitia quadam dejectiva spiritûs, idè per hunc modum desperatio ex acediâ generatur. » Hæc D. Thomas.

Est enim tristitia velut pelagus quoddam, in quod si quis incidat, absorbetur, ea ut portum invenire desperet. Sic S. Paulus 2 Cor. 2, 6. *S. ff. a. m. est, qui ejusmodi est, abjurgatus, hoc a se fit e. p. d. s. ita et contraria magis docetis et consilium a se fieri abjurgatio tristitia absorbetur.*

Tertio, Græca sic habent *Beatus quem non condemnavit anima sua, et qui non excedit à spe sua, quæ est in Domino*; et S. Augustinus *Beatus vir quem non condemnavit anima sua, et qui non excedit à spe sua*. Græco et Syro ergo adaptanda est nostra Latina versio, hoc modo. *Beatus, qui non habuit à sui tristitiam, scilicet delicti, vel de delicto, uti dicit v. 4. ad illum enim se referit. Repetit enim et confirmat id quod ibidem dicit; q. d. Beatus et felix, adeoque tenet quæterque beatus est, quem non condemnavit anima, nec de delicto aliquo graviore contristat, remordet, angit et alligit; ideoque non excedit à spe sua, quam habet in Domino, quod scilicet beatitudine et gloriâ æterna eum donabit; hæc enim promisit nisi qui se à delictis puris sanctosque conservant.*

Ubi nota, *is non excedit à spe sua*, dupliciter accipi potest. Primo, ut sit effectus ejus quod præcessit; q. d. Beatus qui delicti sibi, ob quod tristetur, non est conscius; merces enim et effectus hujus suæ custodiæ et innocentie erit, quod non excedat à spe sua, sed gloriam speratam et innocentibus promissam certo adipiscetur. Sic spes sumitur metonymice pro re et gloriâ speratâ. Secundo, proprie; q. d. Beatus quem non condemnavit anima de peccato, ideoque non excedit à spe id est, non perdidit spem, non desperat de salute. Unde Lucius papa, epist. 1, pro, *non excedit à spe, legit, non abscedit à spe*. Nam, ut ait S. August. præfat. in Psal. 51, «quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. Et erunt tria hæc, de quibus dixit Apost. 1 Cor. 13: *Fides, spes, charitas*. Et alio loco ipsa tria: *Finis, inquit, præcepti est charitas, de corde puro, et conscientiâ bonâ, et fide non fictâ*; sed pro spe conscientiam posuit. Ille enim sperat, qui bonam conscientiam gerit; quem verò punxit mala conscientia, retrahit à spe, et non sibi sperat nisi damnationem; et ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam; et ut habeat bonam conscientiam, cretat et operetur; et quia quod credit, fidei est; quod operatur, charitatis.

Moraliter nota, idem esse: *Felix qui non habuit animi sui tristitiam*; et: *Beatus quem non condemnavit anima sua*, ut habet Græcus, quia scilicet ille solus veram habet tristitiam, quem anima de peccato condemnavit. Nam, ut docet S. Chrysost., homil. 5 ad Popul., Cassian. lib. 9 de Institut. remitt. c. 10, de malo re aliâ tristandum est, nisi tantum de peccato, et ob hoc abolendum duntaxat à naturâ et Deo nobis inditus est tristitiæ affectus. Cætera enim res omnes bonæ sunt; peccatum verò purum putum malum est, quod omnium et æternorum malorum est causa. Verba S. Chrysost. et Cassiani recitavi 2 Cor. 7, v. 9 et 10.

24. Tel perd son âme par un excès de honte ; il la perdra en cédant à une personne imprudente, (et il se perdra lui-même, pour avoir eu trop d'égards à une personne.)
25. Tel promet à son ami par une honte indiscrète, qui le rend ainsi gratuitement son ennemi.
26. Le mensonge est dans un homme une tache honteuse ; ce vice se trouve sans cesse dans la bouche des gens dérégles.
27. Un voleur vaut mieux qu'un homme qui ment sans cesse ; la perte sera le partage de l'un et de l'autre.
28. La vie des menteurs est une vie sans honneur, et leur confusion les accompagne toujours.

29. Sapiens in verbis producet seipsum, et homo prudens placebit magnatis.

30. Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum; et qui operatur justitiam, ipse exaltabitur; qui vero placeat magnatis, effugiet impunitatem.

51. Xenia et dona excecant oculos iudeum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.

52. Sapientia absconsa et thesaurus invisus; quae utilitas in utrisque?

55. Melior est qui celat insipientiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam tuam.

29. Le sage s'attire l'estime par ses paroles, et l'homme discret plaira aux grands.

30. Celui qui cultive sa terre amassera des monceaux de ble; celui qui fait les œuvres de justice, sera élevé lui-même; et celui qui plait aux grands fuita l'injustice.

51. Les présents et les dons aveuglent les yeux des juges; et ils sont dans leur bouche comme un mors qui les rend muets, et qui les empêche de parler.

52. Si la sagesse demeure cachée, et que le trésor ne soit pas visible, quel fruit tirera-t-on de l'un ou de l'autre?

55. Celui qui cache son insouffisance vaut mieux que celui qui cache sa sagesse.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — **QUAM BONUM**, pro, quanto melius. **COMMITENTUM**, scilicet peccatum suum. **IN ORATIONE**, scilicet, petendo veniam. **PROHIBERE**, scilicet à veniâ.

VERS. 2. — **JUVENCULAM**, scilicet sibi creditam. **INQUEM**, scilicet corrumpit justitiam sibi commendatam (1).

VERS. 4. — **EFFUGIES**, scilicet emendatus (2).

VERS. 6. — **SENSUM LOQUELE**, id est, scientiam temporis, quo loquendum sit. **TEMPUS**, id est, oportunitatem. **APTI**, scilicet ad loquendum (5).

VERS. 7. — **LASCIVUS**, id est, impudens, seu procax.

(1) Sicut pessimè faceret *spado*, id est, magister palatii et custos gynæcei, qui olim solebant esse spadones, si suæ obsequens *concupiscentiæ* defloraret commissam sibi virgineulam, vi illi illatâ; sic iniquus iudex, qui *per vim* vitiat justitiam, cui servandæ et propugnandæ præfectus fuit, et quam veteres ut *virginem* depingebant, teste Pierio. (Tirinus.)

(2) VERS. 5. — **EST ODIABILIS QUI PROCAX EST AD LOQUENDUM**. *Est qui ob multiloquentiam odiosus fit.*

Semper loqui discipere nimis est regium.

Cicero de Officiis primo: «Nec verò tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudinem non iniquam putet.» (Grotius.)

(5) **EST TACENS, NON HABENS SENSUM LOQUELE; ET EST TACENS, SCIENS TEMPUS APTUM, scilicet ad loquendum**. Unde aliqui legunt, *sciens tempus apti sermonis*; alii, *apti temporis*; q. d.: Duplex est tacens: unus qui tacet quia non habet sensum, id est, prudentiam loquendi, quia non habet quod sapienter loquatur, quia non est peritus loquendi; alter qui tacet quia expectat tempus opportunum loquendi: ille tacens est prudens, hic prudentior. Explicat id quod dixit: *Est tacens qui invenitur sapiens*. Duos enim casus recenset quibus sapiens sapienter tacet; q. d.: Dixi sapientem opportunè tacere. Id autem facit primò, quando non habet quod prudenter loquatur; secundò, quando loquendi non est tempus et opportunitas. Unde Græca habent: *Est tacens, non enim habet responsionem; et est tacens, sciens tempus*; Tigurina: *Alius tacet non habens quod respondeat, et est qui taceat sciens* (peritus, gnarus) temporis loquendi et tacendi. Hæc pertinet illud: *Stultus si tacet sapit*: quod Cleanthi tribuit Maximus cap. de silentio. Et illud Senecæ in Proverbiis: *Taciturnitas stulto homini pro sapientia est*. Præclarius S. Chrys. in Psal. 440: «Tunc, ait, solim loquendum est, quando quæ dicuntur plus prosunt, quam silentium.» Et S. Basil. ad filium spiritalem: «Opportuna verba, inquit, id te procedunt, ut dent gratiam audientibus.» Præclare etiam Salomon Proverb. 25, 11: «Mala aurea in lectis argenteis, qui loquatur verbum in tempore suo;» Ubi Beda: «Hujusmodi verba, inquit, sunt mala, quia de arbore vitæ, hoc est, de Dei sapientia orta; aurea, quia charitatem menti au-

VERS. 9. — **PROCESSIO**, id est, successus (1).

VERS. 10. — **CUIUS**, id est, cui debetur.

VERS. 11. — **PROPTER GLORIAM**, scilicet assequendam. **MINORATIO**, id est, submissio, vel q. d., contingit excidere gloriâ.

VERS. 12. — **REDIMAT**, id est, emat. **RESTITUTUS**, scilicet ei, à quo fuerat furto sublata, vel venditori (2).

VERS. 45. — **EFFUNDENTUR**, q. d., conturbantur.

VERS. 14. — **SEPTIMPLICIS**, id est, multi, scilicet ad accipiendum.

VERS. 15. — **INFLAMMATIO**, scilicet per iram.

VERS. 16. — **FOENERATUR**, id est, mutuum dat. **EMPETIT**, id est, repetit.

VERS. 18. — **FALSA LINGUA**, id est, adulatores.

VERS. 19. — **HABENDUM**, scilicet ab accipiente ex ipso, vel retinendum apud se. **DIRECTO**, id est, recto.

VERS. 20. — **FALSI**, id est, mendacis, vel adulantis. **IN PAVIMENTO**, q. d., cum non putat.

VERS. 21. — **ACHARIS**, id est, non gratosus. **ET IN, PRO, quæ in**. **ERIT**, id est, esse solet.

VERS. 22. — **PARABOLA**, id est, sententia.

VERS. 25. — **STIMULABITUR**, id est, cruciabitur, scilicet quia non fecit quod volebat.

VERS. 24. — **PRE CONFUSIONE**, id est, quia pudet facere quod debet. **AB IMPRUDENTI**, id est, ob imprudentem.

VERS. 25. — **GRATIS**, id est, temerè, scilicet promittendo quod præstare non poterat (5).

«**dicentium infundunt; in lectis argenteis, quia requiem præstant animabus audientium, et splendore fulgent veritatis.**» (Corn. à Lap.)

(1) **EST PROCESSIO IN MALIS**, quoniam immediate mentionem recti se assidue sibi prestatum injustè, in quo malè procedit. Ideò hujus occasione tracta de processu in malis dicens: *Est processio in malis*, de malo in pejus; sicut in bonis de virtute in virtutem fit processus. **VIRO INDISCIPLINATO**: hic enim prius vult esse magister quam discipulus. **ET EST INVENIO**, quia talis videtur invenire nova, IN DETRIMENTUM sui et aliorum, quia communiter sunt erronea quæ invenit. Et sicut malè processit docendo, sic et sua dispensando. (Lycianus.)

(2) **EST QUI MULTA PARVO PRETIO, etc.** Alii vertunt: *Est qui multa parvo emat, et eadem septuplo rependat*. Quæ videntur parvo constare, interdum magno consistunt. (Castalio.)

(5) **VERS. 56. — OPPROBRIUM NIQUAM IN HOMINE MENDACIUM**, id est, vitium maximè et minus in-

VERS. 27. — POTIOR, id est, tolerabilior, sæpè enim minus nocet.

VERS. 28. — SINE HONORE, id est, contemptibiles.

VERS. 29. — PRODUCET, id est, proferet, seu manifestabit.

VERS. 50. — INALTABIT, id est, altum faciet. INQUITATEM, id est, iniquitatis supplicium (1).

fame. Quemadmodum summa laus est veritatis, ita mendacii et hujusmodi vanitatis in oratione, maxima vituperatio est. (Biblia Vatabli.)

(1) QUI OPERATUR TERRAM SUAM, INALTABIT ACERVUM FRUGUM. Ut is, qui agrum suum colit, ingentem frugum copiam comparabit, neque famem metuet, ita qui placet magnatibus, etiamsi aliquid peccaverit, pœnam effugiet. Principum favor similis acervo gratiæ est, qui hominem à quibuslibet injuriis tutum reddit. Post hæc verba, in Græco ex Romanâ editione hic titulus legitur: *Sermones parabolarum*; quibus verbis innuitur, novum hic incipere argumentum. (Calmet.)

CAPUT XXI.

1. Fili, peccasti? non adjicias iterum; sed et de peccatis deprecare, ut tibi dimittantur.

2. Quasi à facie colubri fuge peccata, et si accesseris ad illa, suscipient te.

3. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum.

4. Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas; plagæ illius non est sanitas.

5. O jurgatio et injuriæ annullabit substantiam; et domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbâ; sic substantia superbi eradicabitur.

6. Deprecatio pauperis ex ore usque ad ores ejus perveniet, et judicium festinatè adveniet illi.

7. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris; et qui timet Deum, convertetur ad cor suum.

8. Notus à longè potens linguâ audaci; et sensatus scit labi se ab ipso.

9. Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme.

10. Stupa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis.

11. Via peccantium complanata lapidibus; et in fine illorum inferi, et tenebræ, et pœna.

12. Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus.

13. Consummatio timoris Dei, sapientia et sensus.

14. Non erudietur, qui non est sapiens in bono.

15. Est autem sapientia, quæ abundat in malo; et non est sensus ubi est amaritudo.

16. Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, et consilium illius sicut fons vitæ permanet.

17. Cor fatui quasi vas contractum, et omnem sapientiam non tenet.

18. Verbum sapiens quodcumque audierit sciens, laudabit, et ad se adjiciet; audivit luxuriosus, et displicebit illi, et projiciet illud post dorsum suum.

19. Narratio fatui quasi sarcina in viâ; nam in labiis sensati invenietur gratia.

20. Os prudentis quæritur in Ecclesiâ, et verba illius cogitabunt in cordibus suis.

21. Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia; et scientia insensati inenarrabilia verba.

VERS. 31. — MUTUS IN ORE, id est, cum aliquis obmutescit. AVERTIT, id est, impedit. CORREPTIONES, id est, puniiones secundum justitiam (1).

(1) VERS. 52. — SAPIENTIA ABSCONSA, ET THESAURUS INVISUS; QUÆ UTILITAS IN UTRISQUE? Igitur sapientiæ seu doctrinæ talentum juxta evangelicum quoque præceptum in aliorum utilitatem expendendum est, ne de nobis dicatur illud Matth. 25: *Serve male et piger, sciebas quia melo ubi non semino, etc. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulario, etc.* Non tamen abscondit sapientiam qui propterea non proert in publicum, quia ad ministerium prædicationis, vel publicæ functionis non vocatur; sufficit enim quod paratus sit proferre, si vocaretur. (Estius.)

VERS. 55. — MELIOR EST QUI CELAT INSIPIENTIAM; pars enim sapientiæ est celare quiddam inest insipientiæ; at tegere sapientiam, hoc est, veritatem premere, privatis ac reipublicæ, loco et tempore, recta consilia denegare, pertinet ad turpissimum adulationis, invidiæ, corruptelæ vitium; quod genus insipientiæ est pessimum. (Bossuet.)

CHAPITRE XXI.

1. Mon fils, avez-vous péché? ne péchez plus; mais priez pour vos fautes passées, afin qu'elles vous soient pardonnées.)

2. Fuyez le péché comme un serpent; car si vous vous en approchez, il se saisira de vous.

3. Ses dents sont des dents de lion, qui tuent les âmes et les hommes.

4. Tout péché est comme une épée à deux tranchants; et la plaie qu'il fait est incurable.

5. Les outrages et les violences dissiperont les richesses; (la maison la plus riche se ruinera par l'orgueil,) et le bien du superbe sera détruit jusqu'à la racine.

6. La prière du pauvre s'élevera de sa bouche jusqu'aux oreilles de Dieu, et il se hâtera de lui faire justice.

7. Celui qui hait la réprimande marche sur les traces du méchant; et celui qui craint Dieu, se convertira du fond du cœur.

8. L'homme puissant (et audacieux) en paroles se fait connaître de loin; et le sage sait la manière de se défaire de lui.

9. Celui qui bâtit sa maison aux dépens d'autrui est comme celui qui amasse ses pierres pour bâtir durant l'hiver.

10. L'assemblée des méchants est comme un amas d'étoupes; et leur fin sera d'être consumés par le feu.

11. Le chemin des pécheurs est uni et pavé de pierres; mais il conduit à l'enfer, (aux ténèbres et aux supplices.)

12. Celui qui garde la justice en pénétrera l'esprit.

13. La sagesse (et le bon sens) est le fruit de la parfaite crainte de Dieu.

14. Celui qui n'est pas sage (dans le bien) ne deviendra jamais habile.

15. Il y a une sagesse qui est habile dans le mal; mais la prudence n'est point où est l'amertume.

16. La science du sage se répandra comme une eau qui se déborde; et le conseil qu'il donne (subsistera) comme une source de vie.

17. Le cœur de l'insensé est comme un vase rompu; il ne peut rien retenir de la sagesse.

18. Que l'homme habile entende une parole sage, il la louera aussitôt, et il se l'appliquera; que le voluptueux l'entende, elle lui déplaira, et il la rejettera derrière lui.

19. L'entretien de l'insensé est comme un fardeau qui pèse dans le chemin; car la grâce ne se trouve que sur les lèvres de l'homme sensé.

20. La bouche de l'homme prudent est recherchée dans les assemblées; et les hommes repasseront ses paroles dans leur cœur.

21. La sagesse est à l'imprudent comme une maison

22. *Compedes in pedibus, stulto doctrinâ, et quasi vincula manuum super manum dextram.*

25. *Fatuus in risu exultat vocem suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit.*

24. *Ornamentum aureum prudenti doctrinâ, et quasi brachiale in brachio dextro.*

25. *Pes fatui facilis in domo proximi; et homo peritus confundetur à personâ potentis.*

26. *Stultus à fenestrâ respiciet in domum; vir autem eruditus foris stabit.*

27. *Stultitia hominis auscultare per ostium; et prudens gravabitur contumeliâ.*

28. *Labia imprudentium stulta narrabunt; verba autem prudentium staterâ ponderabuntur.*

29. *In ore fatuorum cor illorum; et in corde sapientium os illorum.*

30. *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.*

31. *Susurro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur; et qui cum eo manserit, odiosus erit; tacitus et sensatus honorabitur.*

ruinée; et la science de l'insensé est une confusion de paroles mal digérées.

22. L'instruction est à l'imprudent comme des fers aux pieds, et comme des chaînes qui lui chargent la main droite.

24. L'insensé, en riant, cheye savoir, mais l'homme sage tira à peine tout bas.

24. La science est à l'homme prudent un ornement d'or, et comme un bracelet à son bras droit.

25. L'insensé met aisement le pied dans la maison (de son voisin); mais l'homme qui sait vivre, est fort réservé à visiter une personne (puissante.)

26. L'insensé regardera par la fenêtre dans une maison; mais l'homme discret se tiendra dehors.

27. Le fou montrera sa toile en écoutant par une porte; mais cette bassesse sera insupportable à l'homme prudent.

28. Les lèvres des imprudents diront des sottises; mais les paroles des hommes prudents seront pesées à la balance.

29. Le cœur des insensés est dans leur bouche, et la bouche des sages est dans leur cœur.

30. Lorsque l'impie maudit le diable, il se maudit lui-même.

31. Le semeur de rapports souillera son âme, et il sera hâ de tout le monde; celui qui demeure avec lui sera odieux; mais l'homme sensé et ami du silence sera honoré.)

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — SUSCIPIENT te, sub. et tractabunt utleones (2).

(1) VERS. 1. — FILII, PECCASTI? NE ADJICIAS ITERUM: SED ET DE PRISTINIS DEPRECARE, UT TIBI DIMITTANTUR. Owendit duo esse necessaria ad veram penitentiam de peccatis antea commissis: quorum alterum est, non adjicere iterum, id est, peccata non iterare; alterum, deprecari pro peccatis commissis, ut dimittantur. In priori intelligitur nova vita, hoc est, commutatio vitæ veteris in novam, et abjicere veterem hominem cum actibus suis. In posteriori intelligitur satisfactio, id est, studium reconciliationis per opera ad hoc destinata, cujusmodi sunt orationes, jejunia, eleemosynæ. Unde patet falsum esse illud apud hæreticos hodiernos pervulgatum et decantatum. Optima penitentia nova vita. Quod si verum esset, jam sufficeret vitam in melius commutare, neque oporteret sollicitum esse deprecari de pristinis, ut dimitterentur. Hinc August. lib. 1 de Nupt. c. 26: Si à peccando desistere, hoc esset peccatum non habere, sufficeret ut hoc moneret Scriptura: *Fili, peccasti? non adjicias iterum.* Non autem sufficit; sed addidit: *Et de pristinis deprecare, ut tibi remittantur.* Manent ergo nisi remittantur. Sed quomodo manent si præterita sunt? nisi quia præterierunt actu, manent reatu. (Estius.)

(2) QUASI A FACIE COLUBRI FUGE PECCATA. Nam et primi peccati suasor coluber appellatur.

ET SI ACCESSERIS AD ILLA, SUSCIPIENT TE. Legit hic interpres, *δέξεται*, *suscipiet*, quomodo est in libris Græcis quibusdam; sed vera lectio est *δέξεται*, *mordebit*, quam representat Sæxina. Perstat enim hic Scriptor in comparatione colubri qui mordet. (Grotius.)

VERS. 5. — DENTES LEONIS, DENTES EJUS, INTERFICIENTES ANIMAS HOMINUM. FIGUR. : *Dentes leonini sunt dentes ipsius animis hominum exitiales*; Syrus: *Sicut dentes leonis est mendacium* (omne enim peccatum vocatur in Scripturis et est mendacium practicum, quia contrarium veritati, veroque dictamini rationis, legis et virtutis), *et corrumpit animas hominum.* Comparavit peccatum serpentis ob virulentiam et elandestinum morsum lethiferum; nunc idem comparat leoni, ob savitiam et ferociam, quæ crudeliter animam laniat et occidit, tum adimendo gratiam, tum adigendo ad gehennam. (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — RHOMPILEA, id est, gladius. SANITAS, scilicet nisi Deo medicante (1).

VERS. 5. — SUBSTANTIAM, scilicet contumeliosi.

VERS. 6. — AURES EJUS, scilicet Dei. JUDICIUM, scilicet quod à Deo petit in causâ suâ. FESTINATO, id est, citò.

VERS. 7. — VESTIGIUM, etc. ; q. d. : Argumentum est mali animi; vel sequetur talis viam peccatorum.

VERS. 8. — LABI, id est, subtrahere

VERS. 9. — IMPENDIIS, id est, pecuniis. HILME, q. d., incommodâ ratione agit (2).

(1) *Le péché est une épée à deux tranchants, parce qu'il tue en même temps le corps et l'âme, et d'une mort éternelle. La plaie qu'il fait est incurable par tous les hommes et par tous les anges. Elle ne peut être guérie que par une miséricorde de Dieu ineffable et toute gratuite; et quand Dieu a voulu guérir cette blessure profonde et désespérée, dit S. Grégoire, il n'y a point trouvé d'autre remède que le sang et la mort du médecin même. (Sacy.)*

(2) QUI EDIFICAT DOMUM SUAM IMPENDIIS ALIENIS, etc. Græca habent: *Qui edificat domum suam in alienis pecuniis, quasi qui congregat sibi lapides ad tumulum sepulturae suæ.* IMPENDIA ALIENA, aut *pecunia alienæ* intelligendæ sunt, non quæ mutuò ab aliis sumptæ sint, sed ereptæ cum injuriâ, ac fraude acquisitæ. Neque aliud videtur Sapiens intelligere quàm quod à Plauto dictum est: *Male parta male abibi.* Demosthenes in quâdam Olynthiaca, cum vult demonstrare regnum Philippi non fore diuturnum; quia est scelere ac fraude partum, illustrat eam sententiam similitudine adificiorum ac navium, in quibus ipsa fundamenta debent firma esse, aut ea omnia nullam stabilitatem sunt habitura. Salomon Prov. 15. 44, aliis verbis idem significat, cum dicit, *divitias cito acquisitas cito etiam dissipari.* Nam hujusmodi præpropere opum acquisitio atque adeptio cum injuriâ plerumque conjuncta est. (Badvelli.)

VERS. 10. — STIPA COLLECTA, ad incendium apta. SYNAGOGA PECCANTUM, id est, raptorum; ET CONSUMMATIO FLORUM, id est, consummata et ultima illorum pena. FLAMMA IGNIS, infernalis, sicut in presenti arserunt flammâ cupiditatis. (Lyranus.)

VERS. 11. — COMPLANATA, etc., q. d., pulchrâ specie (1).

VERS. 12. — SENSUM, id est, intelligentiam; vel SENSUM EJUS, pro, *suum*, scilicet in officio.

VERS. 13. — SENSUS, id est, intelligentia (2).

VERS. 14. — SAPIENS IN BONO, id est, capax bonæ disciplinæ.

VERS. 15. — SENSUS, id est, intelligentia. AMARITUDO, scilicet peccati.

VERS. 18. — SCIUS, id est, peritus, seu sapiens. AD SE ADICIET, id est, assumet ad usum suum.

VERS. 19. — QUASI SARCINA, q. d., molesta.

VERS. 20. — COGITABUNT, scilicet auditores.

VERS. 21. — EXTERMINATA, id est, eversa, adeoque neglecta. INENARRABILIA, id est, incomposita, intelligibilia.

VERS. 22. — COMPEDES, etc., q. d.; Nescit explicare quæ scit, quasi esset ligatus (3).

(1) VIA PECCANTIUM COMPLANATA LAPIDIBUS, id est, continua est, commoda, pulchra et amœna; Græcè, à *lapidibus*, qui offendiculo esse possint, *expurgata*; quasi dicat: Impii videntur in flagitiis suis prosperissimo initio successus habere. (Tirinus.)

(2) CONSUMMATIO, etc. Perfectio timoris Dei, quæ consistit in perfectâ observatione legis Dei, parit veram sapientiam et intelligentiam, adeoque ipsa est vera sapientia. (Menochius.)

(3) COMPEDES IN PEDIBUS, etc. Hæc sententia significat stultos dissolutosque homines qui cum licentiâ quidvis agendi vivere volunt, nullâ disciplinâ ad virtutem ac probitatem posse erudiri et conformari; do-

VERS. 24. — ORNAMENTUM, pro, *velut ornamentum*.

VERS. 25. — CONFUNDETUR A PERSONA, id est, erubescit ob personam, q. d., non adit.

VERS. 27. — AUSCULTARE, scilicet quid intus dicatur. CONTUMELIA, q. d., videbitur ei id ignominiosum.

VERS. 28. — PONDERABUNTUR, scilicet priusquam proferantur.

VERS. 29. — IN ORE, etc., q. d., omnia effutiunt fatui, at sapientes os corde repriment (1).

VERS. 30. — ANIMAM, scilicet est hæc diabolo similis.

VERS. 31. — PERMANSERIT, scilicet in eo vitio, q. d., quamdiù talis erit (2).

lent enim se privari libertate vivendi, ac præceptis atque institutis severæ disciplinæ quasi vinculis quibusdam implicari. Itaque Psal. 2, 5, qui regem Christum aspernantur, dicunt: *Dirumpamus vincula eorum, ac jugum ipsorum à nobis abjiciamus*. (Biblia Vatabli.)

(1) IN ORE FATUORUM COR ILLORUM. Hilarius in Psal. 21: « In ore stultorum cor eorum esse dicitur, quia nihil ex rationis consilio tractantes et cordis meditatione pendentes, temerario tantum motu linguæ inconsultæ res fortuitas et inconditas eloquantur. Atque « ita in ore stultorum cor eorum est, quia non quod cogitaverunt loquentur, sed quod locuti fuerint cogitabunt. » ET IN CORDE SAPIENTUM. Huc pertinet apophthegma illud quod dicebatur *Græcis orationem è labiis, Romanis è corde proficisci*. Revertur apud Erasmus, lib. 5 Apophthegmatum. (Drusius.)

(2) SUSURRO, occultè ferens jurgia, COINQUINABIT, etc. IN OMNIBUS, Græcè, quocumque peregrinatus fuerit, ODIETUR; ET QUI CUM EO MANSERIT: alia versio. (Bossuet.)

CAPUT XXII.

1. In lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquentur super aspersionem illius.

2. De stercore boum lapidatus est piger: et omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.

3. Confusio patris est de filio indiscipulato; filia autem in deminoratione fiet.

4. Filia prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris.

5. Patrem et virum confundit audax, et ab impiis non minorabitur; ab utrisque autem inhonorabitur.

6. Musica in luctu importuna narratio; flagella et doctrina in omni tempore sapientia.

7. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.

8. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de gravi somno.

9. Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam, et in fine narrationis dicit: Quis est hic?

10. Supra mortuum plora; defecit enim lux ejus: et supra fatuum plora; deficit enim sensus.

11. Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit:

12. Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.

13. Luctus mortui septem dies; fatui autem et impii, omnes dies vitæ illorum.

14. Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris.

15. Serva te ab illo, ut non molestiam habeas; et non coinquinaberis peccato illius.

CHAPITRE XXII.

1. Le paresseux est lapidé avec une pierre de boue; tous parleront de lui pour le mépriser.

2. Le paresseux est lapidé avec de la fiente des bœufs; tous ceux qui le touchent se secoueront les mains.

3. Le fils mal instruit est la honte de son père; la fille immodeste sera peu estimée.

4. La fille prudente sera un riche héritage pour son mari; mais celle dont la conduite fait rougir, sera le déshonneur de son père.

5. La femme hardie couvre de honte son père et son mari; (elle ne le cédera point aux scélérats;) et elle sera méprisée de l'un et de l'autre.

6. Un discours à contre-temps est comme une musique pendant le deuil; mais la sagesse emploie toujours à propos le châtement et l'instruction.

7. Celui qui instruit l'imprudent est (comme) un homme qui veut rejoindre les pièces d'un pot cassé.

8. (L'homme qui parle à celui qui ne l'écoute point, est comme) celui qui réveille un homme d'un profond sommeil.

9. Celui qui parle (de la sagesse) à un insensé, entretient un homme qui dort; et à la fin (du discours), lui dira: Qui est celui-ci?

10. Pleurez sur un mort, parce qu'il a perdu la lumière; pleurez aussi sur un insensé, parce qu'il a perdu le sens.

11. Pleurez sur un mort, parce qu'il est entré dans le repos;

12. Mais la vie (criminelle) de l'insensé est pire que la mort.

13. On pleure un mort pendant sept jours; mais l'insensé et le méchant doivent être pleurés toute leur vie.

14. Ne parlez pas beaucoup avec l'imprudent, et n'allez point avec l'insensé.

15. Gardez-vous de lui, pour n'en être point in-

16. Deflecte ab illo, et invenies requiem, et non accediaberis in stultitiā illius.
17. Super plumbum quid gravabitur? et quod illi aliud nomen quam fatuus?
18. Arenam, et salem, et massam ferri facilius est ferre, quā hominem imprudentem, et fatuum, et impium.
19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento aedificii non dissolvitur; sic et cor confirmatum in cogitatione consilii.
20. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur.
21. Sicut pali in excelsis, et camenta sine impensā posita, contra faciem venti non permanent; 22. Sic et cor timidum in cogitatione stulti, contra impetum timoris non resistet.
25. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic et qui in praeceptis Dei permanet semper.
24. Pungens oculum deducit lacrymas, et qui pungit cor, profert sensum.
23. Mittens lapidem in volatilia, dejiciet illa: sic et qui conviciatur amico, dissolvit amicitiam.
26. Ad amicum et si produxeris gladium, non desperes; est enim regressus.
27. Ad amicum si aperueris os triste, non timeas: est enim concordatio, excepto convicio, et improprio, et superbiā, et mysterii revelatione, et plagā dolosā; in his omnibus effugiet amicus.
28. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut et in bonis illius laeteris.
29. In tempore tribulationis illius permanc illi fidelis, ut et in hereditate illius cohaeres sis.
30. Ante ignem camini vapor, et fumus ignis inalatur; sic et ante sanguinem maledicta, et contumeliae, et minae.
31. Amicum salutare non confundar; à facie illius non me abscondam: et si mala mihi evenerint per illum, sustinebo.
32. Omnis qui audiet, cavebit se ab eo.
33. Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me?

quid? et vous ne vous satisferez pas par la confession de son péché.

16. Détournez vous de lui; et vous trouverez le repos, et sa chute ne vous nuira point de rien.

17. Qu'y a-t-il de plus pesant que le plomb? et quel autre nom lui donnera-t-on si ce n'est celui de l'insensé?

18. Il est plus aisé de porter le sable, le sel et une masse de fer, que l'imprudent, l'insensé et le méchant.

19. Comme le bois bien lié et attaché ensemble sur le fondement d'un édifice ne se dessant point, ainsi le cœur établi sur un conseil solide demeurera ferme.

20. (La résolution d'un homme sensé) ne s'affaiblira point par la crainte, en quelque temps que ce soit.

21. Comme une cloison de bois en un lieu élevé, et une muraille de pierre sèche ne peuvent résister à la violence du vent.

22. Ainsi le cœur timide de l'insensé, dans l'insécurité de ses pensées, ne résistera point à la violence de la crainte.

23. Comme le cœur timide de l'insensé demeure toujours dans sa pensée, sans aucune crainte; ainsi est immuable celui qui se tient toujours attaché au commandement de Dieu.

24. Celui qui pique l'œil en tire des larmes; et celui qui pique le cœur y excite le ressentiment.

25. Celui qui jette une pierre contre des oiseaux les fera envoler; ainsi celui qui dit des injures à son ami rompra l'amitié.

26. Quand vous auriez tiré l'épée contre votre ami, ne désespérez pas; car il y a encore du retour.

27. Quand vous auriez dit à votre ami des paroles fâcheuses, ne craignez pas; car vous pouvez encore vous remettre bien ensemble, pourvu que cela n'aille point jusqu'aux injures, aux reproches, à l'insolence, à révéler le secret, et à porter des coups en trahison; car dans toutes ces occasions votre ami vous échappera.

28. Gardez la fidélité à votre ami, pendant qu'il est pauvre, afin que vous vous rejouissiez avec lui dans son bonheur.

29. Demeurez-lui toujours fidèle pendant le temps de son affliction, afin que vous ayez part avec lui dans son héritage.

30. La vapeur sort de la fournaise, et la fumée s'élève en haut, avant le feu; ainsi les injures, les outrages et les menaces) précèdent le meurtre et l'effusion du sang.

31. Je ne rougirai point de saluer mon ami, je ne me cacherai point devant lui; et si, après cela, il me traite mal, (je le supporterai).

32. Mais tous ceux qui le connaîtront, se donneront de garde de lui.

33. Qui mettra une garde sûre à ma bouche, et un sceau inviolable sur mes lèvres, afin qu'elles ne me fassent pas tomber, et que ma langue ne me perde pas?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN LAPIDE, etc., q. d. : Similis est piger conspurcato, luto injecto ab aliquo, scilicet odiosus est ob pigritiam à diabolo injectam. ASPERNATIONEM, id est, contemptibilitatem.

VERS. 2. — MANUS, scilicet inquinatas, q. d., dignus est, quem omnes vitent.

VERS. 5. — IN DEMINATIONE, id est, contemptibilis (1).

(1) CONFUSIO PATRIS EST DE FILIO INDISCIPLINATO. Euripides de liberis :

Nam dira pestis moribus proles malis.

FILIA AUTEM IN DEMINATIONE FIT. *Filia verò (nempe malè edocta, et eo quod processit) erit ad damnum.* Vult incedere census induta nepotum, et habere patrimonia de auribus pendencia. (Grotius.)

VERS. 4. — CONFUNDIT, id est, pudefacit (1).

(1) FILIA PRUDENS HEREDITAS VIRO SVO; NAM QUAE CONFUNDIT, IN CONFUSIONEM FIT GENITORIS; q. d. : Optima filiae hereditas et dos est prudentia, eaque magis viro optanda et ambienda est, quā optima opum dos et hereditas, quia per prudentiam prudentemque conjugem opes quaelibet conservantur et augentur. Graeca habent, secundum Complut. versionem : *Filia prudens haeres erit vici sui*, quia solent viri uxoribus suis, si prudentes et obsequentes sūt, sua credere, easque haeredes instituere. Alii pro *confundit*, id est, viri, legentes *confundit*, id est, *virum*, vertunt, *hereditabit virum suum*, id est, virum suum possidebit, quasi hereditatem, ut eum regat et dirigat instar familiae. Aut potius, q. d. : Hereditate bonā, scilicet, suā prudentiam et sapientiā, eum donabit, ut eius domum et substantiam prudenter administret etque suam prudentiam communicet et doceat. Prudenti op-

VERS. 5. — AUDAX, scilicet femina. NON MINORABITUR, q. d. : Non est inferior culpâ impiis. UTRISQUE, scilicet patre et marito (1).

VERS. 6. — MUSICA, pro, *velut musica*. IN OMNI TEMPORE, q. d. : Cum opportunitate adhibita flagella et correctio : pro *doctrina* enim Græcè *disciplinâ* (2).

VERS. 7. — TESTAM, q. d., operam perdit (3).

VERS. 12. — NEQUISSIMI, etc., q. d., vita fatui nequam nequissima est et pejor morte.

VERS. 15. — OMNES DIES, scilicet luctu digni (4).

ponit imprudentem et fatuam, dùm subdit : *Nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris*; q. d. : Quæ autem dedecus et probrum affert suâ levitate, dissolutione, imprudentiâ, stultitiâ, hæc contumeliam parit suo parenti et genitori generique aequè ac marito, qui apud parentem sæpè de ejus malâ institutione queritur et exposulat. Græca habent : *Pudenda vel probrosa tristitiam affert genitori*; tristatur enim parens de pudendis et probrosis filiarum moribus. Unde Tigurina vertit : *Filia prudens viro est vice hæreditatis, ac turpiter viveas vastitiam affert genitori*; Syrus verò : *Patrem suum et matrem suam confusione afficit stultâ, et ab utrisque ipsa contumelia afficitur*.

Mysticè et tropologicè, Rabanus : *Filia pater lens, inquit, id est, anima, quæ prudenter et devotè Christi servitium agit, ad hæreditatem ejus pertinet*; quæ autem confusione ejus digna gerit, contumeliam genitori spiritali facit, qui eam per Spiritus sancti gratiam in baptismo regeneravit, et sibi filiam adoptavit. Et Palacius : *Ita planè, inquit, antea sancta mulctas Deo lucratur; at miserè anima nostræ contumelia sunt Creatoris*. (Cord. à Lap.)

(1) PATREM ET VIRUM, seu maritum suum, CONFUNDIT ejusmodi AUDAX filia, quæ quasi excusso fræno qui quæ libet audet et facit. Et quidem AB IMPIS NON MINORABITUR, seu non vituperabitur, utpote sub similibus. Sed AB UTRISQUE illis, quibus se cum primis probare debuerat, nempe à parente suo et marito, INHONORABITUR, contemnetur, repellitur, ob suam proccacitatem, petulantiam et dissolutos mœurs. (Firmus.)

(2) MUSICA IN LUERT. Hic reprobat negligentia discipulæ ex parte recipientis; cùm dicitur : *Musica in luctu*, id est, melodia non est conveniens lugentibus, quia non sunt dispositi ad gaudendum. IMPROPERTINA NARRATIO. id est, similibus narratio, licet de se sit bona, tamen importuna redditur propter malitiam ipsius audientis. Propter quod dicitur Matth. 7 : *Nolite sanctum dare cadibus*, id est, doctrinam bonam ipsam contumeliosis. (Lyranus.)

(3) QUASI QUÆ EXCITAT DORMIENTEM DE SOMNO GRAVI. Ut enim me letargo oppressus, statim in somnum relabatur, nec audit quæ dicuntur; ita ille EXCITAT DORMIENTEM, verbi gratia, ebrium et somno extenuè gravatum, quasi dicat : *Oleum et operam perdit*. (Menocenus.)

VERS. 9. — *Celui qui parle de la sagesse à un insensé, entretient un homme qui s'endort, et à la fin du discours, il lui dira : Qui est celui-ci ?* Cette expression qui est vive et claire, nous fait voir ce que le Fils de Dieu dit ailleurs, qu'il ne faut point perdre la parole sainte, lorsqu'il n'y a personne pour l'écouter. Tant que les pécheurs sont possédés de l'affection du péché, ils n'ont point d'yeux pour voir, ni d'oreilles pour entendre. Ainsi ce n'est pas le temps de parler de Dieu devant eux, mais c'est le temps de parler à Dieu pour eux, afin qu'il leur dise dans le fond du cœur, selon l'expression de saint Paul : *Réveillez-vous, vous qui dormez, sortez de la mort où vous êtes, et Jésus-Christ vous clamera*. (Sacy.)

(4) VERS. 14. — CUM STULTITONE MULTUM LOQUARIS, etc. Ad verbum : *Cum insipientie ne multiplices sermone, et ad recordem ne accesseris*. Significat his sententiis consuetudinem improborum perniciosam esse, con-

VERS. 16. — ACEDIABERIS, id est, tædio afficeris.

VERS. 17. — SUPER, id est, plusquam. GRAVABITUR, pro, *grave est*.

VERS. 19. — LORAMENTUM, id est, alligamentum. CONFIRMATUM, vulgò, *risoluto*.

VERS. 21. — IMPENSA, id est, arte; q. d., neglectim, non adhibita curâ (1).

VERS. 25. — OMNI TEMPORE NON METUET, conjungendum cum sequentibus.

VERS. 24. — PUNGIT, id est, stimulat, seu excitat. PROFERT SENSUM, id est, facit promere quod sentit.

VERS. 25. — DEJICIET, id est, fugabit.

VERS. 26. — AD AMICUM, id est, amici gratiam (2).

VERS. 27. — EST CONCORDATIO, id est, licet concordare, q. d., non perit amicitia. SUPERBIA, scilicet illum contemne. DOLOSA, id est, doli, seu fraudis.

VERS. 30. — ANTE, pro, *velut ante*.

VERS. 31. — AMICUM, sub. etiam pauperem et inferiorum te. PER ILLUM, id est, ejus ope, vel cum præcedentibus jungendum.

VERS. 32. — AUDIET, scilicet dedisse mihi damnum.

VERS. 35. — CERTUM, id est, firmum (3).

gressionemque cum his et collocationem fugiendam. *Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava*, 1 Cor. 15, 33. (Biblia Vatabli.)

VERS. 15. — SERVA TE AB ILLO, etc. Alii vertunt : *Eum cave, ne tibi negotium exhibeat, aut eo excusso contamineris*. Ut inquinata sis, si suum corpus excutiat, contaminat quod propè est. (Castallio.)

(1) VERS. 22. — SIC ET COR TIMIDUM, trepidum, improvidum, nec firmis consiliis constabillum, etc. Græcè verbis differt; res eadem : nempè, ut non stant contra ventum, neque linitura arenosa, quantumvis lævigata, ad ornatum parietis, neque sustentacula, leve septimentâ in excello loco posita, et exposita procellis; ita homines leves, neque excogitatis constabilitatis consiliis, timore dejecti, adversis ingruentibus. Summa à vers. 19 graves viros esse similes benè constitutis compactisque addicis; leves verò, levibus ac levi operâ, ad ornatum potius quam ad stabilitamentum compositis, qualia memorat Ezech. 13, 40 et seq., et 22, 28. (Bossuet.)

(2) AD AMICUM ET SI PRODUXERIS GLADIUM, NON DESPERES; EST ENIM REGRESSUS. Superiore versiculo docuit, amicitiam contumelios in amicum prolatis frangi; addit hic, ubi eum eduxeris, ut amicum ferias, locum esse amicitie restituende. Hæc invicem non pugnant; siquidem injuriæ, contumelie, probera irritare amicum, ac similitates parere possunt, ac non semper pariunt. Restitui amicitia cum homine læso potest, quamvis eum in ipsius caedem eduxeris; at quædam sunt quæ amicis non remittuntur; eaque proximo versiculo recenset. Subitum animi iraque motum non agrè ferimus, nec minas etiam, interdum etiam stricto ense intentatas, ob improvisum ac non meditatam animi astum; ac contumeliam data opera, et meditato consilio irrogatæ, perfidie, secretorum violatio, etc., nunquam remitti solent. (Calmét.)

(3) QUIS DABIT ORE MEO CUSTODIAM, etc. Græca habent : *Quis dabit mihi in ore meo custodiam, et in labiis meis sigillum astutum, ne cadam repente ab eis*, id est, propter ea labia, et lingua mea ne perdat me? Periculum linguæ incontinentis ostendit, in eaque continentiam, moderationem prudentiamque requirit. Psal. 59, 2 : *Domine : Custodiam os meum clausurâ, dum adhuc impius est coram me*. (Badvelli.)

CAPUT XXIII.

CHAPITRE XXIII.

1. Domine, pater et dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in consilio eorum, nec sinas me cadere in illis.

2. Quis superponet in cogitatu meo flagella, et in corde meo doctrinam sapientiæ? ut ignorantibus eorum non pareat mihi, et non appareant delicta eorum.

3. Et ne adinrescant ignorantia meæ, et multiplicentur delicta mea, et peccata mea abundant, et incidam in conspectu adversariorum meorum, et gaudeat super me inimicus meus.

4. Domine pater, et Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte à me.

6. Aute à me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, et animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me.

7. Doctrinam oris audite, filii; et qui custodierit illam, non periet labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

8. In vanitate suâ apprehenditur peccator, et superbus et maledicus scandalizabitur in illis.

9. Jurationi non assuescat os tuum; multi enim casus in illâ.

10. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis; quoniam non eris immunis ab eis.

11. Sicut enim servus interrogatus assiduè à livore non minuitur; sic omnis jurans et nominans in toto, à peccato non purgabitur.

12. Vir multùm jurans implebitur iniquitate, et non discedet à domo illius plaga.

13. Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit; et si dissimulaverit, delinquit dupliciter.

14. Et si in vacuum juraverit, non justificabitur; replebitur enim retributione domus illius.

15. Est et alia loquela contraria morti; non inveniatur in hæreditate Jacob.

16. Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, et in delictis non volutabuntur.

17. Indisciplinæ loquelæ non assuescat os tuum; est enim in illâ verbum peccati.

18. Memento patris et matris tuæ; in medio enim magnatorum consistis;

19. Ne fortè obliviscatur te Deus in conspectu illorum, et assiduitate tuâ infatuatus, improprium patiaris, et maluisses non nasci, et diem nativitatis tuæ maledicas.

20. Homo assuetus in verbis improprietatis, in omnibus diebus suis non erudietur.

21. Duo genera abundant in peccatis, et tertium adducit iram et perditionem.

22. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid quæsiat;

23. Et homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem.

1. Seigneur, mon père et le maître de ma vie, ne m'abandonnez pas à la légère indiscrète de ma langue, et ne permettez pas qu'elle me fasse tomber.

2. Qui est-ce qui corrigera les pensées de mon esprit, et qui fera à mon cœur de sages reproches, afin qu'elle ne m'épargne point dans les manquements d'ignorance que ma langue me fera faire, et que ces fautes ne paraissent point.

3. De peur que mes ignorances ne viennent à croître, (que mes offenses ne se multiplient,) que mes péchés ne s'augmentent de plus en plus, que je ne tombe devant ceux qui me haïssent, et que je ne sois exposé aux insultes de mon ennemi?

4. Seigneur, mon père, et le Dieu de ma vie, (ne m'abandonnez pas à leur volonte).

5. Ne me donnez point des yeux altiers, et détournez de moi toute cupidité.

6. (Eloignez) de moi l'intempérance de la bouche; que la passion de l'impureté ne s'empare point de moi; et ne m'abandonnez pas aux excès d'une âme qui n'a plus de honte (ni de retenue).

7. Ecoutez, mes enfants, les instructions que je vous donne pour régler la langue; celui qui les gardera ne périra point par ses lèvres (et il ne tombera point dans des actions criminelles).

8. Le pécheur sera pris (par la vanité de ses paroles); le superbe et le médisant y trouveront des sujets de chute.

9. Que votre bouche ne s'accoutume point au jurément, (car en jurant, on tombe en bien des manières.)

10. Que le nom de Dieu ne soit point sans cesse dans votre bouche, (ne mêlez point dans vos discours les noms des saints, parce que vous ne serez pas en cela exempt de faute;)

11. Car, comme un esclave qu'on met sans cesse à la torture en porte toujours les marques, ainsi tout homme qui jure, et qui nomme sans cesse le nom de Dieu, ne sera point pur de péché.

12. Celui qui jure souvent sera rempli d'iniquité; et la plaie ne sortira point de sa maison.

13. S'il ne fait pas ce qu'il a promis avec serment, son péché sera sur lui; et s'il y manque par mépris, il péchera doublement.

14. S'il jure en vain, ce ne sera pas une excuse qui le justifie devant Dieu; et sa maison sera remplie de la peine qu'il en souffrira.

15. Il y a une (autre) parole qui est une parole de mort; qu'elle ne se trouve jamais dans l'héritage de Jacob.

16. Car ceux qui servent Dieu, sont éloignés de tous ces vices; et ils ne s'engagent point dans ces excès.

17. Que votre bouche ne s'accoutume point à des paroles indiscrètes; car il s'y trouvera toujours du péché.

18. Souvenez-vous de votre père et de votre mère, lorsque vous êtes au milieu des grands;

19. De peur que Dieu ne vous oublie devant ces grands mêmes, et que devenant insensé par la trop grande familiarité que vous aurez avec eux, (vous ne tombiez dans l'infamie; que) vous ne souhaitiez alors de n'être point né, et que vous ne maudissiez vous-même le jour de votre naissance.

20. L'homme accoutumé à dire des paroles outrageuses ne se corrigera jamais.

21. Deux sortes de personnes pêchent souvent, et la troisième s'attire la colère de Dieu (et la perdition.)

22. L'âme qui brûle comme un feu ardent ne s'éteindra point, jusqu'à ce qu'elle ait dévoré quelque chose.

23. L'homme qui abuse de son propre corps ne cesse point, jusqu'à ce qu'il ait allumé un feu.

24. Homini fornicario omnis panis dulcis; non fatigabitur transgrediens usque ad finem.

25. Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, et dicens: Quis me videt?

26. Tenebræ circumdant me, et parietes coeperunt me, et nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.

27. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei hujusmodi hominis timor, et oculi hominum timentes illum;

28. Et non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda intuentes in absconditas partes.

29. Domino enim Deo, antequàm crearentur, omnia sunt agnita: sic et post perfectum, respicit omnia.

30. Hic in plateis civitatis vindicabitur, et quasi pullus equinus fugabitur: et ubi non speravit, apprehendetur.

31. Et erit dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem Domini.

32. Sic et mulier omnis relinquens virum suum, et statuens hæreditatem ex alieno matrimonio:

33. Primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit; secundò in virum suum deliquit; tertio in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi.

34. Hæc in ecclesiam adducetur, et in filios ejus respicietur.

35. Non tradent filii ejus radices, et rami ejus non dabunt fructum.

36. Derelinquet in maledictum memoriam ejus, et dedecus illius non delebitur.

37. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor Dei, et nihil dulcius quàm respicere in mandatis Domini.

38. Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

VERS. 1. — EORUM, scilicet fatuorum, de quibus supra, vel labiorum errantium (1).

(1) DOMINE PATER, ET DOMINATOR VITÆ MEÆ, NE DERELINQUAS ME IN CONSILIO EORUM; NEC SINAS ME CADERE IN ILLIS. *Eorum*, scilicet, fatuorum, id est, impiorum, de quibus multus sermo præcessit. Aut potius *eorum*, scilicet labiorum loquacium et intemperantium; de his enim egit versu præcedenti; q. d.: Domine, qui dominaris universo, dominare labiis meis; qui dominaris vitæ meæ, dominare linguæ meæ. Nam mors et vita in manu linguæ, Proverb. 18, 21. Rursùm lingua est universitas iniquitatis, Jac. 3, 6. Moderatorem ergo requirit dominatorem universi; Deum vocat dominatorem vitæ, tum quia ipse est creator et dominus animæ que causat vitam, tum quia ipse officia, status actusque omnes vitæ nostræ regit et moderatur, tum quia vita nostra durat quamdiu ipse vult. Hæc vera sunt tum in vitâ supernaturali gratiæ, quàm naturali animæ.

Porro *consilium labiorum* vocat id quod loquacitas labiorum dicendum suggerit, puta importunitatem, temeritatem, intemperantiam, et prurium loquendi quidlibet quod in buccam venit. Itaque *consilium labiorum* est effrenata libertas dicendi quidquid libet. Nam *cor stultorum in ore ipsorum*, uti superius dixit. Unde subdit: *Nec sinas me cadere in illis*; aliqui le-

24. Tout pain est doux à un fornicateur; et il ne cessera point de pécher jusqu'à la fin de sa vie.

25. L'homme qui viole la foi du lit conjugal (méprise son âme), et il dit: Qui est-ce qui me voit?

26. Les ténèbres m'environnent; les murailles me couvrent; nul ne me regarde; qui craindrai-je? Le Très-Haut ne se souviendra point de mes péchés.

27. (Il ne considère pas que l'œil du Seigneur voit toutes choses, et que c'est bannir de soi la crainte de Dieu, de n'avoir que cette crainte humaine,) et de n'appréhender que les yeux des hommes.

28. Il ne comprend pas que les yeux du Seigneur sont plus lumineux que le soleil, qu'ils regardent (de tous côtés) toutes les voies des hommes, (qu'ils percent la profondeur des abîmes et le fond du cœur humain,) et qu'ils pénètrent jusque dans les lieux les plus cachés;

29. Car (le Seigneur Dieu) connaissait toutes les choses du monde avant qu'il les eût créées; et (il les voit) de même, maintenant qu'il les a faites.

30. Cet homme sera puni dans les places publiques; (il sera mis en fuite comme le poulain de la cavale;) et il sera pris lorsqu'il s'y attendra le moins.

31. (Il sera déshonoré devant tout le monde, parce qu'il n'a pas compris ce que c'était que de craindre le Seigneur.)

32. Ainsi périra encore (toute) femme qui abandonne son mari, et qui lui donne pour héritier le fruit d'une alliance adultère;

33. Car premièrement elle a désobéi à la loi du Très-Haut; secondement, elle a péché contre son mari; troisièmement, elle a commis un adultère, et elle s'est donné des enfants d'un autre que de son mari.

34. Cette femme sera amenée dans l'assemblée, et on examinera l'état de ses enfants.

35. Ils ne prendront point racine, et ses branches ne porteront point de fruit.

36. Sa mémoire sera en malédiction, et son infamie ne s'effacera jamais.

37. Et ceux qui viendront après reconnaîtront qu'il n'y a rien de plus avantageux que de craindre Dieu, et rien de plus doux que de n'avoir égard qu'aux commandements du Seigneur.

38. (C'est une grande gloire que de suivre le Seigneur; car c'est lui qui donne des jours sans fin.)

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — SUPERPONET, pro imponet. FLAGELLA, q. d.: Quis reprimat, ne malum cogitem? IGNORATIONIBUS, id est, peccatis ignorantiae. NON PARCANT, q. d.: Castigent sanè, si errem loquendo. EORUM, scilicet labiorum (1).

gunt: *Nec sinas me cadere in illâ exprobratione, vel in illam exprobrationem, ut scilicet intemperantia linguæ mihi exprobraretur, ac præsertim quòd in amicum probrum aliquod conjecerim, aut vitium aliquod exprobrârim. De convitio enim amicorum egit cap. præced. Unde Tigurina vertit: Domine pater, totiusque vitæ meæ dominator, ne me permittas consilio illorum, nec sinas me per ea corrumpere; Syrus: Deus, pater mi et domine vitæ meæ, ne offenderè facias (permittas) me propter ea.* (Corn. à Lap.)

(1) QUIS SUPERPONET IN COGITATU MEO: quasi diceret: Utinam aliquis superponat FLAGELLA divina, quorum cogitatio retrahit à malo, ET IN CORDE MEO DOCTRINAM SAPIENTIÆ, que firmat in bono, ut IGNORATIONIBUS, id est, delictis cogitationum, NON PARCANT MIHI, sed statim timore vel puni reprimat, ET NON APPARENT DELICTA EORUM, id est, cogitationum per exitum in opus malum. (Lyranus.)

VERS. 5. — ET NE ADINERESCANT IGNORANTIE MEÆ,

VERS. 4. ILLORUM, scilicet peccatorum.

VERS. 5. — DEDERIS, id est, permittas. DESIDERIUM, scilicet mali (1).

VERS. 6. — INFRUNITA, id est, impudenti. NE TRADAS, q. d. : Ne permittas me esse impudentem (2).

VERS. 7. — ORAS, id est oris custodia. SCANDALIZABITUR, id est, offendet.

VERS. 8. — ILLIS, scilicet, labiis, vel operibus malis (5).

VERS. 10. — NOMINATIO, scilicet jurando. AB FIS, pro *in eis*, scilicet à peccato.

VERS. 11. — INTERROGATUS, id est, examinatus. ET NOMINANS, q. d., nominando Deum (4).

VERS. 15. — FRUSTRARIUM, scilicet juramentum non implendo. DISSIMULAVIT, scilicet corrigere errorem suum. DUPLICITER, scilicet fallendo, et non penitendo.

VERS. 14. — RETRIBUTIONE, id est, punitione.

Et non est in Græco, sed : *Ne delicta mea crescant. Optimè :*

Principiis obsta : serò medicina paratur

Cum mala per longas invaluere moras.

ET PECCATA MEA ABUNDENT. Additur in Græcis quibusdam *ad ruinam*; cujus sensus idem qui in verbis sequentibus.

ET INCIDAM IN CONPECTU ADVERSARIORUM MEORUM. *Cadam inimicis spectantibus.*

ET GAUDEAT SUPER ME INIMICUS MEUS. Me cadentem scilicet conspiciens. Quod hic in editionibus quibusdam Græcis sequitur, à quibus *longè est spes miserationis tuæ*, id abest à Sixtinâ. (Grotius.)

(1) EXTOLLENTIAM OGLORUM, id est, oculos et animos elatos, superbos, extravagantes, NE DEDERIS MIHI, id est, ne sinas mihi dari, vel obvenire, id est, ne dentur mihi. Nam verba activa, maximè conjugationis *kal*, apud Hebræos sæpè pro neutris usurpantur.

ET OMNE DESIDERIUM, id est, concupiscentiam pravam (Græcè, *animam giganteam*), AVERTE A ME.

(Tirinus.)

(2) ET ANIME IRREVERENTI ET INFRUNITA NE TRADAS ME. Infrunitum apud Latinos priscum et obsoletum vocabulum est, significans insipientem, stolidum, nimirum idem quod Græcis ἀπρόν, sicut è contra frunitus idem est quod Græcis ἀπρόνως. Hoc loco Græcè tantum est : *Animè inverecondè ne tradas me*. Et est idem vocabulum cap. 31 : *Tortura viro infrunito*, ubi Græcè est ἀπρόνως, id est, insatiabili. Vide Beroaldum in lib. 4 Asini aurei, ubi vocabulum hoc exponit, et antiquos eo usos esse docet. (Estius.)

(3) *Le pécheur sera pris par la vanité de ses paroles. Le superbe et le médisant y trouveront des sujets de chute. Il faut se rendre disciple de la vérité de Dieu, afin que sa grâce mette un frein à notre langue. L'intempérance des paroles est un piège pour le superbe et le médisant*; car on ne médit guère que de ceux ou que l'on méprise, parce qu'on est superbe, ou dont on veut diminuer la réputation, parce qu'on les estime trop, et qu'on en a de la jalousie. C'est pourquoi un saint a dit que l'humble de cœur ne parle désavantageusement que de lui-même, et qu'il ne se prise que lui seul. (Sacy.)

(4) ET NOMINAT, Deum videlicet. Nota diligenter. ὄραζων absolute pro eo qui nomen Dei assidue in ore habet. Quod haud facile usquam isto significato invenias. Ita est profectò. Ut qui multum loquitur ratiò crimine vacat, ita qui sæpè Deum nominat. Judei hoc præceptum tam anxie, ne dicam superstitiose, observant, ut ne Dei quidem nomen *Elohim*, quod tamen et cum aliis multis commune, semper suis litteris scribant. Ipsum autem nomen proprium, quod *tetragrammon* appellant, adeò non nominant ut ne sciant quidem hodie quomodo aut legendum aut pronuntiandum sit. (Drusius.)

VERS. 15. — CONTRARIA, id est, opposita, seu objecta. intelligit forte blasphemiam.

VERS. 16. — MISERORUM, id est, pius, scilicet Dei servus. VOLUPTARENT, id est, delectabuntur.

VERS. 17. — VERBUM, id est, res (1).

VERS. 18. — CONSISTIS, pro *cohibes*; q. d. : Habebis ex eo honorem.

VERS. 19. — IN CONPECTU ILLORUM, id est, videns eos à te contemni. ASSIDUATE, id est, consuetudine, scilicet degregendi parentes. PATIARIS, scilicet ab aliis.

VERS. 22. — CALIDA, scilicet concupiscentia inordinata gula, vel avaritie (2).

VERS. 25. — ORE, id est, appetitu, scilicet luxurie, id est, secundum.

VERS. 24. — PANIS, id est, femine. FINEM, scilicet vite, vel q. d., donec periciat.

VERS. 25. — TRANSREDITUR, scilicet per adulterium. Id tertium. IN, id est, contra.

VERS. 27. — OCCI, etc., pro *oculos tamen hominum timet ille*. TIMENTES ILLUM, Græcè, *timor illius*.

VERS. 28. — ET ABSCONDIAS PARTES, pro, *et abditissima quæque*.

VERS. 29. — POST PERFECTUM, id est, postquam creata sunt.

VERS. 30. — FUGAMITUR, id est, fugientem insequuntur.

VERS. 52. — SIC, etc. Id ad tertium pertinet (3).

VERS. 55. — INCRIBIBILIS, id est, inobediens.

VERS. 54. — ECCLESIAM, id est, populi cœtum. ADDUCITUR, scilicet punienda. RESPICIETUR, id est, inquiratur, scilicet an sint legitimi (4).

VERS. 55. — TRADENT, id est, mittent. FILII, scilicet ex adulterio.

VERS. 56. — MALEDICTUM, id est, execrationem. EJUS, scilicet matris.

VERS. 57. — DERELICTI, id est, superstites. RESPICIERE IN, pro *attendere* (5).

(1) VERRUM PECCATI, peccatum. Verbum enim Hebraicè phrasi quamlibet rem significat. (Menochius.)

(2) ANIMA CALIDA, etc. Græcè ad verbum : *Anima callida ut ignis accessus, non extinguatur donec assumptus fuerit*. Similitudine ignis notat primum genus hominum, in quibus prave animi cupiditates, ut ira, odium, avaritia, ambitio, cæteraque immoderate affectiones, ita effervescent, ut contineri nullo modo possint. Est enim animus hominis iustar fornacis exardescens atque perpetuò astuantis, cujus ignis non prius extinguatur quam maximè vi aque oppressus consumptusque fuerit : ita etiam hujusmodi ardor fervorque cupiditatum ac vitiorum in animo hominis, nisi verbo ac Spiritu Dei reprimatur, extingui ante non potest quam ipse homo morte consumptus fuerit. (Balvellus.)

(3) ET STATUENS HEREDITATEM EX ALIENO MATRIMONIO. Alij : *Hæretis summittit ex alieno*. Filios ex adulterio gignit, qui sint hæretes mariti. (Castalio.)

(4) IN ECCLESIAM; in iudicium vocato legitimo cœtu. IN FILIOS IUS RESPICIETUR, inquitur : est in eos inspectio. Græcè ἰσχυροῦς : ejus progeniem Deus ultor insequetur, ut docent seq. (Bossuet.)

(5) ET AGNOSC NI QUI DERELICTI SUNT, etc. Græcè habent ad verbum : *Et cognoscere relictis quod nihil est melius timore Domini, et nihil dederis quam attendere mandatis Dei*. Hic est fructus qui ex iudiciis Dei in impios atque improbos editis pervenit ad posteror.

VERS. 38. — AD EO, scilicet qui Deum timet (1).

eosque qui in vitâ remanent. Hi enim propositis eorum pœnis ad timorem Dei erudiuntur.

(Biblia Vatabli.)

CAPUT XXIV.

1. Sapientia laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui glorificabitur :

2. Et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et in conspectu virtutis illius glorificabitur :

3. Et in medio populi sui exaltabitur, et in plenitudine sanctâ admirabitur.

4. Et in multitudine electorum habebit laudem, et inter benedictos benedicetur, dicens :

5. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam.

6. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram.

7. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columnâ nubis.

8. Gyrum cœli circuiivi sola, et profundum abyssi penetraui, in fluctibus maris ambulavi :

9. Et in omni terrâ steti, et in omni populo,

10. Et in omni gente primatum habui ;

11. Et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi ; et in his omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor.

12. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium ; et qui creavit me requieuit in tabernaculo meo,

13. Et dixit mihi : In Jacob inhabita, et in Israël hereditate, et in electis meis mitte radices.

14. Ab initio, et ante secula creata sum, et usque ad futurum seculum non desinam, et in habitatione sanctâ coram ipso ministravi.

15. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificatâ similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea.

16. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

17. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion ;

18. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho :

19. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis.

20. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans, odorem dedi ; quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris ;

21. Et quasi storax, et galbanus, et ungula, et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, et quasi balsamum non mixtum odor meus.

22. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ.

23. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flores mei fructus honoris et honestatis.

24. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.

25. In me gratia omnis viæ et veritatis : in me omnis spes vitæ et virtutis.

(1) LONGITUDO ENIM DIERUM ASSUMETUR AB EO. Græcus : Longævitas est, protegi ab eo, Deo. Si te tuctur Deus, longævam beatamque vitam tibi pollicere. (Calmet.)

CHAPITRE XXIV.

1. La Sagesse se louera elle-même ; (et elle s'honorera en Dieu,) et elle se glorifiera au milieu de son peuple.

2. Elle ouvrira sa bouche dans les assemblées du Très-Haut, et elle se glorifiera devant les armées du Seigneur.

3. (Elle sera élevée au milieu de son peuple, et elle sera admirée dans l'assemblée de tous les saints.)

4. Elle recevra des louanges parmi la multitude des élus, et elle sera bénie de ceux qui seront bénis de Dieu. Elle dira :

5. Je suis sortie de la bouche du Très-Haut ; (je suis née avant toute créature.)

6. C'est moi (qui ai fait naître dans le ciel une lumière qui ne s'éteindra jamais, et) qui ai couvert (toute) la terre comme d'un nuage.

7. J'ai habité dans les lieux très-hauts ; et mon trône est dans une colonne de nuée.

8. J'ai fait seule tout le tour du ciel, (j'ai pénétré) la profondeur des abîmes ; j'ai marché sur les flots de la mer.

9. Et (j'ai parcouru) toute la terre.

10. J'ai eu l'empire sur tous les peuples et sur toutes les nations :

11. (J'ai foulé aux pieds, par ma puissance, les cœurs de tous les hommes grands et petits ;) et parmi toutes ces choses, j'ai cherché un lieu de repos, et je me suis choisi une demeure dans l'héritage du Seigneur.

12. Alors le Créateur de l'univers (m'a parlé) et m'a fait connaître sa volonté ; celui qui m'a créée, a reposé dans mon tabernacle ;

13. Et il m'a dit : Habitez dans Jacob ; qu'Israël soit votre héritage ; (et prenez racine dans mes élus.)

14. J'ai été créée dès le commencement et avant les siècles ; je ne cesserai d'être dans la suite de tous les âges ; et j'ai exercé devant lui mon ministère dans la maison sainte.

15. J'ai été ainsi affermie dans Sion ; j'ai trouvé mon repos dans la cité sainte ; et ma puissance est établie dans Jérusalem.

16. J'ai pris racine dans le peuple que le Seigneur a honoré, et dont l'héritage est le partage de mon Dieu ; (et j'ai établi ma demeure dans l'assemblée de tous les saints.)

17. Je me suis élevée comme les cèdres du Liban, et comme les cyprès de la montagne de Sion.

18. J'ai poussé mes branches en haut comme les palmiers de Cadès et comme les plantes des rosiers de Jéricho.

19. Je me suis élevée comme un bel olivier dans la campagne, et comme le platane qui est planté dans un grand chemin sur le bord des eaux.

20. J'ai répandu une senteur de parfum comme la canelle et comme le baume le plus précieux, et une odeur agréable comme celle de la myrrhe la plus excellente.

21. J'ai parfumé ma demeure comme le (storax,) le galbanum, l'onyx, la myrrhe, comme la goutte d'encens tombée d'elle-même ; (et mon odeur est comme celle d'un baume très-pur et sans mélange.)

22. J'ai étendu mes branches comme un térébinthe ; et mes branches sont des branches d'honneur et de grâce.

23. J'ai poussé des fleurs d'une agréable odeur comme la vigne ; et mes fleurs sont des fruits de gloire et d'abondance.

24. (Je suis la mère du pur amour, de la crainte, de la science et de l'espérance sainte.)

25. En moi est toute la grâce de la voie et de la vérité ; en moi est toute l'espérance de la vie et de la vertu.

26. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me, et à generationibus meis implemini :

27. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum.

28. Memoria mea in generationes seculorum.

29. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient.

30. Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt.

31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

32. Hæc omnia liber vitæ, et testamentum Altissimi et agnitio veritatis.

33. Legem mandavit Moyses in præceptis justiciarum, et hæreditatem domui Jacob, et Israel promissiones.

34. Posuit David puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, et in throno honoris sedentem in semipiternum.

35. Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum.

36. Qui adimplet quasi Euphrates sensum : qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis.

37. Qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die vindemiæ.

38. Qui perficit primus scire ipsam, et infirmior non investigabit eam.

39. A mari enim abundavit cogitatio ejus, et consilium illius ab abyssu magnâ.

40. Ego Sapientia effudi flumina.

41. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio : ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæductus exivi de paradiso.

42. Dixi : Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.

43. Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare ;

44. Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum.

45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.

46. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, et relinquam illam quærentibus sapientiam, et non desinam in progenies illorum usque in ævum sanctum.

47. Videte quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem.

26. Venez à moi, vous tous qui me désirez avec ardeur, et remplissez-vous des fruits que je porte ;

27. Car mon esprit est plus doux que le miel : et mon héritage surpasse et douçuit le miel le plus excellent.

28. (La mémoire de mon nom passera dans la suite de tous les siècles.)

29. Ceux qui me mangent auront encore faim, et ceux qui me boivent auront encore soif.

30. Celui qui m'écoute ne sera point confondu, et ceux qui agiront par moi ne pecheront point.

31. (Ceux qui m'éclaircissent auront la vie éternelle.)

32. Tout ceci est le livre (de vie), l'alliance du Très-Haut (et la connaissance de la vérité).

33. Moïse nous a donné la loi (avec les préceptes de la justice, (la loi qui contient l'héritage à la maison de Jacob, (et les promesses faites à Israël).

34. Le Seigneur a promis à David son serviteur de faire sortir de lui le Roi très-puissant, qui doit être éternellement assis sur un trône de gloire ;

35. Qui répand la sagesse, comme le Phison répand ses eaux, et comme le Tigre dans le temps des nouveaux fruits ;

36. Qui répand l'intelligence comme l'Euphrate, (qui se déborde) comme le Jourdain pendant la moisson ;

37. Qui fait rejaillir la science comme la lumière, et (qui multiplie ses eaux) comme le Gehon pendant la vendange.

38. C'est lui qui le premier a parfaitement connu la Sagesse ; et elle est impénétrable aux âmes faibles.

39. Car ses pensées sont plus vastes que la mer, et ses conseils plus profonds que le grand abîme.

40. Moi, la Sagesse, j'ai fait couler de moi des fleuves.

41. Je suis sortie du paradis, comme le ruisseau de l'eau immense d'un fleuve, (comme l'écoulement d'une rivière,) et comme le canal qui conduit ses eaux.

42. J'ai dit : J'arroserai (les plants de) mon jardin, et je rassasierai d'eau (le fruit de) mon pré.

43. Mon canal est devenu un grand fleuve, et mon fleuve est devenu une mer.

44. La lumière de la science que je répandrai sur tout le monde sera comme la lumière du matin, et je la ferai passer dans la suite des siècles.

45. (Je pénétrerai jusqu'au plus profond de la terre ; je lancerai mes regards sur tous ceux qui dorment, et j'éclairerai tous ceux qui espèrent dans le Seigneur.)

46. Je répandrai encore une doctrine divine, comme celle des prophètes ; je la laisserai à ceux qui recherchent la sagesse ; (et je ne cesserai de leur être présente de race en race jusqu'au siècle saint).

47. Considérez que je n'ai point travaillé pour moi seule, mais pour tous ceux qui recherchent la vérité.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANIMAM SUAM, id est, se ; q. d. : Volo jam introducere sapientiam se commendantem (1).

(1) SAPIENTIA LAUDABIT ANIMAM SUAM. *Commendabit semetipsam*, id est, introducere eam volo laudes suas verissimas prædicantem. Ideò in Sixtinâ titulus hujus capitis est : LAUDATIO SAPIENTIE. *Sapientiam* autem hic intellige tum in fonte, ut est in Deo, tum in rivis, ut Proverb. 8, et supra 1.

ET IN DEO HONORABITUR. Non est in Græco.

ET IN MEDIO POPULI SUI GLORIAMTUR. Apud amantes sui. (Grotius.)

VERS. 2. — VIRTUTIS, id est, exercitiis cœlestis.

VERS. 5. — PLENTUDINI, id est, multitudine. *Admirabitur*, id est, erit in admiratione (1).

(1) VERS. 4. — ET IN MULTITUDINEM HABEBIT LAudem : nam à sanctis angelis et electis laudabitur in cœlis.

ET INTER BENEDICTOS BENEDICETUR ; id est, bona dicetur, dicendo illud quod sequitur de sua emanatione æternâ, per quam habet bonitatem infinitam à Patre, sicut deitatem, non tamen aliam numero, sed eandem. (Lycanus.)

VERS. 6. — SICUT NEBULA, scilicet tenebris, quæ erant super faciem abyssi, vel simul erat nebula quiddam simile tunc (1).

VERS. 7. — COLUMNA, scilicet de qua Psal. 89 : In columnâ nubis loquebatur ad eos (2).

VERS. 8. — GYRUM, id est, orbem. CIRCUIVI, pro circumdedi, seu circumposui, vel q. d. : Mihi soli noti cœli et orbis (3).

VERS. 11. — VIRTUTE, id est, potentiâ. CALCAVI, id est, mihi subjeci. REQUIEM, id est, populum, in quo velut requiescerem. HÆREDITATE, scilicet Dei populo.

VERS. 12. — CREAVIT, scilicet quantum ad humanitatem; vel positum pro genuit. TABERNACULO, scilicet Ecclesia (4).

VERS. 13. — HÆREDITARE, id est, posside velut hæreditatem.

VERS. 14. — CREATA, scilicet quantum ad humanitatem prædestinata; vel positum pro genita. HABITATIONE, scilicet in corpore, vel tabernaculo testimonii. MINISTRAVI, pro feci ministrari (5).

EGO EX ORE ALTISSIMI, etc. Græca ad verbum : Ego ex ore Altissimi exivi, et sicut nebula cooperui terram. Hactenus proposuit encomium, nunc narrationem sive amplam ornatamque commemorationem cum originis tum operum suorum instituit. Significat enim nullam rerum naturam esse in mundo in qua creandâ efficiendâque non affuerit. Ab hac universitate ad peculiarem populum Israel, quasi ad propriam hæreditatem, progreditur. Ei enim lex est data, in qua summa sapientiâ continetur et ex qua tanquam ex quodam fonte hæc ipsa præcepta emanarunt. (Badvellus.)

(1) LUMEN INDEFICIENS : sol; nam illa lux quæ beatas collustrat mentes, quæque omnem hominem illuminat, ipsa est Sapientiâ, nonaliquid quod lecerit. INDEFICIENS, inexinctum. SICUT NEBULA : nominandi casu : quod quaquaversus Sapientiâ diffundatur.

(Bossuet.)

(2) EGO IN AETISSIMIS HABITAVI, etc. Significat se in superioribus mundi partibus naturisque condendis, ut in cœlo atque aere, affuisse, et quasi sedem ac domicilium habuisse; nihil enim est in naturâ, in quo creando aut gubernando Sapientiâ non sit versata. Omnia enim verbo Dei sunt effecta, eoque gubernata sustentaque consistunt, ex quo Sapientiæ æternitas cognoscitur.

(Biblia Vatabli.)

(3) VERS. 10. — IN OMNI GENTE PRIMATUM HABUI. Nam omnis potestas hominum à Deo est. (Menochius.)

(4) QUI CREAVIT, id est, produxit, vel genuit ME, et REQUIEVIT perpetuò in TABERNACULO MEO, id est, eodem mecum habitaculo utitur semper; neque enim habitavit unquam Deus in aliquo populo in quo non etiam habitavit Sapientiâ, quæ divelli nunquam potest à Deo, cum ipsa quoque sit Deus. (Tirinus.)

(5) AB INITIO ET ANTE SECUla CREATA SUM, etc. Abutebantur hoc loco Ariani, quasi Filius Dei, qui est Sapientiâ Patris, fuisset creatus et factus. Sed creare in Scripturâ sacrâ nonnunquam etiam pro gignere ponitur, ut ibi Psal. 101 : Populus qui creabitur, laudabit Dominum; sine dubio populus qui gignetur et nascetur ex parentibus suis ordinariâ viâ. Igitur Sapientiâ Patris ante secula genita est, imò, ut præcedit vers. 5 : Ex ore Altissimi prodivi : nempe, ut ex ore corporis procedit verbum sensibile, ita et ex substantiâ Patris, velut ex ore, ab æterno procedit Verbum increatum et insensibile, qui est Filius Dei. Alibi dicitur et ex utero procedere, ut Psal. 409 : Ex utero ante luciferum genui te. Aliàs quoque ex corde Patris, ut in hymno illo : Corde natus ex parentis, etc. Sed diversis metaphoris res eadem significa-

VERS. 15. — Sic, scilicet ministrans. SION, scilicet Jerusalem, vel Ecclesia. FIRMATA SUM, id est, firmiter mansi. SIMILITER, pro præterea (1).

VERS. 16. — RADICAVI, id est, radices egi. IN PARTES, pro in parte, id est, sorte. HÆREDITAS, pro quæ est hæreditas. PLENITUDINE, id est, pleno cœtu.

VERS. 17. — CEDRUS, jungo cum in Libano. SION, per W sin dicitur et Hermon. Vide Deut. 4. Hic Græcè, Hermon.

VERS. 18. — PALMA, jungo cum in Cades. CADES, pro Engadi, seu Gadi, quæ prope Jericho. Græcè, Gaddi.

VERS. 19. — PLATANUS, jungo cum juxta aquam. IN PLATEIS, id est, viis latis, seu palam.

VERS. 20. — AROMATIZANS, id est, fragrans. UNGULA, genus aromatis, quod Exod. 30 dicitur onyx, id est, unguis. GUTTA, scilicet ex myrrhæ frutice fluens; dicitur et stacte.

VERS. 21. — LIBANUS, id est, thus. NON INCISUS. Græci atomum dicunt. Vide Plin. lib. 12, cap. 14. VAPORAVI, id est, replevi odore. MIXTUM, id est, adulteratum mixtione aliqua.

tur; videlicet generatio Filii ex substantiâ Patris. Et quidem quæ hic dicuntur de Sapientiâ æternâ, usu ecclesiastico decantantur in laudibus B. Virginis Deiparæ; non quòd propriè in eam competant hæc verba, sed quia ad eam sensu non inepto accommodari possunt; videlicet ut ipsa intelligatur singulari quodam et præ aliis hominibus excellentiori modo, ab æterno fuisse ordinata, id est, prædestinata ad sublimiorem sanctitatis honorem, et eum gradum, ut mater præordinaretur æterni illius Patris Filii. Cæterum quòd æterna Dei Sapientiâ subjungit : Et in habitatione sanctâ coram ipso ministravi, significat Ecclesiasticus quòd sacerdotes in tabernaculo Deo deservierint per Sapientiam Dei, eodem modo quo ad Rom. 8 : Spiritus sanctus dicitur postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. (Estius.)

(1) ET SIC IN SION FIRMATA SUM, ET IN CIVITATE SANCTIFICATA SIMILITER REQUIEVI, ET IN JERUSALEM POTESTAS MEA; q. d. : Ego Sapientiâ per meum tabernaculum et templum, quod in monte Sion per Davidem et Salomonem ædificavi, firmiterque collocavi, cum prius per mobile tabernaculum moverer, et vagarer per varias Judææ urbes, in Sion firmata firmiterque locata sum. Unde in civitate per templum cultumque meum sanctificata, puta in Sion et Jerusalem firmiter requievi; in arcâ enim et propitiatorio templi residere et requiescere dicebatur Deus, præsertim quia ex eo loquebatur dabatque oracula. Unde non tantum dignitatem ecclesiasticam, sed et secularem regiamque potestatem in eadem collocavi : David enim regium thronum fixit in Sion et Jerusalem, eumque secuti sunt omnes ejus posterii. Unde Græca, Romæ emendata, habent : In Sion firmata sum in civitate dilectâ (legunt ἡγαπημένην, id est, dilectâ, cum Complut. et noster legant ἡγιασμένην, id est, sanctificatâ) similiter quiescere me fecit, et in Jerusalem potestas mea; Tigurina : Et in Sion confirmata sum; tum etiam in charâ civitate quietem [mihi] dedit et Hierosolymis adepta sum potestatem; Syrus : Et rursus in Sion steti, in civitate quæ est dilecta illi, sicut ego requievi, et in Jerusalem imperium meum fuit, puta regia sedes regumque thronus.

Mysticè hæc omnia adaptes B. Virgini. Illi ergo verius acclames id quod Israelita acclamârunt victrici Judith ob casum Holofernem : Tu gloria Jerusalem, tu latitia Israel, tu honorificentia populi nostri, Judith 15, 10. (Corn. à Lap.)

VERS. 25. — **FRUCTUS**, pro *fructibusque*. **NON STANS**, id est, divitiarum. **GRÆCE**, = *...*

VERS. 25. — **VIRTUTIS**, id est, fortitudinis.

VERS. 26. — **GENERATIONIBUS**, id est, fructibus.

VERS. 27. — **MEA**, q. d., sapientium (1).

VERS. 30. — **IN ME**, id est, me juvante.

VERS. 32. — **ILLE**, scilicet, præstat. **TESTAMENTUM**, id est, pactum.

VERS. 35. — **JUSTITIARUM**, pro justitiæ, scilicet, faciendæ. **HEREDITATEM**, scilicet, promissit, si illa servarent. **PROMISSIONES**, id est, promissa scilicet, se daturum.

VERS. 34. — **POSUIT**, id est, statuit, scilicet, Deus.

VERS. 35. — **IMPLET**, id est, **PHISON**, id est, *Ganges*. **NOVORUM**, id est, novarum frugum facit abundare (2).

VERS. 36. — **SENSUM**, id est, intelligentiam.

VERS. 37. — **ASSISTENS**, scilicet, cum copiâ aquarum spiritualium. **GEON**, id est, Nilus.

(1) VERS. 29. — **QUI EDUNT ME, ADHUC ESURIENT; ET QUI BIBUNT ME, ADHUC SITIENT.** Si de presenti seculo intelligatur, sensus erit : Quicumque mei compotes sunt, majori adhuc desiderio accendentur, ut magis mei fiant particeps. Nam Sapientia ex parte acquisita majorem sui excitat cupiditatem. Si de futuro, sensus erit : Qui mei compotes facti fuerint, nullum mei fastidium patientur, sed semper adhuc esurient et sitient, id est, semper in eis manebit appetitus ac desiderium meæ præsentis, qui tamen appetitus in illâ beatâ vitâ à te desideratâ nunquam separabitur. Prior tamen sensus magis congruit contextui, sicut et verborum illorum quæ præcedunt, vers. 11 : *In omnibus requiem quævisi*, hic sensus est : In omni creaturâ quævisi locum habitationis. Unde et sequitur : *In Jacob inhabitata*, etc., videlicet, quia in populo Israelitico Sapientia Dei specialiter sibi sedem finxit. (Estius.)

(2) **QUI IMPLET QUASI PHISON SAPIENTIAM :** quasi Phison aquas, ita Salomon sapientiam effundit. Hic versiculus cum superioribus ita jungendus est ex Romanâ editione cæterarum accuratissimâ : vers. 32. Vera sapientia est, Altissimi legem servare, vers. 35, quam Moyses hæreditatis loco Israeli dedit. Versiculus 34 in Græco deest. Vers. 35 : *Ipsè Dominus effundens sapientiam, ut Phison aquas, et sicut Tigris in diebus novorum fructuum, vel sub messis initium.* Phisonem ipsum esse Phasidem, celeberrimum Colchidis amnem, ostendimus. Is verò sub messis initium, non secus ac Tigris et Euphrates, exundat ob liquatas nives ex Armenia montibus, ubi horum annuum origo est. (Calmet.)

CAPUT XXV.

1. In tribus placitum est spiritui meo, qui sunt probata coram Deo et hominibus ;

2. Concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier benè sibi consentientes.

3. Tres species odovit anima mea, et aggravor valdè animæ illorum :

4. Pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.

5. Quæ in juventute tuâ non congregâsti, quomodo in senectute tuâ invenies ?

6. Quàm speciosum canticii judicium, et presbyteris cognoscere consilium !

7. Quàm speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus et consilium.

8. Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei.

VERS. 38. — **PERFICIT**, id est, facit. **INFIRMIOR**, scilicet, animus (1).

VERS. 39. — **A MARI**, id est, plusquàm mare. **ECUS**, scilicet, sapientia. **IN ADYSSO**, pro *velut abyssus*, id est, profundissimum.

VERS. 41. — **FLUVIUS DIORVA**, id est, fossa à fluvio diducta. **PARADISO**, q. d., à Deo.

VERS. 42. — **INTERIUS**, id est, irrigabo. **PARTUS**, id est, productionis. **Quidam** pratus legunt pro *prati*.

VERS. 45. — **APPROXIMAVIT**, etc., id est, mari similis factus est.

VERS. 44. — **ANTELOCANUM**, id est, diluculum, scilicet, quod paulatim crescit. **LONGINQUEM**, id est, remotas gentes.

VERS. 45. — **INFERIORES**, etc., scilicet, limbum, quò Christus descendit ; vel quasi dicat, tertiam, quò descendit carnem sumpturus. **DORMIENTES**, id est, mortuos, scilicet, corpore, vel animâ per peccatum (2).

VERS. 46. — **QUASI PROPHETIAM**, q. d., revelatam. **DESINAM**, scilicet, effundere. **SANCTUM**, scilicet, vitæ æternæ (3).

(1) **QUI PERFICIT PRIMUS SCIRE IPSAM, etc.** Alii verunt : *Quam neque primus perfecte novit, nec ultimus item pervestigavit. Nec primus, nec ultimus, homo est, nemo unquam.* (Castalio.)

(2) **PENETRAVO OMNES INTERIORES PARTES TERRE.** Hæc loquitur Sapientia Patris Christus Dominus, descensus suum ad inferos significans, quo illuminavit et recreavit patres dudum illum expectantes. Vide eleganter Irenæum lib. 4 cont. hæres. c. 59. (Estius.)

(3) **Le Fils de Dieu a repandu une doctrine divine comme celle des Prophètes, parce que les Apôtres ont été les Prophètes de la loi nouvelle, comme les Prophètes ont été en quelque sorte les Apôtres de l'ancienne. Il a laissé cette doctrine à ceux qui recherchent la sagesse, et il leur sera toujours présent jusqu'à la fin des siècles, comme il est dit dans l'Évangile, afin qu'ils gardent ce précieux dépôt par le Saint-Esprit, comme dit saint Paul à Timothée, et qu'ils ne substituent jamais des opinions humaines à la place de ces traditions divines, qui sont ce fleuve d'eau vive sorti du paradis dont il est parlé auparavant, qui coulera dans tous les siècles, comme dit saint Grégoire, et d'où les âmes humbles et fideles puiseront toujours cette eau vivante qui descend du ciel et qui mène au ciel.** (Sacy.)

CHAPITRE XXV.

1. Trois choses plaisent à mon esprit, qui sont approuvées de Dieu et des hommes :

2. L'union des frères ; l'amour des proches ; un mari et une femme qui s'accordent bien ensemble.

3. Il y a trois sortes de personnes que mon âme hait, et dont la vie m'est insupportable :

4. Un pauvre superbe ; un riche menteur ; et un vieillard fou et insensé.

5. Comment trouverez-vous dans votre vieillesse ce que vous n'avez point amassé dans votre jeunesse ?

6. Qu'il est beau à la vieillesse de bien juger, et aux vieillards d'avoir de la lumière et du conseil !

7. Que la sagesse sied bien aux personnes avancées en âge, et une conduite éclairée à ceux qui sont élevés en gloire !

8. L'expérience consommée est la couronne des vieillards ; et la crainte de Dieu est leur gloire.

9. Novem insuspiciabilia cordis magnificavi, et decimum dicam in lingua hominibus.

10. Homo qui jucundatur in filiis, vivens et videns subversionem inimicorum suorum.

11. Beatus qui habitat cum muliere sensata, et qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.

12. Beatus qui invenit amicum verum, et qui enarrat justitiam auri audienti.

13. Quam magnus, qui invenit sapientiam et scientiam! sed non est super timentem Dominum.

14. Timor Domini super omnia se superposuit.

15. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei; qui tenet illum cui assimilabitur?

16. Timor Dei, initium dilectionis ejus: fidei autem initium agglutinandum est ei.

17. Omnis plaga, tristitia cordis est: et omnis malitia, nequitia mulieris.

18. Et omnem plagam, et non plagam videbit cordis:

19. Et omnem nequitiam, et non nequitiam mulieris:

20. Et omnem obductum, et non obductum odientium:

21. Et omnem vindictam, et non vindictam inimicorum.

22. Non est caput nequius super caput colubri:

23. Et non est ira super iram mulieris. Commorari leoni et draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.

24. Nequitia mulieris immutat faciem ejus, et obæcat vultum suum tanquam ursus, et quasi saccum ostendit.

25. In medio proximorum ejus ingemuit vir ejus, et audiens suspiravit modicum.

26. Brevis omnis malitia super malitiam mulieris; sors peccatorum cadat super illam.

27. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.

28. Ne respicias in mulieris speciem, et non concupiscas mulierem in specie.

29. Mulieris ira et irreverentia, et confusio magna.

30. Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.

31. Cor humile, et facies tristis, et plaga cordis, mulier nequam.

32. Manus debiles, et genua dissoluta, mulier que non beatificat virum suum.

33. A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur.

34. Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi.

35. Si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.

36. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

9. Neuf choses se présentent à mon esprit qui me paraissent heureuses; et j'exposerai la dixième (aux hommes) par mes paroles.

10. Un homme qui trouve sa joie dans ses enfants; un homme qui vit et qui voit la ruine de ses ennemis.

11. Heureux celui qui demeure avec une femme de bon sens, qui n'est point tombé par sa langue, et qui n'a point été asservi à des personnes indignes de lui.

12. Heureux celui qui trouve un ami véritable, et qui parle (de la justice) à une oreille qui l'écoute.

13. Combien est grand celui qui a trouvé la sagesse (et la science!) mais rien n'est plus grand que celui qui craint le Seigneur.

14. La crainte de Dieu s'éleve au-dessus de tout.

15. (Heureux l'homme qui a reçu le don de la crainte de Dieu;) à qui comparerons-nous celui qui la possède?

16. (La crainte de Dieu est le principe de son amour; et on doit y joindre inséparablement un commencement de foi.)

17. La tristesse du cœur est une plaie universelle; et la malignité de la femme est une malice consommée.

18. Toute plaie (est supportable,) plutôt que la plaie du cœur;

19. Toute malice, plutôt que la malice de la femme;

20. Toute affliction, plutôt que celle que nous causent ceux qui nous haïssent;

21. Toute vengeance, plutôt que celle qui vient de nos ennemis.

22. Il n'y a point de tête plus (méchante) que la tête d'un serpent;

23. Ni de colère plus aigre que la colère de la femme. Il vaut mieux demeurer avec un lion et avec un dragon, que d'habiter avec une méchante femme.

24. La malignité de la femme lui change tout le visage; (elle prend un regard sombre, farouche comme un ours;) et son teint devient noirâtre comme un sac.

25. Son mari se plaint au milieu de ses proches, et entendant, il retient ses soupirs.

26. Toute malice est légère au prix de la malice de la femme; qu'elle tombe en partage au pécheur.

27. La méchante langue d'une femme est à un homme paisible ce qu'une montagne sablonneuse est aux pieds d'un vieillard.

28. Ne considérez point la beauté d'une femme, et ne la désirez point (parce qu'elle est agréable).

29. La colère de la femme, son audace, et la confusion qui la suit est grande.

30. (Si la femme a la principale autorité, elle s'éleve contre son mari.)

31. La mauvaise femme est l'affliction du cœur, la tristesse du visage, et la plaie mortelle de son mari.

32. La femme qui ne rend pas son mari heureux est l'affaiblissement de ses mains, et la débilité de ses genoux.

33. La femme a été le principe du péché; et c'est par elle que nous mourons tous.

34. Ne donnez point à l'eau d'ouverture, (quelque petite qu'elle soit;) ni à une femme la moindre liberté (de se produire au-dehors).

35. Si vous ne l'avez comme sous votre main lorsqu'elle sort, (elle vous couvrira de confusion à la vue de vos ennemis.)

36. Séparez-vous de corps d'avec elle, (de peur qu'elle n'abuse toujours de vous).

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 5.—AGGRAVORABILIA, id est, indigne fero vitam (2).

VERS. 6. — CANTIEL, id est, senibus. PRESBYTERS, id est, senibus, repetitio.

VERS. 8. — CORONA, id est, ornamentum (5).

VERS. 9. — INSUSPICABILIA CORDIS, id est, de quibus nemo male suspicetur, seu sentiat. IN LINGUA, id est, modo meo, seu ut potero eloqui (4).

VERS. 10.—INMICORUM, scilicet, spiritualium (5).

(1) ET VIR ET MULIER BENE SIBI CONSENTIENTIS : SIVE concorditer conjunctèque viventes. Translatio verbi videtur sumpta à convivis, quæ Græcè à *computando* appellantur; in quibus invitatio ad bibendum familiaris ordine instituta atque ipsius poculi circumlatio *συναποποση* nominatur; itaque *pro convictu ac vitæ conjunctione* accipitur. Cum autem convictus concors summusque consensus in omni amicitia requiratur, tum præcipue in conjugio, in quo idem torus ac lectus sine concordia non potest non esse peramarus. Cicero appellat *propinquos bene convenientes*. (Biblia Vatabli.)

(2) TRIS SPECIES ODIVIT ANIMA MEA, ET AGGRAVOR VALDE ANIMÆ ILLORUM. *Anima*, id est, animalis cupiditati, indoli et vitæ, hoc est, moribus, modoque vivendi *illorum*; q. d.: *Aggravor*, id est, graviter fero illorum indolem et mores. Unde Græca habent: *περαιοψιβαα σφδδρα τη ζωή αβτων*, id est, *ffendor, stomachor, indignor vitæ ipsorum*; Tigur.: *Eorumque vitam perquam iniquè fero*. Quia sicut monstra naturæ communiter brevis sunt vitæ, ita hæc monstra in genere moris, brevis esse deberent, ait Palacius. Syrus: *Affligor valde super vitâ illorum: super vitâ, id est, super modo vivendi et inconcinnis moribus eorum*. Recensuit tria hominum genera quæ sibi placere dixit, eò quòd vivant decenter et congruè suo statui, nimirum quòd sint concordēs in eadem familiarità, congregatione vel connubio. Congregationi enim nihil ita congruit ac concordia; hanc enim sibi deposit ipsa congregationis natura, quæ in unione et concordia consistit; atque hæc est ratio à priori, cur concordia ad eò Deo et hominibus sit grata, tamque arcè et graviter ab eo sancita. Nunc totidem genera hominum recenset, quæ sibi, puta, sapientiæ et sapienti Siracidi mirè displicent, eò quòd vivant incongruè et difformiter suo gradui et statui, ad eòque pugnent cum naturæ suæ conditionis.

(Corn. à Lap.)

VERS. 4. — SENEM FATUUM ET INSENSATUM. Græca ad verbum: *Et senem adulterum diminutum intelligentiâ*, id est, mentis rationisque expertem. Eà ætate naturæ libidinis ardor debet minui atque exstingui, mentis verò vigor augeri usque rerum ac prudentiâ confirmari: itaque monstrum quoddam esse videtur senex imperitus atque ignarus, et idem libidinosus ac impudicus.

(Badvellus.)

VERS. 5. — QUE IN JUVENTUTE TUA NON CONGRUASTI, scilicet, sapientiam addiscendo, quomodo IN SENECTUTE TUA INVENIES? Quasi dicat: Nullo modo, quia tunc sensus interior et exterior hebetatur.

(Lyranus.)

(5) CORONA SENUM, deus et ornamentum senectutis. GLORIA ILLORUM, id scilicet in quo gloriari debent, et quodammodo jactare: in Græco enim est *gloriatio*.

(Menoehius.)

(4) NOVEM INSUSPICABILIA CORDIS, id est, de quibus nemo malè suspicetur aut sentiat, MAGNIFICAVI; ET DECIMUM DICAM IN LINGUA, id est, quantum potero lingua et eloquentiâ meâ celebrabo et commendabo hominibus, tanquam maximè optanda et expetenda.

(Tirinus.)

(3) VERS. 12.—BEATUS QUI INVENIT AMICUM VERUM. In Græco: *Beatus qui prudentiam assecutus*.

(Castalio.)

VERS. 16. — AGGLUTINANDUM, etc., q. d., conjunctum est cum Dei timore, scilicet, ex utroque nascitur Dei dilectio (1).

VERS. 17. — OMNIS, id est, summa. Id videtur decimum, nisi dividas sapientiam et scientiam; tunc enim erit timor Domini.

VERS. 18. — ET OMNEM, etc., q. d.: Omnem molestiam feras potius quam tristitiam; et omne malum potius quam malitiam mulieris.

VERS. 20. — OBDUCTUM, id est, inductam afflictionem. ET NON, pro *potius quam*.

VERS. 21. — VINDICTAM, scilicet, in te factam (2).

VERS. 25. — QUAM, pro *potius quam*.

VERS. 24.—TANQUAM URSUS, scilicet, indignabunda. SACCU, scilicet, plena malitiâ, vel horrida.

VERS. 25. — MODICUM, scilicet, celans animi mororem præ pudore.

VERS. 26. — BREVIS, id est, parva. SUPER MALITIAM,

VERS. 15. — QUAM MAGNUS QUI INVENIT SAPIENTIAM ET SCIENTIAM! SED NON EST SUPER TIMENTEM DOMINUM. Hæc sunt ex postremis insuspicabilibus, quæ hic decem enumerantur. Pro *insuspicabilibus* alii vertunt *conjecturas*. Significat ergo decem esse genera hominum quos secundum morem hujus vitæ beatos dicere seu suspicari possumus. Ubi octavo loco ponit eum qui invenit sapientiam. Et quidem nonum intelligit nonnulli eum qui invenit scientiam, et decimum timentem Deum; et ita distinguunt sapientiam et scientiam, quòd et illa sit rerum divinarum, hæc humanarum. Sed sciendum est scientiam in Græco non haberi. Et proinde qui habet sapientiam ponitur octavo loco; qui autem timet Dominum nono loco, ut sensus sit: Magnus quidem est qui sapientiam acquisivit, sed eò adhuc major est qui timet Dominum. Intelligit autem sapientiam non secundum plenam sui rationem, quâ dicitur Job. 28: *Ecce timor Domini ipsa est sapientia*, sed tantum quâ parte per eam res divinæ cognoscuntur. Sed quæstio hinc nascitur: Quod ergo sit decimum insuspicabile? Resp.: Ubi habemus: *Timor Domini super omnia se superposuit*. Græca quædam non timorem habent, sed dilectionem. Ut hic illud significetur, quod Apostolus ait, Cor. 13: *Major autem horum est charitas*. Nam etiamsi in præcedenti sententiâ intelligatur quoque timor, seu reverentia filialis, tamen in filiis præstantioris virtutis actus est, et affectio divini or ipsa dilectio quam timor aut reverentia. (Estius.)

(1) TIMOR DEI. Hic versus in Sixtinâ deest, supplendus ex aliis codicibus. FIDELI AUTEM INITIUM AGGLUTINANDUM EST EI: Græcè fides initium agglutinandi se ei, sive agglutinationis (conjunctionis) cum eo. (Bossuet.)

(2) NON EST CAPUT NEQUIUS SUPER CAPUT COLUBRI, ET NON EST IRA SUPER IRAM MULIERIS. Uti coluber bestiarum perniciosissima est, et colubri caput, ubi virus clauditur, caput omnium nequissimum, ita nulla est ira perniciosior, acrior, ardentiorque irâ mulieris. Simile prorsus verò est Græcum interpretem in Hebræo codice legisse *rosch*, quæ vox plerumque *caput*, interdum etiam *virus*, fel amarum significat. Quamobrem reddere poterat: *Non est virus perniciosius quam virus colubri*.

..... Quippe minuti

Semper et infirmi est animi exiguique voluptas

Ut lio. Continuo sic collige, quòd vindictâ

Nemo magis gaudet quam femina.

Græcus: *Non est caput perniciosius capite colubri, et non est ira acrior irâ inimici*. Lethalior morsus haud est anguis morsu: savior vindicta nulla est vindictâ inimici qui diu odium fovit. (Calmet.)

pro præ malitiâ. Sors, etc., q. d. : Experiantur id peccatores, seu obveniat eis talis sors.

VERS. 28. — ET NON, pro ne fortè. IN SPECIE, id est, conspectâ formâ.

VERS. 29. — IRREVERENTIA, id est, probrium, seu impudentia. CONFUSIO, id est, pudor, scilicet, viro suo.

VERS. 31. — MULIER NEQUAM, scilicet, ista tria facit.

VERS. 32. — DEBILES, scilicet, facit, q. d., despondere animum. BEATIFICAT, id est, honorat. Græcè, *consolatur* (1).

VERS. 34. — EXITUM, scilicet, per foramen aliquod ; sub. alioquin effundetur tota. VENIAM, Græcè, *libertatem*. PRODEUNDI, scilicet pro suo arbitratu.

VERS. 35. — AD MANUM TUAM, id est, prope te, seu te ducente. CONFUNDET, id est, pudefaciet.

VERS. 36. — A CARNIBUS TUIS, id est, à corpore tuo, seu à te. ABSVINDE, id est, dimitte, dato libello repudii ; vel thoro separa. ABUTATUR TE, id est, tuâ patientiâ et lenitate (2).

(1) MANUS DEBILES ET GENUA DISSOLUTA, sunt scilicet eidem mulieri ; nec laborare audet, nec procedere. *Non illa cribrum, non molam tangat manu, Non si quid usquàm sordidum everrat domo : Ingens sedere credit ad furnum nefas,* ait Simonides.

MULIER QUÆ NON BEATIFICAT VIRUM SUUM. Sic est in textu Sixtino. At in annotatis : *Quæ ipsa maritum in adversis ejus rebus non consolatur.* (Grotius.)

(2) *Séparez-vous de corps d'avec elle, de peur qu'elle n'abuse toujours de vous.*

CAPUT XXVI.

1. Mulieris bonæ beatus vir : numerus enim annorum illius duplex.

2. Mulier fortis oblectat virum suum, et annos vitæ illius in pace implebit.

3. Pars bona, mulier bona ; in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis ;

4. Divitis autem et pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.

5. A tribus timuit cor meum, et in quarto facies mea metuit.

6. Delaturam civitatis et collectionem populi,

7. Calumniam mendacem ; super mortem omnia gravia :

8. Dolor cordis et luctus, mulier zelotypa.

9. In muliere zelotypâ flagellum linguæ, omnibus communicans.

10. Sicut boum jugum, quod movetur, ita et mulier nequam ; qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.

11. Mulier ebriosa, ira magna, et contumelia, et turpitudine illius non tegetur.

12. Fornicatio mulieris in extollentiâ oculorum, et in palpebris illius agnosceatur.

13. In filiâ non avertente se firma custodiam, ne inventâ occasione utatur se.

14. Ab omni irreverentiâ oculorum ejus cave, et ne mireris si te neglexerit.

15. Sicut viator, sitiens, ad fontem os aperiet, et

Le Sage ajoute que lorsqu'une femme a tellement effacé dans elle tous les restes de la pudeur qui est propre à son sexe, qu'elle se déshonore même par des excès honteux, on ne lui doit point laisser une liberté dont elle ne peut qu'abuser ; et que si on ne voit point de lieu de la faire rentrer dans le devoir, on s'en doit même séparer, selon qu'il est marqué dans l'Evangile. Quelques-uns donnent à ces paroles un sens plus spirituel. L'Eglise, dit-il, est l'épouse de Jésus-Christ et du pasteur qui tient sa place. C'est pourquoi les canons ont défendu à l'évêque de quitter son église, comme un mari ne doit point quitter sa femme. Mais lorsque les Chrétiens qui lui sont soumis se dérèglent, leur malice est la plus grande de toutes, selon ce que saint Augustin a dit que la méchanceté des Juifs et des idolâtres est grande ; mais que les mauvais Chrétiens sont les plus méchants de tous. Ils sont pires que les lions et que les dragons, parce que Jésus-Christ les ayant rendus des agneaux de Dieu, ils redeviennent volontairement des serpents, en se rendant semblables aux démons par l'orgueil et la corruption de leur vie. Un pasteur charitable voit ces désordres ; il en ressent une tristesse profonde dans son cœur, et il n'ose s'en plaindre qu'à ses proches et à ceux qui sont à Dieu comme lui, parce qu'il veut cacher les plaies de l'Eglise. Il doit prendre garde dans sa conduite, selon l'avis de saint Jacques, de ne point s'arrêter à l'éclat extérieur ni à la qualité des personnes ; mais s'opposer aux désordres, de quel que part qu'ils puissent naître, avec une force tempérée par sa sagesse, et avec une charitable sévérité. Que si ceux que Dieu lui a confiés lui sont tellement rebelles, qu'ils paraissent tout-à-fait endurcis et inconvertibles, il ne lui est pas défendu de les quitter, si Dieu lui en donne le mouvement, non plus qu'à un mari en certaines occasions de quitter sa femme, comme l'histoire de l'Eglise nous en fait voir des exemples dans plusieurs saints. (Sacy.)

CHAPITRE XXVI.

1. Le mari d'une femme qui est bonne est heureux ; car le nombre de ses années se multipliera au double.

2. La femme forte est la joie de son mari, et elle lui fera passer en paix toutes les années de sa vie.

3. La femme vertueuse est un excellent partage ; c'est le partage de ceux qui craignent Dieu ; (et elle sera donnée à un homme pour ses bonnes actions.)

4. Qu'ils soient riches ou pauvres, ils auront le cœur content ; et la joie sera en tout temps sur leurs visages.

5. Mon cœur a appréhendé trois choses ; et à la quatrième mon visage a pâli de peur.

6. La haine injuste de toute une ville, l'émotion séditieuse d'un peuple,

7. Et la calomnie inventée fausement, sont trois choses plus insupportables que la mort :

8. Mais la femme jalouse est la douleur et l'affliction du cœur.

9. La langue de la femme jalouse est perçante, et elle se plaint sans cesse à tous ceux qu'elle rencontre.

10. La femme méchante est comme un joug flottant sur des bœufs ; celui qui la retient est comme un homme qui prend un scorpion.

11. La femme sujette au vin sera un sujet de colère (et de honte), et son infamie ne sera point cachée.

12. La prostitution de la femme se reconnaîtra à son regard altier et à l'immodestie de ses yeux.

13. Redoublez votre vigilance à l'égard de la fille qui ne détourne point sa vue des hommes, de peur qu'elle ne se perde elle-même, si elle en trouve l'occasion.

14. Veillez sur celle qui a l'impudence dans les yeux ; et ne vous étonnez pas si elle vous néglige.

15. Elle ouvrira sa bouche (à la fontaine,) comme

ab omni aquâ proximâ bibet, et contra omnem palum sedebit, et contra omnem sagittam aperiet pharetram donec deficiat.

16. Gratia mulieris sedula delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit.

17. Disciplina illius, datum Dei est.

18. Mulier sensata et tacita, non est immutatio erudite animæ.

19. Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.

20. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.

21. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus.

22. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super aratam stabilem.

23. Columnæ aureæ super bases argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris.

24. Fundamenta æterna supra petram solidam, et mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

25. In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit :

26. Vir bellator deficiens per inopiam : et vir sensatus contemptus :

27. Et qui transgreditur à justitiâ ad peccatum : Deus paravit eum ad romphæam.

28. Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt : difficile exiit negotians à negligentia : et non justificabitur caupo à peccatis laborum.

VERS. 1.—DUPLEX, q. d., diutiùs videt(1).

VERS. 2. — FORTIS, scilicet, animo. IN PACE, pro pace(2).

VERS. 3.—PARS, id est, sors, seu hæreditas. PARTE, id est, sorte(3).

(1) MULIERIS BONÆ BEATUS VIR ; NUMERUS ENIM ANNO-
RUM ILLIUS DUPLEX. Hoc capite Sapiens multas tradit
sententias de bonis et malis mulieribus ; unde intelli-
gi potest ei non esse propositum vituperare hunc
sexum, sed monere tantummodò quæ in eo sunt ex-
petenda aut fugienda. (Badvellus.)

(2) MULIER FORTIS OBLECTAT VIRUM SUUM, ET ANNOS
VITÆ ILLIUS IN PACE IMPLEBIT. Duæ sunt mulierum
virtutes maximè laudabiles atque in conjugio gratæ :
una temperantia, quæ modestiam, pudorem ac re-
recundiam continet ; altera est industria à Latinis
nominata, quæ diligentiam adjunctam habet, labo-
remque facili suscipit. Altera probatur propter mo-
res ei sexui convenientes ; altera etiam est grata pro-
pter opportunitates rerum domesticarum, in quibus
acquirendis, conservandis, augendis mulier indu-
stria, diligens et laboriosa plurimum potest. Socrates
in œconomio Xenophontis, et Aristoteles in libro de
Re familiari, et D. Paulus 1 Tim. 2, 9, 10, has duas
virtutes in muliere conjugæ requirunt. Easdem sum-
mis extollit laudibus Salomon in illo encomio : *Mu-
lierem fortem quis inveniet ?* Prov. 31, 10. Sapiens in
primo versu locutus est de probitate et modestiâ,
nunc de alterâ ejus virtute ac laude loquitur.

(Biblia Vatabli.)

(3) PARS BONA IN PARTE TIMENTIUM DEUM, id est,
pro bonâ parte inter timentes Deum, PARTIS VIRO À
DEO PRO FACTIS BONIS, id est, pro suis meritis : unde
dicitur communiter quòd uxor bona est specie de
donum. (Lyranus.)

un voyageur presse de la soif : elle boira de toutes les
eaux qui seront près d'elle : elle s'assura sur tous
les morceaux de bois qu'elle rencontrera, et elle ou-
vra son carquois à toutes les flèches, jusqu'à ce
qu'elle se perde.

16. L'agrément d'une femme (soignée) sera la
joie de son mari ; et elle répandra la vigueur dans
ses os.

17. La bonne conduite de la femme est un don de
Dieu.

18. Une femme (de bon sens) est amie du silence ;
rien n'est comparable à l'âme d'une femme bien in-
struite.

19. La femme (sainte) et pleine de pudeur est une
grâce qui passe toute grâce.

20. Tout le prix de l'or n'est rien au prix d'une
âme vraiment chaste.

21. Comme le soleil se levant dans le ciel qui est
le trône de Dieu, orne le monde : ainsi le visage
d'une femme vertueuse est l'ornement de sa maison.

22. L'agrément du visage dans un âge mûr est
comme la lampe qui luit sur le chandelier saint.

23. La femme sage et posée demeure ferme sur ses
pieds, comme des colonnes d'or sur des bases d'ar-
gent.

24. (Les commandements de Dieu sont dans le
cœur de la femme sainte, comme un fondement éter-
nel sur la pierre ferme.)

25. Deux choses ont attristé mon cœur, et la troi-
sième m'a donné de la colère :

26. Un homme de guerre qui perit par la pauvreté ;
un homme sage qui est dans le mépris ;

27. Et celui qui passe de la justice au péché ; Dieu
réserve ce dernier au tranchant de l'épée.

28. (Deux choses m'ont paru difficiles et dangereu-
ses : celui qui traite avec circonspection les fautes ;
et celui qui vend du vin ne s'exemptera pas des pé-
chés (de la langue.)

COMMENTARIUM.

VERS. 4.—DIVITIS, etc., q. d. : Sive vir dives sit, sive
pauper, lætus erit tali uxore (1).

VERS. 5. — FACIES, scilicet, in vultu solet apparere
timor(2).

(1) DIVITIS AUTEM ET PAUPERIS COR BONUM. IN OMNI
TEMPORE VULTUS ILLORUM HILARIS : q. d. : Quando ho-
minis sive divitis, sive pauperis, cor bonum, id
est, tranquillum, serenum, jucundum, lætum est,
ob uxorem scilicet bonam et strenuam, tunc pariter
in omni tempore vultus illorum erit hilaris, serenus
et lætus, quia hilaritas cordis in hilaritatem oris et
vultus se exerit. Hæc sententia spectat ad vers. 2.
Unde Syrus transponens versum secundum in tertium,
illum cum hoc quarto sic immediatè connectit : *Mu-
lier fortis oblectabit maritum suum, et annos vita sue
in lætitiâ complebit* (maritus) ; sive dives sit, sive pau-
per, cor ejus bonum est semper, et facies hilaris. Tiguri-
na : *Uxor bona, etc., tam divitis cor erga dominum
legit enim* . . . pro quo noster et alii legunt,
et . . . id est, in omni tempore, quam pauperis
lætificat, ut omni tempore sint hilares. Sensus est,
q. d. : Nec opes, nec honores, nec epulæ, nec quid
aliud faciunt maritum felicem, sicut nec pauperies,
ignobilitas, fames, siccitas, interitum : sed lætitia vel
maestitia cordis et vultus, quam affert uxor bona vel
mala : bona enim cor vultumque mariti serenat et ex-
lilarat ; mala verò confundit, contristat et conta-
bescere facit. Sic bonam sumitur pro læto et jucundo,
Psal. 152, 1 : *Ecce quam bonum et quam jucundum
habitare fratres in unum !* Ex adverso, Matth. 6, ait
Christus : *Sufficit diei malitia, id est, maestitia et af-
flictio sua.* (Corn. à Lap.)

(2) A TRIBUS TIMUIT COR MEUM, etc. In hæc dicendi
formulâ est Hebraismus, qualis apud Amos, cap. 4,
5 et 11 : *Super tribus scleribus Danasci, et super*

VERS. 6.—DELATURAM, id est, proditionem, seu infamiam. Populi, scilicet, furentis (1).

VERS. 7.—OMNIA, scilicet, hæc.

VERS. 8.—DOLOR, pro at dotor. Id quartum est (2).

VERS. 9.—COMMUNICANS, id est, dicens, scilicet, quæ de viro suspicatur.

VERS. 10.—MOVETUR; adeoque et boves turbat et opus. Ita, scilicet, inquieta est. SCORPIONEM, q. d., læditur (3).

VERS. 11.—IRA MAGNA, pro iram magnam affert.

VERS. 12.—FORNICATIO, id est, impudicitia (4).

VERS. 13.—NON AVERTENTE SE, id est, curiosa.

VERS. 14.—IRREVERENTIA, id est, impudentia. TE NEGLEXERIT, id est, tua monita contempserit.

VERS. 15.—OS APERIET, etc., honestè describit turpem actum (5).

quartum non convertam eum. Videtur hæc phrasim respondere Italicæ nostræ, cum dicimus: *Sono ire, o quattro cose, che re no assai*, neque enim quod Hebraismo illo, quarto loco proponitur, semper tribus præcedentibus gravius est. (Menochius.)

(1) DELATURAM CIVITATIS: Græcè, *δρακόνιν*. Civitati crimen illatum, nec privatis tantum, sed universæ communitati, per calumniam. COLLECTIONEM POPULI: Græcè, turbæ, sive inconditæ multitudinis. CALUNNIAM MENDACEM, mendacium Græcè. (Bossuet.)

(2) DOLOR CORDIS ET LUCTUS MULIER ZELOTYPA. Ad dicitur in Græco, *contra mulierem*. Mulier mulieri æmula omnia tria ista mala superat; affert enim cordolium perpetuum, sæpè et luctus graves. Seneca Medea:

*Nulla vis flammæ tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cum conjux viduata tædis
Ardet et odit.*

Deinde post comparationes interpositas:

*Cæcus est ignis stimulatus irâ,
Nec regi curat, patiturve frenos;
Haud timet pœnas, cupit ire in ipsos
Obvius enses.*

Euripides in ejusdem argumenti tragœdiâ:

*Ni te torus stimulet, hæc non diceret:
Hic nempe ventum est, vestra si cedant bene
Conjugia habetis cæterum pensi nihil.*

Et est Græcum proverbium:

Mulieris æmulata incendit domum.

Hypsipyle in Ovidianâ epistolâ:

*Pellicis ipsa meos implèssem sanguine vultus,
Quosque veneficii abstulit illa suis.*

Medeæ Medeæ forem. (Grotius.)

(3) SICUT BOVM JUGUM QUOD MOVETUR, ITA ET MULIER NEQUAM. Ut discordes in jugo boves omnia perturbant, sic uxori mala conjugium. (Castalio.)

(4) FORNICATIO MULIERIS IN EXTOLLENTIA OCULORUM, ET IN PALPERRIS ILLIUS AGNOSCIETUR. Nempe ex oculis vagis et nutibus indecentibus faciliè deprehenditur animus impudicus. (Tirinus.)

(5) ET AB OMNI AQUA PROXIMA BIBET. Vel: *Ita ex vicinâ quilibet aquâ bibit*, nempe mulier impudica, quam per oculum impudentem innuere videtur. Vult

VERS. 16.—OSSA, id est, corpus.

VERS. 17.—DATUM, id est, donum.

VERS. 18.—IMMUTATIO, id est, pretium, seu quidquam quo commutes. ANIMÆ, scilicet, talis (1).

VERS. 21.—ALTISSIMIS, scilicet, cælis. SPECIES, id est, pulchritudo.

VERS. 22.—ET SPECIES, pro sic et species.

VERS. 23.—COLUMNÆ, pro sicut columnæ. ET PEDES, pro sic et pedes, id est, crurâ. STABILIS, id est, constantis.

VERS. 24.—FUNDAMENTA, pro sicut fundamenta. ÆTERNA, id est, firmissima.

VERS. 27.—ROMPHÆAM, id est, gladium, q. d., punctionem (2).

VERS. 28.—SPECIES, id est, rerum genera. NEGLIGENTIA, scilicet, recti. Græcè *delicto*. LABIORUM, scilicet, mendacis (3).

dicere: Sitim libidinis extinguit ex obvio quoque. Aqua enim rem veneram notat, ut Prov. 9, 17: *Aquæ furtivæ dulciores*; et in editione Græcâ: *Ab aquâ alienâ abstinè.* (Drusius.)

(1) VERS. 20.—OMNIS AUTEM PONDERATIO NON EST DIGNA CONTINENTIS ANIMÆ. Græcè est, libra, statera, pondus. Et est sensus: Nullum auri vel argenti pondus comparandum est cum animâ continente, id est, cum muliere castâ. In Græco additur *ejus* scilicet mulieris, ut hic genitivus regatur à præcedenti genitivo *anime*; nec propterea sensus mutatur. Potest autem et hoc modo sententia intelligi: Nihil comparari potest cum eo qui continens, id est, compos factus fuerit animæ illius, scilicet castæ mulieris. Nam continens pro compos sæpiusculè in his libris legitur. (Estius.)

(2) ET QUI TRANSGREDITUR A JUSTITIA AD PECCATUM, DEUS PARAVIT EUM AD RHOMPHEAM. Profectò longè dignior odio, contemptu et horrore est, quàm misericordiâ; iter enim justitiæ, quod novit, ac Dei donum, quod experius est, deserens et spernens iniquitatem et scelus sectatur. Tenebras luci præfert, libertati servitutem, Belialem Christo; idque temere et causâ incognitâ. *Obstupescite, cæli, super hoc; et portæ ejus, desolamini vehementer, dicit Dominus.* Jerem. 11, 12, 13: *Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* (Calmet.)

(3) *Celui qui trafique tombe aisément en diverses fautes, ou par l'avidité du gain, ou par la multiplicité des soins, qui effacent insensiblement de son cœur et de son esprit le souvenir de Dieu et de son salut.* *Et celui qui vend du vin, ce qui marque en général tous ceux dont la marchandise est l'occupation ordinaire, ne s'exemptera pas des péchés de la langue; c'est-à-dire qu'ils pécheront souvent par leurs paroles, sans qu'ils s'en aperçoivent, parce que ces personnes font peu de scrupule de se servir de toutes sortes de déguisements et de mensonges pour vendre, non selon que la justice le permet, mais selon que leur avarice le désire.* (Sacy.)

CAPUT XXVII.

1. Propter inopiam multi deliquerunt: et qui quartum locupletari, avertit oculum suum.

2. Sicut in medio compaginis lapidina palus figitur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustabitur peccatum.

3. Conteretur cum delinquente delictum.

CHAPITRE XXVII.

1. La pauvreté en a fait tomber plusieurs dans le péché; et celui qui cherche à s'enrichir détourne sa vue de la loi de Dieu.

2. Comme un morceau de bois demeure enfoncé entre deux pierres, ainsi le péché sera comme resserré entre le vendeur et l'acheteur.

3. (Le péché sera détruit avec le pécheur.)

4. Si non in timore Domini teneris te instanter, cito subvertetur domus tua.

5. Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.

6. Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.

7. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

8. Ante sermonem non laudes virum; hæc enim tentatio est hominum.

9. Si sequaris justitiam, apprehendes illam: et indues quasi poderem honoris, et inhabitabis cum eâ, et et proget te in sempiternum; et in die agnitionis invenies firmamentum.

10. Volatilia ad sibi similia conveniunt: et veritas ad eos qui operantur illam revertetur.

11. Leo venationi insidiatur semper; sic peccata operantibus iniquitates.

12. Homo sanctus in sapientiâ manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur.

13. In medio insensatorum serva verbum tempori; in medio autem cogitantium assiduus esto.

14. Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in deliciis peccati.

15. Loquela multum jurans, horripilationem capiti statuet: et irreverentia ipsius obturatio aurium.

16. Effusio sanguinis in rixâ superbiorum; et maledictio illorum auditus gravis.

17. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, et non inveniet amicum ad animum suum.

18. Dilige proximum, et conjungere fide cum illo.

19. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum.

20. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic et qui perdit amicitiam proximi sui.

21. Et sicut qui dimittit avem de manu suâ, sic dereliquisti proximum tuum, et non eum capies.

22. Non illum sequaris, quoniam longè abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus:

23. Ultra eum non poteris colligare. Et maledicti est cordatio:

24. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

25. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum adjiciet:

26. In conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur: novissimè autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum.

27. Multa odivi, et non coæquavi ei: et Dominus odiet illum.

28. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet; et plaga dolosa, dolosi dividet vulnera.

29. Et qui foveam fodit, incidet in eam; et qui statuit lapidem proximo, offendit in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.

30. Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, et non agnosceat undè adveniat illi.

4. Si vous ne vous tenez fortement attaché à la crainte du Seigneur, votre maison sera bientôt renversée.

5. Comme lorsqu'on remue le crible il n'y demeure que les ordures; ainsi lorsque l'homme s'inquiète dans sa pensée, il n'y demeure que l'irrésolution et le doute.

6. La tournaise éprouve les vases du potier, et l'affliction éprouve les hommes justes.

7. Comme le soin qu'on prend de l'arbre se fait connaître par son fruit, ainsi le cœur de l'homme se fait connaître par sa pensée et par sa parole.

8. Ne louez point un homme avant qu'il parle; car c'est à la parole qu'on éprouve un homme.

9. Si vous suivez la justice, vous l'acquerez, et vous en serez revêtu comme d'un habillement de gloire, (vous habiterez avec elle, et elle vous protégera pour jamais; et vous trouverez un ferme appui au jour de la manifestation de toutes choses.)

10. Les oiseaux se joignent avec leurs semblables; et la vérité retourne à ceux qui en font les œuvres.

11. Le lion est (toujours) au guet pour surprendre sa proie; ainsi le péché tend des pièges à ceux qui commettent l'iniquité.

12. L'homme saint demeure dans la sagesse, (comme le soleil dans sa lumière;) mais l'insensé est changeant comme la lune.

13. Quand vous serez au milieu des insensés, réservez-vous (à parler) pour un autre temps; mais trouvez-vous sans cesse parmi les personnes sages.

14. Les entretiens des pécheurs sont insupportables, parce qu'ils se font un jeu et un divertissement du péché même.

15. Le discours de celui qui jure souvent fera dresser les cheveux à la tête, et à ses mots horribles on se bouchera les oreilles.

16. L'effusion du sang suivra les querelles des superbes; et leurs injures outrageuses offensent ceux qui les écoutent.

17. Celui qui découvre les secrets (de son ami,) perd sa confiance; et il ne trouvera point d'ami selon son cœur.

18. Aimez votre prochain, et soyez-lui fidèle dans l'union que vous avez avec lui.

19. Si vous découvrez ses secrets, c'est en vain que vous tâcherez de le regagner;

20. Car celui qui détruit l'amitié qui le liait avec son prochain, est comme un homme qui aurait tué son ami.

21. Vous avez abandonné votre prochain, comme celui qui, tenant un oiseau, le laisse aller; vous ne le reprendrez plus.

22. En vain vous iriez après lui, car il est déjà bien loin; il s'est échappé comme une chèvre sauvage qui se sauve du filet, (parce que son âme est blessée).

23. Vous ne pouvez plus avoir de liaison avec lui. Après des injures, il y a encore lieu de se réconcilier;

24. Mais lorsque (une âme malheureuse) en vient jusqu'à révéler les secrets (de son ami,) il ne reste plus aucune espérance de retour.

25. Celui dont l'œil est complaisant et flatteur a souvent de noirs desseins dans l'âme; et nul néanmoins ne pourra s'en défendre.

26. Il n'aura devant vous que de la douceur sur la langue, et il admirera tout ce que vous direz; mais enfin il changera de langage, et il tendra des pièges à vos paroles.

27. Je hais bien des choses; mais je ne hais rien tant que cet homme; et le Seigneur le haitra aussi.

28. Si un homme jette une pierre en haut, elle retombera sur sa tête; et la blessure que fait le traitte rouvrira les siennes.

29. Celui qui creuse la fosse, y tombera; celui qui met une pierre pour y faire heurter son prochain, s'y heurtera; et celui qui tend un filet à un autre, s'y prendra lui-même.

30. L'entreprise concertée avec malice retombera

31. Illusio et improprius superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.

32. Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum : dolor autem consumet illos antequam moriantur.

33. Ira et furor, utraque execrabilia sunt, et vir peccator continens erit illorum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—OCULUM, id est, mentem, scilicet, à recto (1).

VERS. 2.—ANGUSTIABITUR, id est, premetur, scilicet, contrahens.

VERS. 3.—CONTERETUR, id est, consumetur, scilicet, cessabit. CUM DELINQUENTE, scilicet, in morte; vel q. d., comprimetur, inquam, delictum et delinquens: ut sit explicatio præcedentis; fit autem compressio vi quâdam, et lædit, et ipsa negotiatio velut impellit in peccatum, et animæ nocet.

VERS. 4.—INSTANTER, id est, diligenter, seu continenter (2).

(1) PROPTER INOPIAM MULTI DELIQUERUNT. Quædam exemplaria in primo membro habent *indifferentis*, cujus non esset habenda tanta ratio et contentio suscipienda ut justitia violaretur. Quo in genere sunt divitiæ, quarum studio homines ita inflammantur, ut nullam moderationem æquitatemque retineant. Ita Stoici philosophi ἀδιάφορα vocabant, quæ in bonis non sunt numeranda, nec ad beatam aut miseram vitam pertinent. Hæc nominis significatione Sapiens divitias vulgares ac despicibiles notat, aut certè non tanti faciendas ut earum causâ omne jus violetur. AVERTIT OCULUM SUUM. Alii, *pervertet*, quod idem significat, hominem animi mentisque aspectum à justitiâ deflectere, cum ad illud studium pecuniæ rei que immoderatius quærendæ ac augendæ totus convertitur. Itaque David Psal. 119, 36, hoc malum metuens, Deum orat: *Inclina cor meum ad testimonia tua, et non ad avaritiam.* (Badvellus.)

(2) SI NON IN TIMORE DOMINI TENERIS TE INSTANTER, cito subvertetur domus tua. Hæc sententia generalis ubique locum habet; hic tamen spectat ad avaros ementes et vendentes; q. d.: Hi avari si in emptionibus et venditionibus timorem Dei non servaverint, eoque avaritiam suam refrænârint, cito videbunt subverti suam domum, familiam et substantiam, quam suis dolis ædificârunt. Igitur avaritia est quæ hominem avarum in ruinam et exitium agit: hujus remedium est timor Dei, qui avarum se præcipitentem à præcipitio cohibet et refrænât. Unde Græca habent: *Nisi quis in timore Domini se continuerit studiosè, cito subvertetur ejus domus*; Tigurina: *Nisi quis religionem Domini studiosè tenuerit, brevi evertetur domus ejus*; Syrus: *Fili mi, si contra timorem Dei prævaricatus fueris paululum, tempore multo deficies.* Unde Gabriel Vasquez 1, 2 to. 2 disp. 196, c. 4. *Hæc sententiâ, inquit, monet Siracides mercatores, ut cum timore Dei negotientur, emant et vendant.*

Tropologicè, Lyranus: Si, inquit, non teneris te in timore Dei instanter, cito subvertetur ædificium virtutum propter pronitatem ad malum, juxta illud Genes. 8: *Sensus et cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentiâ suâ.* Est enim homo sicut navis in flumine deorsum currente; quæ nisi fortiter sursùm impellatur, seu detineatur, statim descendit per impetum fluminis: sic homo facilè labitur ad vitia, nisi fortiter per timorem Dei, quasi funem vel remulcum, se teneat contra impulsum fomitibus. Hucusque Lyran. Et S. Bernard. serm. 2 de

sur celui qui l'a faite; et il ne reconnaîtra point d'où ce malheur lui est arrivé.

31. Les insultes et les outrages sont réservés pour les superbes; et la vengeance fondra sur eux, comme le lion sur sa proie.

32. Ceux qui se réjouissent de la chute des justes, seront pris au filet, et la douleur les consumera avant qu'ils meurent.

33. La colère et la fureur sont toutes deux exécrationnelles; et l'homme pécheur les entretiendra toujours dans lui-même.

VERS. 5.—APORIA, id est, perplexitas, seu defectus, scilicet, mixtæ sunt dubiis hominum ratiocinationes (1).

VERS. 7.—RUSTICATIO, id est, cultus. VERBUM, scilicet, producit velut fructus (2).

VERS. 8.—SERMONEM, scilicet, ejus perspectum. TENTATIO, id est, exploratio, scilicet, proditur cujusque mens verbis.

VERS. 9.—POTEREM, id est, togam. AGNITIONIS, id est, judicii Dei.

VERS. 10.—VERITAS, id est, justitiâ. REVERTETUR, q. d.: Ad illos accedit, cumque illis manet (3).

VERS. 13.—TEMPORI, id est, opportunitati, scilicet, cum poterunt capere. COGITANTIUM, id est, prudentium (4).

Donis Spiritûs Sancti, c. 1: « Omne namque, inquit, virtutum ædificium illicò vergit in præcipitium, si « hujus gratiæ amiserit præsidium. » Quin et Comicus: « Animus, inquit, qui vereri scit, scit tutò ingredi. » Et Plinius lib. 7, epist. 17: « Timor est emendator « acerrimus. » Et alius: « Quem non corrigit pudor, « emendat timor. » (Corn. à Lap.)

(1) SICUT IN PERCUSSURA (CONCUSSIONE) CRIBRI REMANEBIT PULVIS, lapilli, arena, SIC APORIA, dubitatio, IN COGITATU, in ratiocinatione HOMINIS: velut cribratione quâdam bona malave consilia secernuntur. (Bossuet.)

VERS. 6.—VASA FIGULI. Hic consequenter describitur justitiæ probatio, cum dicitur: *Vasa figuli probat fornax*, etc.; nam illa quæ sunt bona et probata remanent, et non dissolvuntur, sed ibi solidantur; quæ verò reprobata, crepant et dissipantur.

ET HOMINES JUSTOS TENTATIO TRIBULATIONIS. Nam per eam electi in bono confirmantur, et reprobi per impatientiam franguntur. Et quia patientia latens in corde manifestatur in sermone, subditur: *Sicut rusticatio*, etc. (Lyranus.)

(2) SICUT RUSTICATIO DE LIGNO, id est, cultura arboris, OSTENDIT et proportione exhibet FRUCTUM ILLIUS (nam si diligenter colatur, multum fructum proferet), unde ex fructu deprehenditur quàm diligenter hortulanus arborem curaverit; sic VERBUM EX COGITATU CORDIS HOMINIS prolatum, ostendit fructum cordis, et per consequens quale et quomodò dispositum sit cor. (Tirinus.)

(3) QUI OPERANTUR ILLAM. Qui veraces sunt ac sinceri alios quoque tales experiuntur. *Operari veritatem* ita dicitur ut *facere veritatem*; quod explicant *facere opus veritatis*. Sic dicimus, *operari iniquitatem*. Locutiones istiusmodi notæ adeo sunt, ut exemplis supersedendum ideò mihi putem. Tantum moneo in quibusdam libris desiderari pronomen αὐτῶν. (Drusius.)

(4) SERVA VERBUM TEMPORI. Inutiliter enim profertur audientibus insensatis, qui ex illo non proficiunt. COGITANTIUM, eorum qui sunt meditabundi, ac proinde etiam prudentes.

IN MEDIO COGITANTIUM, id est, maturè res expendentium, id est, prudentium. (Menoehius.)

VERS. 14. — **IMBELLICIS**, scilicet, latantur, cum male fecerint.

VERS. 15. — **OPERATIO AURUM**, q. d., ferri à plus au ribus non potest.

VERS. 16. — **AUDITUS GRAVIS**, pro auditui molesta.

VERS. 17. — **ELIEM**, scilicet, quem desiderat de faciendo. **AD ANIMAM SUAM**, id est, ut optat.

VERS. 18. — **FIDE**, id est, fidelitate.

VERS. 19. — **NON PERSEQUERIS** ; q. d. : Fugiet te, nec assequeris illum.

VERS. 20. — **SIC ET**, pro seu, ut continetur cum sequentibus ; vel q. d. : Perinde est ac perdere amicitiam.

VERS. 25. — **ET MALEDICTI**, etc. : q. d. : Si ei fecisses injuriam, posset reconciliari ; at non item si revelasti secretum ejus.

VERS. 24. — **MYSTERIA**, id est, arcana. **DESPERATIO EST** ; q. d. : Desperata est reconciliatio, tanta est infelicitas proditoris.

VERS. 25. — **ANNUNCS**, scilicet, simulando amicitiam. **ABJICIT**, id est, removebit ab eâ cogitatione.

VERS. 26. — **CONDUCEBAT**, id est, dulciter loquebatur. **PERVERTET**, id est, mutabit. **SCANDALUM**, q. d. : Ex verbis tuis quæret tibi perniciem.

VERS. 27. — **ODIVI**, etc. ; q. d. : Nihil æquè odi ac talem.

CAPUT XXVIII.

1. Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, et peccata illius servabit.

2. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.

3. Homo homini reservat iram, et à Deo quærit medelam ?

4. In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur ?

5. Ipse cum caro sit, reservat iram, et propitiationem petit à Deo ! quis exorabit pro delictis illius ?

6. Memento novissimorum, et desine inimicari :

7. Tabetudo enim et mors imminet in mandatis ejus.

8. Memorare timorem Dei, et non irascearis proximo.

9. Memorare testamentum Altissimi, et despice ignorantiam proximi.

10. Abstine te à lite, et minues peccata :

11. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

12. Secundùm enim ligna silvæ, sic ignis exardescit : et secundùm virtutem hominis, sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam.

13. Certamen festinatum incendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem, et lingua testificans adducit mortem.

14. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardescit : et si expueris super illam, extinguetur : utraque ex ore proficiuntur.

15. Susurro et bilinguis maledictus : multos enim turbabit pacem habentes.

VERS. 28. — **DIVIDET VULNERA** ; q. d. : Ipsium vulnerabit (1).

VERS. 29. — **STATUIT**, scilicet, ut ei noceat.

VERS. 31. — **ILLI**, pro *illius* (2).

VERS. 35. — **CONTINENS**, id est, retinens, q. d., illis obnoxius (5).

(1) **QUE IN ALTUM MITTIT LABIUM M, SUPER CAPUT EIUS CADIT ; ET PLAGA DOLOSÆ, DEQUISSIMÆ DIVIDET VULNERA.** Perfidia plerumque talis perfido est : vulnera quæ clam et per insidias intendantur, *plaga dolosa*, plerumque in auctores vel in presentes illorum amicos cadunt, atque sæpiissime in conspirationibus usuevit. Tela que in lapidem jacuntur, eodem itinere ad jaculantem redeunt. (Calmet.)

(2) **ILLUSIO ET IMPROPERIUM SUPEREOREM, ET VINDICTA SEQUE LEO INSDUALITER ILLI.** Et hæc constructio est Hebraica, pro *illorum* et *opprobria superiorum videlicet imminet, velut leo insidians.* Seneca :

Sequitur superbos uttor à tergo Deus.

Hæc est quam *Aenesius* vocat *Græci.* (Grotius.)

(3) **IRA ET FUROR UTRAQUE ENCRABELLA, IDEMQUE** quia hominem, qui est naturâ mansuetum animal, admodum illa dedecent. Unde illud poeta : *Canada pax homines, trux decet ira ferus.* **LE VIR PECCATOR CONTINENS ERIT ELIEM.** Græce eadem vox est que legitur Sap. 8 : *Ut scivi quia aliter non possem esse continens,* etc. Itaque non significatur quod vir peccator continebit se, hoc est, abstinere ab ira et furore, sed contrarium potius, quod continebit illa inter se, et quod illorum compos erit, id est, vitis obnoxius. (Estius.)

CHAPITRE XXVIII.

1. Celui qui veut se venger, tombera dans la vengeance du Seigneur ; et Dieu lui réservera ses péchés pour jamais.

2. Pardonnez à votre prochain le mal qu'il vous a fait, et vos péchés vous seront remis quand vous en demanderez pardon.

3. L'homme garde sa colère contre un homme ; et il ose demander à Dieu qu'il le guérisse ?

4. Il n'a point de compassion d'un homme semblable à lui, et il demande pardon de ses péchés ?

5. Lui qui n'est que chair, garde sa colère : (et il demande miséricorde à Dieu ! Qui pourra lui obtenir le pardon de ses péchés ?

6. Souvenez-vous de votre dernière fin, et cessez de nourrir de l'inimitié contre qui que ce soit ;

7. Car la corruption et la mort sont près de fondre sur ceux qui violent les commandements du Seigneur.

8. Ayez la crainte (de Dieu) devant les yeux ; et ne vous mettez point en colère contre votre prochain.

9. Souvenez-vous de l'alliance du Très-Haut ; et ne considérez point la haine (de votre frère).

10. Évitez les disputes, et vous diminuerez les péchés.

11. L'homme colère allume les querelles : le pecheur jettera le trouble parmi les amis, et il semera l'inimitié au milieu de ceux qui vivaient en paix.

12. Le feu s'embrase (dans la forêt) selon qu'il y a de bois : la colère de l'homme s'allume à l'égal de son pouvoir, et il la porte plus haut à proportion qu'il a plus de bien.

13. La promptitude à disputer allume le feu, la querelle précipite et repand le sang ; (et la langue qui rend témoignage cause la mort).

14. Si vous soufflez l'étincelle, il en sortira un feu ardent ; si vous crachez dessus, elle s'éteindra ; et c'est la bouche qui fait l'un et l'autre.

15. Celui qui médit en secret et l'homme à deux langues seront maudits, parce qu'ils jetteront le trouble parmi plusieurs qui vivaient en paix.

16. Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem:

17. Civitates muratas divitum destruxit, et domos magnatorum effodit:

18. Virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit.

19. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis.

20. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat.

21. Flagelli plaga livorem facit; plaga autem linguae comminuet ossa.

22. Multi ceciderunt in ore gladii; sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.

23. Beatus qui tectus est à linguâ nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum illius, et in vinculis ejus non est ligatus:

24. Jugum enim illius, jugum ferreum est: et vinculum illius, vinculum æreum est.

25. Mors illius, mors nequissima; et utilis potiùs infernus quàm illa.

26. Perseverantia illius non permanebit; sed obtinebit vias injustorum: et in flammâ suâ non comburet justos.

27. Qui relinquunt Deum, incidunt in illam: et exardebit in illis, et non extinguetur; et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos.

28. Sepi aures tuas spinis; linguam nequam noli audire, et auri tuo facito ostia et seras;

29. Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos:

30. Et attende, ne fortè labaris in linguâ, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem.

16. La langue d'un tiers en a renversé plusieurs, et elle les a dispersés de peuple en peuple.

17. Elle a détruit les villes fortes (pleines d'hommes riches), et elle a fait tomber les maisons des grands.

18. (Elle a taillé en pièces les armées des nations, et elle a défait les peuples les plus vaillants.)

19. (La langue d'un tiers a fait bannir les femmes fortes, et elle les a privées du fruit de leurs travaux.)

20. Celui qui l'écoute n'aura point de paix; et il n'aura point d'ami sur lequel il puisse se reposer.

21. Le coup de verge fait une meurtrissure; mais un coup de langue brise les os.

22. Il est bien mort des hommes par le tranchant de l'épée; mais il en est encore mort davantage par leur propre langue.

23. Heureux celui qui est à couvert de la langue (maligne), à qui sa colère ne s'est point fait sentir, qui n'a point attiré sur lui son joug, et qui n'a point été lié de ses chaînes;

24. Car son joug est un joug de fer, et ses chaînes sont des chaînes d'airain.

25. La mort qu'elle cause est une mort très-malheureuse; et le tombeau vaut mieux qu'elle.

26. (Elle durera quelque temps, mais non pas toujours); elle régnera dans les voies des injustes, et elle ne consumera point le juste dans ses flammes.

27. Ceux qui abandonnent Dieu seront livrés à cette langue; elle brûlera en eux sans s'éteindre; elle sera envoyée contre eux comme un lion; et elle les déchirera comme un léopard.

28. Bouchez-vous les oreilles avec des épines, (et n'écoutez point la méchante langue); mettez à votre bouche une porte et des serrures.

29. Fondez votre or et votre argent, et faites-en une balance pour peser vos paroles, et un juste frein pour reténir votre bouche;

30. Et prenez bien garde à ne point faire de fautes par la langue, de peur que vous ne tombiez devant (vos ennemis) qui vous dressent des embûches, (et que votre chute ne devienne incurable jusqu'à donner la mort.)

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — A DOMINO, etc., q. d., à Deo punietur. SERVANS SERVABIT, id est, diligenter observabit, scilicet, ut puniat (1).

VERS. 2. — SOLVENTUR. Græcè, *peccata tua solventur*, id est, remittentur (2).

(1) QUI VINDICARI VULT, etc. Græca ad verbum habent; *Ulciscens, à Domino inveniet ultionem, et peccata illius observans observabit.* Hæc sententia et aliæ quæ sequuntur sunt de mansuetudine et clementiâ in offensionibus aliis præstandâ, cujusmodi sunt multe in Evangelio: *Remitte tibi, et remittetur vobis*, Luc. 6, 57. *Quâ mensurâ alii metiemini, eadem vobis remetietur*, Matth. 7, 2; et: *Judicium sine misericordiâ ei qui non fecerit misericordiam*, Jacob. 2, 13. Itaque hoc in genere nobis proponitur exemplum Dei erga nos summâ lenitate misericordiâque utentis. Est Deus naturâ propensus ad ignoscendam. (Biblia Vatabli.)

(2) RELINQUE PROXIMO TUO NOLENTI TE (tibi simili syntaxis dicitur: *Nihil illum (pro illi) nocuit*, Lucæ 4, 55); ET TUNC DEPRECANTI TIBI PECCATA SOLVENTUR. *Relinque*; Græcè, ἀφεες, id est, remitte injuriam proximo qui tibi nocuit; Syrus: *Dimitte id quod in corde tuo est, et pro te ora, et omnia peccata tua dimittentur tibi.* Hoc est quod ait et promittit Christus: *Dimittite, et dimittentur.* Et: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum; dimittet et vobis Pater caelestis delicta vestra*, Matth. 6, 14. Nota, τὸ solventur significat peccata esse funes quosdam spirituales, qui animam ream colligant et constringunt, juxta illud:

Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur, Proverb. 5, 22. *Funes hi sunt reatus culpæ, et reatus pœnæ, sive obligatio, quâ anima quæ peccavit obstringitur Deo ad satisfaciendum ei pro injuriâ per peccatum illatâ, indeque nascens obligatio ad pœnam tum præsentem, tum æternam in gehennâ.*

Denique τὸ proximo dat stimulum ad condonandam ei injuriam. Proximus enim est amicus nobis vicinissimus et conjunctissimus; amicis autem ob amicitiam multa condonanda sunt. *Charitas enim operit multitudinem peccatorum*, 1 Petri 4. Si quis ergo te offendit, cogita quòd proximus, id est, tibi intimus est, et in Christo frater, particeps ejusdem fidei, gratiæ et gloriæ. Illi ergo leviculas offensas condona; omnes enim leviculas sunt, si cum Dei filiatione ac fraternitate gratiæ et gloriæ comparentur. Mensuram igitur remissionis nobis statuit Deus nos ipsos. Sicut enim nos gerimus cum proximo, sic se Deus gerit nobiscum; si proximo remittamus debita sua, Deus remittet nobis nostra. Imò quisque sibi hæc mensuram statuit, dum quotidie orans dicit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Quare si nolit proximo dimittere, hisce verbis implicitè significat et dicit: Domine, oro te ut mihi mea peccata non dimittas, sicut ego nolo proximo sua dimittere.

Accedit quòd inimicus convicium in nos jacens, sæpè verum jacit; oculum enim vitium pandit; quo fit ut illud (quod prius philantiâ exæcati non videbamus) advertamus et emendemus. Quod sanè reipsâ beneficium est potiùs quàm maleficium. Simile

VERS. 7. — TABITUDO, id est, corruptio. Eius, scilicet, inimicitiae, q. d. : obediens iracundiae suae (1).

VERS. 9. — TESTAMENTUM, id est, pactum scilicet, praecepta. DESPICIT, id est, dissimula et ignosce (2).

VERS. 10. — LIFE, id est, contentione.

VERS. 12. — VIRTUTEM, id est, potentiam. SUBSTANTIAM, id est, divitias, scilicet, potentes et divites facile irascuntur.

est quod scribit Plinius lib. 7, c. 50, de Phalereo, qui ab hoste apostema secante sanitati restitutus est : *Phalereus, inquit, deploratus à medicis convicà morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoste.* Sic multi vitii remedium accipiunt ab amuli convicio. Exemplum est in S. Monica, quæ ab ancilla iratà convicio, meribula ictà, vinolentiam prorsus abdicavit. « Nonne, ait S. August. lib. 9 Confess. c. 8, Deum alloquens, protulisti durum et acutum de alterà animà convicium, et tanquam medicinale terrum ex occultis provisionibus et tuis, et uno ictu putredinem illam præcidisti? » Vide Plutarch. lib. de Utilit. ab inimicis capiendâ.

Porrò vindictæ cupido oritur ex animi pusillanimitate, quæ non potest unum verbum durius aut verber decoquere. Hinc animalia magnanima injurias dissimulant, ut leo prosternenti se ignoscit et parit. Sic luna non movetur latratu canum, sic nimbos excedit Olympus. Vide Senecam in Sapiente, lib. de ira et lib. de Clementiâ. Quare ut quis vincat iram et vindictam, magnanimus sit oportet. Talis fuit Julius Cæsar, qui audiens Catonem sibi mortem conscivisse, ne in Cæsaris manus veniret : « Invidit, inquit, gloriae meæ, quam illi pariendo peperissem. » Nam, ut ait S. Ambros. lib. 4, epist. 29 ad Florianum : « Magna gloria est, si cui potuisti nocere parcas. » Et M. Antonius imp. lib. 6 de Vitâ suâ : « Uiscendi, inquit, optima ratio est, ne similis fias ei qui injuriam fecit. » Et lib. 1 sic orditur : « Ab avo meo, verò didici placidis esse moribus, et iræ abstinens. »

(Corn. à Lap.)

VERS. 3. — HOMO HOMINI RESERVAT IRAM, ET A DEO QUÆRIT MEDELAM? Hoc loco Sapiens ostendit indignitatem atque iniquitatem hominis postulantis à Deo sibi ignosci, cum implacabili in alios animo offensionem susceptam retineat. Est autem ira, cum offensione cupiditas ulciscendæ injuriæ. (Badvellus.)

VERS. 4. — HOMICEM SIMILEM SIBI. Habet emphasisim; par enim est nos fragilitatis nostræ nobis conscios, aliis æquè fragilibus ut nos condonare.

(Menochius.)

VERS. 5. — IPSE HOMO, CUM CARO SIT VILIS ET FRAGILIS, adeò tamen indignè fert se læsum esse à sui simili, ut nullâ ratione velit illi etiam deprecanti ignoscere, sed RESERVAT illi IRAM, vindictam; et ipse vilissimus terræ vermiculus, cum immensam Dei majestatem gravissimis sceleribus suis tam indignè offenderit, PROFITATIONEM et veniam ab illâ petere aut sperare ausit? Tertium argumentum : QUIS EXORABIT PRO DELICTIS ILLIUS, tam immitis, tam crudelis in proximum, tam ingrati in Deum? Sequitur quartum.

(Tirinus.)

(1) TABITUDO... IN MANDATIS EIUS : supple, in ulciscentes : intentatâ scilicet mortis penâ in transgressores legis, quales illi sunt qui non benefaciunt inimico, nec pecus quoque ejus reducant ad eum; ubi Tertullianus : Quantò magis jubentur ut ipsum sibi? Exod. 25, 4, 5. Paulus etiam docet veterem lege vetitam ultionem, Rom. 12, 19. Vide etiam illud Davidis ultionem detestantis de Nabalo, 1 Reg. 25, 31, 35, et alia passim. (Bossuet.)

(2) MEMORARE TESTAMENTUM ALTISSIMI, ET DESPICERE IGNORANTIAM PROXIMI; id est, offensam tibi illatam à proximo imputabis ejus ignorantiae, ignoscendo et dando eam oblivioni, Levit. 19 : Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. (Lyranus.)

VERS. 15. — FESTINATUM, id est, precipitanter susceptum. TESTIFICANS, scilicet, iniquè, vel quæ imitatur alteri malum.

VERS. 14. — SUTTLAVERIS. Græcè additur, *in scintillam*. UTRAQUE, etc., q. d. : Potest homo iram accendere et extinguere (1).

VERS. 16. — TERTIA, id est, detractans. Nota quod Chaldaeus in proverbiiis pro detractore et susurrone solet vertere linguam tertiam, forte quia tertius est, uni apud alterum detractus (2).

VERS. 19. — VIRGATAS, pro viriles, seu fortes. EJECIT, scilicet, domo. LABORIBUS, id est, rebus labore partis.

VERS. 20. — RESPICIT ILLAM, id est, illi deditus est.

VERS. 21. — COMMINET OSSA; q. d. : Multò pejus ledit.

VERS. 22. — QUASI, pro ut (3).

VERS. 23. — TECTUS, id est, defensus, seu tutus; q. d. : Qui longè ab eâ est, nec cum illâ quidquam habet commercii.

VERS. 25. — INFERUS, id est, mors, seu sepulcrum.

VERS. 26. — PERMANEBIT, scilicet, diu impunita; vel q. d. : Non manebit apud justos (4).

VERS. 29. — CONFELA, scilicet, ut ex eis facias stateram et frænos. STATERAM, scilicet, ad ea prius ponderanda quàm efferas. RECTOS, id est, qui regant (5).

(1) ET BILINGUIS. *Bilinguis* propriè qui duas linguas callet, ut cum Frisii dicuntur *bilingues*; nam et Teutonicâ utuntur linguâ, et aliâ quâdam genti suæ peculiari ac propriâ. Inde transfertur ad mentem, et dicitur *bilinguis* qui aliud ore loquitur et aliud clausum habet in pectore. Quales illi erant de quibus Psalmographus : *Ore, inquit, et ore loquantur.* Est ergo *δύλωσσος*, homo duplicis oris. Quo sensu Virgilius dixit : *Tirosque bilingues*, id est, *fallaces*, ut exponit Servius. MALEDICTUS. IN GRÆCO *susurrone* et *bilinguem execramini.* (Drusius.)

(2) LINGUA TERTIA MULTOS COMMOTIT. Tertia hæc lingua ea est quæ se inter duos amicos interponit, dissidia serendo, quaque perniciosâ oratione qualibet vel maximè simplicia vitiat, malanque in partem detorqueat, ut simulatas serat. Græcus è Complutensi editione : *Lingua duplex*, vel *lingua secunda*. Eadem res est quam mox explicavimus : lingua quæ inter amicos intercedit, malisque delationibus illos invicem committit. Codices quidam ferunt : *Lingua perforata*, quæ secretum non servat, duasque in partes divisa est. Mala quæ ex hujusmodi linguis oriuntur, sequentibus versiculis enumerat. (Calmet.)

(3) MULTI CECIDERUNT IN ORE GLADI, SED NON SIC QUASI QUI INTERIERUNT PER LINGUAM SUAM. *Suam* abest in Græco, et rectè. Agitur enim hic de obretractionibus, delationibus, et calumniis, quæ non homines tantum, sed et civitates et gentes sapè committunt. (Grotius.)

(4) VERS. 28. — *Bouchez vos oreilles avec des épines, et n'écoutez point la méchante langue, mettez à votre bouche une porte et des serrures.*

Ces épines, dit saint Paulin, sont la crainte de Dieu et de sa justice qui nous empêche d'écouter les médisants, de peur de nous rendre complices de leurs médisances, et qui fait que nous rejetons ainsi la malignité de ces semeurs de rapports, qui altèrent et refroidissent insensiblement l'amour sincère que nous lui devons. (Sacy.)

(5) ATRUM TUM, etc. IN GRÆCO : *Argentum aurumque tuum conflo, unde verbis tuis trutinam stateramque facias.* Impende omnia, hoc est, magnopere operam da, ut considerate verba facias. FRÆNOS RECTOS. Græcè, *portam atque claustrum.* (Castib.)

CAPUT XXIX.

CHAPITRE XXIX.

1. Qui facit misericordiam, feneratur proximo suo; et qui prævalet manu, mandata servat.

2. Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, et iterum redde proximo in tempore suo.

3. Confirma verbum, et fideliter age cum illo, et in omni tempore invenies quod tibi necessarium est.

4. Multi quasi inventionem æstimaverunt fenus, et præstiterunt molestiam his qui se adjuverunt :

5. Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus humiliant vocem suam ;

6. Et in tempore redditionis postulabit tempus, et loquetur verba tœdii et murmurationum, et tempus causabitur.

7. Si autem potuerit reddere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, et computabit illud quasi inventionem ;

8. Sin autem, fraudabit illum pecuniâ suâ, et possidebit illum inimicum gratis ;

9. Et convicia et maledicta reddet illi, et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam.

10. Multi non causâ nequitiae non fenerati sunt ; sed fraudari gratis timuerunt.

11. Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosynâ non trahas illum.

12. Propter mandatum, assume pauperem ; et propter inopiam ejus, ne dimittas eum vacuum.

13. Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non abscondas illam sub lapide in [perditionem.

14. Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quàm aurum.

15. Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.

16, 17, 18. Super scutum potentis, et super lanceam, adversus inimicum tuum pugnabit.

19. Vir bonus fidem facit pro proximo suo ; et qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi.

20. Gratiam fidejussoris ne obliviscaris ; dedit enim pro te animam suam.

21. Repromissorem fugit peccator et immundus.

22. Bona repromissoris sibi aseribit peccator ; et ingratus sensu derelinquet liberantem se.

23. Vir repromittit de proximo suo ; et cum perdidit reverentiam, derelinquetur ab eo.

24. Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, et commovit illos quasi fluctus maris :

25. Viros potentes gyrans migrare fecit, et vagati sunt in gentibus alienis.

26. Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam ; et qui conatur multa agere, incidet in judicium.

27. Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.

28. Initium vitæ hominis, aqua et panis, et vestimentum et domus protegens turpitudinem.

1. Celui qui fait miséricorde, prête à intérêt à son prochain, et celui qui a la main ouverte pour donner, garde le précepte.

2. Prêtez à votre prochain au temps de sa nécessité ; mais, vous aussi, rendez au temps fixé.

3. Tenez votre parole, et agissez avec lui fidèlement ; et vous trouverez toujours ce qui vous sera nécessaire.

4. Plusieurs ont regardé ce qu'ils empruntaient comme s'ils l'avaient trouvé, et ils ont fait de la peine à ceux qui les avaient secourus ;

5. Ils baient la main de celui qui leur prête son argent jusqu'à ce qu'ils l'aient reçu, et ils lui font des promesses avec des paroles humbles et soumises ;

6. Mais, quand il faut rendre, ils demandent du temps ; ils font des discours pleins de chagrin (et de murmure) ; et ils prennent prétexte que le temps est mauvais.

7. S'ils peuvent (payer ce qu'ils doivent, ils s'en défendent d'abord) ; et après cela, ils en rendent à peine la moitié et veulent que l'on considère ce peu comme un gain que l'on fait ;

8. S'ils n'ont pas de quoi rendre, ils font perdre l'argent à leur créancier, et se font de lui un ennemi gratuitement.

9. Ils le paient en injures et en outrages ; et ils lui rendent le mal pour (la grâce et) le bien qu'il leur a fait.

10. Plusieurs évitent de prêter, non par dureté, mais par la crainte qu'ils ont qu'on ne fasse point scrupule de les tromper.

11. Néanmoins usez de bonté et de patience envers le misérable, et ne le faites pas languir pour la grâce qu'il vous demande.

12. Assistez le pauvre, à cause du commandement, et ne le laissez pas aller les mains vides, parce qu'il est dans la détresse.

13. Perdez votre argent pour votre frère ou pour votre ami ; et ne le cachez point sous une pierre, à votre perte.

14. Dispensez votre trésor selon que le Très-Haut vous le commande ; et alors il vous vaudra mieux que l'or.

15. Renfermez l'aumône dans le sein du pauvre ; et jelle priera pour vous, afin de vous délivrer de tout mal.

16, 17, 18. Elle sera une arme plus forte pour combattre votre ennemi, que le bouclier et la lance du plus vaillant homme.

19. L'homme de bien répond pour son prochain ; mais celui qui a perdu toute honte, abandonne son ami.

20. N'oubliez jamais la grâce que vous fait celui qui répond pour vous ; car il a exposé son âme pour vous assister.

21. Le pécheur et l'impur fuit celui qui a répondu pour lui.

22. Le pécheur s'attribue le bien de son répondant ; et ayant le cœur ingrat, il abandonne son libérateur.

23. (Un homme répond pour son prochain ; et celui-ci venant ensuite à perdre la honte, l'abandonne.)

24. L'engagement à répondre mal à propos en a perdu plusieurs qui réussissaient dans leurs affaires, et les a rendus semblables à un vaisseau agité des flots.

25. C'est ce qui a banni en divers lieux des hommes puissants, qui sont devenus errants et vagabonds dans les pays étrangers.

26. Le pécheur (qui viole le commandement du Seigneur), s'engagera à répondre indiscretement pour un autre ; et celui qui cherche à entreprendre beaucoup d'affaires, sera exposé à la rigueur des jugemens.

27. Assistez votre prochain selon le pouvoir que vous en aurez ; mais prenez garde à ne pas tomber vous-même.

28. Les principales choses pour la vie de l'homme

29. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epula splendida in peregre sine domicilio.

50. Minimum pro magno placeat tibi, et improprium peregrinationis non audes.

51. Vita nequam hospitandi de domo in domum, et ubi hospitalatur, non fideliter agat, nec aperiet os.

52. Hospitalitur, et pascet, et potabit ingratos, et ad hæc amara audiet.

55. Transi, hospes, et orna mensam; et quæ in manu habes, ciba ceteros.

54. Exi à facie honoris amicorum meorum; necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.

55. Gravia hæc homini habenti sensum; Correptio domus, et improprium feneratoris.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FENERATUR, pro *velut mutuum dat*, scilicet reddendum à Deo; vel q. d. : Qui dat elemosynam, multo magis dabit mutuum. MANU, id est, operibus (1).

VERS. 2. — REDDE, scilicet mutuum ab eo tibi datum (2).

VERS. 3. — CONFIRMA VERBUM, id est, promissum imple (5).

(1) QUI FACIT MISERICORDIAM, etc. Hoc toto fere capite præcipitur de beneficiis; ejus duplex est ratio, una in conferendo ac dando beneficio, altera in reddendo; gratia enim aut conferitur, aut reteritur. Itaque quoniam homines sunt ad accipiendum propensiores deam ad dandum, moderatione manus quod facere debeant ostendit. Nam ita manus imperandum esse dicit, ut eam non solum ad accipiendum, sed multo magis ad dandum largiendumque porrigamus. Complures sunt illiberales, parci, tenaces, qui accipere ac retinere semper volunt, nihil dare, itaque hæc manus moderatione mihi videtur animum studiumque in gratia aut conferenda aut referenda significare. (Badvellus.)

(2) FENERARE PROXIMO TUO IN TEMPORE NECESSITATIS ILLIUS. Fenerare, id est, da mutuum. Quæri potest quare Scriptura potius hortetur nos ad dandum mutuum, quam ad spondendum pro amico? Hoc enim Proverb. 6 et hoc loco dissuadet. Mutuo autem dandum esse etiam Dominus in Evangelio monet dicens, Luc. 6 : *Mutuum date nihil inde sperantes?*— Respondeo : per sponsonem gravissima sæpe mala incurruntur, quæ et hoc capite et in Proverbiis explicantur et experientiis nota sunt. Oriuntur autem ex obligatione quæ se pro amico quibus debitorem facit. Unde fit ut totam familiam suam oneret, et in magnum discrimen sæpe conjiciat. Qui autem mutuum dat, non dat nisi quod habet, nec ullo modo se ad aliquid obligat, nihilo magis quam si aliquid donaret, et potest donando liberari ab omni sollicitudine repetendi. Atque hinc etiam est, quod pro sponsonem potest aliquid accipi sine periculo usuræ, non autem pro mutuo. (Estius.)

(5) CONFIRMA VERBUM, ET FIDELITER AGE CUM ILLO : ET IN OMNI TEMPORE INVENIES QUOD TIBI NECESSARIUM EST; q. d. : Fac dicta tua opera firmes, ac fideliter stes promissis, ut scilicet conducto tempore murandi mutuum restituas. Sic enim fiet ut ipse et ceteri alio quovis tempore, cum indigeris, tibi libenter mutuo daturi, omnique boni et operæ optulaturi sint. Unde

sunt fœdus, le pain, le vêtement, et une maison qui couvre ce que la pauvreté veut être caché.

29. Ce que mange le pauvre sous quelques ais qui le couvrent, vaut mieux qu'un festin magnifique dans une maison étrangère, à celui qui n'a point de retraite.)

50. Contentez-vous de peu comme de beaucoup, et vous éviterez les reproches qu'on souffre dans une maison étrangère.)

51. C'est une vie malheureuse d'aller chercher l'hospitalité de maison en maison, surtout ou un homme sera comme hôte, il n'agira point avec confiance, et il n'osera ouvrir la bouche.

52. Il aura autrefois logé les autres, il aura donné à boire et à manger à des ingrats; et après cela il entendra des discours amers.

55. Allez, hôte, couvrez la table, et préparez à manger aux autres de ce que vous avez.

54. Retirez-vous pour faire place à mes amis, à qui je dois rendre honneur; j'ai besoin nécessairement de ma maison, pour y recevoir mon frère.

55. Ces deux choses sont pendibles à un homme qui a du bon sens; les reproches d'un homme qui nous a logés chez lui, et les insultes d'un étranger.

VERS. 4. — QUASI INVENTIONEM, etc., q. d. : Mutuum non reddunt, quasi esset res inventa (1).

VERS. 6. — MURMURATIONEM, id est, contumacia occasionem murmurandi. TEMPUS, scilicet non esse opportunum (2).

VERS. 7. — ADVERSATUR, q. d., tergiversabitur, seu repugnabit. SOLIDI, id est, integræ summe quod vulgò capitale dicitur. ILLUD, scilicet quod retinet, vel totum debitum; q. d. : Ita nolunt solvere, quasi reperissent (3).

VERS. 8. — SIN AUTEM, pro, *vel etiam*; vel, quod

Figurina vertit : *Fac dicta tua firmes, fœdusque te præstes, ipsi, ut omni tempore necessaria tibi reperias; alii : Ratum habe sermonem tuum, fœdusque cum eo cole, et omni tempore invenies ea quibus indiges; hoc enim significat Græcum τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν, id est, necessitatem tuam vel indigentiam tuam, scilicet, ea quæ tibi necessaria sunt, quibusque ad victum et vitam indiges. Syrus vertit : Confirma verbum tuum, et confirmabitur tecum proximus tuus, et in omni tempore invenies voluntatem tuam ab eo; q. d. : Faciet quidquid voles, quia tibi obnoxius et ob mutuum obstrictus. (Corn. à Lap.)*

(1) MULTI QUASI INVENTIONEM. Res vaga quæ conceditur occupanti, in quam non cadit restitutio.

ESTIMAVERUNT FENUS, id est, rem commodatam, restituere nolentes ipsam.

ET RESTITVERUNT MOLIETIAM HIS QUI SE ADVERSERUNT. Reddentes malum pro bono. (Lycanus.)

VERS. 5. — OSCULANTER MANUM DANTIS, vel ut Græcus : *Osculatur manum ejus, et foret sensus : Est qui diu accipiat manum deosculatur, suam, id est, adoret eum à quo accepit. Nam osculabantur manum præcæritu adorantes. At ego receptam ejus loci interpretationem magis probem; quæ et ratione nititur, et exemplis non caret. Macrobius lib. 1 Saturn. : Invenies, inquit, dominum spe lucri oscula alienorum servorum manibus indigentem. (Drusius.)*

(2) VERRA FERRE, hoc est, circulationis. ET COMPUTABIT ILLUD, pecuniam creditam, quasi inventionem, quasi rem bene inventam, bene partam; sive existimaverunt procrastinationem illam quasi præclarum inventum. (Bossuet.)

(5) SOLIDI VIX REDDET DIMIDIUM, etc. Vix reddet : *Dimidium vix afferet, idque pro reperiatio dicit. Tibi imputabit quasi tu id repereris, et ipsi debeas tu, non ipse tibi. (Castalio.)*

si non; q. d. : Si verò solvat, tamen illum reddit sibi inimicum. GRATIS, id est, sine causâ (1).

VERS. 10. — TIMUERUNT, subaudi : Et idcò dare mutuum noluerunt.

VERS. 11. — SUPER, etc., q. d. : Age fortiter, et ei qui eget da, et ignosce si non possit reddere. TRAHAS, id est, differas dare, vel opprimas non valentem solve.

VERS. 13. — PERDE, id est, expende, seu da non recuperaturus. PERDITIONEM, scilicet animæ tuæ, id est, perniciem; vel q. d., ut pereat sine fructu.

VERS. 14. — PONE, etc., q. d. : Expende juxta Dei præcepta; vel magnum puta thesaurum, facere Dei præcepta (2).

VERS. 15. — IN CORDE; q. d., faciens illum tibi amicum, vel illum consolans. EXORABIT, scilicet à Deo liberationem (3).

VERS. 16. — SACCULUS, scilicet plenus meritis. GRATIAM, id est, beneficentiam, q. d. : Non peribit apud Deum remuneratorem.

VERS. 17. — RESURGET, id est, redibit. RETRIBUET, scilicet Deus, propter illum.

VERS. 18. — SUPER, id est, plusquam.

VERS. 19. — FIDEM, id est, sponsonem. CONFUSIONEM, id est, pudorem. DERELINQUET, id est, deseret, scilicet eum cui promisit. SIBI abundat more Hebræo.

VERS. 20. — DEDIT ANIMAM, id est, se periculo exposuit.

VERS. 21. — REPROMISSOREM, id est, fidejussorem.

VERS. 22. — ADSCRIBIT, q. d. : Vult de illius bonis solvi suum debitum.

VERS. 23. — REPROMITTIT de, id est, fidejebet pro. PERDIDERIT, scilicet ille pro quo promisit. REVERENTIAM, id est, pudorem.

VERS. 24. — NEQUISSIMA, id est, infeliciter succe-

(1) SIN AUTEM. Subintellige, solvendo non sit.

FRAUDABIT ILLUM PECUNIA SUA : vitio suo faciet ut creditor pecuniâ suâ crearet.

INIMICUM GRATIS; id est, creditor nullâ suâ culpâ, imò occasione collati beneficii illum habebit inimicum. (Menochius.)

(2) PONE et absconde THESAURUM TUUM, seu opes, NON SUB LAPIDE, vel in cistâ, vel sub terrâ, ut solent avari, IN PERDITIONEM TUI PECUNIÆ SUÆ, quæ perit sine fructu, tum animæ, quæ per ejusmodi sordidam avaritiam incurrit æternam perditionem; sed PONE illum in PRÆCEPTIS ALTISSIMI; id est, expende illum juxta legem Dei in ventres pauperum, qui sunt horrea divitum, inquit, S. Basilius. Atque hactenus de mutuo; jam de fidejussione. (Tirinus.)

(3) CONCLUDE ELEEMOSYNAM IN CORDE PAUPERIS. Græca habent : *In penetrabilibus tuis*. Continuat Sapiens institutam admonitionem atque hortationem ad beneficentiam, manens in similitudine thesauri benè collocaudi et custodiendi. Reponitur enim in locis occultis atque abditis : ita beneficia nostra vult conferri, ut sine ullâ ostentatione ea apud inopes indigentesque ponamus. Necessitates enim proximorum sunt quasi quædam cellæ, in quibus beneficia sunt et reponenda et asservanda. Subjungit statim fructum beneficentiæ ita positæ, liberationem à malis atque adversus hostes firmissimam propagationem ac defensionem. Nullâ enim re homo adversus omnia pericula magis potest esse munitus ac tectus, quam beneficentiâ et misericordiâ, (Biblia Vatabli.)

dens. DIRIGENTES, id est, rectè et prosperè agentes. Gracè divites.

VERS. 25. — GYRANS, id est, versans.

VERS. 26. — NEQUAM, id est, infelicem, scilicet quia cogitur solvere pro principali, cujus se fecit fidejussor; rem. AGERE, scilicet negotia etiam aliena. JUDICIUM, id est, litem.

VERS. 27. — RECUPERA, q. d., adjuva. INCIDAS, scilicet ejus causa in periculum (1).

VERS. 28. — INITIUM, id est, caput, seu summa, ἀρχή.

VERS. 29. IN PEREGRÈ, id est, apud alienos.

VERS. 30. — PRO MAGNO, id est, velut, si magnum esset. PEREGRINATIONIS, id est, quod accidit peregrinantibus.

VERS. 31. — NEQUAM, id est, misera.

VERS. 32. — HOSPITABITUR, etc.; q. d. : Etiam qui hospitio excipit, multa cogitur ferre molesta; vel si hospitio exceptus es, cogaris vicissim excipere cum molestiâ.

VERS. 33. — CÆTEROS, scilicet meos socios.

VERS. 34. — EXI; subaudi, audies in domo alienâ exceptus. A FACIE HONORIS, id est, adventu honoratorem. NECESSITUDINE, id est, necessitate, scilicet excipiendi amicum. FACTUS EST, pro, *excipiendus est* (2).

VERS. 35. — CORREPTIO, scilicet dicendo : Abi domo. FENERATORIS, id est, mutuum dantis (3).

(1) *Assistez votre prochain selon le pouvoir que vous en avez; mais prenez garde à vous pour ne pas tomber dans le malheur. On peut remarquer dans la suite de ces paroles du Sage trois manières de faire la charité : 1° assister celui qui n'a rien du tout; 2° prêter sans intérêt à celui qui a besoin d'argent, et s'exposer même quelquefois à perdre ce qu'on lui aurait prêté; 3° répondre pour celui qui aurait besoin de la créance qu'on pourrait avoir en nous, afin qu'avec sûreté on lui prêtât quelque argent, ou qu'on prit en lui une confiance qui serait capable de rétablir ses affaires. Mais le Sage avertit qu'en ces rencontres la charité doit être discrète, et ne se doit faire qu'à une personne qui mérite cette grâce; car il se trouve, dit le Sage, des hommes sans foi, sans honneur et sans conscience, qui, par une détestable ingratitude, oublient celui qui avait répondu pour eux, qui abandonnent leur libérateur, et qui se mettent peu en peine de le voir tomber dans l'abîme pour s'être efforcé de les en tirer. Quelques-uns appliquent ce que le Sage dit ici de celui qui s'engage indiscrètement à répondre pour un autre, à ceux qui s'engagent par eux-mêmes à un ministère saint qui les oblige à répondre du salut des âmes. (Sacy.)*

(2) EXI A FACIE HONORIS AMICORUM MEORUM. In Græco : *Exi, peregrine, tanquam à facie gloriæ*, id est, tanquam è templo unde peregrini arcebantur. Notum id ex Tacito, Josepho, Rabinis.

NECESSITUDINE DOMUS MEÆ HOSPITIO MIHI FACTUS EST FRATER. Puto scripsisse Latinum interpretem : *Necessitudo mihi domus meæ : hospitio mihi factus est frater*. Opus domo meâ ipse habeo, quia frater apud me divertit.

Sic apud Euripidem :

Hospes, tyranni de viâ decedito.

Apud Senecam :

Melior vacuâ sine regnet in aula. (Grotius.)

(3) GRAVIA HÆC HOMINI HABENTI SENSUM : CORREPTIO DOMUS, ET IMPROPERIUM FENERATORIS; exprobratio illius qui te domi excipit, et convicia creditoris. Ita claudii ea quæ à vers. 19, disputavit de eo qui fide-

jussorem pro altero sese dedit, et eo qui iter tacere cogitur. Nihil est sapienti gravius, quam ubi convulsus à creditore proscinditur illius causa, pro quo ipse spondit; et ea e domo pellitur, ubi hospitium suo iure debetur. Veterum morem spectat hic Sapens, quibus amici non deerant, hospitesque in his urbibus, quo

subinde proferuntur, etiam à pulvis expectatur, patrem gratiam illis sustinere, ab eis ad urbem suam illi venient. Res profecta modestis una ingenua hominibus erat, qui ob eorum avaritiam et cupiditatem egressi patria coactus ab his quos cum ipse beneficiis et liberati hospitio prosecutus fuerat, excluderetur. (Cabnet.)

CAPUT XXX.

1. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia.

2. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio domesticorum in illo gloriabitur.

3. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, et in medio amicorum gloriabitur in illo.

4. Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.

5. In vitâ suâ vidit, et lætatus est in illo; in oblitto suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis.

6. Reliquit enim defensorem domûs contra inimicos, et amicis reddentem gratiam.

7. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, et super omnem vocem turbabuntur viscera ejus.

8. Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet præceps.

9. Lacta filium, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te.

10. Non corrideas illi, ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui.

11. Non des illi potestatem in juventute, et ne despicias cogitatus illius.

12. Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus dum infans est, ne fortè induret et non credat tibi, et erit tibi dolor animæ.

13. Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

14. Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quàm dives imbecillis et flagellatus malitiâ.

15. Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento; et corpus validum, quàm census immensus.

16. Non est census super censum salutis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium.

17. Melior est mors quàm vita amara; et requies æterna quàm languor perseverans.

18. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.

19. Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit:

20. Sic qui effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis,

21. Videns oculis, et ingemiscens, sicut spado complectens virginem, et suspirans,

22. Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.

23. Jucunditas cordis hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis; et exultatio viri est longævitas.

24. Misereere animæ tuæ placens Deo, et contine

CHAPITRE XXX.

4. Celui qui aime son fils, le châtie souvent, afin qu'il en recouvre de la joie quand il sera grand, (et qu'il n'aille pas mendier aux portes des autres.)

2. Celui qui instruit son fils, y trouvera sa joie, et il se glorifiera en lui parmi ses proches.

3. Celui qui enseigne son fils, rendra son ennemi jaloux de son bonheur, et il se glorifiera en lui parmi ses amis.

4. Le père est mort, et il ne semble pas mort, parce qu'il a laissé après lui un autre lui-même.

5. Il a vu son fils pendant sa vie, et il a mis sa joie en lui; il ne s'est point affligé à sa mort, (et il n'a point rougi devant ses ennemis.)

6. (Car) il a laissé (à sa maison) un fils qui (la) défendra contre ceux qui (la) haïssent, et qui rendra à ses amis la reconnaissance qu'il leur doit.

7. Le père handera ses propres plaies, par le soin qu'il aura de l'âme de ses enfants, et ses entrailles seront émues à chaque parole.

8. Un cheval indompté devient intraitable, de même l'enfant abandonné à sa volonté devient insolent.

9. Flattez votre fils, et il vous causera de grandes frayeurs; jouez avec lui, et il vous atristera.

10. Ne vous amusez point à rire avec lui, de peur que vous n'en ayez de la douleur, et qu'à la fin vous n'en grinciez des dents.

11. Ne le rendez point maître de lui-même dans sa jeunesse, et ne négligez point ce qu'il pense.

12. Courbez-lui le cou pendant qu'il est jeune, et châtiez-le de verges pendant qu'il est enfant, de peur qu'il ne s'endurcisse, qu'il ne veuille plus vous obéir (et que votre âme ne soit percée de douleur).

13. Instruisez votre fils, travaillez à le former, de peur qu'il ne vous deshonoré par sa vie honteuse;

14. Un pauvre qui est sain, et qui a des forces, vaut mieux qu'un riche (languissant et) affligé de maladies.

15. La sainteté de la justice est la santé de l'âme; elle vaut mieux que tout l'or (et l'argent;) et un corps qui a de la vigueur vaut mieux que des biens immenses.

16. Il n'y a point de richesses plus grandes que celles de la santé du corps, ni de plaisir égal à la joie du cœur.

17. La mort vaut mieux qu'une vie amère; et (le repos éternel) qu'une langueur qui ne finit point.

18. Des biens cachés dans une bouche fermée sont comme un grand festin autour d'un sepulchre;

19. Que sert à l'idole l'oblation, puisqu'elle ne peut en manger ni en sentir l'odeur?

20. Tel est celui que Dieu chasse de devant sa face, qui porte la peine de son iniquité;

21. Qui voit les viandes de ses yeux, et qui gémit comme un eunuque qui embrasse une vierge et qui soupire.

22. N'abandonnez point votre âme à la tristesse, et ne vous affligez point vous-même dans vos pensées.

23. La joie du cœur est la vie de l'homme, (et un trésor incalculable de sainteté;) la joie de l'homme rend sa vie plus longue.

24. Ayez pitié de votre âme, (en vous rendant agréable à Dieu; et retenez vos mauvais desirs.)

congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longè repelle à te;

25. Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illà.

26. Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.

27. Splendidum cor, et bonum in epulis est; epulæ enim illius diligenter fiunt.

nissez votre cœur (dans la sainteté de Dieu,) et bannissez loin de vous la tristesse;

25. Car la tristesse en a tué plusieurs, et elle n'est utile à rien.

26. L'envie et la colère abrègent les jours, et l'inquiétude fait venir la vieillesse avant le temps.

27. Le cœur bon et serein est dans un festin continu; car on lui prépare avec soin les meilleures viandes.

COMMENTARIUM.

[VERS. 1.—NOVISSIMO, id est, senectute, pater filium vides benè moratum; vel q. d., tandem, scilicet filius sit correctus. PALPET, scilicet filius mendicans, vel vagabundus (1).

VERS. 3.—ZELUM, id est, iram, vel invidiam (2).

VERS. 7.—COLLIGABIT, scilicet pater. SUA, id est, filiorum, q. d.: Medebitur ipsorum corruptis moribus. VOCEM, id est, rumorem de illorum improbitate sparsum (3).

VERS. 8.—REMISSUS, id est, dissolutus, seu sine disciplinà (4).

VERS. 9.—LACTA, etc., q. d.: Si blandiaris, sic seget, ut timeas ei (5).

(1) VERS. 2.—QUI DOCET FILIUM SUUM, etc. Quoque l'âge le plus tendre ait besoin de quelque indulgence, néanmoins aussitôt que l'esprit commence un peu à se former, il ne doit point s'amuser à rire et à se jouer avec lui, de peur que cette familiarité ne le porte peu à peu à traiter d'égal celui à qui il doit se soumettre avec grand respect, et dont il doit craindre les moindres paroles. (Sacy.)

QUI DOCET FILIUM SUUM, etc. Græcus ad verbum: *Qui docet filium, zelo commovebit (aut ad æmulationem excitabit) inimicum; et coram amicis exsultabit in illo, aut lætitiâ effretur propter eum.* In bonis ac malis nostris contraria est affectio amicorum atque inimicorum: alii gaudent nostris commodis, dolent incommodis; alii contrario modo sunt affecti: itaque ostendit Sapiens ex illorum affectione quam vim habeat recta filiorum disciplina. (Badvellus.)

(2) VERS. 5.—IN VITA SUA VIDIT, ET LÆTATUS EST IN ILLO. Nam:

Sed crede, nullum gratius spectaculum est

Quàm post querelas orbitatis tetricæ

Conspicere florem liberum orientem domi.

IN OBLI SUO NON EST CONTRISTATUS. Solatium mortis habuit filium bonum superstitem.

NEC CONFUSUS EST CORAM INIMICIS. Non est in Græco. (Grotius.)

(5) PRO ANIMABUS FILIORUM COLLIGABIT VULNERA SUA, etc. Græcus habet: *Qui filio indulget, ejus vulnera obligabit, eique ad omnem clamorem turbabitur pectus.* In causâ erit ut sibi nequam et percussor, atque ita vapulet, adeo ut ubique pater tumultum audierit, metuat ne ibi periclitetur filius. (Castalio.)

(4) EQUUS INDOMITUS EVADIT DERTS, ET FILIUS REMISSUS EVADET PRÆCEPTS. De liberorum emendatione desperandum non est. Sævissima et indomita ingenia frequenter optima evadunt, ubi ætas et optima institutio hujusmodi ingeniorum acerbiter mollierit. Acres pulli, si optimè illos doceas, equi eximii fiunt. (Calmel.)

(5) LACTA FILIUM, ET PAVENTEM TE FACIET; LUDE CUM EO, ET CONTRISTABIT TE. PRO *lacta*, Græcè est *τρεφασα*, id est, nutricare, lacta, ciba, mammani præbe instat nutriticis; *παιδὸς* enim sunt mammae, et *τρεφῆ* est nutrita. Rursus pro *paventem te faciet*, Græcè est, *ἐδουλεύσας αὐτὸν*, id est, suppetfaciet te, obstupescere faciet te. Unde Tigurina vertit: *Lactes filium, terribilia te, lactas cum eo, te contristabit.* SYLVS:

VERS. 10.—CONDOLEAS, pro, *doleas*, scilicet poëstea. OBSTUPESCENT, scilicet præ dolore; q. d.: Præ mœrore obmutescas, vel des poenas, et crucieris, nec possis corrigere: ut qui comedit acerba non potest alia comedere, datque erroris poenas (1).

VERS. 11.—DESPICIAS, id est, corrigere negligas.

VERS. 12.—INDURET, id est, durus evadat (2).

VERS. 13.—OPERARE IN ILLO, id est, operam pone

Erudi filium tuum, ne illudaris; et si corriseris ei, vexabit te; alii Germanius et nervosius: *Nutricare filium, et stupore attonito percellat te; collude cum eo, et dolore afficiet te.* Est ironia; q. d.: O pater, ô mater, quæ filium jam ablactatum et grandævalem nimis tenerè amas, pascis et tractas quasi infans esset, pergito, si lubet, illum quasi infantem molliter lactare, et indulgere omnia quæ petit; sed scito quòd mox timore tui excusso, teipsum faciet timentem. imò suâ audaciâ et contumaciâ obstupescere faciet te, reddetque attonitum, ut et tibi et illi magnum aliquod malum obventurum jure metuas. Collude illi, blandire illi, et dissuaviare cum illo, uti prius, cum infans esset; sed scito quòd impudens effectus, spernet te, ridebit te, affliget et constribabit te. Sicut enim infantia tenera et innocens, dolique et mali experte eget lactatione blandâque educatione, sic vicissim pueritia succedens infantia, jam doli, superbiæ et proterviæ capax, imò obnoxia, gravem seriâque postulat educationem, et lasciviæ puerilis castigationem: quare necesse est parentem graviter et severè cum eis agere, ut sui reverentiam et metum eis incutiant. (Corn. à Lap.)

(1) OBSTUPESCENT DENTES TUI. Ut enim stupor in dentibus relictus, est effectus præcedentis cibi dentibus mansi, v. g., uvæ acerbæ, ita dolor animum excrucians et lacerans, effectus est mollis, et indulgentis educationis; qui ergo illum non vult, ab hac absteineat. Græcè est, *σκληραίνουσι τοὺς ἰδόντας σὺ* quod Tigurina vertit: *Dentibus tuis infrendeas.* (Menochius.)

(2) CURVA CERVICEM EJUS IN JUVENTUTE. Hoc Salomon dixit: *Castiga filium, dum spes est.* Spes enim est dum indoles flecti potest, ut in adolescentiâ. Unde Plato adolescentes appellat *κρίβινους*, quòd perinde ut cera facile flecti possint quò velis. TUNDE LATERA EJUS. Cave τὸ ῥιπὸν sequaris. Nam crudele est si quis puero latera frangat. Quid ergo sibi vult? Si peccet, inquit, adhibeatur pro delicto severitas, cum hæc tamen cautione, ne nimium severi simus. Nam ut nimia lenitas in castigando vituperatur, ita quoque nimia severitas. Modus in quaque re optimus. Adhibeatur ergo moderata severitas, quæ puero non exitium, sed salutem adferat. Hæc est illa *salutaris severitas* Ciceroni tantoperè laudata, quam isti Demæ *lenitatem* vocant; qui modum ipsi servare non possunt, in hos nimium, lenes, et in illos nimium severi, prout odio aut amore ducuntur; ut mirum non sit si quis eis satisfacere non possit cum ipsi satisfaciant nemini. DEM INTRANS EST. Habent enim in se priam anni lentum quiddam et molle, quod facile formari queat atque ad arbitrium volentis trahi. (Drusius.)

diligentem in eo docendo. **ORTENTAS**, id est, incidis ; q. d. : Ne fortè turpiter agat.

VERS. 14. — **MALITIA**, id est, aegritudine, vel vitiiis.

VERS. 15. — **CENSUS**, id est, divitiæ.

VERS. 16. — **GAUDIUM**, scilicet ex bonâ conscientia.

VERS. 17. — **ÆTERNA**, scilicet per mortem.

VERS. 18. — **BONA**, etc. ; q. d. : Perinde sunt avaro divitiæ, ut mortuo epulæ (1).

VERS. 19. — **EFFUGATUR**, id est, longè est ; q. d. : Nihil ei prosunt divitiæ. **MERCEDES INIQUITATIS**, id est, quod meretur ejus iniquitas, scilicet ut frui non possit iis quæ possidet (2).

(1) **BONA ABSCONDITA IN ORE CLAUSO**, QUASI APPOSITIONES EPULARUM CIRCUMPOSITÆ SEPULCRO. Græci variant ; nam in quibusdam est vox quæ significat *abscondita*, in aliis *effusa*. Dicitur sententia in eos qui bonis uti non audent sibi à Deo concessis. Et sensus est : *Bona abscondita*, id est, reposita et thesaurizata, sunt velut homini habenti os clausum, id est, ei qui bonis uti non audet, nec inde audet comedere ; et proinde quoque velut ferula ciborum apposita sepulcris mortuorum, de quibus mortui ipsi sanè non comedunt. Hinc illud : *Quò mihi divitiæ, si non conceditur uti ?* Si legatur *effusa*, sensus erit : *Bona effusa, vel offusa*, id est, oblata ori clauso, id est, homini avaro, qui non audet partis uti, sunt quasi epulæ ad sepulcra mortuorum positæ. Quin sublimiori sensu monet quoque Sapiens, unumquemque, qui talentum aliquod à Deo creditum est, quo proximo suo et Ecclesiæ prodesse possit, legitime illud expendere. Quod qui abscondit, bona habet abscondita in aure clauso, id est, scientiam et eloquentiam in ore pigro ad docendum : De quo dicit Judex in Evangelio Matth. 25 : *Ejicite servum inutilem in tenebras exteriores.*

(Estius.)

(2) **VERS. 20.** — **SIC QUI EFFUGATUR A DOMINO**. Cui scilicet talentum in ejus morte auferitur à Domino, et effugatur de viventium consortio.

CAPUT XXXI.

1. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.

2. Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam.

3. Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie suâ replebitur bonis suis.

4. Laboravit pauper in diminutione victûs, et in fine inops fit.

5. Qui aurum diligit non justificabitur, et qui insequitur consumptionem, replebitur ex eâ.

6. Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum.

7. Lignum offensionis est aurum sacrificantium : vix illis qui sectantur illud, et omnis imprudens perierit in illo.

8. Beatus dives qui inventus est sine maculâ, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniâ et thesauris.

9. Quis est hic? et laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vitâ suâ.

10. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aterna : qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala, et non fecit :

11. Ideò stabilita sunt bona illius in Domino, et elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

VERS. 21. — **SUSPICANS**, scilicet, quia non potest quod optat.

VERS. 22. — **IN CONSILIO TUO**, id est, dum deliberas de aliquo (1).

VERS. 25. — **JUCUNDITAS**, scilicet in rebus bonis. **SANCTITATIS**, id est, sanctus. **LONGEVITAS**, id est, vitam producit.

VERS. 24. — **EJUS**, scilicet, animæ, vel Dei.

VERS. 26. — **ZELUS**, id est, indignatio, vel invidia. **COGITATUS**, id est, sollicitudo (2).

VERS. 27. — **SPLENDIDUM**, scilicet Dei luce. **BONUM IN EPULIS**, etc., id est, bene tibi, utitur, scilicet non parce, ut avari, sed liberaliter et diligenter familiam alit.

PORTANS MERCEDES INIQUITATIS, id est, demerita omissiois. (Lycanus.)

(1) **TRISTITIAM NON DES ANIMÆ TUÆ**. Græcè : *Ne des in tristitiam, aut mororem, animum tuum*. Postquam Sapiens ostendit quanta vis sit tum allicte corporis valetudinis, tum aegritudinis animi ad miserè vivendum etiam in maximis divitiis, nunc hortatur ad tranquillitatem animi et lætitiâ, atque etiam ad jucundam ac moderatam perfruitionem, quæ ad corpus sustentandum reficiendumque à Deo tribute sunt. Monet enim ut animus quietus ac tranquillus, vacuusque omni perturbatione conservetur ; et in victu ac ciborum delectu, corporis ratio habeatur. Hæ enim sunt duæ partes nature nostræ, quas diligere tuerique debemus, non corrumpere molestiâ parcimoniâque eorum honorum, quæ, ut ait Paulus, Coloss. 2, 25, *ad nutriendam explendamque carnem à Deo creata sunt.* (Biblia Vatabli.)

(2) **ZELUS**, invidia, livor. **COGITATUS**, Græcè, cura, sollicitudo : post hunc versum multa habet Græcus quæ respondent Vulgatæ, cap. 55, 46 et seq. usque ad finem capituli, quo loco convenientius reponetur. (Bossuet.)

CHAPITRE XXXI.

1. La veille, pour amasser du bien, dessèche la chair, et l'application qu'on lui donne ôte le sommeil.

2. La pensée inquiète de l'avenir renverse le sens, et la maladie violente rend l'âme sobre.

3. Le riche travaille pour amasser du bien ; et quand il cesse de travailler, il jouit du fruit de ses richesses.

4. Le pauvre travaille parce qu'il n'a pas de quoi vivre ; et à la fin il tombe dans une extrême nécessité.

5. Celui qui aime l'or ne sera point innocent ; et celui qui recherche la corruption, en sera rempli.

6. L'or en a fait tomber plusieurs et sa beauté a été leur perte.

7. (L'or) est un sujet de chute à ceux qui lui sacrifient ; (malheur à ceux qui le recherchent avec ardeur,) il fera périr tous les insenses.

8. Heureux le riche qui a été trouvé sans tache, qui n'a point couru après l'or, (et qui n'a point mis son espérance dans l'argent ni dans les trésors.)

9. Qui est celui-là, et nous le louerons, parce qu'il a fait des choses merveilleuses pendant sa vie ?

10. Il a été éprouvé par l'or, et trouvé parfait ; ce sera pour lui une gloire (éternelle) : il a pu violer le commandement de Dieu, et il ne l'a point violé ; il a pu faire le mal, et il ne l'a point fait.

11. (C'est pourquoi) ses biens ont été affermis (dans le Seigneur,) et (toute) l'assemblée (des saints) publiera les aumônes qu'il a faites.

12. Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior.

13. Non dicas sic: Multa sunt quæ super illam sunt.

14. Memento quoniam malus est oculus nequam.

15. Nequius oculo quid creatum est? ideò ab omni facie suâ lacrymabitur, cum viderit.

16. Ne extendas manum tuam prior, et invidiâ contaminatus erubescas.

17. Ne comprimaris in convivio;

18. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso:

19. Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, ne cum manducas multum, odio habearis.

20. Cessa prior causa disciplinæ, et noli nimius esse, ne fortè offendas.

21. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.

22. Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum! et in dormiendo non laborabis ab illo, et non senties dolorem.

23. Vigilia, cholera et tortura viro infrunito:

24. Somnus sanitatis in homine parco; dormiet usque manè, et anima illius cum ipso delectabitur.

25. Et si coactus fueris in edendo multum, surge è medio, evome, et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem.

26. Audi me, fili, et ne spernas me, et in novissimo invenies verba mea.

27. In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.

28. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.

29. Nequissimo in pane murmurabit civitas, et testimonium nequitix illius verum est.

30. Diligentes in vino noli provocare, multos enim exterminavit vinum.

31. Ignis probat ferrum durum; sic vinum corda superbiorum arguet in ebrietate potatum.

32. Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius.

33. Quæ vita est ei qui minuitur vino?

34. Quid defraudat vitam? mors.

35. Vinum in jucunditatem creatum est, et non in ebrietatem, ab initio.

36. Exultatio animæ et cordis, vinum moderatè potatum.

37. Sanitas est animæ et corporis sobrius potus.

38. Vinum multum potatum, irritationem, et iram, et ruinas multas facit.

39. Amaritudo animæ vinum multum potatum.

40. Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.

41. In convivio vini non arguas proximum, et non despicias eum in jucunditate illius;

42. Verba improprietii non dicas illi, et non premas illum in repetendo.

12. Si vous êtes assis à une grande table, ne vous laissez point aller (d'abord) à l'intempérance de votre bouche.

13. Ne dites point: Voilà bien des viandes sur cette table.

14. Souvenez-vous que c'est une méchante chose que l'œil mauvais.

15. Qu'y a-t-il parmi les créatures de plus malin que l'œil? c'est pourquoi il pleurera, quelque bon visage qu'on lui fasse.

16. N'y portez point la main (le premier, de peur que son envie ne vous déshonore et ne vous fasse rougir.

17. Ne vous empressez point étant au festin.

18. Jugez de la disposition de votre prochain par la vôtre.

19. Usez comme un homme (tempérant) de ce qui est servi, de peur que vous ne vous rendiez odieux en mangeant beaucoup.

20. Cessez le premier de manger, par modestie; et n'y faites point d'excès, de peur de tomber en faute.

21. Si vous êtes assis avec beaucoup de personnes, ne portez pas la main aux viandes avant elles, (et ne demandez pas le premier à boire.)

22. Un peu (de vin) n'est-il pas plus que suffisant à un homme réglé? vous n'aurez point ainsi d'inquiétude pendant le sommeil, et vous ne sentirez point de douleur.

23. L'insomnie, la colique et les tranchées sont le partage de l'homme intempérant.

24. Celui qui mange peu aura un sommeil de santé; il dormira jusqu'au matin, et son âme se réjouira en lui-même.

25. Si l'on vous a contraint de manger beaucoup, levez-vous, (déchargez votre estomac;) vous trouverez du soulagement, (et vous n'attirerez point une maladie à votre corps.)

26. Ecoutez-moi, mon fils, et ne me méprisez point; et vous reconnaîtrez à la fin la vérité de mes paroles.

27. Soyez prompt dans toutes vos actions, et vous ne tomberez dans aucune maladie.

28. Les lèvres (de plusieurs) béniront celui qui donne libéralement à manger; et on rendra à sa conduite un témoignage avantageux.

29. Toute la ville murmurerà contre celui qui donne à manger avec trop grande épargne, et le témoignage qu'on rendra à son avarice sera véritable.

30. N'exécitez point à boire ceux qui aiment le vin, car le vin en a perdu plusieurs.

31. Le feu éprouve la dureté du fer, et le vin bu avec excès fait reconnaître les cœurs des superbes.

32. Le vin, (pris avec tempérance,) est une seconde vie; si vous en prenez modérément, (vous serez sobre.)

33. Quelle est la vie d'un homme qui se laisse abattre par le vin?

34. Qu'est-ce qui nous prive de la vie? C'est la mort.

35. Le vin a été créé, (dès le commencement,) pour être la joie de l'homme, (et non pour l'enivrer.)

36. Le vin, pris modérément, est la joie de l'âme et du cœur.

37. (La tempérance dans le boire est la santé de l'âme et du corps.)

38. Le vin bu avec excès produit la colère et l'emportement, et attire de grandes ruines.)

39. Le vin bu avec excès est l'amertume de l'âme.

40. L'ivrognerie inspire l'audace: elle fait tomber l'insensé; elle ôte la force, et elle est cause des blessures de plusieurs.

41. Ne reprenez point votre prochain, lorsqu'il est à une table où l'on boit du vin, et ne le méprisez pas lorsqu'il se rejouit de la sorte.

42. Ne lui faites point de reproches, et ne le pressez point, en lui redemandant quelque chose qu'il vous doit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HONESTATIS, id est, quibus divitiae auferunt. COGITATUS, id est, sollicitudo (1).

VERS. 2. — PRÆSCIENTIÆ, id est, providendi in futurum. SENSUM, id est, mentem, scilicet interdum à recto (2).

VERS. 3. — ET INQUIIT, etc.; q. d.: Etiam dormiens cogitat de divitiis (3).

(1) VIGILIA HONESTATIS TABEFACIET CARNES. Honestas hoc libro ferè pro divitiis ponitur, eò quod vulgo honestas ex divitiis aestimatur, et homines opulenti honesti vocantur. Ita supra cap. 11: *Honestas et paupertas à Deo sunt*. Et de Jacob patriarcha Sap. 40: *Honestavit illum in laboribus*, etc. Sensus ergo hujus loci est nimiam et immoderatam curam colligendi opes, hominem emacere, et talem corpori ejus adducere, somnumque et quietem nocturnam impedire. (Estius.)

(2) COGITATUS PRÆSCIENTIÆ, scilicet divinae, quæ Deus omnia videt aperte, auferit sensum ab omni malo. Boetius lib. 3 de Consolatione: « O viri, magna indicta vobis est necessitas probitatis, si dissimulare non vultis, quoniam cuncta agitis ante oculos judicis cuncta cernentis. »

ET INFIRMITAS GRAVIS SOBRIAM FACIT ANIMAM; nam, quamdiu durat, auferit appetitum comedendi; et in convalescentiâ oportet quod homo sobrie vivat ne recidivum incurrat; et sic per talem consuetudinem disponitur ad sobrietatem. (Lyranus.)

(3) LABORAVIT DIVES, etc. Ostendit Sapiens quàm dispar sit conditio divitum et pauperum. Dives quidem laborat, ut augeat divitias, sed cum voluerit, bonis partis frui potest. At pauper semper cum paupertate conflictatur, nec unquam ex misero illo statu potest emergere. (Menoehius.)

LABORAVIT DIVES, etc. LABORAVIT PAUPER, etc. Docuit disparem valde esse conditionem divitis et pauperis, ac laboris, quem uterque impendit ad congregandas opes. Nam laboravit, id est, laborare solet, dives in, id est, ad congregationem substantiæ, ut scilicet congreget substantiam et opes; pauper verò laborat in, id est ob, diminutionem victus, puta ob paupertatem quâ victum minuit et destituitur, q. d.: Pauper laborat non tam ut ditescat quàm ut victietur, et vitam laborando trahat et proroget; at dives non laborat ut victum comparet, quia eo abundat, sed ut opibus collectis majores adjiciat, locuples fiat et splendidus.

Rursùm, dives in requie suâ replebitur bonis suis, id est, dives cum cessat laborare et congerere opes, ac requiescit contentus quæsitis, replebitur bonis, id est, laute et splendide vivet, deliciabitur, frueturque suis divitiis; at pauper, cum volet quiescere, aut cogetur ob senium morbumve cessare à labore, fiet inops cogeturque mendicare. Unde Græca habent: *Laboravit dives congerendis pecuniis, et in requie suâ expletur deliciis suis. Laboravit pauper in penuriâ victus, et in requie suâ fit indigens*. Ita Lyranus, Jansenius et alii. Secundò, Tigurina vertit: *Laborat dives in congestis opibus, et in quiete occupatur suis divitiis; laborat pauper in vitâ tenui, et fit egeus in quiete*. Quod sic explicat Vatabl., q. d.: *Nimiâ sollicitudine tam dives quam pauper miser est. Hic enim tempore quietis et somni de suâ pauperie cogitando pauperior fit; ille curâ partorum discurciatur*. Omnia enim spectant eò, ut significetur miseria sollicitudinis, quæ esse solet in congerendis opibus.

Denique Palacius censet hic significari quòd divites parvo labore multum ditescant; pauperes verò magno labore vix comparent necessaria ad vitam. Admonetur, inquit, pauper ne nimis ditari velit, quia dives facili labore bonis repletur, at pauper, qui (etiam sibi nimis victum) ditescere vult, tandem inops evadit. Dives quidam interrogatus quomodò dives evaserat?

VERS. 4. — IN DIMINUTIONE, etc.; q. d.: Etiam victum minuens, ut possit ditescere.

VERS. 5. — JUSTIFICABITUR, id est, liber erit peccato. CONSUMPTIONEM, id est, perditionem (1).

VERS. 6. — CASTE, id est, incommoda et pericula. IN SPECIE, id est, ob pulchritudinem, scilicet quâ sunt decepti (2).

VERS. 7. — SACRIFICANTIUM, scilicet auro: est enim avaritia idololatria quædam. DEPERIIT, id est, peribit. Græcè capiatur (3).

respondit egregie: Cum pauper eram, magno labore conquisi divitias; cum dives fui, magnâ eas facilitate paravi. Unâ enim ad Indos protectione parat sibi plus opum dives, quam per totam vitam miser agricola. Ille facit illud: *Facilius est ex asse decessum* (id est, decem asses) *quàm ex semisse* (dimidio asse) *assem efficere*. Idem locum habet in mercaturâ spirituali, ut patet in S. Paulo, Apostolis virisque apostolicis, qui heroico actu uno plus effecere quàm nos permultis. Unde pauper, ait Varro, dicitur à paululâ re, vel à paulo lare (vel à paucis are); dives, à divo, qui, ut Deus, nihil indigere videtur.

Mysticè, divites sunt sancti ferventes et strenui ad accumulanda bona opera et merita; hi parvo labore multum ditescunt virtutibus et meritis; pauperes verò, id est, remissi et tepidi, magno labore, quem subeunt, quemque sæpè parit ipsorum aecia et torpor, parum in sanctitate proficiunt. Unde Rabanus: « Laborat, inquit, justus in congregatione spiritualis substantiæ, in meditando videlicet S. Scripturarum scientiam, et colligendo bonarum fructus virtutum; pro quibus omnibus post fidem præsentis vite requiem æternam percipiet. E contrario vero pauper scientiâ, et inops virtute, laborat quotidie in terrenis cupiditatibus, pro quibus in fine non abundantiam cælestis habebit gaudii, sed penas ac dolores sustinebit inferni. » Quocirca sapiens S. Bernard. serm. 4 de Adventu: « Veræ divitiæ, ait, non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, ut in perpetuum dives fiat. » Et S. Greg. homil. 15 in Evang. « Fallaces, ait, divitiæ sunt, quæ nobiscum ciliî permanere non possunt; fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt; solæ autem divitiæ veræ sunt, quæ nos divites virtutibus efficiunt. Si ergo, fratres, divites esse cupitis, veras divitiis amate. » (Corn. à Lap.)

(1) QUI AURUM DILIGIT, NON JUSTIFICABITUR; ET QUI INSEQUITUR CONSUMPTIONEM (vel sectatur corruptionem); REPLEBITUR EX EA. Fieri nullo modo potest quin studium divitiarum immoderatum cum injustitiâ aliorumque injuriâ conjunctum sit. Satyricus;

Dives qui fieri vult, Et citò vult fieri; sed quæ reverentia legum?

Quis metus aut pudor est unquam properantis avari? Fructum autem divitiarum miserrimum Sapiens ostendit juxta sententiam Pauli Galat. 6, 8: *Quam quisque sementem fecerit, eam metet, sive carnis in corruptionem, sive Spiritûs in vitam æternam*. Cum autem divitiæ sint res fluxæ ac caducæ, qui eas toto animo studioque persequitur, quid aliud quàm corruptionem consecutur? (Badvellus.)

(2) MULTI DATI (Græcè, ligati) SUNT IN AURI CASUS, id est, in infortunia et discrimina propter aurum, vel auri gratiâ, vel ut est in Græco, in specie ipsius, id est, ob splendorem, ob pulchritudinem auri.

(Tirinus.)

(3) LIGNUM OFFENSIONIS EST AURUM SACRIFICANTIUM. Lignum offendiculi (est aurum) sacrificantibus ipsi est, sicut idola solent exitalia esse veneratoribus suis, sic et aurum. Solent autem idola Hellenisticis vocari *offensacula*, ut videre est 4 Regum 41, 55, et 46, 52, 2 Reg. 25, 15; Ezech. 5, 41, et 8, 10, et 57, 25. Avar-

VERS. 13. — SI MULTA, etc.; sub., potero indulgere genio.

VERS. 14. — NEQUAM, scilicet ejus qui invitavit; fortè enim ægrè fert sua consumi. AB OMNI FACIE SUA, id est, effusè; q. d. : Dolere solet maximè, cum alii lætantur. VIDERI ALIQUEM, scilicet lætari, vel te suaviter vesci (1).

ritia est quædam idololatria, Ephes. 5, 5. Coloss. 3, 5. Et pares solet habere exitus.

VE ILLIS QUI SECTANTUR ILLUD. Non est in Græco. ET OMNIS IMPRUDENS DEPERIET IN ILLO. *Ab eo capitur.* Servus fit rei cui imperare debuerat.

(Grotius.)

VERS. 10. — QUI PROBATUS EST IN ILLO ET PERFECTUS EST, ERIT ILLI GLORIA ÆTERNA. Inter gravissima hominis discrimina, dum vivit, opes sunt. Qui liberali animo divitias possidet, easque nullâ animi molestiâ deserit, aut sine dolore amittit, is certè perfectus est, æternâque gloriâ dignus. Pauperem inter opes esse in paupertate contentum, inter ignem non ardere; inter assentatores superbiâ non efferri, inter peccandi pericula non cedere, malè non agere, cum impunè liceat, id profectò maximum prodigiorum est.

(Calmet.)

VERS. 11. — IDEO STABILITA SUNT BONA ILLIUS IN DOMINO, etc. Le sage juge du riche comme saint Paul. Il est heureux, dit-il, s'il est trouvé sans cette tache de l'orgueil qui est le ver qui naît naturellement des richesses, et qui en est presque inséparable; s'il ne court point après l'or, comme en étant le maître et non l'esclave, et le possédant sans en être possédé; s'il ne met point son espérance dans l'argent et dans les richesses périssables, mais en Dieu, qui est le trésor de son cœur, que nul ne lui peut ravir. Celui-là a été éprouvé par les richesses comme l'or dans la fournaise, et il n'a point brûlé au milieu des flammes, et il a été trouvé parfait, parce que, comme l'amour du bien est la racine de tous les maux, selon saint Paul, aussi l'amour de Dieu, qui peut seul arracher de l'âme ce mauvais désir, est la ressource de toutes les vertus et de tout ce qui peut rendre un homme parfait. Il a pu violer le commandement, et il ne l'a point violé; car les richesses, comme dit saint Augustin, sont l'instrument de toutes les passions, et elles donnent comme un pouvoir général à l'homme de faire tout ce qui lui plaît. Celui qui les possède en est plus honoré, en est plus aimé; il craint comme les autres, et en est plus craint. Il a ce que tout le monde désire d'avoir. Ainsi le bon usage d'une chose si dangereuse, et le peu d'estime d'une aventure qui semble le plus grand bien de tous ceux de cette vie, puisqu'il les procure et les facilite tous, ne peut naître dans l'âme que d'un grand mépris de soi-même et de tout ce qui est périssable, et d'un amour qui la tient uniquement attachée à Dieu. C'est pourquoi ses biens ont été affermis dans le Seigneur, parce qu'il s'est établi, comme dit saint Paul, sur un fondement solide, et qu'il s'est acquis un trésor éternel.

(Sacy.)

VERS. 12. — SUPRA MENSAM MAGNAM SEDISTI? etc. Græca ad verbum: *Magnæ mensæ accubans, noli ei faucibus inhiare, aut multa ibi apposita esse cogitare*, te ob epularum copiam ingurgitare. (Castalio.)

(1) VERS. 15. — NEQUIUS OCULO. Intelligendum de oculo invidi. AB OMNI FACIE. Verbum è verbo sonat. Qui-

CAPUT XXXII.

1. Rectorem te posuerunt? noli extolli; esto in illis quasi unus ex ipsis.

2. Curam illorum habe, et sic conside, et omni curâ tuâ explicitâ recumbe:

3. Et læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam; et dignationem consequaris corrogationis.

VERS. 16. — INVIDIA, scilicet oculi nequam. CONTAMINATUS, id est, notatus, vel affectus, seu lacessitus.

VERS. 17. — COMPRIMARIS, id est, replearis.

VERS. 20. — DISCIPLINÆ, q. d., modestiæ, quam disciplina docet.

VERS. 23. — INFRUNITO, id est, impudenti, seu intemperanti; q. d., torquent illum.

VERS. 25. — COACTUS, id est, gravatus.

VERS. 26. — INVENIES, scilicet, vera esse.

VERS. 27. — VELOX, id est, diligens. OMNIS NON, id est, nulla, scilicet ferè q. d., rarè ægrotabis.

VERS. 28. — SPLENDIDUM, id est, liberalem. VERITATIS, id est, probitatis. FIDELE, id est, certum, seu stabile.

VERS. 29. — PANE, pro *in pane*, q. d., in dando cibum. VERUM EST; q. d. : Et meritò quidem vituperatur talis.

VERS. 30. — IN VINO, pro *vinum*.

VERS. 31. — ARGUET, id est, ostendet.

VERS. 32. — ÆQUA, id est, æquabilis, seu comoda.

VERS. 33. — VINO; sub. nisi mors (1).

VERS. 38. — IRRITATIONEM, scilicet animi.

VERS. 40. — IMPRUDENTIS OFFENSIO, id est, facit imprudentem offendere, seu per imprudentiam (2).

VERS. 41. — IN JUCUNDITATE, id est, dum potando hilarescit.

VERS. 42. — REPETENDO, scilicet si quid debet. Impertunum id tali tempore (3).

dam explicant *quæcumque de causâ*; alii *de omni re objectâ*, sive de *aspectu rei cujusque*. Ego exposui *omnibus modis*; nam id hebræis est *ab omni facie*; dicunt etiam *ab omni loco*, et *super omnem faciem*, pro *omniò, quæcumque ratione*. (Drusius.)

(1) VERS. 36. — EXULTATIO ANIMÆ ET CORDIS, etc. Græcus ad verbum: *Exultatio cordis et lætitia animi, vinum potum in tempore sufficiens*. Usum vini rectum duobus ostendit rebus: tempore, atque câ moderatione quâ non plus aut minùs vini quàm natura postulet sumatur. Qui bibunt alieno tempore, ut ii quos Isaias cap. 5, 41, dicit *mane surgere ad potandum*; aut plus sumunt quàm vires naturæ ferre possunt, ii non utuntur vino, optimo Dei dono, sed abutuntur.

(Biblia Vatabli.)

(2) EBRIETATIS ANIMOSITAS. Græcè, multiplicat, etc. minorans virtutem, minuens vires. (Bossuet.)

(3) Ne lui faites point de reproche, et ne le pressez point en lui redemandant quelque chose. Le Sage marque ici d'une manière plus obscure ce qu'il a dit clairement ailleurs, qu'il y a un temps pour toutes choses, que la sagesse découvre et que la discrétion sait bien ménager, et que lors, par exemple, qu'un homme est à table, ou qu'il prend quelque relâche, ce n'est pas le temps de lui faire une remontrance, ou de lui parler avec force, ou d'exiger de lui quelque chose, mais qu'il doit se réserver pour une occasion plus favorable. (Sacy.)

CHAPITRE XXXII.

1. Vous a-t-on établi pour gouverner les autres dans un festin? ne vous en élevez point; soyez parmi eux comme l'un d'entre eux.

2. Ayez soin d'eux; et après cela asseyez-vous; prenez votre place, après que vous vous serez acquitté de tous vos devoirs;

3. Afin qu'ils deviennent le sujet de votre joie, que vous receviez la couronne comme un ornement de

4. Loquere, major natu, (debet enim te
5. Primum verbum) diligenti scientiâ, et non impedi-
as musicam.
6. Ubi auditus non est, non effundas sermonem,
et importunè noli extolli in sapientiâ tuâ.
7. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et
comparatio musicorum in convivio vini.
8. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi,
sic numerus musicorum in jucundo et moderato
vino.
9. Audi tacens, et pro reverentiâ accedet tibi bona
gratia.
10. Adolescens, loquere in tuâ causâ vix.
11. Si bis interrogatus fueris, habeat caput respon-
sum tuum.
12. In multis esto quasi inscius, et audi tacens si-
mul et querens.
13. In medio magnatorum non præsumas : et ubi
sunt senes, non multum loquaris.
14. Ante grandinem præbit coruscatio : et ante
verecundiam præbit gratia, et pro reverentiâ acce-
det tibi bona gratia.
15. Et horâ surgendi non te trices : præcurre au-
tem prior in domum tuam, et illic advocare, et illic
lude :
16. Et age conceptiones tuas, et non in delictis et
verbo superbo :
17. Et super his omnibus benedicito Dominum qui
fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.
18. Qui timet Dominum, excipiet doctrinam ejus,
et qui vigilaverint ad illum, invenient benedictio-
nem.
19. Qui quærit legem, replebitur ab eâ ; et qui in-
sidiosè agit, scandalizabitur in eâ.
20. Qui timet Dominum, invenient judicium ju-
stum, et justitias quasi lumen accendent.
21. Peccator homo vitabit correptionem, et secun-
dum voluntatem suam inveniet comparisonem.
22. Vir consilii non disperdet intelligentiam : alie-
nus et superbus non pertimescet timorem :
23. Etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et
suis insectationibus arguetur.
24. Fili, sine consilio nihil facias, et post factum
non pœnitebis.
25. In viâ ruinæ non eas, et non offendes in lapi-
des ; nec credas te viâ laboriosè, ne ponas animæ tuæ
scandalum :
26. Et à filiis tuis cave, et à domesticis tuis at-
tende.
27. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ :
hoc est enim conservatio mandatorum.
28. Qui credit Deo, attendit mandatis : et qui con-
fidit in illo, non minorabitur.

grâce (et que vous vous acquériez de la louange de
la part de tous les conviés).

4. Parlez le premier, vous qui êtes le plus âgé ; car
la bienséance le demande :

5. Mais parlez avec sagesse et avec science, et ne
troublez point l'harmonie.

6. Ne s'emparez pas la parole, lorsqu'on n'est pas
disposé à écouter, et ne vous levez pas à contre-
temps, dans le dessein de faire paraître votre sa-
gesse.

7. Un concert de musique dans un festin où l'on
boute du vin, est comme l'estacabouche enchassé dans
l'or.

8. Un nombre de musiciens dans un festin où l'on
boute du vin avec pain, et modérément, est comme un
cachet d'émeraude enchassé dans l'or.

9. (Écoutez en silence, et votre retenue vous ac-
querra beaucoup de grâce.)

10. Ne parlez, jeune homme, qu'avec peine, même
dans ce qui vous regarde.

11. Quand vous aurez été interrogé deux fois, ré-
pondez en peu de mots.

12. Conduisez vous en beaucoup de choses comme
si vous les ignoriez ; et écoutez en silence (et en fai-
sant des demandes).

13. Lorsque vous êtes avec les grands, ne prenez
point trop de liberté ; ne parlez pas beaucoup, ou il y
a des vicieux.

14. On voit l'éclair avant d'entendre le tonnerre ;
il y a de même, sur le visage de l'homme modeste,
une grâce qui le fait estimer avant qu'il parle : (et
cette retenue vous acquerra beaucoup de grâce.)

15. Quand l'heure de se lever de table sera venue,
ne vous embarrassez point ; mais courez le premier à
votre maison ; divertissez-vous là, et tenez-vous dans
la joie ;

16. Et repassez dans votre esprit vos pensées sans
péché et sans orgueil ;

17. Et dans toutes ces choses bénissez (le Sei-
gneur) qui vous a créé, et qui vous comble de tous
ses biens.

18. Celui qui craint le Seigneur, recevra (de lui)
l'instruction ; et ceux qui veillent (pour le chercher)
seront bénis de lui.

19. Celui qui cherche la loi de Dieu, en sera rem-
pli ; et celui qui agit avec hypocrisie, y trouvera un
sujet de chute.

20. Ceux qui craignent le Seigneur, reconnaitront
ce qui est juste, et ils allumeront leur justice comme
une vive lumière.

21. Le pécheur évitera d'être repris, et il trouvera
des interprétations de la loi selon son désir.

22. L'homme considéré ne perdra aucune occasion
de s'éclaircir ; l'étranger et le superbe n'a aucune
crainte,

23. Non pas même lorsqu'il agit seul et sans con-
seil ; (mais ce qu'il a fait de sa tête, le condamnera.)

24. (Mon fils) ne faites rien sans conseil ; et vous
ne vous repentirez point de ce que vous aurez fait.

25. N'allez point dans une route perdue, et vous ne
vous heurterez pas contre les pierres ; ne vous enga-
gez point dans un chemin pénible, (de peur que vous
ne prépariez à votre âme un sujet de chute.)

26. Donnez-vous de garde de vos enfants-mêmes,
(et défendez-vous de vos domestiques.)

27. Dans toutes vos œuvres, écoutez votre âme
(et soyez lui fidèle ; car c'est ainsi qu'on garde les
commandements de Dieu.

28. Celui qui croit en Dieu, est attentif à ce qu'il
ordonne ; et celui qui met sa confiance dans le Sei-
gneur, ne tombera dans aucun mal.

COMMENTARIUM.

VERS. 4 (1). — CONSIDERA, scilicet quomodo regere
debeas. Græcè conside ; q. d. : Tum poteris sedere,

(1) VERS. 4. — RECTOR M TE POSTERUNT ? NOLI EXTOLLI. Continuat Sapiens sermonem superiore capite

institutum de conviviis, quæ à Græcis æterisque
Orientibus populis maximè et frequentè et hilaritate celebrantur. In his mos aut ut aliquis summè
auctoritate a conviviis delinqueretur, aut sorte constitu-
eretur, qui convivio præesset, quem Græci οὐρα-

seu quiescere, cùm illorum curam habueris, ut statim explicat (1).

VERS. 3. — RECUMBE, id est, quiesce. GRATIÆ, id est, gratiosum seu decorum. DIGNATIONEM, id est, dignitatem. CORROGATIONIS, id est, ob operam tuam (2).

VERS. 5. — PRIMUM VERBUM, q. d., in primis verò. DILIGENTI SCIENTIAM, id est, discendi cupidis. MUSICAM, id est, concentum; q. d., ordinem, id est, procedito ordine in disserendo. Vel de musicâ honestâ loquitur, solità in conviviis adhiberi (3).

πρωτόρχην, Latini *summum magistrum* appellârunt. Cicero hujusmodi rectionem moderationemque convivorum *magisteria* nominat in libro de Senectute. Hoc loco ἡγούμενος dicitur; ab aliis etiam *rex* dicebatur: à quo leges convivii totaque bibendi ratio præscribatur. (Badvellus.)

(1) CURAM ILLORUM HABE, ET SIC CONSIDE. In Græco: *Ut coquis et vini ministris, mensæque et vasorum apparatus, quæ res exiget, imperes, velut ex regali solio.*

(2) ET OMNI CURA TUA EXPLICITA RECUMBE. In Græco: *Quæ opus sunt fac, et laudem eâ de causâ assecutus, accumbe, mensæ scilicet, cum aliis.* (Grotius.)

(3) ET ORNATIS CAUSÂ CORONAM ACCIPIAS. Videtur aliquando moris fuisse ut ei qui magistrîi munus ritè administrasset, honoris ergo corona imponeretur. Quod ex hoc loco quidam colligunt. Qui tamen de aliis coronis intelligi potest, è floribus necti solitis, quibus convivæ utebantur. Interdùm solâ coronæ impositione magistros dicebant. Quod indicat Plautus Persâ, cùm ait:

*Do hanc tibi florentem florenti, tu sic eris
Dictatrix nobis.*

Has coronas quidam capiti, nonnulli collo imponebant; alii brachiis aptabant. Fiebant autem, ut Ciacconius annotat, è floribus quos anni tempus subministrat; sed maximè è rosâ, aliisque quæ ebrietatem prohiberent, et caput non gravarent. (Drusius.)

VERS. 4. — LOQUERE, MAJOR NATU: DECET ENIM TE — VERS. 5. — PRIMUM VERBUM DILIGENTI SCIENTIA, ET NON IMPEDIAS MUSICAM; sed sapienter loquere, neque concentum turbes. Hæc ad unum convivii regem non pertinent, sed ad quoslibet, qui solemnibus conviviis adsunt. Jubet scriptor eos qui ætate majores sunt, verba in conviviis facere; ita enim rectus ordo et honestas postulant; illos cæteri colunt, atque ex eorum dignitate pendunt: caveant tamen ne quid parùm sapienter aut meditatè loquantur, præsertim verò ne concentum lyrasque turbent, quibus uti solebant in convivio lecoupletes. Nemo liberaliter institutus erat qui et canere et lyram pulsare nesciret. Fortassè etiam lyricines mercede conducti habebantur. Vetat Sapiens ne senes musicam sermonibus turbent. (Calmet.)

(3) VERS. 6. — UBI AUDITUS NON EST, NON EFFUNDAS SERMONEM, ET IMPORTUNE NOLI EXTOLLI IN SAPIENTIA TUA. Monuit senes ut loquantur sensata in convivio: hic modum et conditionem adhibet, scilicet si sit auditus, hoc est, audientia; puta, si adsint auditores audire parati; alioqui, ubi id non est, frustra et imprudenter effunditur sermo, uti fit à nonnullis polylogis et verbosis, qui ubique suam sapientiam ostentare satagunt, contra quos ait: *Et importunè noli extolli in sapientiâ tuâ*, ut importuno tempore, cùm scilicet non sunt auditores qui audire velint, promas et jactes tuam sapientiam, eamque nolentibus et invitis ingeras.

Græci codices tollunt primam negationem non; unde sic habent: *Ubi est acroama, ne locutionem effundas, neu intempestivè sapiens esto.* Acroama Græcis est narratio aut fabula, quæ à vulgo libenter auditur. Propriè *acroama* est auditus, auscultatio, q. d.: Ubi

VERS. 7. — COMPARATIO, id est, concentus.

VERS. 8. — SIGNUM, id est, sigillum.

VERS. 9. — REVERENTIA, id est, pudore, seu modestiâ. BONA GRATIA, id est, benevolentia (1).

VERS. 11. — SI BIS, etc., q. d.: Ne responde, nisi bis rogatus. HABEAT CAPUT, q. d., summam dic, seu pauca prudenter.

VERS. 14. — GRANDINEM. Græcè, tonitruum; q. d.: Ut tonitru cum fulgure excipitur, ita verecundia cum benevolentia (2).

alii audiuntur, tu ne effunde sermonem. Unde Tigrina: *Ubi locus est auscultandi, verba ne fundites, nec sapientem agas intempestivè.* Hinc Acroamatica vocantur Aristotelis commentationes, in quibus philosophia subtilior remotiorque agitur, quæ proinde diligenti discipuli auscultatione et attentione indigent. Hic tamen *acroama* significat narrationes, historias, carmina, fabulas, quæ super mensam recitari solent, ut convivas recreent, ac ipsos etiam musicorum cantus, qui avidè à convivis auscultari solent. Ita *acroama* pro cantu accipit Macrobius: « Delectatus, » inquit, Cæsar inter cœnam symphonicis, eos frumento tantùm donavit, cùm in alia *acroamata* fuisset « nummis liberalis. » Sic etiam hic accipi potest, ut explicet id quod præcessit: *Et non impedias musicam.* Unde addit: *Ubi est acroama, ne loquaris*, hoc est, quando carmina canuntur, noli loquaciter obstrepere et intempestivè sapientem agere.

Verùm melius noster legit per negationem: *Ubi non est acroama*, id est, auditus, non effundas sermonem. Favet Syrus dùm vertit: *In loco in quo bibitur vinum (ubi viget compotatio) ne misceas sermonem, nec semper sapientem agas.* Sensus est quem initio assignavi, isque aptè respondet lectioni, quæ habet vers. 5: *Decet enim te primum verbum (loqui) diligenti scientiâ; nam ubi non est auditus, ubi scilicet non diligitur scientia, non effundas sermonem.* Huic gnomæ similis est illa Syrorum: *Ne emittas canem ubi non est venatio, hoc est, ne quem corripias vel doceas, ubi non est spes profectus et fractus.* (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 10. — ADOLESCENS, LOQUERE IN TUA CAUSA VIX. — VERS. 11. — SI BIS INTERROGATUS FUERIS, HABEAT CAPUT RESPONSUM TUUM. Sapiens diligenter ac multis præceptis adolescentiores instruit, ut potius tacere discant et audire quàm loqui. Nempe loqui et docere ad majorem ætatem pertinet; tacere, audire, discere, ad ætatem juvenilem; idque propter multam et crassam ignorantiam, cui omnes ex ipsâ nativitate sumus obnoxii. Pro eo quod habemus in *tuâ causâ*, Græcè est, *si tuî usus est*, id est, si tuo sermone sit opus in re aliquâ. Item *habeat caput responsum tuum*, Græcè sonat: *Conclude in caput (vel in summam) sermonem*, in paucis multa; ut sit sensus: Adolescentes, loquere si quando causa postulat, idque vix etiam bis interrogatus. Ac si dicat: Primum, cum verecundiâ te excusa tanquàm adolescentior (neque enim jubet eum interrogatum prorsus tacere, quod est stupidi et rustici hominis, sed primum verecundè se excusare); secundò autem interrogatus responde, sed breviter, ita ut responsonem tuam in caput, vel summam, id est, in pauca verba conferas. D. Gregorius, parte 3 Curæ pastoralis, admonit. 26, sic legit: *Habeat initium responsio tua*, quasi dicat: Demùm secundò interrogatus incipe respondere. Sed verbum Græcum non significat incipere, sed in caput et summam redigere. (Estius.)

(2) PRÆBIT, id est, comitabitur, prærens erit, aderit. Sic accipitur illud Psal. 88: *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam*, quia scilicet Deus virtutes illas inseparabiles habet comites. Sensus ergo nostri versiculi est: Ubi grandinem (sive, ut in Græco est, tonitruum) comitatur coruscatio, ita verecundiam gratia apud eos qui vident verecundum adolescentem.

VERS. 15. — TE TRICES, id est, impedias, seu intrices; vel legendum, tetricus, id est, tetricus sis et tardus. PRIOR, pro *primum*, id est, ante omnia. DOMUM, id est, conscientiam. AVOCARI, scilicet à tumultibus. LUDE, id est, recreare spiritualiter (1).

VERS. 16. — AGE, etc., q. d., meditare, ut soles. ET SON, etc., q. d., idque pure et humiliter (2).

VERS. 17. — SUPER, pro in. INEBRIANTEM, id est, impletentem.

VERS. 19. — INSIDIOSE, id est, fictè. Græcè, Simulatè. SCANDALIZABITUR IN EA, id est, offendet in illa; q. d.: Potius damnum referet quam lucrum.

VERS. 20. — INVENIENT, etc.; q. d.: Recte indicabunt. JUSTITIAS, id est, bona opera.

Benè tonitruo comparatur verecundia, quæ sine timore non est, et hominem percellit ut tonitru, eumque facit aliquando ut Græca loquuntur *εὐλαβήσεται*, attonitum et stupidum. Coruscationi verò confertur gratia, quia coruscatio de se jucunda est propter lucis et fulgoris gratiam. PRO REVERENTIA: quâ alios revereris.

(Menochius.)

(1) NON TE TRICES, id est, non protrahas moram in compensatione, aliàs compositione capillorum vel hujusmodi, sicut faciunt mulieres, unde dicit poeta: *Sint procul à nobis juvenes ut femina compti*.

PRÆCURRE AUTEM PRIOR IN DOMUM TUAM, recurrendo ad propriam conscientiam.

ET ILLIC AVOCARE, quasi responsurus de factis tuis coram summo iudice; ET ILLIC LUDE, id est, responsione factâ per hoc quod non es conscius de mortali culpâ, lude cum sapientiâ bonis meditationibus quæ sunt delectabiles.

(Lyranus.)

(2) ET AGE CONCEPTIONES TUAS, id est, animo et arbitrio tuo morem gere, fac quidquid collibitum fuerit, sed non in delictis et verbo superbo, id est, non pecces, non tumultueris, non lædas quemquam.

Notat inciviles hospites et convivas, qui quantumvis lautè excepti et saturi, de mensâ deserendâ non cogitant, sed in multum diem, imò in multam noctem, convivia protrahunt; domum reversi, pro lætâ domesticorum recreatione, jurgantur, tumultuantur, convitiis, verberibus, mille aliis injuriis uxorem, liberos, famulos affligunt.

(Tirinus.)

CAPUT XXXIII.

1. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit à malis.

2. Sapiens non odit mandata et justitias, et non illidetur quasi in procellâ navis.

3. Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.

4. Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic depreceatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.

5. Præcordia fatui quasi rota carri, et quasi axis versatilis cogitatus illius.

6. Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit.

7. Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum à sole?

8. A Domini scientiâ separati sunt, facto sole, et præceptum custodiente.

9. Et immutavit tempora, et dies festos ipsorum, et in illis dies festos celebraverunt ad horam.

VERS. 21. — COMPARATIONEM, id est, consentaneam sibi defensionem, vel exemplum similium hominum.

VERS. 22. — DISPERDET, id est, despiciet seu negliget. ALIENUS, scilicet, à consilio. TIMOREM, pro timore.

VERS. 25. — CUM EO, pro *secum*. SUI, etc., q. d.: In iis quæ seculatur, temeritatis arguetur (1).

VERS. 25. — ANIMÉ TUA, id est, tibi.

VERS. 26. — ATTENDE, id est, cave, scilicet ne quid, te fallentes, mali agant.

VERS. 27. — EX FIDE ANIMÆ, id est, conscientiæ fide informate (2).

VERS. 28. — MINORABITUR, id est, egebit.

(1) ETIAM POSTQUAM FECIT CUM EO, SECUM, Græcè, id est, ex propria sententiâ, sine consilio, etiamsi res suas fortunæ permittat, suis INSECTATIONIBUS, suis ipse consiliis capietur. Deest Græcè. (Bossuet.)

VERS. 24. — FIDÉ, SINE CONSIDIO NIHIL FACIAS, etc. L'Écriture ne distingue point ici les qualités ou des personnes ou des actions; mais elle dit à tout le monde, et pour toutes sortes de rencontres: *Man fide, ne faites rien sans conseil*. Si l'on pouvait excepter quelqu'un de cette règle, ce serait un homme aussi éclairé que saint Basile, et qui fut élevé à la dignité d'archevêque comme lui; et cependant c'est lui-même qui assure que c'est un orgueil insupportable que de croire qu'on n'a pas besoin des conseils d'un autre, et que nous verrons bien nous-mêmes ce qui nous sera plus utile pour notre salut. Aussi saint Bernard, écrivant à un grand archevêque, dit qu'il commence à bien espérer de lui pour l'avenir, parce qu'il avait résolu de se soumettre au conseil d'un évêque dont il estimait la lumière et la piété. (Sacy.)

(2) IN OMNI TUO OFFERE, etc. Græcus ad Verbum: *In omni bono opere animo tuo crede*, id est, animum fidelem præsta, ut nihil instituas ac suscipias, nisi ex fide in Deum qui tibi planè persuadeas, rem quam suscipis tibi à Deo mandatam esse; deinde eum tibi affuturum, successumque felicem daturum. Ita *πιστεύων* hoc loco significat certam animi fiduciam in Deo, quâ credimus eum auctorem nostræ vocationis, moderatoremque futurum confidimus.

(Biblia Vatabli.)

CHAPITRE XXXIII.

1. Celui qui craint le Seigneur, ne sera surpris d'aucun mal: mais (Dieu le conservera) dans la tentation et le délivrera (de tous maux).

2. Le sage ne hait point les commandements (et les ordonnances du Seigneur); et il ne se brisera point comme un vaisseau dans la tempête.

3. L'homme de bon sens croit à la loi (de Dieu), et la loi lui est fidèle.

4. Celui qui doit éclaircir ce qu'on lui demande, préparera sa réponse: et (ainsi après avoir prié), il sera exaucé; et il conservera la règle de la doctrine, et alors il répondra.

5. Le cœur de l'insensé est comme la roue d'un chariot; et sa pensée est comme un essieu qui tourne toujours.

6. L'ami moqueur est comme un cheval destiné aux cavales, qui hennit sous tous ceux qui le montent.

7. D'où vient qu'un jour est préféré à un autre jour, (un temps à un autre temps, et une année à une autre année) puisque c'est le même soleil qui les forme?

8. C'est le Seigneur qui les a distingués par son ordonnance, (après que le soleil a été créé, et qu'il a suivi inviolablement dans sa course les ordres qu'il a reçus).

9. C'est lui qui a distingué les temps et les jours

10. Ex ipsis exaltavit et magnificavit Deus, et ex ipsis posuit in numerum dierum; et omnes homines de solo, et ex terrâ, unde creatus est Adam.

11. In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos, et immutavit vias eorum.

12. Ex ipsis benedixit, et exaltavit, et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit, et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos à separatione ipsorum.

13. Quasi lutum figuli in manu ipsius; plasmare illud et disponere :

14. Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus; sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.

15. Contra malum bonum est, et contra mortem vita; sic et contra virum justum peccator. Et sic intueri in omnia opera Altissimi; duo et duo, et unum contra unum.

16. Et ego novissimus evigilavi, et quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

17. In benedictione Dei et ipse speravi, et quasi qui vindemiat, replevi torcular.

18. Respiciet quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam.

19. Audite me, magnates, et omnes populi; et rectores ecclesiæ, auribus percipite.

20. Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vitâ tuâ; et non dederis alii possessionem tuam, ne fortè pœniteat te, et depreceris pro illis.

21. Dùm adhuc superes et aspiras, non immutabit te omnis caro.

22. Melius est enim ut filii tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

23. In omnibus operibus tuis præcellens esto.

24. Ne dederis maculam in gloriâ tuâ: in die consummationis dierum vitæ tuæ, et in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam.

25. Cibaria, et virga, et onus asino; panis, et disciplina, et opus servo.

26. Operatur in disciplinâ, et quærit requiescere; laxa manus illi, et quærit libertatem.

27. Jugum et lorum curvant collum durum, et servum inclinant operationes assiduæ.

28. Servo malevolo tortura et compedes; mitte illum in operationem, ne vacet;

29. Multam enim malitiam docuit otiositas.

30. In operâ constitue eum; sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curva illum compedibus, et non amplifies super omnem carnem: verùm sine judicio nihil facias grave.

31. Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem, sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum.

32. Si lasseris eum injustè, in fugam convertetur:

33. Et si extollens discesserit, quem quæras et in quâ viâ quæras illum, nescis.

de fêtes (parmi les hommes, qui en ont célébré quelques-unes à l'heure qui leur a été marquée).

10. Dieu a élevé et consacré quelques-uns de ces jours, et il a mis les autres au rang des jours ordinaires; c'est ainsi que Dieu traite tous les hommes pris de la même boue et de la même terre dont Adam a été formé;

11. Le Seigneur, par sa sagesse, qui se communique en tant de manières différentes, a mis entre eux des différences, et a diversifié leurs voix.

12. Il a élevé et béni quelques-uns d'entre les hommes; il les a sanctifiés, il les a unis et attachés à lui; il en a maudit et humilié quelques autres; et il les a laissés aller, après qu'eux-mêmes se sont séparés de lui;

13. Comme l'argile est dans la main du potier, (qui la manie, et qui la forme à son gré);

14. Et comme il l'emploie à tous les usages qu'il lui plaît; ainsi l'homme est dans la main de celui qui l'a créé, qui lui rendra selon l'équité de ses jugements.

15. Le bien est contraire au mal, et la vie à la mort; ainsi le pécheur est contraire à l'homme juste. Considérez toutes les œuvres du Très-Haut; vous les trouverez ainsi deux à deux, et opposées l'une à l'autre.

16. Je suis venu le dernier de tous, comme me réveillant après un sommeil, et comme ceux qui ramassent les grains de raisin après ceux qui ont fait vendange;

17. J'ai espéré (aussi moi-même) en la bénédiction de Dieu, et j'ai rempli la cuve comme celui qui vendange.

18. Considérez que je n'ai pas travaillé pour moi seul, mais pour tous ceux qui recherchent la science.

19. Grands et peuples, écoutez moi (tous); et vous qui présidez aux assemblées, prêtez l'oreille.

20. Ne donnez point pouvoir sur vous pendant votre vie à votre fils, à votre femme, à votre frère, ou à votre ami; ne donnez point à un autre le bien que vous possédez, de peur que vous ne vous en repentiez, et que vous ne soyez réduit à lui en demander avec prière.

21. Tant que vous vivez, et que vous respirez, que personne ne vous fasse changer sur ce point;

22. Car il vaut mieux que ce soient vos enfants qui vous prient, que d'être réduit à attendre ce qui vous viendra d'eux.

23. Conservez-vous la principale autorité dans toutes vos œuvres.

24. Ne faites point de tache à votre gloire, distribuez votre succession au jour qui finira votre vie, et à l'heure de votre mort.

25. Le fourrage, le bâton et la charge à l'âne; le pain, la correction et le travail à l'esclave.

26. Il travaille quand on le châtie; et il ne pense qu'à se reposer; lâchez-lui la main, et il tâchera de se rendre libre.

27. Le joug et les cordes font plier le cou (le plus dur, et le travail continuel rend l'esclave souple).

28. La torture et les fers à l'esclave malicieux, envoyez-le au travail, de peur qu'il ne soit oisif;

29. Car l'oisiveté enseigne beaucoup de mal.

30. Tenez-le dans le travail; car c'est là qu'il doit être. S'il ne vous obéit pas, faites-le plier, en lui mettant les fers aux pieds; mais ne commettez point d'excès à l'égard de qui que ce soit; et ne faites rien (d'important) sans y avoir bien pensé.

31. Si vous avez un esclave (qui vous soit cher comme votre vie), traitez-le comme votre frère, parce que vous l'avez acquis au prix de votre sang.

32. Si vous le traitez mal (avec injustice, il s'enfuira);

33. Et s'il se dérobe à vous, et s'en va, (vous ne saurez) comment le demander, et où aller le chercher.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. (1) — JUSTITIAS, id est, bona opera. (2).

VERS. 3. — FIDELIS, scilicet conservans fidem, et vere primum suo tempore dandum primum (5.).

VERS. 4. — INTERROGATIONEM, etc., q. d.: Qui sibi propositam interrogationem declarat, eo ipso vobis parat responsionem, et libenter ab eo qui se rogavit, audietur, et disciplinatè respondebit (4.).

VERS. 5. — QUASI ROTA, etc., scilicet hinc illuc volvit desideris et imaginationibus.

VERS. 6. — SIC ET AMICUS SUBSANNATOR. Hæc per parenthesis legendæ. Est autem sensus: ut equus admissarius hinc, non gratià sedentis, sed equè visæ, ita fictus amicus blanditur, non amici causâ, sed comodi sui.

(1) VERS. 4. — TIMENTI DOMINUM NON OCCURRENT MALA, etc. Græcus ad Verbum: *Timentis Dominum non occurret malum, sed in tentatione, ac rursus eripit eum, aut eripiet; vel liberabit eum.* Alii postremum membrum ita vertunt; *sed cum Deus è tentatione rursus eripiet.* Mihi autem magis placeat ut nomen *tentationis* ad verbum præcedens *accidet* aut *occurret* referatur, ut hic sit sensus: *Nihil mali atque incommodi homini pio Deum colenti accideret, nisi in tentatione, in qua Dominus rebus adversis suos probare consuevit, sed cum hujusmodi spe, ut eos tandem liberet.* Scimus pios homines in multis ac magnis molestiis ac periculis versari, sed ex his omnibus ab eo liberantur, qui eos ita probare atque exercere vult.

(Badvellus.)

(2) SAPIENS NON OBIT MANDATA ET JUSTITIAS. In Græco: *Non odit legem: præcepta legis ei non displicent.*

ET NON ILLIDETUR QUASI IN PROCELLA NAVIS. In Græco Sixtino optimè: *Qui vero legis stadium simulat, jactatur ut in procella navigium.* Nunc enim pie agit, ut aliis placeat, nunc impiè, ut sibi. (Grotius.)

(3) CREDIT LEGI DEI, ET LEX ILLI FIDELIS. Ipse fidem servat Deo, et ipsi Deus. Quidquid imperat Deus, cum is integerrimâ fide expleverit, Deus ad amissum explet, quæ illi pollicetur est. Græcus jungitur cum iis quæ sequuntur: *Homo prudens confudit legi, et lex illi fidelis erit, ut responsum urim.* Respiciat ad oraculum quod à summo Judæorum pontifice collo ante pectus appensus gerebatur, dicebaturque Hebraicè *urim et thummim*, Græcè *delon*, vel *delosis*, manifestatio. Quæ illi pollicetur in lege Deus, ita illi firma et certa erit, uti ea quæ pontifex rationali inductus respondet.

(Calmet.)

(4) QUI INTERROGATIONEM MANIFESTAT, PARAT VERBUM, ET SIC DEPRECATIONE EXAUDIETUR, ET CONSERVABIT DISCIPLINAM. ET TUNC RESPONDEBIT: q. d.: Qui interrogationem sibi factam per aptam responsionem manifestare cupit, hic non statim prosiliat ad respondendum, sed prius *parat verbum*, id est, præmeditabitur cogitando et studendo quid, et quo modo et ordine, quibusque verbis respondere debeat; *et sic adhibita deprecatione ad Deum, ut mentem illuminet, ab eo exaudietur, discetque tum veritatem, tum modum respondendi; unde in animo disciplinam et timorem Dei conservans, in eaque se obfirmans, respondebit, non ad hominum gratiam captandam, nec ad eorum minas et terrores fugiendum, sed ex rei veritate.* Tigurina pro *δελον*, id est, *manifestat*, legens *δελου*, id est, *justorum*, vertit, *qualia justi querunt. talia para dicere; quoque pacto auditores invenieris, amplectere auditionem, et ita demum responde.* Verum Complut. et alii legentes *δελου*, sic habent, *quasi interrogationem manifestam præpara sermonem, et sic libenter, dilucidè et intelligibiliter audieris; collige disciplinam, vel doctrinam, et sic respondebis.* Pro collige Græcè est *συνδραμω πικρῶσαι*, id est, *colliga*, hoc

VERS. 7. — ET ITERUM, PRO ITERUMQUE. ANSUS, scilicet solaris, major lunari. A SOLI, scilicet causa est, vel a solene?

VERS. 9. — IMMUTAVIT, id est, varie disposuit. CILIBRAVERUNT, scilicet homines. AD HORAM, id est, certo seu præfinito tempore.

VERS. 10. — IESIS, scilicet diebus. DIURNUM, scilicet communium, seu non festorum. SOLO, id est, homo.

VERS. 11. — DISCIPLINA DOMINI, pro *sapientia suæ.* VIAS, id est, vivendi rationem; multiplex enim hæc in hominibus. Aug. tamen ad Simpl. ad mortali-

est, compara doctrinam. Unde aliqui vertunt: *Concilia tibi eruditionem; vel colliga*, id est, dispone et ordina quod mente concepisti, ut illud congruè methodo et ordine eloquaris. Complut. legunt *συνδραμω*, id est, *indue disciplinam.* Quocirca disciplina hic significat, primo, studium legis, virtutem et honestatem, sive Dei metum et reverentiam, ut interrogatus non sinat se à vero abduci hominum favore vel metu, sed Deum solum intuens, ex ejus voluntate et lege respondeat. Ita Rabanus et Palacius: *Conseruat disciplinam, inquit, id est, nihil deviat à disciplinâ seu doctrinâ Ecclesiæ.*

Secundò tamen Lyranus per *disciplinam* accipit bonum modum et methodum docendi et respondendi, q. d.: Doctor non tantum vera doceat, sed et bonam in docendo adhibeat methodum, ut methodicè, clarè et breviter respondeat, ac tali ratione ea quæ præmeditatus est enuntiet, ut quæ dicit ab auditoribus mente capi, et memoriâ retineri possint. Et hoc significat Græcum *συνδραμω*, id est, *colliga disciplinam.*

Tertio Rabanus: *Conserua disciplinam*, inquit, hoc est, ea quæ doces, conserva dignâ operatione, ut prius facias ea quæ alios doces esse faciendâ, instar Christi, qui *capit facere*, deinde *docere*, Act. 1. 4. Quasi tria hæc notentur doctori necessaria, ut utiliter doceat, scilicet studium, oratio et operatio. Audi Rabanum: *De sanctis doctoribus dicit, qui ut ad interrogata condignè respondere possint, præparant verbum in corde suo, et deprecantur Dominum, ut ipse eis manifestet rei veritatem, et conservant dignâ operatione, quæ ipse jussit eis custodire, et sic meditando, corando, operando, condignum interrogantibus se præbent responsum.* Sic enim Paulus discipulum producit, dicens 2 Tim. 2: *Sollicitè cura teipsum præcabiuntur ethere Deo, operarium inconcusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Hinc et Petrus ait, 1 Petri 5: *Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omnipotentis vos rationem de eâ, quæ in vobis est, spe et fide.* E contra verò de stultis prædicatoribus sequitur: *Præcordia fatui quasi rota carri, etc.*

Nota, doctori, vel consultori, in obscuris vel dubiis, præsertim ad fidem vel casus conscientie spectantibus, ut aptè respondeat, non sullicere præmeditationem et studium, sed adhibendam quoque esse orationem, ut Deus mentem illuminet, non tantum ut verum cognoscat, sed et ut eo modo illud pronat et enuntiet, quo auditoribus congruam et saluterum est tutum. Ita noster P. Lessius, vir singularis in resolutione casuum conscientie, quæ de casu aliquo difficili consulebatur, invocare solebat Spiritum sanctum, præmittendo hymnum: *Veni, creator Spiritus, ut vere et congruè ad profectum consulendum responderet.*

Sapienter et piè S. August. Epist. 120 ad Honoratum: *Si purè, inquit, Dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quæ cognitione digna sunt, aut certe plurima, ipso magis inspirante, quam hominum aliquo commone, perdisces.*

(Corn. à Lap.)

tatem refert, ab omnibus per peccatum contractam.

VERS. 12. — SANCTIFICAVIT, scilicet faciens sacerdotes, vel sanctos. MALEDIXIT, scilicet peccatores. CONVERTIT, etc., pro *evertit*, separans ab aliis. Græcè, *evertit illos à sedibus suis* (1).

VERS. 14. — VIÆ EJUS, id est, figuli actiones, scilicet circa vasa. REDDET, scilicet Deus. JUDICIUM, scilicet quæ dedisti.

VERS. 15. — DUO ET DUO; q. d., bina quæque uni, seu unum alteri oppositum (2).

VERS. 20. — MULIERI, id est, uxori. POSSESSIONEM, id est, opes. DEFREGERIS, scilicet repetens. ILLIS, scilicet quæ dedisti.

VERS. 21. — IMMUTABIT, pro *immutet*, scilicet ab eo quod proximè docui. CARO, id est, homo.

(1) EX IPSIS BENEDIXIT... ET EX IPSIS MALEDIXIT... — VERS. 15. — QUASI LUTUM FIGULI IN MANU IPSIUS. Hic mirè exultat Calvinus, etsi aliàs hunc librum non recipiat ut canonicum. Sed priora verba vide explicata ad illud Proverb. 16 : *Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum*. Quod autem ad similitudinem lutu attinet, solum per eam significatur, totam massam ejus uni parti Deus benedixit, et alteri maledixit, fuisse corruptam et instar lutu abjectam. De quo sic August. lib. 1 ad Simpl. q. 2 : « Ut odisset (Deus) Esaü, nisi « injustitiæ merito, injustum est. » Et concludens : « Non igitur odit Deus Esaü hominem, sed odit Deus « Esaü peccatorem. » Et Enchirid. c. 98 : « Jacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esaü autem odio « habuit per judicium debitum. » Et epist. 105 : « Quid « oderat Deus in Esaü, nisi originale peccatum? » Vide etiam quæ diximus ad illa verba Esther 5 : *Convertit Deus spiritum regis*. Et huc spectat quod dicit D. Thomas, in 4, dist. ult., Deum non velle damnationem alicujus per se, sed ordinem hunc justitiæ, ut qui moritur in peccato damnetur. (Estius.)

(2) CONTRA MALUM BONUM EST : humana contrariis constant; neque purum bonum, malumque inest rebus. Duo et duo, omnia gemina, ac velut bina procedunt; sed unum contra unum : quæque res habet adversarium ut veluti civili bello conficere se adversa videantur; sed Deus res temperat, et stare orbem jubet. Vide infra c. 42, 24. (Bossuet.)

VERS. 16. — NOVISSIMUS EVIGILAVI. Omnes enim sacri libri veteris Testamenti ante Ecclesiasticum scripti sunt, exceptis Machabæis.

QUASI QUI COLLIGIT ACINOS, etc. In Græco est, *ὡς καλαμώνες*, ut *calamos vel spicas post messem colligens*; modestè se Siracidem cum spicilegis comparat, reliquos sacros scriptores cum messoribus, aut vindemiatoribus, quorum messis copiosa est, hoc est, uber et multiplex doctrina. (Menochius.)

VERS. 17. — IN BENEDICTIOE DEI ET IPSE, id est, confidens de ejus adjutorio, scribere cœpi.

CAPUT XXXIV.

1. Vana spes, et mendacium viro insensato : et somnia extollunt imprudentes.

2. Quasi qui apprehendit umbram, et persequitur ventum; sic et qui attendit ad visa mendacia.

3. Hoc secundum hoc visio somniorum : ante faciem hominis similitudo hominis.

4. Ab immundo quid mundabitur? et à mendace quid verum dicetur?

5. Divinatio erroris, et auguria mendacia, et somnia malevolentium, vanitas est.

6. Et sicut parturientis cor tuum phantasias patitur; nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum.

VERS. 25. — PRÆCELLENS; q. d. : Stude excellere (1).

VERS. 25. — DISCIPLINA, id est, correctio, seu castigatio.

VERS. 26. — OPERATUR, etc.; q. d. : Etiam castigatus quæret ab opere quiescere, quid si laxes disciplinam? haud dubiè quæret libertatem, seu fugiet (2).

VERS. 28. — MALEVOLO, id est, malitioso.

VERS. 30. — NON AMPLIFICES, etc., q. d. : Ne quemquam multum graves, sed cum judicio (3).

VERS. 31. — SANGUINE ANIMÆ, id est, multo labore et sudore parta pecunia (4).

VERS. 33. — EXTOLLENS, pro *tollens se*, seu abiens. QUÆRAS, scilicet de illo; q. d. : Qui possit indicare ubi sit.

ET QUASI QUI VINDEMIAT; id est, ego ex adjutorio Dei descripsi sapientiam abundanter, sicut etiam præcedentes scriptores.

(1) Les paroles contenues dans les versets 19-24 ont un sens clair, qui est que *les pères*, et généralement tous ceux qui ont de l'autorité sur les autres, ne doivent point se dépouiller de ce qui leur appartient, parce qu'il vaut mieux que les enfants dépendent des pères que non pas que les pères dépendent de leurs enfants. Quelques-uns appliquent ces paroles en un sens spirituel à ceux qui sont les pères et les gouverneurs de l'Eglise, afin qu'ils conservent la principale autorité dans toutes leurs œuvres, et qu'ils se servent des autres avec charité et avec douceur, comme la tête applique les autres membres à leurs fonctions, puisqu'ayant été établis de Dieu comme les chefs des fidèles, c'est par eux principalement que se doivent répandre les grâces et les bénédictions du ciel sur tout le corps de l'Eglise. (Sacy.)

(2) OPERATUR IN DISCIPLINA, id est, metu verberum strenuè laborat; alioqui *querit requiescere*, id est, ab opere cessabit, et otio atque inertia se dabit.

(3) IN OPERA CONSTITUTE EUM. Ad verbum : *Constituere eum in opera, quemadmodum decet eum*, id est, iis eum operibus occupa quæ ipsius officium requirit, sive quæ is debet facere. Est enim hæc justa opera quæ à servis exigitur. Et non amplifices, etc. Græcus ad verbum; et non nimis sis omni carni, id est, ne sis nimium acerbus in hujusmodi infimæ conditionis homines; in eos tuo jure ac potestate ne abutaris. Erat enim acerba dominorum in servos potestas; ab eâ igitur acerbitate ad humanitatem ac moderationem dominos Sapiens hoc in loco revocat eosque admonet ut cum judicio ac ratione eos tractent.

(4) QUASI FRATREM SIC EUM TRACTA. Alibi, ut *teipsum*. Seneca : *Vive cum servo elementer*. In iter quoque et in sermonem admittit, et in consilium, et in convictum. Illic pertinet et illud : *Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere.* (Drusius.)

CHAPITRE XXXIV.

1. L'homme insensé se repait de vaines espérances et de mensonges, et les imprudents bâtissent sur les songes.

2. Celui qui s'attache à de fausses visions est comme celui qui embrasse l'ombre, et qui poursuit le vent.

3. Les visions des songes sont comme l'image d'un homme qui se voit lui-même dans un miroir.

4. Comment ce qui est impur peut-il rendre pur? Et comment la vérité peut-elle sortir du mensonge?

5. Les divinations (de l'erreur), les augures (trompeurs) et les songes (des méchants) ne sont que vanité.

6. Ce ne sont que des effets de votre imagination,

7. Multos enim errare fecerunt somnia, et excederunt sperantes in illis.

8. Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.

9. Qui non est tentatus quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa; et qui multa didicit, enarrabit intellectum.

10. Qui non est expertus, pauca recognoscit; qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.

11. Qui tentatus non est qualia scit? qui implanatus est, abundabit nequitiâ.

12. Multa vidi errando, et plurimas verborum consuetudines.

13. Aliquoties usque ad mortem periclitatus sum horum causâ, et liberatus sum gratiâ Dei.

14. Spiritus timentium Deum queritur, et in respectu illius benedicetur.

15. Spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se.

16. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit; quoniam ipse est spes ejus.

17. Timentis Dominum, beata est anima ejus.

18. Ad quem respicit? et quis est fortitudo ejus?

19. Oculi Domini super timentes eum, protector potentia, firmamentum virtutis, regimen ardoris, et umbraculum meridiani:

20. Deprecatio offensionis, et adiutorium casus; exaltans animam, et illuminans oculos; dans sanitatem, et vitam, et benedictionem.

21. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum.

22. Dominus solus sustinentibus se in viâ veritatis et justitiæ.

23. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.

24. Qui offert sacrificium ex substantiâ pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris sui.

25. Panis egentium vita pauperum est; qui defraudat illum, homo sanguinis est.

26. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

27. Qui effundit sanguinem, et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

28. Unus ædificans, et unus destruens: quid prodest illis nisi labor?

29. Unus orans, et unus maledicens, cujus vocem exaudiet Deus?

30. Qui baptizatur à mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?

31. Sic homo qui jejunit in peccatis suis, et iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

comme sont les fantaisies des femmes grosses. N'appliquez point votre pensée à ces visions, à moins que le Très-Haut ne vous les envoie lui-même.

7. Car les songes en ont joué plusieurs dans l'égarément, et ils sont tombés pour y avoir mis leur confiance.

8. La parole de la loi s'accomplira entièrement, et la sagesse sera claire dans la bouche du fidèle.

9. Que sait celui qui n'a point été tenté? L'homme d'une grande expérience aura de grandes vues, et celui qui a beaucoup appris, parlera avec sagesse.

10. Celui qui est peu expérimenté, connaît peu de choses; mais celui qui a fait beaucoup d'épreuves, s'est acquis une grande prudence.

11. Quelle est la science de celui qui n'a point été tenté? Mais celui qui a été surpris aura une grande adresse pour ne l'être plus.

12. J'ai bien vu des choses en allant en divers lieux, et j'ai remarqué bien des coutumes différentes.

13. Je m'y suis vu quelquefois en danger de perdre la vie; mais Dieu m'en a délivré par sa grâce.

14. Dieu aura soin de l'âme de ceux qui le craignent, et son regard les comblera de bénédictions;

15. Car leur espérance est en celui qui les sauve; et les yeux de Dieu sont sur ceux qui l'aiment.

16. Celui qui craint le Seigneur ne tremblera point; il n'aura point de peur, parce que Dieu même est son espérance.

17. Heureuse est l'âme de celui qui craint le Seigneur.

18. Sur qui jette-t-il l'œil, et qui est sa force?

19. Les yeux du Seigneur sont sur ceux qui le craignent; il est leur protection puissante et l'affermissement de leur force; il les couvre contre la chaleur; il les met à l'ombre contre l'ardeur du midi;

20. Il les soutient, afin qu'ils ne tombent pas; il les assiste quand ils sont tombés; il élève leur âme, et il éclaire leurs yeux; il leur donne la santé, la vie et la bénédiction.

21. L'oblation de celui qui sacrifie d'un bien d'iniquité est souillée, et les insultes des injustes ne sont point agréées de Dieu.

22. Le Seigneur ne se donne qu'à ceux qui l'attendent en paix, dans la voie de la vérité et de la justice.

23. Le Très-Haut n'approuve point les dons des injustes; il ne regarde point les oblations des méchants; et la multitude de leurs sacrifices n'obtiendra point de lui le pardon de leurs péchés.

24. Celui qui offre un sacrifice de la substance des pauvres, est comme celui qui égorge le fils aux yeux du père.

25. Un peu de pain est la vie des pauvres; celui qui le leur ôte est un homme de sang.

26. Celui qui arrache à un homme le pain qu'il a gagné par son travail, est comme celui qui assassine son prochain.

27. Celui qui répand le sang, et celui qui prive le mercenaire de sa recompense, sont frères.

28. Si l'un bâtit, et que l'autre détruise, que gagneront-ils, que de la peine?

29. Si l'un prie, et que l'autre maudisse, de qui Dieu exaucera-t-il la voix?

30. Si celui qui se lave après avoir touché un mort, le touche de nouveau, de quoi lui sert de s'être lavé?

31. De même, si un homme jeûne après avoir commis des péchés, et les commet de nouveau, que gagne-t-il de s'être humilié? et qui exaucera sa prière?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MENDACIUM, pro mendax, id est, falsa. VIRO INSENSATO, pro viri insensati (1).

(1) SOMNIA EXTOLLUNT IMPRUDENTES. Alii vertunt: Somnia alatos faciunt dementes. Dementes somniant se

VERS. 2. — VISA, id est, somnia, seu visiones (4). volare, hoc est, inflantur inani spe. (Castalio.)

(4) QUASI QUI APPREHENDIT UMBRAM, ET PERSEQUITUR VENTUM; SIC ET QUI ATTENDIT AD VISA. Gersoné, *homil.*, id est, ad somnia; MENDACIA. Somnia enim

VERS. 3. — HOC SECUNDUM HOC, id est, repræsentatio quædam per similitudinem. ANTE FACIEM, etc., q. d., ut accidit in speculo, ubi ante faciem, etc. (1).

sunt figmenta et idola phantasie, quæ proinde dum per eam homini dormienti repræsentantur, ipse sibi ea videre et oculis cernere videtur. Tigurina, *captanti umbras, ventumque persequenti similis est, qui fidem habet somniis*; Syrus: *Sicut qui apprehendit umbram, et volare facit avem, ita et ille qui credit visioni nocturnæ*. Significat somnia esse res inanes et vanas, similes umbræ et vento, quare stultum esse iis credere; perinde ac stultus est qui apprehendere vult umbram inanem aut ventum fugientem. Somnium ergo est quasi umbra et ventus, primò, quia sicut umbra non est res ipsa, sed rei imago, imò umbra; sic et somnium non est res vera, sed figmentum phantasie, quæ hanc sibi rei imaginem efformat. Secundò, sicut umbræ manè et vespere sunt reipsa, puta suo corpore longè majores, ita in somniis res parvæ apparent maximæ. Quare qui illis credunt similes sunt cani Æsopico, qui carnem ore gestans, cum ejus umbram in flumine videret longè majorem, illam invadens et ore captans, carnem veram excidere sibi permisit, nec umbram, quam captabat, apprehendit vel acquisivit. Tertio, sicut umbra est fallax et mendax, mentitur enim se esse ipsam rem et corpus, ac proinde fallit eum qui umbram quasi corpus ipsum apprehendere satagit; sic et somnia somniantes fallunt ut videantur se reverà agere, videre et sapere, quod somniant se agere, videre et sapere. Quarto, sicut ventus aerem et aquam concitat et turbat, ut species in aqua repræsentatæ commixtæ et confusæ, ideòque falsæ et mendaces apparent; sic et somnia oriuntur ex vaporibus et flatibus è stomacho in caput ascendentibus, qui species phantasie impressas concitant, commiscent, ofuscant, indeque miras et chimericas, adeòque mendaces et fallaces rerum facies apparere faciunt. Flatus enim è stomacho caput perflans et permeans, magnam in somniis facit specierum apparentium confusionem et varietatem. Quintò, sicut umbris terrenis pueri et fatui, sic et somniis terrentur somniantes; quin et vigilantes, si sint insipientes et imprudentes. Somnians enim, cum ligatam habeat rationem, est instar pueri et amentis. Sextò, sicut umbra et ventus celerrimè pertransit et avolat instar avis, ut vertit Syrus, sic et somnium. Nam famelicus, qui somniat se lautè edere et bibere, experrectus illico sentit ventrem fame latrantem, quia illa phantastica commestio cum somnio avolat. Rusticus vel pauper, qui somniat se habere arcas auro refertas, vel se esse regem, episcopum, cardinalem, experrectus videt se pauperem et miserum ut antè, quia illud somniatum et phantasticum regnum, episcopatus, cardinalatus cum somnio avolat. (Corn. à Lap.)

Sic et dicit bonus Lafontaine :

*Je suis Gros-Jean
Comme devant.*

(1) HOC SECUNDUM HOC, VISIO SOMNIORUM : ANTE FACIEM (aut *coram facie*) HOMINIS, S. MULTITUDO HOMINIS. Similitudine *δυναμῶς*; ostendit originem rationemque somniorum. Nam quemadmodum in corpore perspicuo ac perlucido (ut in aqua ac speculo) imagines referuntur eorum quæ è regione collocantur, ut consimilis vultus, forma figuraque in speculo reddatur ex objectu aspectuque vultus contra positi; ita in somniis phantasia imaginatioque informat intellectui ea quæ in sensus externos solent incurrere; neque visa dormientibus objecta illud sunt quàm simulacra earum rerum quæ vigilantibus offerri solent. Itaque cum hæc sit usitata somniorum omnium origo, imagoque ac similitudo rerum à phantasia inaniter conficta, ea non debet eam vim auctoritatemque habere ut ex eà vitæ ratio constituatur ac degatur. (Badvellus.)

VERS. 4. — AD IMMUNDO QUID MUNDABITUR, ET A

VERS. 5. — MALEFACIENTIUM, id est, iniquorum (1).

VERS. 6. — PARTURIENTES, q. d. : Cum desiderio proferendi, vel cum molestiâ quâdam (2).

VERS. 7. — EXCIDERUNT, scilicet bono, vel spe suâ (3).

VERS. 8. — SINE MENDACIO, etc., q. d. : Non est opus istis mendaciis ad observandam Dei legem. COMPLANABITUR, id est, explicabitur, scilicet sine istis visionibus (4).

VERS. 9. — INTELLECTUM, id est, res intellectu dignas.

VERS. 10. — IN MULTIS FACTUS, id est, multa ex-

MENDACE QUID VERUM DICETUR? quasi dicat: Nihil. Nec tamen huc trahenda est sententia, ut per eam significari putetur sacerdotem aut episcopum sacramenti ministrum, si peccatis obnoxius sit, peccata non posse remittere. Sensus enim tantum est: Ab immundo, quâ parte immundus est, nihil mundari posse; quâ autem parte mundus est, et opus Dei exercet tanquam minister, mundare potest: quatenus videlicet personam Christi repræsentat, qui est agnus immaculatus, ex cujus sanguine profluit omnis virtus sacramentorum. Sic et quod additur: *A mendace quid verum dicetur?* similiter intelligendum à mendace, quâ parte mendax est, nihil verum expectari posse. Dicit quidem diabolus, qui simpliciter mendax est, aliquando vera, ut illud in evangelio Marc. 11: *Scio qui sis, sanctus Dei*, et Act. 16: *Hi sunt servi Dei excelsi*; et consultoribus suis sæpè vera nuntiant dæmones, sed fecerunt prima quidem illa, quasi coacti, posteriora verò faciunt, ut magis fallant, et per veritatem temporariam perducant in damnationem æternam. Unde et ejusmodi verum ex fine mendacium est, quia eo fine à dæmonibus profertur, ut homines per illud dæmoni adhæreant. (Estius.)

(1) DIVINATIO. Responsum vatum eorum qui idolis serviunt. Ideò *erroris* de suo addit interpres Latinus.

ET AUGURIA MENDACIA. Hic quoque mendacia de suo addit Latinus interpres. *ὄρασις* origine quidem suâ *auguria* significat, sed ad omnia *ominum* genera transfertur.

ET SOMNIA MALEFACIENTIUM VANITAS EST. Hic quoque rursùm interpres addit *malefacientium*. (Grotius.)

(2) VISITATIO. Accipio in bonam partem, cum illos respiciet, quando eorum miserabitur. Vult dicere, *cum tui rationem habebit teque inwiset, sive quando aliquid tibi patefacere volet*. (Drusius.)

(3) MULTOS ENIM ERRARE FECERUNT SOMNIA. Qui somniis fidem habent, plerumque falluntur; justissimo enim Dei consilio fit, ut in perniciosissimos errores diabolus illos trahat, et aliquâ veritatis specie deceptos, ut fidem extorqueat, in extrema denique mala præcipites agat; eorumque superstitione et credulitate abutens, ambigua illis somnia, spectraque pulcherrima exhibeat, quorum exitus funestissimus sit. Insigne hujus rei exemplum habes apud Nicetam de S. Gregorio Nazianzeno. Vide Hæschelium in hunc locum. Si fidem habere in somniis ceperis, hic errandi finis non erit; magicas enim artes, divinationem, auguria et cætera inanissima studia, quæ ab erroris ac tenebrarum spiritu inventa sunt, consectaberis. (Calmet.)

(4) VERBUM LEGIS, seu lex Dei, CONSUMMABITUR SINE MENDACIO. Id est, perfectè cognosci et compleri potest ac debet sine adminiculo mendacium somniorum, auguriorum, divinationum. Neque enim eget veritas mendacio. ET SAPIENTIA, seu doctrina, ad salutem utilis aut necessaria, COMPLANABITUR, id est, plana, facilis et expedita est IN ORE FIDELIS, seu veracis doctoris; unde et ex eo sufficienter hauriri potest, neque opus est auguribus vel divinis. (Tirinus.)

PERTUS. MALITIAM, id est, malitie cognitionem, seu astutiam.

VERS. 11. — *IMPLAXUS*, id est, deceptus. *NEQUITIA*, id est, nequicia cognitione, seu calliditate.

VERS. 12. — *EDUCATIO*, id est, nobis narrata. (*Vulgata* *EST* *VERBIS* *EDUCATIO*, Edit.) *ALIBI*, id est, foras (1).

VERS. 13. — *FORUM*, scilicet quæ vidi et expertus sum (2).

VERS. 14. — *QUERITUR*, scilicet à Deo, et delenditur. *GRACE*, *VIET*. Respectu illius, id est, Deo respectante.

VERS. 18. — *QUEM*, scilicet Deum.

VERS. 19. — *POTENTIA*, id est, potens. *VRTUTIS*, id est, forte. *MERIDIANI*, scilicet astus (5).

VERS. 20. — *DEDICATIO*, id est, reconciliatio, vel depulsio. *GRACE*, *CUSTODIA*, scilicet custodit, ne offendas; vel ignoscit. *CASUS*, id est, ne cadas, vel si cecideris.

VERS. 21. — *SUBSANNATIONES*, *SUB*. potius sunt, id est, irrisiones.

VERS. 22. — *SOLUS*, scilicet sufficit, vel queritur. *SUSTINENTIBUS*, id est, expectantibus.

VERS. 23. — *HOMO SANGUINIS*, id est, homicida.

VERS. 26. — *IN SUDORE*, pro *sudore partum*; vel sudanti, scilicet mercenario.

(1) *MULTA VIDI*, id est, intellexi, *ENARRANDO*, scilicet, per doctrinam aliorum. *ET PLURIMAS CONSULTAVIMUS*, supple cognovi. Alius est enim modus loquendi in lingua Græcâ et Hebraicâ, et auctor hujus libri scivit utramque, et hunc librum scripsit Græcè.

(Lyranus.)

(2) *HORUM CAUSA*, propter peregrinationum discrimina, latronum, naufragiorum, calumniarum, quibus peregrini in alieno solo circumveniuntur. (Menochius.)

(5) *PROTECTOR POTENTIS*: sine quo nulla est *POTENTIA*.

CAPUT XXXV.

1. Qui conservat legem, multiplicat oblationem.

2. Sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate.

3. Et propitiationem litare sacrificii super injustitias, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitiâ.

4. Retribuet gratiam, qui offert simlaginem; et qui facit misericordiam, offert sacrificium.

5. Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et deprecatio pro peccatis recedere ab injustitiâ.

6. Non apparebis ante conspectum Domini vacuus.

7. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.

8. Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi.

9. Sacrificium justi acceptum est, et memoriam ejus non obliviscetur Dominus.

10. Bono animo gloriam redde Deo, et non minus primitias manuum tuarum.

11. In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas.

12. Da Altissimo secundum datum ejus, et in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum.

15. Quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi.

VERS. 28. — *QUI FRUDEST*, id est, quis fructus (1) ?

VERS. 50. — *BAPTIZATUR A MORTUO*, id est, lavatur ob factum mortui.

VERS. 51. — *IN FRIGATIS*, id est, ob peccata (2).

VERBIS NOSTRA, seu, si brevis, protector potens, nota Hebraicis. *GRACE* ad verbum, *protecto opposito scuto*. *FIRMAMENTUM VIRTUTIS*, validum, inconvulsibile: *UMBRACULUM MERIDIANI*, à meridie, et quavis tentatione gravi. (Bossuet.)

(1) *UNUS FRUITANS, ET UNUS DESTRUENS*, etc. Ad verbum: *Unus adificans, et unus demolens, quid lucrantur amplius quam labores?* Hoc loco et proximo videtur Sapiens præcipere concordiam consensusque in religione vitæque ratione pie instituenda et colenda. Notat autem his verbis summam discordiam, atque animorum voluntatumque discrepantiam, qua homines in professione religionis ac precibus, vota studique maxime diversa pugnantiaque suscipiunt. Dominus contra, Matth. 18. 20. *consensum* requirit in nomine suo, eique se altitutum promittit. Act. 4. 14. *unanimiter* orasse. (Biblia Vatabli.)

(2) Rien n'est plus nécessaire dans la vertu que l'uniformité, et cette liaison des moyens que Dieu nous a prescrits, et qu'il a subordonnés les uns aux autres, pour obtenir de lui ce que nous lui demandons. Si donc notre bouche bénit Dieu, et que nos actions le déshonorent, de quoi nous servira cette alliance monstrueuse de bien et de mal, si après que Dieu nous a retirés de l'abîme du péché nous nous y rejetons encore? Si après avoir jeûné et répandu des larmes pour réparer des fautes mortelles, nous les commettons de nouveau, de quoi nous sert cette affliction dont nous nous détachons ensuite, et qui n'empêche pas que notre vie ne soit comme un cercle et une révolution continue de péchés très-véritables, de pénitences très-fausces, de communions indignes et précipites? (Sie Sacy commentans vers. 29, 30, 31.)

CHAPITRE XXXV.

1. Celui qui observe la loi, est comme s'il offrait un grand nombre d'oblations.

2. C'est un sacrifice salutaire que d'être attentif à garder les commandements, et de se retirer de toute iniquité.

3. S'éloigner de l'injustice, c'est offrir un sacrifice qui obtient le pardon de nos offenses, et qui détourne la punition de nos péchés.

4. Celui qui rend grâces à Dieu, offre la fleur de farine; et celui qui fait miséricorde, offre un sacrifice.

5. S'abstenir du mal, est ce qui plaît au Seigneur; et se retirer de l'injustice, est un sacrifice pour l'expiation des péchés.

6. Vous ne paraîtrez point les mains vides devant le Seigneur.

7. Car toutes ces choses se font pour obéir aux commandements de Dieu.

8. L'oblation du juste engraisse l'autel, et monte devant le Très-Haut comme une excellente odeur.

9. Le sacrifice du juste est bien reçu de Dieu, et le Seigneur n'en perdra point le souvenir.

10. Rendez gloire à Dieu de bon cœur, et ne retranchez rien des prémices de vos mains.

11. Faites tous vos dons avec un visage gai, et sanctifiez vos décimes par votre joie.

12. Donnez au Très-Haut selon qu'il vous a donné, et faites votre offrande de bon cœur, à proportion de ce que vous avez entre les mains.

15. Car le Seigneur est libéral envers ceux qui lui donnent, et il vous en rendra sept fois autant.

14. Noli offerre munera prava; non enim suscipiet illa.

15. Et noli inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus iudex est, et non est apud illum gloria personæ.

16. Non accipiet Dominus personam in pauperem, et deprecationem læsi exaudit.

17. Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus.

18. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas?

19. A maxillâ enim ascendunt usque ad cœlum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis.

20. Qui adorat Deum in oblatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.

21. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit; et donec propinquet, non consolabitur; et non discedet donec Altissimus aspiciat.

22. Et Dominus non elongabit, sed iudicabit justos, et faciet iudicium; et fortissimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dorsum ipsorum:

23. Et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, et sceptrâ iniquorum contribulet;

24. Donec reddat hominibus secundum actus suos, et secundum opera Adæ, et secundum præsumptionem illius:

25. Donec iudicet iudicium plebis suæ, et oblectabit justos misericordiâ suâ.

26. Speciosa misericordiâ Dei, in tempore tribulationis, quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MULTIPLICAT ORATIONEM, id est, multum orat: faciunt id omnes sancti viri; vel q. d.: Est perinde ac si sæpè oret, adeoque à Deo multa obtinet (1).

(1) QUI CONSERVAT LEGEM, MULTIPLICAT OBLATIONEM. — VERS. 2. — SACRIFICIUM SALUTARE EST ATTENDERE MANDATIS, ET DISCEDERE AB OMNI INIQUITATE. Olim multa exemplaria pro oblationem habebant orationem, sed secundum Sixtina rectè oblationem legimus. Id enim significat vox Græca, et idem requirunt sententiæ sequentes, quæ de oblatione seu sacrificio loquuntur. Docet autem hæc sententiâ et aliquid sequentibus Sapiens quid sit verum sacrificium quod per se Deo placeat. Id autem esse docet internum Dei cultum, quo Deus verâ pietate, justitiâ et innocentia colitur. Sed dicit aliquis, an ergo sacrificium externum non est verum? Respondeo: Verum sacrificium duobus modis intelligi potest. Uno modo sacrificium proprii nominis, ut opponatur sacrificio falso, vel improprio, id est, actio illa externa, quæ ad hoc tantum assumitur, ut per eam protestatio fiat summæ majestatis ac dominii: sicut vera vitis dicitur arbor illa quæ vivas profert, non quam pictura vel metaphora exprimit. Alio modo verum sacrificium dicitur, quod typico et externo sacrificio significatur, et sine quo illud placere non potest. Ita sicut interior cultus, respectu externi dicitur verus cultus, quia externus ad interiorem refertur, ita internum sacrificium, quod in ipsâ pietate consistit, verum est respectu typici et externi sacrificii, per quod illud significatur, et quod ad illud refertur, sicut Christus dicit Joan. 15: *Ego sum vitis vera*, non per proprietatem naturæ, sed quia similitudine vitis aptissimè in eum quadrat; sicut de homine

14. N'offrez point de dons corrompus, parce qu'ils ne les recevra point.

15. Ne mettez point votre confiance en un sacrifice d'iniquité, parce que le Seigneur est votre juge, et qu'il n'aura point égard à la condition des personnes.

16. Le Seigneur ne fera acception de personne contre le pauvre: et il exaucera la prière de celui qui souffre l'injure.

17. Il ne méprisera point l'orphelin qui le prie, ni la veuve qui répand ses gémissements devant lui.

18. Les larmes de la veuve n'arrosent-elles pas son visage et ne crient-elles pas vengeance contre celui qui les tire de ses yeux?

19. Car du visage de la veuve, elles montent jusqu'au ciel; et le Seigneur, qui l'exauce, ne se plaira point à la voir pleurer.

20. Celui qui adore Dieu avec joie, sera bien reçu de lui, et sa prière montera jusqu'aux nues.

21. La prière d'un homme qui s'humilie, percera les nues; il ne se consolera point qu'elle n'ait été jusqu'à Dieu; et il ne se retirera point jusqu'à ce que le Très-Haut le regarde.

22. Le Seigneur ne différera pas longtemps; mais il prendra la défense des gens de bien, et leur fera justice. Le Très-Fort n'usera plus à leur égard de sa longue patience; mais il accablera de maux ceux qui les ont opprimés,

23. Et il se vengera des nations, jusqu'à ce qu'il détruise toute l'assemblée des superbes, et qu'il brise les sceptres des injustes;

24. Jusqu'à ce qu'il rende aux hommes selon leurs actions, et selon les œuvres et la présomption d'Adam;

25. Jusqu'à ce qu'il fasse justice à son peuple, et qu'il rende la joie aux justes, en leur faisant miséricorde.

26. La miséricorde de Dieu est reçue avec joie au temps de l'affliction, comme la nuée qui répand la pluie au temps de la sécheresse.

VERS. 3. — ET PROPITIATIONEM, etc.; q. d.: Et recedere ab injustitiâ est sacrificare ob propitiationem peccatorum, et pro his deprecari (1).

avaro dicitur: *Est verus canis*, aut de voraci, *verus lupus*. Quòd autem Ecclesiasticus sacrificia externa non excludat, ex sequentibus clarum est, ubi exhortatur ad liberalem eorum oblationem. (Estius.)

VERS. 1 et 2. — QUI CONSERVAT LEGEM, etc. Ad verbum: *Qui servat legem, multiplicat oblationes: sacrificator salutaris, qui attendit mandatis*. Significat opima et copiosa sacrificia esse in legis observantiâ atque obedientiâ. Deus enim imprimis requirit animi puritatem atque integritatem, ab eaque studia officiaque profecta cum erga se, tum erga proximum; ad eaque sacrificia ac cæremoniæ referuntur, non per se spectantur: sunt enim signa et symbola alia rerum quæ Deo proximoque sunt tribuendæ. Hypocritæ verò neglectis iis rebus quarum cæremoniæ sunt indices, ipsas per se cæremoniæ intuentur, puritatem conscientiæ, fidem, charitatem aspernantur; itaque hoc nomine studioque perverso à prophetis gravissimè reprehenduntur. (Biblia Vatabli.)

(1) ET PROPITIATIONEM LITARE SACRIFICII (minùs rectè Jansenius et alii legunt *sacrificiis*, id est, per sacrificia) SUPER INIUSTITIAS, ET DEPRECATIO PRO PECCATIS, RECEDERE AB INIUSTITIâ. Est hyperbaton, quod sic ordina et explica, q. d.: *Recedere ab injustitiâ*, tum propriè dictâ, tum largè sumptâ et generali, ut complectatur omne peccatum, sicut justitiâ generalis complectitur omnem virtutem; hoc est, recedere ab omni injuriâ, omnique peccato, est *deprecatio pro peccatis*, et etiam est quasi litatio sacrificii propitiationis, vel propitiatorii pro injustitiis et peccatis aliquando commissis. Sicut enim peccatum est maximus contemptus,

VERS. 4. — *RETRIBUET*, pro qui retribuât q. d. Qui benedicit, est spiritus qui offert Deo similitam (1).

VERS. 7. — *OMNIA*, scilicet que de Dei oblationibus sunt instituta.

VERS. 8. — *IMPINGUAT*, etc.; q. d.: Acceptatur a Deo tanquam pinguis.

VERS. 9. — *MEMORIAM*, id est, recordari.

maximaque offensio Dei; sic ex aduerso fuga peccati est maximus et gratissimus Dei honor, id est, religio et cultus, cuius potissimus actus externus est sacrificium: quare cum quis serio incipit discedere ab iniustitiâ et peccatis, tunc incipit Deum placare, et hoc ipso tacite veniam precatur, ac quasi victimas mortificationis propriæ Deo immolat, quibus reconciliationem gratiamque Deo emeretur et impetrat. Dicit hoc, non ut aueret homines ab oratione et sacrificio, sed ut doceat quod prima oratio primoque sacrificium debeat esse discedere ab iniquitate, et mandata Dei servare: sine quo nec orationes, nec sacrificia valent, et cum quo plurimum valent. Adde recessum ab iniquitate fieri non posse, nisi eliciendo actum virtutis opposita. Nemo enim recedit a libidine, nisi per actum castitatis; nec à superbiâ, nisi per actum humilitatis; nec ab irâ, nisi per actum patientiæ; nec à gula, nisi per actum temperantiæ; nec à negatione fidei, si ad eam cogat tyrannus, nisi per actum martyrii, et sic de cæteris. Omnes autem actus virtutum sunt magni Dei cultus; quia iis Deus earum auctor et legislator valdè colitur et honoratur. Ita hunc locum legit Jansenius, nimirum: *Et propitiatio est litare sacrificium*; sicque explicat, q. d.: *Clementia, quâ quis alteri in se delinquenti facillè ignoscit, eique fit propitius, est coram Deo velut litare et offerre sacrificium pro peccatis admissis, quia per huiusmodi clementiam priorum delictorum venia obtinetur, iuxta illud Salvatoris: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, et Pater cælestis dimittet vobis peccata vestra, Matth. 6. Aut. q. d.: Propitiatio, quâ quis studet Deum sibi reddere propitium, est velut offerre sacrificium super iniustitiâ.*

Verùm legendum est cum Romanis eo modo quo paulò antè citavi; quare sensus initio datus est verus et genuinus. Hic versus jam deest in Græco, quia idem penè dicit quod dixit vers. 1. Græcus autem textus talia, quæ iterantur, solet rescare et compendio complecti. Deest etiam in Rabano, sed ipse pro eo hunc substituit: *Deprecatio ejus coram oculis Dei inveniet gratiam*; sicque explicat, q. d.: *Deprecatio ejus, scilicet qui recedit ab iniquitate, coram Deo inveniet gratiam, quia benè operando servavit justitiam, juxta illud Isai. 58, 6: Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, et omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne desperaveris. Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, et sanitas tua citius oriatur, et anteibit faciem tuam justitia tua, et gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet: Ecce adsum.*

(Corn. à Lap.)

(1) QUI FACIT MISERICORDIAM egeno, et qui RE TRIBUIT GRATIAM proximo suo, acceptus et gratus est Deo, peccatè atque qui in sacrificium OFFERT SIMILAGINEM seu similitam. Nolim tamen commendando opera misericordiæ, negligere propriè dicta sacrificia. (Tirinus.)

VERS. 6. — *NON APPAREBIS ANTE CONSPECTUM DOMINI VACUUS*. Hoc loco præcipit de oblationibus que in lege à Deo mandatae erant ad declarandam gratitudinem pietatemque erga Dominum: in quibus et animum ac voluntatem offerentis, et facultatem et mores considerare spectareque debemus. Lubenti animo, et pro modo facultatum, et à piis Deumque metuentibus munera ei sunt deferenda: ab invidis, jurgalibus, avariis, ingratisque, aut improbis atque in-

VERS. 10. — *BONO*, id est, LIBTO. *MINUS*, id est, OMNITAS offerre (1).

VERS. 11. — *SANCTIFICA*, id est, offer, seu consecra Deo (2).

VERS. 12. — *DONAVIT DEUS*, id est, quod dedit tibi. *BONO*, id est, LIBTO. *ADVENTIONEM*, etc., q. d.: *Inveni quod des; vel da quod invenierit manus tua, id est, quod poteris.*

VERS. 15. — *SEPIUS TANTUM*, id est, multo plus.

VERS. 14. — *PRAVA*, id est, de male acquisitis.

VERS. 15. — *INSPECERI*, id est, attendere; q. d.: *Offerre. Gloria, id est, respectus, seu acceptio, etiam si gloriosa sit (5).*

VERS. 16. — *IN PAUPEREM*, id est, contra pauperem; q. d.: *Non placatur donis divitis qui pauperem lasit.*

VERS. 18. — *SUPER*, id est, contra. *DEBUCENTEM EAS*, id est, cogentem flere.

VERS. 19. — *DELECTABITUR*, q. d.: *Libenter exaudiet. Complut., non delectabitur; q. d.: Displicebit ei injuria, quæ flere facit (4).*

VERS. 20. — *ADORAT*, id est, colit. *IN OBLECTATIONE*, id est, libenter.

VERS. 21. — *CONSOLABITUR*, id est, quiescet (5).

VERS. 22. — *ELONGABIT*, id est, diu differet. *PA-*

justis hominibus Deus oblata munera non accipit.

(Badvellus.)

VERS. 7. — *HEC IN OMNIA PROPTER MANDATUM DEI FIUNT*. Quoniam præcipit Deus ut sacrificetur, obediendum est. Alioqui faciendum non esset. (Castidio.)

(1) *BONO ANIMO GLORIAM REGNI DEO*. In Græco: *Bono oculo*, id est, liberaliter. Eadem locutio Proverbiaiorum 22, 15, et in libro Aboth, aliisque Rabbiniis. Sensus est idem qui in epistolâ Alexandri ad Leonidam: *Noli præparatus esse adversum deos.*

ET NON MINUS PRIMITIIS MANUUM TUARUM. Intellige per *primitias* id quod de fructibus dabatur ante decimam, et lege definitum non erat, *oblato*, quæ spontè dabatur. (Grotius.)

(2) *IN OMNI DATO HILAREM FAC VULTUM TUUM*; hoc enim est bonæ voluntatis signum, ex quo minus est Deo gratum, ut dictum est. *IN OMNI DATO*, etc., quidquid offert et Deo donas, hilariter tribuas. (Lycanus.)

(5) *ET NOLI INSPECERE SACRIFICIUM INIUSTUM*. *Ne operam da sacrificio iniusto*, id est, ex iniustè partis. *QUONIAM DOMINUS JUDEX EST*. Quis ausit rapinas suas ad iudicem deterre? *ET NON EST APUD ILLUM GLORIA PERSONÆ, ÆSTIMATIO PERSONÆ*. Non ex hominibus actiones, sed ex actionibus homines æstimat. Ita se res habet, quanquàm multi aliter credunt, sibi atque aliis blandientes. (Drusius.)

(4) *NON DELECTABITUR IN ILLIS*. Est moesis. Valdè illi displicebunt, et irascetur, et exandescet contra eos qui suâ iniustitiâ illas eliciunt. (Menochius.)

(5) *Dieu veut qu'on l'adore avec une joie respectueuse et reconnaissante; et lorsque l'âme est dans cet état, sa prière monte jusqu'au nues*. C'est en ce sens que David a dit: *Mettez votre joie en Dieu, et il vous accordera les demandes de votre cœur*. Mais lorsqu'un homme s'humilie profondément dans les adorations qu'il rend à Dieu, *sa prière perce les nues*; et il ne met point de fin à ses larmes et à ses soupirs jusqu'à ce qu'elle s'élève jusqu'au ciel, et qu'elle attire sur lui le regard de Dieu. Car toutes les vertus nous elevent en haut, et frappent à la porte de la grâce; mais c'est l'humilité qui nous l'ouvre, et qui nous mène jusqu'au trône de celui qui n'y est monté qu'après s'être anéanti lui-même, et qui n'a voulu recevoir la couronne de sa gloire que de la main de l'humilité. (Sic Saey commentans vers. 20 et 21.)

TIENTIAM. Vidē Luc. 18. — IPSORUM, scilicet iniquorum.

VERS. 25. — PLENITUDINEM, id est, multitudinem. CONTRIBULET, id est, conterat (1).

(1) GENTIBUS REDDET VINDICTAM, DONEC TOLLAT PLENITUDINEM (omnem cœtum) SUPERBORUM. Integre gentes gravissimam illius manum sentient, nisi infirmos opprimere desinant. Notissima est severitas quā Deus in Ægyptios et Chaldæos animadvertit sævitie causā, quā illi Hebræos cruciaverant. Nihilo mitius in cæteros aget, qui in gentem suam sævire pergunt. Clam innuit Ægyptios et Syrios, qui tunc in Judæā, Syriā et Ægypto imperabant. Explicari etiam hoc sensu potest :

CAPUT XXXVI.

1. Miserere nostri, Deus omnium, et respice nos, et ostende nobis lucem miserationum tuarum;

2. Et immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, et enarrent magnalia tua.

3. Alleva manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam.

4. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis;

5. Ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus quoniam non est Deus præter te, Domine.

6. Innova signa, et immuta mirabilia.

7. Glorifica manum, et brachium dextrum.

8. Excita furorem, et effunde iram.

9. Tolle adversarium et afflige inimicum.

10. Festina tempus, et memento finis, ut enarrent mirabilia tua.

11. In ira flammæ devoretur qui salvatur, et qui pessimam plebem tuam inveniant perditionem.

12. Contere caput principum inimicorum, dicentium: Non est alius præter nos.

13. Congrega omnes tribus Jacob, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, et enarrent magnalia tua, et hæreditabis eos, sicut ab initio.

14. Miserere plebi tuæ, super quam invocatum est nomen tuum, et Israel, quem coæquasti primogenito tuo.

15. Miserere civitati sanctificationis tuæ Jerusalem, civitati requiei tuæ.

16. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, et gloriā tuā populum tuum.

17. Da testimonium his qui ab initio creaturæ tuæ sunt, et suscita prædicationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores.

18. Da mercedem sustentibus te: ut prophetae tui fideles inveniantur, et exaudi orationes servorum tuorum,

19. Secundum benedictionem Aaron de populo tuo, et dirige nos in viam justitiæ, et sciant omnes qui habitant terram quia tu es Deus conspexeris seculorum.

20. Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior.

21. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendaciæ.

VERS. 24. — Adæ, id est, hominis (1).

VERS. 26. — SPECIOSA, id est, pulchra et grata.

Vindicabit populos oppressos, donec auferat multitudinem vi agentium, et sceptrā iniquorum confringat. Prior explicatio melior videtur, eamque plerique amplectuntur. (Calmet.)

(1) ADÆ: dativo casu. Videtur ex Hebr. vertisse ubi loco, *homini*, scribitur, *Adæ*; sensusque est: Reddet hominibus et cuique homini secundum opera sua; imò secundum PRÆSUMPTIONEM, sive, ut habet Græcus, secundum cogitationem illius: arcanorum testis, neque tantum operum, sed etiam cogitationum ultor. (Bossuet.)

CHAPITRE XXXVI.

1. O Dieu, Seigneur de toutes choses, ayez pitié de nous; regardez-nous favorablement; (et faites-nous voir la lumière de vos miséricordes).

2. Répandez la terreur sur les nations (qui ne se mettent point en peine de vous rechercher, afin qu'elles reconnaissent qu'il n'y a point de Dieu que vous seul, et qu'elles publient la grandeur de vos merveilles).

3. Étendez votre main sur les peuples étrangers, et faites-leur sentir votre puissance.

4. Comme ils ont vu de leurs yeux que vous avez été sanctifié parmi nous, faites que nous voyions aussi éclater votre grandeur parmi eux.

5. Afin qu'ils connaissent, comme nous l'avons connu, qu'il n'y a point d'autre Dieu que vous, Seigneur.

6. Renouvelez vos prodiges, et faites des miracles qui n'aient point encore été vus.

7. Glorifiez votre main et votre bras droit.

8. Excitez votre fureur, et répandez votre colère.

9. Détruisez l'ennemi, et brisez celui qui nous fait la guerre.

10. Pressez le temps et hâtez la fin, afin que les hommes publient vos merveilles.

11. Que celui qui aura échappé à l'épée soit dévoré par l'ardeur des flammes; et que ceux qui tyrannisent votre peuple tombent dans la perdition.

12. Brisez la tête des chefs des ennemis qui disent: Il n'y a point d'autre Seigneur que nous.

13. Rassemblez toutes les tribus de Jacob, (afin qu'ils connaissent qu'il n'y a point d'autre Dieu que vous, qu'ils racontent la grandeur de vos merveilles;) et qu'ils deviennent votre héritage, comme ils l'ont été au commencement.

14. Ayez pitié de votre peuple qui a été appelé de votre nom, et d'Israël, que vous avez traité comme votre fils aîné.

15. Ayez compassion de Jérusalem, de cette ville que vous avez sanctifiée, de cette ville où vous avez établi votre repos.

16. Remplissez Sion de la vérité de vos paroles ineffables, et votre peuple de votre gloire.

17. Rendez témoignage à ceux qui ont été dès la création du monde; vérifiez les prédictions (que les anciens prophètes) ont prononcées en votre nom.

18. Récompensez ceux qui vous ont attendu longtemps, afin que vos prophètes soient trouvés fidèles, et exaucez les prières de vos serviteurs.

19. Selon les bénédictions qu'Aaron a données à votre peuple; (et conduisez-nous dans la voie de la justice,) afin que tous ceux qui habitent la terre sachent que vous êtes le Dieu (qui voyez) tous les siècles devant vous.

20. L'estomac reçoit toute sorte de viande; mais entre les nourritures, l'une est meilleure que l'autre.

21. Le palais discerne au goût la venaison; et le cœur éclairé, les paroles du mensonge.

22. Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistet illi.

25. Omnem masculum excipiet mulier; et est filia melior filii.

24. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.

23. Si est lingua curationis, est et mitigationis et misericordiae; non est vir illius secundum filios hominum.

26. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem; adjutorium secundum illum est, et columna ut requies.

27. Ubi non est sepes, diripietur possessio: et ubi non est mulier, ingemiscit egens.

28. Quis credit ei qui non habet nidum, et deflebens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exiliens de civitate in civitatem?

22. Le cœur corrompu causera de la tristesse, et l'homme habile lui résistera.

25. La femme peut épouser toutes sortes d'hommes, mais entre les filles l'une est meilleure que l'autre.

24. L'agrément de la femme met la joie sur le visage (de son mari), et la rend plus aimable que tout ce que l'homme peut désirer.

23. Si sa langue (peut guérir les maux) et est pleine de douceur et de bonté, son mari aura un avantage qui n'est pas commun parmi les hommes.

26. Celui qui a une femme (vertueuse), commence d'établir sa maison; il a un secours qui lui est semblable, et un ferme appui où il se repose.

27. Où il n'y a point de sepe, le bien est au pillage; de même, où il n'y a point de femme, l'homme soupire dans l'indigence.

28. Qui se fierà à celui qui n'a point de retraite, qui va chercher le couvert partout où la nuit le prend, et qui erre de ville en ville comme un voleur toujours prêt à fuir?

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 3.—ALLEVA, id est, eleva. ALIENAS, scilicet à te per infidelitatem (2).

VERS. 4.—SANCTIFICATUS ES, id est, ostendisti sanctitatem tuam et potentiam (3).

VERS. 6.—IMMUTA, id est, ede alia; vel q. d.: Muta per miracula rerum ordinem.

VERS. 7.—DEXTRUM. Loquitur more hominum, qui præcipuè dextero brachio utuntur (4).

VERS. 9.—EXTOLLE, pro, tolle; vel q. d., sublatum dejice.

(1) VERS. 1.—MISERERE NOSTRI, DEUS OMNIUM, ET RESPICE NOS (sic habent et Græca); quod verò sequitur: ET OSTENDE NOBIS LUCEM MISERATIONUM TUARUM, deest jam in Græcis. *Lucem* vocat lætitiâ et hilaritatem Hebræis obventuram ex miseratione Dei, si eos ab Ægyptiis aliisque gentibus afflictos liberet. Unde Syrus vertit: *Libera nos, Deus, omnes*, ut nos pristina libertati, patriæ, opibus, gloriæ, et regno restituas. S. Aug. lib. 17 de Civit. 20, legit: *Miserere nostri, dominator Deus omnium.* (Corn. à Lap.)

VERS. 2.—ET IMMITTE TIMOREM, etc. Eos per pœnam reducendo ad tuæ deitatis cognitionem. Et idèò subditur: *UT COGNOScant*, etc. Sed quia sicut corde creditur ad justitiam, ita fit ore confessio ad salutem. Rom. 10. Et subditur: *UT ENARRARENT MAGNANIA TUAM.* Sicut de Iliodoro dicitur 2 Machab. 11, quòd *flagellatus à Deo, confitebatur omnibus opera magna Dei.* Et ad idem facit quod subditur. (Lyranus.)

(2) ALLEVA MANUM TUAM SUPER GENTES ALIENAS, UT VIDEANT POTENTIAM TUAM. Nomine *manus* significat potentiam quam Deus sæpè exhibuit in redimendo suo populo: ita enim dicitur Dominus *manu sublata brachioque exserto atque extenso* populum ex Ægypto eduxisse. (Badvellus.)

(3) SICUT ENIM IN CONSPECTU EORUM SANCTIFICATUS ES IN NOBIS, SIC IN CONSPECTU NOSTRO MAGNIFICABILIS IN EIS. Deus multas res præclaras in populo Judaico gesserat, quarum populi exteri atque inimici inspectores ac testes fuerant; ad eandem gloriam nunc Deum revocat. Tunc autem elucet summa Dei gloria, cum salus populi ejus cum exitio hostium conjuncta est; hoc enim modo singularis ejus erga suos amor benevolentiaque perspicitur. (Biblia Vatabli.)

(4) GLORIFICA MANUM, ET BRACHIUM DEXTERÆ. Superbi robur suum prædicant, juxta illud Deut. 32. 27: *Manu nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia.* Contra verò tu, Domine, gloriam tuam tibi assere, manu tuâ et brachio tuo illos conterens. (Menochius.)

VERS. 10.—FESTINA, id est, accelera, scilicet ad punitionem. FINIS, scilicet destinati malis. Græcè *ira*. ENARRANT, scilicet homines.

VERS. 11.—SALVATUR, id est, evaserit, seu fugerit, vel qui hic non punitur. PESSIMANT, id est, pessimè tractant (1).

VERS. 13.—HEREDITABIS, id est, possidebis velut hæreditatem (2).

(1) IN IRA FLAMMÆ DEVORETUR QUI SALVATUR. *Pro qui salvatur*, Græcè est *παύσηται*. Quæ vox sæpè significat eum qui evasit periculum, vel qui, ut extra periculum sit, vel aliâ causâ, in arces et munita loca se recipit. Quos alibi Scriptura *clausos* vocat. Sensus est: Qui inclusi sunt munitionibus, ut gladius noster eos comprehendere non possit, flammis absumentur, sive cœlitus emissis, sive ab adversariis subjectis, et ad motis ad loca in quæ se receperint. (Estius.)

VERS. 12.—PRINCIPUM SYRIÆ, quorum regno attributi, *inimicorum* nostrorum se gerentium pro diis, ac supra omne numen sese offerentium: unde sequitur. *Atque dicentium: NON EST ALIUS PRÆTER NOS*, cui Judæi serviant ut diis ac regibus. Vide infra, 51, ac præsertim vers. 7, 12, 14. Congruunt verba superba quæ passim invenias in Machabæicis, et vaticinia Danielis de Antiocho Epiphane, 7, 25, et 8, 25, et 11, 56, etc. Cæterùm Ægyptii reges Macedonici benevoli adversus Judæos fuere, et à Ptolomæo quidem Lagi filio capta Jerosolyma, amplificandi imperii causâ, nullo gentis odio, cum captivis benefecerit, et ad militiæ honores evectis regnum tuendum tradiderit. Ptolomæus Philadelphus ejus filius, quantum pie genti favorit, notum, ejus quippe temporibus acciti septuaginta Seniores: Judaica religio summo honori fuerit. Ac Ptolomæus quidem Evergetes hujus nominis primus Philadelphii filius, multa licet comminatus, quòd Onias II consuetum tributum denegasset, à Josepho tamen Tobia filio Jerosolymita, usque adeo delinitus, ut sancta gens nusquam clarior haberetur; neque secuti reges ab eâ sententiâ recesserunt; nam quod de Ptolomæo Philopatore in tertio Machabæico refertur, minus potius et comatum quàm persecutionem fuisse, et in prælatione notavimus, et ad cap. 50 copiosior erit dicendi locus. (Bossuet.)

(2) CONGRIGA OMNES TRIBUS JACOB: omnes eos qui aut temporibus iis non redierant, aut postea per bella ac calamitates erant dispersi.

UT AGNOScant QUIA NON EST DEUS NISI TU, ET ENARRARENT MAGNANIA TUAM. Hæc in Græcis desunt, repetita autem sunt ex superioribus.

VERS. 14.—*SUPER QUAM*, etc., id est, quæ dicitur populus tuus, seu quæ te colit. *COEQUASTI*, id est, comparasti (Exod. 4), vel habuisti loco primogeniti.

VERS. 15.—*SANCTIFICATIONIS TUÆ*, id est, ubi coleris. *REQUIE TUÆ*, id est, ubi peculiariter habitas.

VERS. 16.—*VIRTUTIBUS TUIS*, id est, operibus tuæ potentiae (1).

VERS. 17.—*CREATURÆ*, scilicet peculiares, seu clientes. *SUSCITA*, id est, imple. *PRECATIONES*, scilicet pro adventu Messiae (2).

ET HEREDITABIS EOS SICUT AB INITIO. Est in Græco precativum: *Fac iterum terras possideant, ut olim fuere constituti Davidis et Salomonis temporibus. Notet lector in exemplari quod secuta est Sixtina editio paginarum hic factam transpositionem magnam. Hæc enim, à capite quod in Græco est 55 (Latini enim capitum numeri discrepant), translata sunt in caput 56. Latini interpretis exemplar melius habuit.*

(Grotius.)

(1) REPLE SION INENARRABILIBUS VERBIS TUIS, ET GLORIA TU A POPULUM TUUM. GRÆCUS: *Imple Sionem, ut attollat oracula tua, et gloriâ tuâ populum tuum. Sionem beneficiis tuis, tuâque misericordiâ comple, ut ipsa laudes tuas, tuaque gens tuam gloriam prædicet; vel, populus gloriâ tuâ cumuletur; tui nominis fulgor in populum tuum effundatur. Sive: Sionem beneficiis tuis imple, ut oracula tua, tuæque promissiones impleantur; populum verò gloriâ tuâ repleto. Sen denique: Sionem imple; tuique prophetæ oracula tua, uti olim, in eâ urbe nuncient. Prophetiæ factas post Zachariæ et Malachiæ obitum in Israele cessaverat. Rogat Deum scriptor, ut præsentia suæ Sionem protegentis argumenta, ut olim, exhibeat, ut prophetiæ factas in populo communis sit, totaque gens vetere opprobrio liberetur. Prostrema hæc interpretatio omnium optima est.* (Calmet.)

(2) DA TESTIMONIUM, id est, testatum fac pristinum tuum favorem, HIS QUI AB INITIO, à tempore Abrahæ et Heber, etc., creaturæ tuæ, id est, clientes et filii

CAPUT XXXVII.

1. Omnis amicus dicit: Et ego amicitiam copulavi, sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usque ad mortem?

2. Sodalis autem et amicus ad inimicitiam convertentur,

3. O præsumptio nequissima! unde creata es cooperire aridam malitiâ, et dolositate illius?

4. Sodalis amico conjucundatur in oblectationibus, et in tempore tribulationis adversarius erit.

5. Sodalis amico condolet causâ ventris, et contra hostem accipiet scutum.

6. Non obliviscaris amici tui in animo tuo, et non immemor sis illius in opibus tuis.

7. Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, et à zelantibus te absconde consilium.

8. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso.

9. A consiliario serva animam tuam; prius scito quæ sit illius necessitas: et ipse enim animo suo cogitabit:

10. Ne fortè mittat sudem in terram, et dicat tibi:

11. Bona est via tua: et stet è contrario videre quid tibi eveniat.

12. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, et

VERS. 18.—*SUSTINENTIBUS*, id est, patienter expectantibus. *PROPHETÆ*, scilicet qui eam dandam prædixerunt. *FIDELES*, id est, veraces.

VERS. 19.—*BENEDICTIONEM*, id est, ut benedicens optabat. Vide Num. 6. *CONSECTOR*, etc.; q. d.; cui omnia secula nota et subjecta.

VERS. 20.—*ET EST*, pro sed est.

VERS. 21.—*FERÆ*, id est, venationis.

VERS. 22.—*INSENSATUM*. Græcè, *sensatum*, scilicet deprehendit statim.

VERS. 23.—*EXCIPIET*, scilicet in maritum; q. d.: Non valde examinant feminae quibus nubant. *ET EST*, etc., q. d.: At videndum diligenter viro, qualem ducat.

VERS. 24.—*SPECIES*, id est, pulchritudo. *ET SUPER*, etc.; q. d., eique super omnia alia placet.

VERS. 25.—*SI EST*, id est, quòd si uxori inest. *CURATIONIS*, scilicet iræ et tristitiæ curarumque mariti. *EST ET*, pro *et est*. *SECUNDUM*, etc.; q. d.: Felicissimus est omnium hominum.

VERS. 26.—*SECUNDUM ILLUM*, id est, simile illi. Vide Gen. 2. *UT REQUIES*, pro *quietis*.

VERS. 27.—*EGENS*, scilicet vir adjutorio et solatio.

VERS. 28.—*CREDIT*, pro *fidat*. *NIDUM*, id est, fixam habitationem. *OSCURAVERIT*, id est, nox advenit. *SUCCINCTUS*, id est, expeditus (1).

tui, *sunt*; et *SUSCITA*, innova, redde nobis, *PREDICATIONES*, id est, prophetias, oracula, instructiones de cælo, quales olim nobis reddebant *PROPHETÆ PROGRES*. (Tirinus.)

(4) *QUIS CREDIT EI*, etc. In Græco: *Quis enim fidat accincto latroni ex aliâ in aliam urbem transilienti? Uxore carenti habendus est famulus, cui, cum laribus careat, non magis fidendum est quàm latroni vago.* (Castalio.)

CHAPITRE XXXVII.

1. Tout ami dira: J'ai fait aussi amitié avec cet homme; mais il y a un ami qui n'est ami que de nom. N'est-ce pas une douleur qui dure jusqu'à la mort?

2. Que d'avoir un ami qui se change en ennemi!

3. O pensée détestable! d'où as-tu pris ton origine pour venir couvrir la terre (de ta malice et) de ta perfidie?

4. L'ami se divertit avec son ami pendant sa prospérité; et il deviendra ennemi au temps de l'affliction.

5. L'ami s'affligera avec son ami, afin qu'il lui donne de quoi manger; et à la vue de l'ennemi il prendra le bouchier.

6. Conservez dans votre cœur le souvenir de votre ami; et ne l'oubliez pas lorsque vous serez devenu riche.

7. Ne prenez point conseil de celui qui vous tend un piège, et cachez vos desseins à ceux qui vous portent envie.

8. Tout homme que l'on consulte donne son conseil; mais il y en a qui ne regardent qu'eux-mêmes dans ce qu'ils conseillent.

9. En demandant conseil à un homme, veillez à la garde de votre âme. Sachez auparavant quels sont ses intérêts; car il vous donnera conseil selon qu'il lui sera plus utile.

10. Craignez qu'il ne plante un pieu dans votre chemin, et ne vous dise:

11. Votre voie est bonne; pendant qu'il se tiendra à l'écart, pour voir ce qui vous arrivera.

12. (Allez, consultez un homme sans religion, sur

cum injusto de justitiâ, et cum muliere de eâ qua amulatur; cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de gratiis agendis :

15. Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere, *

14. Cum operario annuali de consummatione anni, cum servo pigro de multâ operatione; non attendas his in omni consilio.

15. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei,

16. Cujus anima est secundum animam tuam, et qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.

17. Cor boni consilii statue tecum : non est enim tibi aliud pluris illo.

18. Anima viri sancti enuntiat aliquandò vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

19. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam.

20. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et à te omnem actum consilium stabile.

21. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur : bonum et malum, vita et mors, et dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, et animæ suæ inutilis est.

22. Vir peritus multos erudit, et animæ suæ suavis est.

23. Qui sophisticè loquitur, odibilis est; in omni re defraudabitur.

24. Non est illi data à Domino gratia; omni enim sapientiâ defraudatus est.

25. Est sapiens, animæ suæ sapiens; et fructus sensûs illius laudabilis.

26. Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sensûs illius fideles sunt.

27. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt.

28. Vita viri in numero dierum; dies autem Israel innumerabiles sunt.

29. Sapiens in populo hæreditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum.

30. Fili, in vitâ tuâ tenta animam tuam; et si fuerit nequam, non des illi potestatem :

31. Non enim omnia omnibus expediunt, et non omni animæ omne genus placet. †

32. Noli avidus esse in omni epulatione, et non fundas super omnem escam;

33. In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram.

34. Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstiniens est, adjiciet vitam.

les choses saintes, un injuste sur la justice, une femme sur celle dont elle est jalouse, un homme timide sur ce qui regarde la guerre, un marchand sur le trafic des marchandises, un acheteur sur ce qui est à vendre, un envieux sur la reconnaissance des grâces reçues,)

15. Un impie sur la piété, (un homme sans honneur sur l'honnêteté, celui qui travaille aux champs sur ce qui regarde son travail,)

14. Un ouvrier à l'année sur ce qu'il doit faire (pendant un an), et un serviteur paresseux sur l'assiduité au travail; vous ne devez point attendre de bon conseil de ces personnes sur toutes ces choses.

15. Mais tenez-vous sans cesse auprès d'un homme saint, lorsque vous en aurez connu quelqu'un qui craint véritablement (Dieu);

16. Dont l'âme a du rapport avec la vôtre, et qui prendra part à votre douleur, lorsque vous aurez fait un faux pas (dans les ténèbres).

17. Affermissez votre cœur dans la droiture d'une bonne conscience; car vous n'aurez point de plus fidèle conseiller.

18. L'âme d'un homme (saint) découvre quelquefois mieux la vérité que sept sentinelles qui sont assises dans un lieu élevé, pour contempler tout ce qui se passe.

19. Mais sur toutes choses priez le Très-Haut, afin qu'il vous conduise dans le droit chemin de la vérité.

20. Que la parole (de la vérité) précède toutes (vos) œuvres, et qu'un conseil (stable) règle tout ce que vous faites.

21. Une parole mauvaise gâtera le cœur; (c'est du cœur que) naissent ces quatre choses : le bien et le mal, la vie et la mort; et tout cela dépend ordinairement de la langue. Tel est habile, et enseigne plusieurs qui est inutile à lui-même.

22. (Tel est éclairé, et en instruit plusieurs, qui y trouve la douceur de son âme.)

23. Celui qui use d'un langage sophistique, est digne de haine; il sera pauvre et vide de tout.

24. Il n'a point reçu la grâce du Seigneur; car il est dépourvu de toute sagesse.

25. Il y a un sage qui est sage pour lui-même; et les fruits de sa sagesse sont vraiment louables.

26. L'homme sage instruit son peuple, et le fruit de sa sagesse est fidèle.

27. L'homme sage sera rempli de bénédictions; et ceux qui le verront le combleront de louanges.

28. La vie d'un homme n'a qu'un certain nombre de jours; mais les jours d'Israël sont innombrables.

29. Le sage s'acquerra de l'honneur parmi son peuple, et son nom vivra éternellement.

30. Mon fils, éprouvez votre âme pendant votre vie; et si vous trouvez que quelque chose lui soit mauvais, ne le lui accordez pas;

31. Car tout n'est pas avantageux à tous, et tous ne se plaisent pas aux mêmes choses.

32. Ne soyez jamais avide dans un festin, et ne vous jetez point sur (toutes) les viandes;

33. Car l'excès des viandes cause des maladies, et le trop manger donne la colique.

34. L'intempérance en a tué plusieurs; mais l'homme sobre prolonge ses jours.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — AMICITIAM COPULAVI, id est, amicus sum. INEST, scilicet in eo quod sequitur (1).

† OMNIS AMICUS DICET. Id est, quisquis amicus haberi vult dicet :

ET EGO AMICITIAM COPULAVI. In Græco : *Etiam ego amicitiam colo.* Est enim aoristus pro præsentî.

VERS. 5. — O PRESUMPTIO, etc.; q. d., ô scelus ! Græcè, ô cogitatio prava ! Cooperire, id est, ut coo-

SED EST AMICUS SOLO NOMINE AMICUS. Quales illi mensurarum amici, de quibus supra 46, 44. Euripides de talibus :

Amici voce erant, re non erant. Grotius.

perias. ARIDAM, id est, terram. ILLIUS, scilicet sodalis (1).

VERS. 4. — SODALIS, scilicet fallax. OBLECTATIONIBUS, scilicet prosperitatis (2).

VERS. 5. — HOSTEM, scilicet amici. ACCIPIET, scilicet causâ ventris.

VERS. 7. — SOCERO, scilicet de rebus, ubi periculum, ne potiùs filia faveat. Græcè, cum eo cui suspectus sis. ZELANTIBUS, id est, invidentibus.

VERS. 8. — OMNIS, scilicet talis. IN SEMETIPSO, id est, in propriam utilitatem.

VERS. 9. — COGITABIT, scilicet suam utilitatem.

VERS. 10. — SUDEM, q. d., impedimentum, seu offensionem, scilicet contra te.

VERS. 11. — TRACTA, id est, consultata. Ironicè loquitur, q. d. : Si tractes, operam perdes. ÆMULATOR, id est, zelotypiâ persequitur, scilicet de pellice.

VERS. 12. — TRAJECTIONE, id est, permutatione ; scilicet dicit is quid in rem suam ei videatur esse, non quid conveniat (3).

VERS. 2. — SODALIS, id est, socius mensæ ; et dicitur à sede, quasi sedalis, quia sedet cum alio in mensâ.

SODALIS ET AMICUS fictus, ad inimicitiam convertitur. Frequenter enim contingit quòd simul sedentes in mensâ, antequàm recedant ab invicem rixantur et pugnant. (Lyranus.)

(1) O PRÆSUMPTIO NEQUISSIMA, etc. Græcus ad verbum : *O prava cogitatio, unde voluta (aut lapsa) es ut cooperires aridam dolositate?* Exclamatio vehemens est, continens reprehensionem perfidorum qui nomine ac simulatione amicitia amici fallunt atque produnt. Nullæ sunt insidia majores quàm quæ simulatione officii ac benevolentia occultantur : alia enim pericula cavere potes ; hoc verò occultum atque intestinum priùs opprimit quàm suspicari aliquid potueris. Itaque hujusmodi homines amicitiarum proditores, hostes humanæ societatis semper sunt existimati. (Biblia Vatabli.)

(2) SODALIS AMICO CONJUCUNDABITUR IN OBLECTATIONIBUS, ET IN TEMPORE TRIBULATIONIS ADVERSARIUS ERIT. Exaggerat rei indignitatem, q. d. : O præsumptio perfida et scelerata, quòd sodalis cum amico jucundatur, dum in mensâ ejus epulis oblectatur et deliciatur, idem verò ei adversatur in tempore tribulationis ! Cur enim, si frueris amico in sua prosperitate, eum lædis in adversitate ? cum enim tribulor, sat habeo afflictionis, nec dignus sum novâ tribulatione. Cur ergo super dolorem vulneror meorum addis ? Intolerabile est quòd, cum tuo favore ego, tu pro favore mihi odium exhibeas. Ita Palæcius. Unde pro conjucundatur in oblectationibus, græcè est *ἡδεται ἐν εὐφορίᾳ*, id est, *jucundatur in lætitiâ* ; Romana, in oblectatione, id est, tempore læto, jucundo et prospero ; hoc enim opponit tempori tribulationis tristi et adverso. Complut. legunt, *συνδεται ἐν εὐφορίᾳ*, id est, *convivit in lætitiâ* ; Tigurina : *Amicus rebus lætis familiariter utitur amico, qui tempore calamitatis sit adversarius* ; nimirum quanta hæc indignitas ! quàm nequam præsumptio ! quàm scelerata cogitatio ! Syrus : *Malus est amicus qui propinquus est in mensâ, et in tempore angustia surgit à convivio.*

Hic alludit proverbium Arabicum, centur. 1, num. 97 : *Quando audiveris virum loquentem de te bonum quod in te non est, ne credas ; loquetur enim et malum quod in te non est.* (Corn. à Lap.)

(3) CUM MULIERE, id est, uxore, TRACTA DE EA QUÆ IPSI ÆMULATOR, id est, de pellice ; quasi dicat : Oleum perdes et operam. Est enim continua hic ironia quâ vult declarare quàm stultum sit poscere consilium à non sincero amico. Simili modo, pete consilium à

VERS. 14. — NON ATTENDAS, etc. ; q. d. : Ironicè loquebar, non enim tales consulendi.

VERS. 16. — SECUNDUM ANIMAM TUAM, id est, tibi conformis, seu amicitia juncta. Quicumque, etc. Aliàs, et Græco conformius : Qui cum titubaveris in tenebris, id est, offenderis, condeat tibi (1).

VERS. 17. — COR, etc., id est, prudentem virum adhibe tibi. PLURIS, id est, potiùs (2).

VERS. 18. — QUÀM, pro plusquam.

VERS. 20. — VERBUM VERAX, id est, rectum consilium.

VERS. 21. — VERBUM NEQUAM, id est, pravum consilium. IMMUTABIT, scilicet à bono in malum. EX QUO, scilicet corde. PARTES, id est, differentia. VITA : hæc præmium boni. MORS : hæc mali. DOMINATRIX, id est, gubernatrix ; q. d. : multum illa pendent ex lingua (3).

VERS. 22. — SUAVIS, id est, indulgens ; scilicet non facit quæ alios docet (4).

NEGOTIATORE DE TRAJECTIONE, seu commutatione mercium. Consulit enim tibi non quæ in commodum tuum, sed quæ in lucrum suum cedent. (Tirinus.)

(1) CUJUS ANIMA EST SECUNDUM ANIMAM TUAM : quem amas, et à quo amaris, qui ejusdem spiritus est ac tu, qui ejusdem tecum est ingenii, et genii, tibi que conformis.

CUM TITUBAVERIS IN TENERRIS, non satis aspiciens, aut expediens quodnam sequaris consilium in rebus adversis. (Menoehius.)

(2) COR BONI CONSILII STATUE TECUM. In Græco : *Fac ut stabile sit, stabili.* In hanc sententiam extat dictum sive proverbium Ben Siræ : *Si fuerint tibi sexaginta consiliarii, consilium animæ tuæ ne deseras. Homo enim, ut est apud Sophum nostrum, optimè novit amaritudinem animæ suæ.* Quocirca sibi melius consulere potest quàm alii. Pronomen non extat in ullis Græcis codicibus, quos quidem viderim, tamen subintelligitur. Nam vocat *consilium cordis*, quod Ben Sirâ dixit *consilium animæ tuæ.* (Drusius.)

(3) VERBUM NEQUAM (ab aliis prolatum alicui) IMMUTABIT COR ILLIUS ; hinc enim ingeneratur ejus animo suspicio, ex quâ in PARTES QUATUOR sese dividit animus, atque incipit dubitare in quovis negotio, an sit BONUM, MALUMVE, seu commodum, an noxium : peccatum, an rectè factum, sive usitatâ phrasi, VITA ET MORS : his enim quatuor vita humana vertitur. At Græcè *vestigium mutationis cordis* : sive hæc sunt quibus percipere possis animum ejusque immutatum, si intellexeris ex aliquo negotio aliquid cuique noxium aut commodum, rectè aut malè factum secutum. Et DOMINATRIX ILLORUM : his rebus imperat sermo assiduus, ut facile conjectare possis quòd ejusque animus inclinatur sit, si attenderis quibuscum assidue colloquatur : hinc enim vel maxime afficitur animus. (Bossuet.)

(4) L'homme habile, dit le Sage, c'est-à-dire qui a la lumière de la science, mais qui n'a point le sentiment de la piété, en instruit plusieurs, en leur apprenant des vérités très-saintes qui lui sont connues ; mais il est inutile à lui-même, parce qu'il ne veut point faire ce qu'il dit. Il y a au contraire un homme habile, qui instruit tellement les autres, qu'il goûte la douceur de la sagesse, et qu'il y trouve la paix et la guérison de son âme. Car les savants superbes, dit saint Grégoire, ne connaissent que l'écorce de la vérité ; mais ceux qui sont humbles dans leur science, en ressentent l'unction et en pénètrent l'esprit. Ils s'appliquent à eux-mêmes les remèdes qu'ils prescrivent aux autres, et ils se nourrissent du même pain dont ils les nourrissent. (Sacy.)

VERS. 25. — **DEFAUDABITUR**, id est, successibus carebit (1).

VERS. 24. — **DEFAUDATUS**, id est, privatus.

VERS. 25. — **SENSUS**, id est, mentis (2).

(1) QUI SOPHISTICATE LOQUITUR, ODIOSUS EST; IN OMNI RE DEFAUDABITUR, INOPS ERIT. Sophisticus sermo is est qui illud solummodo studet, ut vanis argumentationibus incautos capiat, qui scientiam ostentat ubi importuna ostentatio est, plausum atque admirationem captat, non docere ceteros curat. Odiosum est et contemptum huiusmodi hominum genus, vitæque inopi agendam obnoxium, cum nulla illius misericordia quemquam moveat, inutilesque illorum, subtilitates statim unusquisque fastidiat.

Aliter explicari Græcus potest: *Qui decipit sermone, odiosus est: hic omni sapientiâ destituitur: vera sapientiâ penitus caret. Minime tamen dubito quin ita explicanda sit: Est qui sapienter loquens odiosus est: hic verâ sapientiâ caret.* Vers. 24: *Non est illi data à Domino gratia, per quam hominibus placeat, quia defraudatus est omni sapientiâ.* Profecto nonnulli sunt quibus ingenium pulcherrima et nobilissima suggerit, at facultate carent quâ cæteris ea ipsa suadeant; insipidum est quicquid loquuntur, verâ sapientiâ carent, que non in eo solum sita est, ut sublimes doctasque sententias quis proferat, sed ut opportunè et eum auctoritate, menti imprimantur. (Calmet.)

(2) EST SAPIENS, ANIMÆ SUE SAPIENS, etc. In Græco

CAPUT XXXVIII.

1. Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creavit Altissimus.

2. A Deo est enim omnis medela, et à rege accipiet donationem.

3. Disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur.

4. Altissimus creavit de terrâ medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa.

5. Nonne à ligno indulcata est aqua amara?

6. Ad agnitionem hominum virtus illorum; et dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.

7. In his curans mitigabit dolorem; et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur opera ejus.

8. Pax enim Dei super faciem terræ.

9. Fili, in tuâ infirmitate ne despicias te ipsum: sed ora Dominum, et ipse curabit te.

10. Averte à delicto, et dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum.

11. Da suavitatem et memoriam similaginis, et impingua oblationem, et da locum medico:

12. Etenim illum Dominus creavit; et non discedat à te, quia opera ejus sunt necessaria.

13. Est enim tempus quando in manus illorum incurras;

14. Ipsi verò Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, et sanitatem, propter conversationem illorum.

15. Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.

16. Fili, in mortuum produce lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius.

VERS. 26. — **FIBILES**, id est, stabiles.

VERS. 28. — **VIRI**, id est, cujusque. **NUMERO**, scilicet certo, vel parvo. **ISRAELI**; q. d., populi fidelis. **INNUMERABILES**, scilicet æterna vita.

VERS. 30. — **TENTA**, id est, explorata. **NEQUAM**, scilicet pravo aliquo desiderio. **POTESTATEM**, q. d., coercere.

VERS. 31. — **PLACET**, pro, placere debet (1).

VERS. 32. — **OMNI**, pro, ulla. **OMNEM**, pro ullam.

VERS. 34. — **ADJICIET**, id est, producet.

non iteratur sapiens. Ad verbum: *Est sapiens anima sue, et fructus sapientiarum ejus in ore certi, aut laudabiles. Sapere anima sua* Hebræicâ phrasi dicitur qui sibi ipsi sapit. Is autem huiusmodi est cujus oratio animo vitæque respondet; qui id quod dicit, ita etiam sentit et vivit. Sentit autem recte, ac vivit honeste; itaque non est mirum si oratio fructus veros laudabilesque ex huiusmodi animo ita instituto proferat. Socrates apud Platonem hæc inter se ita connectit, ut sicut quisque affectus est, ita etiam vivat et loquatur. (Badvellus.)

(1) NON ENIM OMNIA OMNIBUS EXPEDIUNT, etc. *Potest veri: Ut enim non omnia conducunt omnibus, ita non omnis animus in omni reprobatur.* Fieri potest ut inquit aliquid in animo tuo vitium. (Castallio.)

CHAPITRE XXXVIII.

1. Honorez le médecin à cause de la nécessité, parce que c'est le Très-Haut qui l'a créé.

2. Car toute médecine vient de Dieu; et elle recevra des présents du roi.

3. La science du médecin l'éleva en honneur, et il sera loué devant les grands.

4. C'est le Très-Haut qui a produit de la terre tout ce qui guérit; et l'homme sage n'en aura point d'éloignement.

5. Un peu de bois n'a-t-il pas adouci l'eau qui était amère?

6. Dieu a fait connaître (aux hommes) la vertu des plantes; (le Très-Haut) leur a donné la science, afin qu'ils l'honorassent dans ses merveilles.

7. Il s'en sert pour apaiser leurs douleurs, et pour les guérir; ceux qui en ont l'art en font des compositions (agréables, et des onctions qui rendent la santé); et ils diversifient leurs confections en mille manières.

8. Car la paix de Dieu s'étend sur toute la terre.

9. Mon fils, ne (vous) méprisez pas vous-même dans votre infirmité; mais priez le Seigneur, et lui-même vous guérira.

10. Détournez-vous du péché; redressez vos mains, et purifiez votre cœur de toutes ses fautes.

11. Offrez à Dieu un encens de bonne odeur, et de la fleur de farine en mémoire de votre sacrifice; et que votre offrande soit grasse et parfaite; et donnez lieu au médecin.

12. Car c'est le Seigneur qui l'a créé. Qu'il ne vous quitte donc point, parce que son art vous est nécessaire;

13. Puisque le temps est venu où vous devez tomber entre les mains des médecins.

14. Et ils prieront eux-mêmes le Seigneur, afin qu'il les conduise, à cause de leur bonne vie, au soulagement et à la santé qu'ils veulent vous procurer.

15. L'homme qui pèche aux yeux de celui qui l'a créé, tombera entre les mains du médecin.

16. Mon fils répandez vos larmes sur un mort, et pleurez comme un homme qui a reçu une grande plaie; ensevelissez son corps selon la coutume, et ne négligez pas sa sépulture.

17. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius uno die , et consolare propter tristitiam ;

18. Et fac luctum secundùm meritum ejus uno die, vel duobus , propter detractionem.

19. A tristitiâ enim festinat mors , et cooperit virtutem , et tristitia cordis flectit cervicem.

20. In abductione permanet tristitia ; et substantia inopis secundùm cor ejus.

21. Ne dederis in tristitiâ cor tuum , sed repelle eam à te ; et memento novissimorum :

22. Noli oblivisci : neque enim est conversio , et huic nihil proderis , et te ipsum pessimabis.

23. Memor esto judicii mei ; sic enim erit et tuum ; mihi heri , et tibi hodiè.

24. In requie mortui requiescere fac memoriam ejus , et consolare illum in exitu spiritûs sui.

25. Sapientia scribæ in tempore vacuitatis ; et qui minoratur actu , sapientiam percipiet. Quâ sapientiâ replebitur

26. Qui tenet aratrum , et qui gloriatur in jaculo , stimulo boves agitat , et conversatur in operibus eorum , et enarratio ejus in filiis taurorum

27. Cor suum dabit ad versandos sulcos , et vigilia ejus in saginâ vaccarum.

28. Sic omnis faber et architectus , qui noctem tanquàm diem transigit , qui sculpsit signacula sculptilia , et assiduitas ejus variat picturam ; cor suum dabit in similitudinem picturæ , et vigiliâ suâ perficiet opus.

29. Sic faber ferrarius sedens juxta incudem , et considerans opus ferri : vapor ignis uret carnes ejus , et in calore fornacis concertatur :

30. Vox mallei innovat aurem ejus , et contra similitudinem vasis oculus ejus.

31. Cor suum dabit in consummationem operum , et vigiliâ suâ ornabit in perfectionem.

32. Sic figulus sedens ad opus suum , convertens pedibus suis rotam , qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum , et in numero est omnis operatio ejus.

33. In brachio suo formabit lutum , et ante pedes suos curvabit virtutem suam.

34. Cor suum dabit ut consummet linitionem , et vigiliâ suâ mundabit fornacem.

35. Omnes hi in manibus suis speraverunt , et unusquisque in arte suâ sapiens est.

36. Sine his omnibus non ædificatur civitas.

37. Et non inhabitabunt , nec inambulabunt , et in ecclesiam non transilient.

38. Super sellam judicis non sedebunt , et testamentum judicii non intelligent , neque palam facient disciplinam et judicium , et in parabolis non inventientur :

39. Sed creaturam ævi confirmabunt , et deprecatio illorum in operatione artis , accommodantes animam suam , et conquientes in lege Altissimi.

17. Faites un grand deuil (pendant un jour) dans l'amertume de votre âme , (pour ne pas donner sujet de mal parler de vous ;) mais ne soyez pas inconsolable dans votre tristesse.

18. Faites ce deuil selon le mérite de la personne , un jour ou deux , pour ne point donner lieu à la médisance ;

19. Car la tristesse conduit à la mort ; (elle accable toute la vigueur ,) et l'abattement du cœur fait baisser la tête.

20. La tristesse s'entretient dans la solitude ; et la vie du pauvre est telle que son cœur.

21. N'abandonnez point votre cœur à la tristesse , (mais) éloignez-la de vous ; souvenez-vous de votre dernière fin ,

22. Et ne l'oubliez pas ; car après cela il n'y a point de retour. Vous ne servirez de rien au mort en vous affligeant , et vous vous ferez à vous-même un très-grand mal.

23. Souvenez-vous du jugement de Dieu sur moi ; car le vôtre viendra de même : hier à moi , aujourd'hui à vous.

24. Que la paix où le mort est entré apaise dans vous le regret que vous avez de sa mort ; et consolez-vous de ce que son esprit s'est séparé de son corps.

25. Le docteur de la loi deviendra sage au temps de son repos ; et celui qui s'agite peu acquerra la sagesse. Comment pourrait se remplir de sagesse

26. Celui qui mène une charrue , qui prend plaisir à tenir à la main l'aiguillon dont il pique les bœufs , qui les fait travailler sans cesse , et qui ne s'entretient que de jeunes bœufs et de taureaux ?

27. Il applique tout son cœur à dresser des sillons , et toutes ses veilles à engraisser des vaches.

28. Ainsi le charpentier et l'architecte passent à leur travail les jours et les nuits ; ainsi celui qui grave les cachets diversifie ses figures par un long travail , son cœur s'applique tout entier à imiter la peinture ; et par ses veilles il achève son ouvrage.

29. Ainsi celui qui travaille sur le fer s'assied près de l'enclume , et considère le fer qu'il met en œuvre ; la vapeur du feu lui dessèche la chair , et il ne se lasse point de souffrir l'ardeur de la fournaise.

30. Son oreille est frappée sans cesse du bruit des marteaux , et son œil est attentif à la forme qu'il veut donner à ce qu'il fait.

31. Son cœur s'applique tout entier à achever son ouvrage ; il l'embellit par ses veilles , et le rend parfait.

32. Ainsi le potier s'assied près de son argile ; il tourne la roue avec les pieds , il est dans un soin continuel pour son ouvrage , et il ne fait rien qu'avec art et avec mesure.

33. Son bras donne la forme qu'il veut à l'argile , après qu'il l'a remuée et qu'il l'a rendue flexible avec ses pieds.

34. Son cœur s'applique tout entier à donner la dernière perfection à son ouvrage en le vernissant , et il a grand soin que son fourneau soit bien net.

35. Toutes ces personnes espèrent en l'industrie de leurs mains , et chacun est sage dans son art.

36. Sans eux , nulle ville ne serait ni bâtie , ni habitée , ni fréquentée.

37. Mais ils n'entreront point dans les assemblées.

38. Ils ne seront point assis sur les sièges des juges ; ils n'auront point l'intelligence des lois sur lesquelles se forment les jugements ; ils ne publieront point les instructions ni les règles de la vie ; ils ne trouveront point l'éclaircissement des paraboles.

39. Mais ils ne maintiennent l'état de ce monde qu'en entretenant ce qui passe avec le temps ; ils prient Dieu en travaillant aux ouvrages de leur art ; ils y appliquent leur âme , et ils cherchent d'y vivre selon la loi du Très-Haut.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — *À REGE*, pro à *rege etiam*. DONATIONEM, id est, remunerationem. GRÆCÆ, *gloriam* (2).

VERS. 6. — *AD AGNITIONEM*, etc., id est, ut ab hominibus agnosceretur, eisque serviret. ILLORUM, scilicet medicamentorum (5). HONORARI, id est, ut honoretur, seu glorificetur.

(1) VERS. 1. — *HONORA MEDICUM*. Quod etiam completur mercedem honorariam, ejus arti eumque debitam; quo sensu dicitur: *Honora Dominum de tua substantiâ*, Prov. 5, 9. Atque etiam: *Honora patrem et matrem*, Matth. 15, 4, 5, 6. (Bossuet.)

(2) *A DEO ENIM EST OMNIS MEDELA, ET A REGE ACCIPIET DONATIONEM*. Rabanus legit *domum*, græce *δωρον*, id est, *donativum*; Complut. legunt *δῶρον*, id est, *gloriam*. Tigurina: *Nam medicina manat ab Altissimo, et à rege minus accipiet*; tum quia à Deo creatae sunt vires herbarum et aliorum medicaminum, tum quia earum cognitio et scientia à Deo indita fuit Adæ et posteris à quibus eam hauserunt medici; unde Tigurina vertit: *A Deo fiet intelligens medicus, et à rege accipiet munera*: tum denique quia à Deo est omnis medicatio et curatio; hanc enim significat Græcorum *θεός*. Deus enim cum herbis et pharmacis concurrat, quasi prima causa et primarius agens ac medicans ad curandum per eas infirmi morbos et vulnera, juxta illud: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*, 1 Cor. 3. Unde medici æque ac ægri, maxime invocare debent Deum, ut per medicinas et pharmaca sanitatem operari dignetur, uti fecere S. Cosmas et Damianus, S. Pantaleon, et alii, qui proinde morbis etiam incurabilibus medebantur virtute non tam humanâ quàm divinâ, uti habet eorum vita. Quin et Hippocrates in ipso totius artis præmio: « Non solum, inquit, ægrotus præstare se debet opportuna facientem, sed et medicus, scilicet adhibere curationem, et Dominum deprecari, ut dirigat opera sua. » Probat Siracides medicum esse à Deo, ideoque honorandum, quia medicina et medela ejus est à Deo. Est argumentum à conjugatis; simile est si dicam: *Calidum fit ab igne, quia calor fit ab igne; gelu efficit frigidus, quia efficit frigus*.

Dices: *Nonne magi et sagæ sæpè operâ dæmonis ægros sanant?* Respondeo sanare, at non vi suâ, sed applicatione causarum secundarum, quas ad hoc Deus instituit; non ergo vi suâ, sed Dei sanant, adeoque Deus est qui sanat; dæmones autem tantum applicant instrumenta Dei. Adde sæpè phantasticam tantum esse dæmonis curationem, idque multis modis, quos recenset noster Delrio in Magicis. Denique curati à sagis et magis, communiter in eosdem, vel graviore morbos recidunt.

Adit Siracides: *Et à rege accipiet donationem*, id est, donativum, cum scilicet ei sanitatem restituit, ejusque vitam conservat, tuetur et protegit; unde videmus mirè à regibus honorari et ditari medicos, utpote à quibus vita eorum pendeat. (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — *ET VIR PRUDENS NON ABHORREBIT ILLA*. Græcus ad verbum: *Et vir prudens non gravabitur illis*, non gravatum remediis necessariis utetur, nec ab illis abhorrebit. Sunt enim dona Dei salutaria. Cum medicina ad hanc originem atque auctoritatem Dei revocatur, tunc veris et suis ornatur honoribus. (Badvellus.)

VERS. 5. — *NONNE A LIGNO INDULGATA EST AQUA?* Non arbitròr agi hic de miraculis aut Mosis, aut Elisei, sed de vi naturali glycyrrhizæ, similiumque radicum. Eandem vim polentæ tribuit Plinius 24, 4.

(Grotius.)

(5) *AD AGNITIONEM HOMINUM VIRTUS ILLORUM*, etc. Versiculi hujus sententia est: *Deus creavit medicamenta, ut homines virtutes illorum agnoscerent, imò hanc ipsam cognitionem et scientiam vel indidit, vel suggestit illis Altissimus, ut per hoc honoraretur in*

VERS. 7. — *PIGMENTA*, id est, confectiones ex diversis speciebus. *NON CONSUMMAUNTUR*, etc.: q. d.: *Non sunt sufficientia ad pacem et sanitatem mundi, nisi Deus adjuvet. PAX DEI, pro prosperitas, seu sanitas à Deo est* (1).

mirabilibus, quæ per naturales medicamentorum facultates operatur. (Methochius.)

(1) *IN HIS CURANS, MEDICUS, MITIGABIT DOLOREM*. Infirmi; ET *INGENTARIUS*, id est, apothecarius, FACIET, terre nascentibus, PIGMENTA SUAVIATIS (sunt talibus species aromatica frequenter ponuntur), ET UNCTIONES CONFICIET SANIATIS, id est, ad confedendum et conservandum sanitatem; ET *NON CONSUMMAUNTUR OPERA*, id est, non habebunt intentum effectum per ipsum medicum vel apothecarium; nam ad hoc requiritur actio Dei, qui est medicus principalis. (Astruc.)

Hæc Sacy commentans vers. 5, 6, 7, 8: *Nous apprenons de ces paroles du Sage à admirer la bonté de Dieu, qui se répand sur nous à proportion de cette multiplicité de maux dont nous sommes accablés pendant cette vie. Toutes les maladies viennent du péché; mais tout ce qui les guérit vient de Dieu. Comme il donna autrefois au bois la vertu d'adoucir l'eau qui était amère, ainsi il a donné aux plantes des vertus secrètes pour guérir les plaies et les maladies du corps. Il les a fait connaître aux hommes, et il a donné aux médecins la science, afin qu'ils l'honorent dans ses merveilles, et qu'ils reconnaissent que l'honneur même qu'ils reçoivent avec grande raison des hommes, lorsqu'ils leur ont rendu la santé, se doit rapporter à lui, comme à la première cause qui imprime dans les remèdes toute la vertu qu'ils ont de guérir, et qui leur donne à eux-mêmes sa lumière pour les diversifier utilement selon les différences ou de la disposition des malades, ou de la qualité de leur maladie. C'est pourquoi le Sage ajoute que la paix et la bonté de Dieu s'étend sur toute la terre. Et ceci nous apprend ce que l'Écriture nous enseigne ailleurs, que nous ne devons point mettre, dans nos maladies, notre principale confiance ni dans les médecins ni dans leurs remèdes; puisque celui qui a le plus excellé dans cette science reconnaît lui-même, tout païen qu'il était, qu'il se mêle souvent quelque chose de divin dans les maladies, qui s'élève au-dessus de toute la vertu des hommes et des remèdes. C'est pourquoi il est bien juste que la foi nous apprenne en ces rencontres à attendre tout de celui-là seul qui est le médecin des corps ainsi que des âmes, qui ne peut regarder indifféremment les moindres de nos douleurs, puisqu'il a compté tous les cheveux de notre tête, et qu'il a marqué le moment de notre mort comme celui de notre naissance, sans qu'il ait été ou qu'il puisse être au pouvoir d'aucune créature de différer le second, non plus que de hâter le premier.*

VERS. 9. — *FILI, IN TUA INFIRMITATE NE DESPICIAS TE IPSUM, SED ORA DOMINUM*. Duo utilia præcepta continentur hæc sententiâ: unum est, ut homo implicatus morbo corporali non seipsum despiciat, id est, valetudinem corporis sui parvi faciat, quasi hoc ad perfectionem hominis pertineat, sanitatem corporis negligere, cum illud potius sit inordinata et præpostera pietatis. *Nemo enim*, inquit Apostolus Ephes. 5, *carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam, non ad delicias, sed ad necessarium servitutem animæ*. Ac præterea tenetur quisque diligere proximum sicut seipsum, atque proximo ægrotanti succurrere tenetur, juxta illud Matth. 25: *Infirmus fui, et visitastis me*. Igitur eandem curam sibi ipsi debet. Porrò alterum, quod hic sapiens docet, est, non repugnare ut sanitatis operatio simul expectetur à Deo et à medico, sed à Deo principaliter, qui etiam sine medico curare potest, à medico verò tanquam ministro ordinario, per cujus artem Deus plerumque sanitatem restituit.

VERS. 10. — MANUS, id est, opera (1).

VERS. 11. — SUAVITATEM, id est, gratam Deo oblationem, seu thus. MEMORIAM; scilicet offertur in memoriam beneficiorum Dei. IMPINGUA, id est, pinguem offer. DA, pro *da etiam*; q. d. : Ne negligas medici operam (2).

VERS. 13. — ILLORUM, scilicet medicorum. INCURRAS, pro *incurrere te sit necesse*.

VERS. 14. — REQUIEM, scilicet quam efficere student in ægrototo. ILLORUM, scilicet ægrotorum; q. d., ut possent cum cæteris sanis conversari.

VERS. 15. — INCIDAT, etc., scilicet accidunt morbi ob peccata.

VERS. 16. — IN, pro *super*. DIRA, id est, acerba. JUDICIUM, id est, morem.

VERS. 17. — DELATURAM, q. d. : Ne quis calumnietur, quòd illum oderis, si non fleas. TRISTITIAM, scilicet ne tibi noceat (3).

VERS. 18. — DETRACTIONEM: id supra vocavit delaturam.

VERS. 19. — COOPERIT, id est, obruit, seu opprimit. Flectit, q. d., incurvat.

VERS. 20. — ABDUCTIONE, pro *obductione* (id est, plagâ); sic enim supra sæpè vertit verbum Græcum. SUBSTANTIA INOPIS, id est, vita afflicti. SECUNDUM COR EJUS, q. d., ex corde pendet, scilicet miserum est, se animo excruciare sine ullo fructu (4).

Unde nec tentandus est Deus, ut quando medici copia est, à Deo immediatè sanitas expectetur. (Estius.)

(1) AVERTE A DELICTO. Vertitur etiam: *Amove delictum*. Hùc pertinet illud Christi, cum ægrotum sanasset: *Fili, remissa sunt tibi peccata*. Nam ubi nulla iniquitas, ibi nulla dominatur infirmitas. ET DIRIGE MANUS, vel: *Rectas fac manus*, id est, actiones tuas. *Alibi, rectam fac manum*. (Drusius.)

(2) DA SUAVITATEM, etc. Aliter vertitur: *Obmove suaves odores et similaginis monimentum opimumque libamen, ut qui non conferas*, scilicet ista Deo, sed ab eo accepta ei referas. (Castalio.)

(3) PROPTER DELATURAM AUTEM, etc. Græcus habet: *Acerbum fac luctum, et accende planctum; et fac luctum pro dignitate ejus*. Hoc ex loco intelligimus quàm accuratè studiosèque conservata fuerit consuetudo lugendi mortuos; sed in Scripturâ sanctâ sunt gravia exempla ex quibus scire possumus hujusmodi officia solemnissima mortuis tributa fuisse. Et consolare, etc.; ad verbum: *Et admittite consolationem mæroris causâ*. Hoc loco ostendit Sapiens quis modus in luctu adhibendus sit. Nam sicut inhumanum est morte desiderioque hominum clarissimorum non commoveri, ita impij dolori animi sine modo indulgere, itaque afflictari ut homines infideles qui nullam spem resurrectionis habent. Piorum mæror moderatus et consolabilis esse debet. (Biblia Vatabli.)

(4) TRISTITIA PERMANET, fovetur et crescit IN ABDUCTIONE, seu divisione à cogitatione lætâ, à jucundo consortio, ab usu rerum commodarum. Inedia enim, solitudo et silentium pariunt excessum melancholiæ, et morbos inde enascentes.

ET SUBSTANTIA, id est, subsistentia, INOPIS, seu miseri hominis (Græcè, *vita afflicti*) est SECUNDUM COR EJUS, id est, pendet ex constitutione cordis illius. Nempe misera est vita et brevis, sicor nimium triste-

VERS. 22. — CONVERSIO, id est, reditus ad vitam.

HUIC, scilicet mortuo. PESSIMABIS, id est, lædes scilicet nimiam tristitiâ.

VERS. 23. — MEMOR ESTO: verba mortui ad vivum. HODIÈ, id est, paulò post.

VERS. 24. — IN REQUIE, id est, cum decumbit moriturus, vel ubi requievit. REQUIESCERE, id est, cessare; q. d. : Averte mentem ab eâ cogitatione. ILLUM, scilicet ante mortem, vel te ob illum mortuum tristem. Græcè, *super illo*.

VERS. 25. — VACUITATIS, id est, otii. ACTU, id est, negotiis.

VERS. 26. — JACULO, scilicet in cujus cuspidè est stimulus.

VERS. 27. — VIGILIA, id est, vigilantis studium.

VERS. 28. — SIMILITUDINEM, id est, expressionem.

VERS. 29. — CONCERTATUR, id est, conflictatur (1).

VERS. 30. — INNOVAT, id est, subinde ferit. CONTRA SIMILITUDINEM, q. d., subinde aspicit typum vasis formandi, quod ante se habet.

VERS. 32. — INNUMERA, id est, multiplex, seu assidua.

VERS. 33. — VIRTUTEM SUAM, id est, se, seu pectus.

VERS. 34. — LINATIONEM, scilicet quæ solet adjungi vasi ad ornamentum. FURNACEM, scilicet quâ vasa coquenda.

VERS. 37. — INHABITABUNT, scilicet homines. ECCLESIAM, id est, congregationem sapientum, ubi de rebus gravibus consultatur. TRANSILIENT, scilicet tales artifices.

VERS. 38. — TESTAMENTUM, id est, decretum. PALAM FACIENT, id est, declarabunt. DISCIPLINAM, id est, doctrinam. JUDICIUM, id est, jus, seu juris prudentiam. PARABOLIS, id est, sententiis reconditis, scilicet proferendis.

VERS. 39. — ÆVI, id est, seculi, seu mundi. CONFIRMABUNT, scilicet arte suâ. DEPRECATIO, scilicet ad Deum, ut adjuvet. ACCOMMODANTES, scilicet operi, q. d., intenti. CONQUIRENTES, id est, studentes.

tur; longa verò et felix, silætetur et gaudeat. (Tirinus.)

(1) SIC FABER FERRARIUS SEDENS JUNTA INCUDEM. Olim fabricorum arti suæ incumbentium positura alia erat, atque nostrâ ætate solent, cum stantes circa fornacem vel incudem operi incumbunt. Sedebant illi circa fornacem incommodâ maximè positurâ, et follem fornaci minimè hærentem manibus ipsi tractabant. Ita Homerus, Iliad. 18, Vulcanum sudore manantem laborantemque ac follem afflantem exhibet. Narrat lineraria, apud Orientales etiam nunc aurarii fabricis fusorium vas in medio officinæ humi positum esse camino carens, eosque humi sedentes operi incumbere, ferrarios verò fabros eadem fermè positurâ apud illos laborare, quâ apud nos sartores. Hujus generis fabri, ubicumque volueris, artem exercent, secumque gestant artis utensilia fornacem, follem; omnia quippe mobilia sunt, unusque homo omnibus artis instrumentis gestandis par est. (Calmet.)

CAPUT XXXIX.

CHAPITRE XXXIX.

1. Sapiientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit.

1. (Le sage) aura soin de rechercher la sagesse de tous les anciens; et il fera son étude des prophètes.

2. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introbit.

3. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur.

4. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit.

5. In terram alienigenarum gentium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit.

6. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.

7. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.

8. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentie replebit illum :

9. Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientie suæ, et in oratione confitebitur Domino :

10. Et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.

11. Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur.

12. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in seculum non delebitur.

13. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiratur à generatione in generationem.

14. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia.

15. Si permanserit, nomen derelinquet plus quam mille : et si requieverit, proderit illi.

16. Adhuc consilabor, ut enarrem ; ut furore enim repletus sum.

17. In voce dicit : Obaudite me, divini fructus, et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificate.

18. Quasi Libanus odorem suavitatis habete.

19. Florete flores quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis.

20. Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce laborum vestrorum, et in canticis laborum, et citharis, et sic dicetis in confessione :

21. Opera Domini universa bona valdè.

22. In verbo ejus stetit aqua sicut congeries, et in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum :

23. Quoniam in præcepto ipsius placor fit, et non est minoratio in salute ipsius.

24. Opera omnis carnis coram illo, et non est quidquam absconditum ab oculis ejus.

25. A seculo usque in seculum respicit, et nihil est mirabile in conspectu ejus.

26. Non est dicere : Quid est hoc, aut quid est istud ? omnia enim in tempore suo quærentur.

27. Benedictio illius quasi fluvius inundavit.

28. Quomodo cataclysmus aridam inebriavit, sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eum, hareditabit.

29. Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra, et via illius viis illorum directæ sunt, sic peccatoribus offensiones in irâ ejus.

2. Il conservera dans son cœur les instructions des hommes célèbres, et il entrera en même temps dans les mystères des paraboles.

3. Il tâchera de pénétrer dans le secret des proverbes et des sentences obscures, et il se nourrira de ce qu'il y a de plus caché dans les paraboles.

4. Il exercera son ministère au milieu des grands, et il paraîtra devant ceux qui gouvernent.

5. Il passera dans les terres des nations étrangères, pour éprouver parmi les hommes le bien et le mal.

6. Il appliquera son cœur, et il veillera des le point du jour, pour s'attacher au Seigneur qui l'a créé ; et il offrira ses prières au Très-Haut.

7. Il ouvrira sa bouche pour la prière ; il demandera pardon pour ses péchés.

8. Car s'il plaît au souverain Seigneur, il le remplira de l'esprit d'intelligence.

9. Et il repandra, comme une pluie, les paroles de sa sagesse, et il bénira le Seigneur dans la prière.

10. Le Seigneur conduira ses conseils et ses instructions ; et lui, il méditera les secrets de Dieu.

11. Il publiera lui-même les instructions qu'il a apprises, et il mettra sa gloire dans la loi de l'alliance du Seigneur.

12. Sa sagesse sera louée de plusieurs, et elle ne tombera jamais dans l'oubli.

13. Sa mémoire ne s'effacera point de l'esprit des hommes, et son nom sera honore de siècle en siècle.

14. Les nations publieront sa sagesse, et l'assemblée sainte célébrera ses louanges.

15. Tant qu'il vivra, il s'acquerra plus de réputation que mille autres ; et quand il viendra à se reposer, il en sera plus heureux.

16. Je continuerai encore de publier ce que je médite ; car je suis rempli comme d'une sainte fureur.

17. (Une voix me dit :) Ecoutez-moi, ô germes divins, et portez des fruits comme des rosiers plantés sur le bord des eaux.

18. Répandez une agréable odeur, comme le Liban.

19. Portez des fleurs comme le lis : jetez une odeur douce ; (poussez des branches de grâces ;) chantez des cantiques, (et) bénissez le Seigneur dans ses ouvrages.

20. Relevez son nom par de magnifiques éloges ; louez-le par les paroles (de vos lèvres,) par le chant de vos cantiques, et par le son de vos harpes ; et vous direz ceci dans les bénédictions que vous lui donnerez :

21. Les ouvrages du Seigneur sont tous souverainement bons.

22. A sa parole, l'eau s'est arrêtée comme un monceau ; elle s'est ramassée (comme) un réservoir à un seul mot de sa bouche ;

23. Car tout devient favorable aussitôt qu'il le commande ; et le salut qu'il donne est inviolable ;

24. Les œuvres de tous les hommes lui sont présentes, et rien n'est caché à ses yeux.

25. Son regard s'étend de siècle en siècle ; et rien n'est grand ni merveilleux devant lui.

26. On ne doit point dire : Qu'est-ce que ceci, ou qu'est-ce que cela ? Car tout se découvrira en son temps.

27. La bénédiction qu'il donne, est comme un fleuve qui se déborde.

28. Et comme le déluge a inondé toute la terre, ainsi sa colère sera le partage des nations (qui ne se sont pas mises en peine de le rechercher).

29. Comme il a changé les eaux en un lieu sec, et qu'il a desséché la terre, et comme ses voies furent alors trouvées droites par les siens ; ainsi les pêcheurs trouvent (dans sa colère) des sujets de chute.

50. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona et mala.

51. Initium necessariae rei vitae hominum, aqua, ignis et ferrum, sal, lac et panis similagineus, et mel, et botrus uvæ, et oleum, et vestimentum.

52. Hæc omnia sanctis in bona, sic et impiis et peccatoribus in mala convertentur.

53. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua :

54. In tempore consummationis effundent virtutem, et furorem ejus qui fecit illos placabunt.

55. Ignis, grando, fames, et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt :

56. Bestiarum dentes, et scorpium, et serpentes, et rhomphæa vindicans in exterminium impiis.

57. In mandatis ejus epulabuntur, et super terram in necessitatem præparabuntur, et in temporibus suis non præterient verbum.

58. Propterea ab initio confirmatus sum, et consiliatus sum et cogitavi, et scripta dimisi.

59. Omnia opera Domini bona, et omne opus horâ suâ subministrabit.

60. Non est dicere : Hoc illo nequius est ; omnia enim in tempore suo comprobabuntur.

61. Et nunc in omni corde et ore collaudate, et benedicite nomen Domini.

50. Comme les biens dès le commencement ont été créés pour les bons, ainsi (les biens et) les maux ont été créés pour les méchants.

51. Ce qui est principalement nécessaire pour la vie des hommes, c'est l'eau, le feu, et le fer, le sel, le lait, et le pain de fleur de farine, le miel et le raisin, l'huile et les vêtements.

52. Comme toutes ces choses sont un bien pour les saints, aussi se changent-elles en maux (pour les méchants et) pour les pécheurs.

53. Il y a des esprits qui ont été créés pour la vengeance, et par leur fureur ils augmentent les supplices des méchants.

54. Ils se répandront dans toute leur violence, au temps où la mesure sera remplie ; et ils satisferont la justice de celui qui les a créés.

55. Le feu, la grêle, la famine et la mort, toutes ces choses ont été créées pour exercer la vengeance,

56. Ainsi que les dents des bêtes, les scorpions et les serpents, et l'épée destinée à punir et à exterminer les impies.

57. Toutes ces choses exécutent les ordres du Seigneur avec joie ; elles se tiendront prêtes sur la terre pour servir au besoin ; et quand leur temps sera venu, elles obéiront exactement à sa parole.

58. C'est pourquoi je me suis affirmé dès le commencement dans ces pensées ; je les ai considérées (et méditées en moi-même ;) et je les ai laissées par écrit.

59. Tous les ouvrages du Seigneur sont bons ; et il met chaque chose en usage quand l'heure est venue.

60. On ne peut point dire : Ceci est plus mal que cela ; car toutes choses seront trouvées bonnes en leur temps.

61. C'est pourquoi dès maintenant louez tous ensemble de tout votre cœur, et bénissez par les paroles de votre bouche le nom du Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — NARRATIONEM, pro enarrationem, seu explicationem. VERSUTIAS, id est, argutias, seu obscuritates. PARABOLARUM, id est, sententiarum reconditarum, scilicet Scripturæ, ut quidam volunt. INTROIBIT, id est, penetrabit (2).

VERS. 3. — OCCULTA, etc., repetitio, more Scripturæ. CONVERSABITUR, pro versabitur ; q. d., studebit (3).

(1) VERS. 1. — SAPIENTIAM OMNIUM ANTIQVORVM EXQUIRET SAPIENS. Sapiens in Græco deest, sed subintelligitur ex præcedentibus. Antiquorum, quales Abrahamus, Isaacus, Jacobus, Josephus, Moses.

ET IN PROPHEIIS VACABIT. In prophetis, puta Samuelis, Nathanis, ac deinceps aliorum. (Grotius.)

(2) NARRATIONEM VIRORVM NOMINATORVM (id est, illustrium) CONSERVABIT, ET IN VERSUTIAS PARABOLARVM SIMVL INTROIBIT, id est, quæ à doctissimis hominibus sunt aut copiosè commemorata et disputata, aut breviter acutè pronuntiata, intelliget : strophæ parabolæ sunt acutæ subtilesque sententiæ de vitâ ingeniosè pronuntiata, versutiæ à vertendo Latine appellata. (Biblia Vatabli.)

(3) OCCULTA PROVERBIORVM EXQUIRET, ET IN ABSCONDITIS (Græcè ἐν κρυφαῖς, id est, in ænigmatibus) PARABOLARVM CONVERSABITUR. Parabolæ apud Hebræos sæpè idem significant quod proverbialia ; ut idem dicatur posteriori hemistichio cum eo quod dictum est priori, quia pleraque proverbialia parabolam, id est, similitudinem vel metaphoram habent admixtam. Possunt tamen distingui, uti ea distinguunt Græci et Latini. Proverbia enim, Græcè παροιμίαι, sunt sententiæ graves omnium opinione receptæ, et vulgè usurpata, item allegoriæ, quæ aliò alludunt, aliudque inuunt.

VERS. 4. — MINISTRABIT, id est, aliquo publico munere fungetur (1).

VERS. 5. — PERTRANSIET, scilicet, discendi causâ. BONA, etc., id est, prospera et adversa. TENTABIT, id est, experietur (2).

Parabolæ verò sunt similitudines et comparationes, quibus una res alteri comparatur et assimilatur ; et quia subinde res quæ utrinque comparantur, sunt occultæ, aut certè modus eas comparandi est occultus, hinc pariter parabolæ sensus sæpè sunt occulti et reconditi ; ideoque magno egent scrutinio et expositione, ut patet in parabolis et allegoriis S. Scripturæ, quæ proinde per parabolæ hic accipi possunt, unde et nonnulli hic vertunt, in ænigmatibus allegoriis versabitur. Sic et Lyranus ac Rabanus, ejus verba paulò antè recitavi. Sic Essæi olim, qui totos se sapientiæ et contemplationi addixerant, assidue rimabantur allegoricos et symbolicos S. Scripturæ sensus, teste Philone et Eusèbio lib. 8 de Præpar. Evangel. cap. 4, atque hæc ratione ingentem sapientiam sibi compararunt. Syrus : Sapientiam proverbiorum discet, et omnia abscondita intelliget. (Corn. à Lap.)

(1) IN MËDIO MAGNATVM MINISTRABIT, ET IN CONSPËCTU PRÆSIDIS APPAREBIT (conspicietur). Huic hominum generi summi aliquando à regibus ac principibus honores habentur. Exempla sunt Josephus et Daniel, et alii multi, qui singulari divinoque ingenio ac sapientiâ præditi maximos honores sunt adepti, in illustri gloria gratiæque principum positi. (Badvellus.)

(2) IN TERRAM ALIENIGENARVM GENTIVM PERTRANSIET, ad augmentum suæ sapientiæ, sicut dicit Hieronymus in Epistolâ ad Paulin. de Pythagorâ et Platone, qui cum essent magni philosophi, multas terras peragraverunt, ut doctrinam aliorum addicerent. (Lyranus.)

VERS. 9. — TANQUAM IMBRES, id est, copiose.

VERS. 10. — IPSE, scilicet Deus. SUI, scilicet cordis penetrabilibus, vel suis, id est, Dei, q. d., arcana legis Dei consulat (1).

VERS. 11. — IPSE, scilicet sapiens. SUI, id est, propriae; vel suae, pro *ejus*, scilicet Dei. TESTAMENTI, id est, pacti (2).

VERS. 12. — DILECTUR, scilicet memoria ejus.

VERS. 15. — REQUIRETUR, id est, celebrabitur.

VERS. 14. — GENTES, id est, populi. ECCLESIA, id est, fidelium coetus.

VERS. 15. — MILLE, scilicet imitatores, vel q. d., si diu vixerit, relinquet nomen, id est, famam, plusquam mille alii. REQUIEREBIT, scilicet ipse per mortem, vel cesset ejus fama. PRODERIT, q. d., illi profuerit vita quam agit.

VERS. 16. — CONSILIATOR, etc., id est, consilia dando edisseram. FURORE, etc., q. d., vehementer ad dicendum impellor.

VERS. 17. — IN VOCE, id est, loquens. DICIT, scilicet sapientia. FRUCTUS, pro, filii.

VERS. 18. — LIBANUS, id est, thus.

VERS. 19. — FLORETE, pro *producite*. IN GRATIAM, pro *cum gratiâ*. CANTICUM, pro *cantico*, scilicet.

VERS. 22. — VERBO, id est, præcepto, seu imperio; STETIT, scilicet in mari rubro et Jordane. EXCEPTORIA, q. d., ita retenta aqua velut in vase.

VERS. 25. — PLACOR, id est, placabilitas, seu favor. MINORATIO, id est, defectus. IPSIUS, id est, ab ipso data, scilicet Dei perfecta sunt opera.

VERS. 24. — CARNIS, id est, hominis.

VERS. 26. — DICERE, id est, cur quis dicat, scilicet de Dei operibus. QUID EST, *quorsum*. QUÆRANTUR, q. d., suum habent usum requisitum, seu necessarium (3).

VERS. 28. — CATACLYSMUS, id est, diluvium. HÆREDITABIT, id est, possidebit (4).

(1) IPSE DEUS DIRIGET CONSILIUM EJUS ET DISCIPLINAM, seu instructionem, quam *tanquam imbres*, id est, copiosè, in alios *mittit*; id est, Deus felices successus dabit consiliis et admonitionibus, quæ à tali sapiente promanabunt. ET IN ABSCONDITIS SUIS, id est, in cordis sui penetrabilibus, CONSILIABITUR, id est, consilium captabit; Græcè, *considerabit*, quasi dicat : Primum apud se rem diligenter expendet, et consilia sua, an recta et utilia sint, ponderabit. (Tirinus.)

(2) PALAM FACIET, excipet, promet, DISCIPLINAM DOCTRINÆ SUÆ, doctrinam quæ institutus est; ET IN LEGE TESTAMENTI DOMINI GLORIABITUR, divina legis scientiâ et exercitatione gaudebit. Ita de se prædicabat David : *In viâ testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis*. (Menoehius.)

(3) LES ŒUVRES DES HOMMES SONT MÊLÉES DE BIEN ET DE MAL; mais tout est *souverainement bon* dans celles de Dieu. *A sa parole l'eau de la mer Rouge s'arrêta comme un monceau*, pour donner un passage aux Israélites, et les flots demeurèrent suspendus en l'air. *Car tout cède lorsqu'il commande*, et rien ne peut perdre ceux qu'il veut sauver. *Son œil perce le repli des cœurs*. *Tous les siècles lui sont présents, et rien n'est ni grand ni admirable devant lui*. On ne doit point chercher inutilement les raisons de ses ouvrages, *parce que tout se découvrira en son temps*.

(Hæc Sacy commentans vers. 21-26.)

(4) QUOMODÒ CONVERTIT AQUAS IN SICCITATEM, etc.

VERS. 29. — DILECTI, q. d., conformes, scilicet sanctis laeet, malos punit, vel sanctis placeat, malis sunt offensiones, id est, displicet.

VERS. 50. — BONA ET MALA, scilicet bona, si velint; mala, quia prævisi peccaturi. Græcè, *malâ*.

VERS. 51. — INITIUM, id est, caput, seu summa, ἀρχή, q. d., hæc præcipuè necessaria.

VERS. 55 (1). — CONFIRMABUNTUR, pro, *constanter exequantur*. TORMENTA, id est, flagella. CONSUMMATIONIS, scilicet mundi; vel, q. d., cum Deus statuit aliquem perdere. CONFUNDENT, pro *effudent*, vel cum confusione, seu perturbatione consequentur.

VERS. 57. — EPULABUNTUR, id est, delectabuntur. IN NECESSITATE, id est, cum opus erit.

VERS. 58. — CONFIRMATUS, scilicet in eo quod sequitur.

VERS. 59. — HORA SUA, id est, tempore suo.

VERS. 40. — NEQUIUS, q. d., nullum habet usum. COMPROBANTUR, scilicet bona esse et utilia (2).

VERS. 41. — NOMEN DOMINI, pro, *Dominum*.

Græca habent : *Ejus iram sentient gentes quæ eum non curant, sicut olim aquas convertit in salsuginem, Sodomam Gomorranque in salsum lacum*.

(Castallio.)

(1) QUI AD VINDICTAM CREATI SUNT : ex eventu, posteaquam à Deo delecterunt, ad id ordinati, ut divinam vindictam et ipsi exciperent, et in alios exercebant. IN FURORE SUO : in irâ quâ adversus hominum genus exardescunt, ut patebit sequente vers. CONFIRMABUNTUR TORMENTA, flagella, SUA, à se incussa, gravem in ictibus firmabunt manum : hos ergo commemorat, ut doceat quorum ope ex vers. præcedente omnia etiâ per se bona, tamen malis malo vertant.

(Bossuet.)

SUNT SPIRITUS. Deum dæmonibus quibusdam quasi carnificibus uti antiqui credebant, etiâ ethnici. Plutarchus in *Problemat*. agens de laribus : *An, inquit, illud verius est quod à quibusdam Romanis dicitur, et Chrysippus opinatur, dæmonia quaedam mala circumcui, quibus dii quasi carnificibus et scelerum ultoribus adversum injustos et impios utuntur ?* etc. CONFIRMABUNTUR TORMENTA SUA (*flagella*). Legitur : *Et firmat flagella eorum, nempe Deus*. (Drusius.)

(2) NON EST DICERE : HOC ILLO NEQUIUS EST ; OMNIA ENIM IN TEMPORI SUO COMPROBANTUR. Non significat Sapiens nullos esse gradus bonitatis aut præstantiæ inter creaturas; id enim manifestè falsum est, et contra Scripturas, quæ in primis hominem testantur cæteris nobiliorem creatum, utpote factum ad imaginem et similitudinem Dei. Ac deinde non est dubium, viventia non viventibus, æterna caducis esse præstantiora, et inter ipsas stellas discrimen esse testatur Apost. 1 Cor. 15. Sed docet Sapiens hæc sentiendi, sicut et superioribus, nihil esse in rerum naturâ, quod non bonum sit, et usum non suum habeat in tempore suo. Sensus ergo est : *Non est dicere : Hoc illo nequius est, scilicet quia nihil omnino ex suâ creatione est nequam, vel malum, sed, ut est Gen. 1, vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erat valde bona*.

HORA SUA SERMINISTRABIT, suo tempore, cum opus illis erit, dabit eis et opera sua exerant, ad quæ instituta sunt.

NON EST DICERE : HOC ILLO NEQUIUS EST ; quasi dicat : Deus nihil fecit nequam, id est, malum et reprehensibile, sed omnia bona et utilia.

SUO TEMPORE COMPROBANTUR. Ita esse tempus docebit, cum scilicet illorum usus erit, aut necessitas ea requiret. Alii vertunt : *Omnia suo tempore actionem inveniunt*. (Esdus.)

CAPUT XL.

1. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.
2. Cogitationes eorum, et timores cordis, adinventio expectationis, et dies finitionis ;
3. A residente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terrâ et cinere ;
4. Ab eo qui utitur hyacintho, et portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo ; furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio,
5. Et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.
6. Modicum tanquàm nihil in requie, et ab eo in somnis, quasi in die respectus.
7. Conturbatus est in visu cordis sui, tanquàm qui evaserit in die belli ; in tempore salutis suæ exsurrexit, et admirans ad nullum timorem ;
8. Cum omni carne, ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum.
9. Ad hæc mors, sanguis, contentio, et rhomphæa, oppressiones, fames, et contritio, et flagella,
10. Super iniquos creata sunt hæc omnia, et propter illos factus est cataclysmus.
11. Omnia quæ de terrâ sunt, in terram convertentur, et omnes aquæ in mare revertentur.
12. Omne munus, et iniquitas delebitur, et fides in seculum stabit.
13. Substantiæ injustorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvîa personabunt.
14. In aperiendo manus suas lætabitur ; sic prævaricatores in consummatione tabescent.
15. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, et radices immundæ super cacumen petræ sonant.
16. Super omnem aquam viriditas, et ad oram fluminis ante omne fœnum evelletur.
17. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in seculum permanet.
18. Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur, et in eâ invenies thesaurum.
19. Filii et ædificatio civitatis confirmabit nomen, et super hæc mulier immaculata computabitur.
20. Vinum et musica lætificant cor ; et super utraque dilectio sapientiæ.
21. Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.
22. Gratiam et speciem desiderabit oculus tuus, et super hæc virides sationes.
23. Amicus et sodalis in tempore convenientes, et super utrosque mulier cum viro.
24. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, et super eos misericordia liberabit.
25. Aurum et argentum est constitutio pedum, et super utrumque consilium beneplacitum.
26. Facultas et virtutes exaltant cor, et super hæc timor Domini.

CHAPITRE XL.

1. Une inquiète occupation a été destinée d'abord à tous les hommes, et un joug pesant accable les enfants d'Adam, depuis le jour où ils sortent du ventre de leur mère, jusqu'au jour de leur sépulture, où ils rentrent dans la mère commune de tous.
2. Les imaginations de leur esprit, les appréhensions de leur cœur, les réflexions qui les tiennent en suspens, et le jour qui doit tout finir.
3. Depuis celui qui est assis sur un trône de gloire, jusqu'à celui qui est couché sur la terre et dans la cendre ;
4. Depuis celui qui est vêtu de pourpre, et qui porte la couronne, jusqu'à celui qui n'est couvert que de toile ; la fureur, la jalousie, l'inquiétude, l'agitation, la crainte de la mort, la colère toujours vive, et les querelles,
5. Troublent leurs pensées dans le lit même, et pendant le sommeil de la nuit, qui est le temps qui leur a été donné pour prendre quelque repos.
6. L'homme se repose peu, et presque point, et dans son sommeil même, il est inquiet, comme une sentinelle pendant le jour.
7. Les fantômes qu'il voit en son âme, l'inquiètent ; il s'imagine fuir comme un homme qui se sauve du combat ; si se lève le lendemain, il se voit en assurance, et il admire sa frayeur qui n'avait aucun fondement.
8. Toute chair est sujette à ces accidents, depuis les hommes jusqu'aux bêtes ; et les pécheurs encore sept fois plus que les autres.
9. De plus, la mort, le sang, les querelles, l'épée, les oppressions, la famine, les ruines des pays, et les autres fléaux,
10. Ont tous été créés pour accabler les méchants ; et le déluge est arrivé à cause d'eux.
11. Tout ce qui vient de la terre, retournera dans la terre, comme toutes les eaux rentreront dans la mer.
12. Tout don injuste et toute iniquité périra ; mais la loi subsistera éternellement.
13. Les richesses des injustes sècheront comme un torrent, et seront semblables à un tonnerre qui fait un grand bruit pendant la pluie.
14. Les injustes se réjouiront, en ouvrant leurs mains ; mais, comme par là ils violent la loi de Dieu, ils seront exterminés pour jamais.
15. La postérité des impies ne se multipliera point ; leurs branches seront comme de mauvaises racines (qui sont agitées du vent) sur le haut d'un rocher.
16. L'herbe verte qui croît sur les eaux, et au bord d'un fleuve, sera arrachée avant toutes les herbes des champs.
17. Les œuvres de grâce sont comme un jardin délicieux, et béni du ciel ; et les fruits de la miséricorde dureront éternellement.
18. La vie de celui qui se contente de ce qu'il gagne de son travail, sera remplie de douceur, et en vivant ainsi, vous trouverez un trésor.
19. Les enfants sages et la fondation d'une ville rendent le nom d'un homme célèbre après lui ; mais une femme sans tache surpasse l'un et l'autre.
20. Le vin et la musique réjouissent le cœur ; mais l'amour de la sagesse surpasse l'un et l'autre.
21. Le son des flûtes et de la harpe fait une agréable harmonie ; mais la langue douce surpasse l'un et l'autre.
22. La grâce du corps et la beauté du visage plaisent à l'œil ; mais la verdure d'un champ semé surpasse l'une et l'autre.
23. L'ami aide son ami dans l'occasion ; mais une femme et un mari s'entre-soulagent encore plus.
24. Les frères sont un secours au temps de l'affliction ; mais la miséricorde en délivrera encore plus qu'eux.
25. L'or et l'argent affermissent l'état de l'homme ; mais un conseil sage surpasse l'un et l'autre.
26. Le bien et la force du corps élèvent le cœur ;

27. Non est in timore Domini notatio, et non est in eo inquirere salutarium.

28. Timor Domini sicut paradisus benedictionis, et super omnem gloriam operum illum.

29. Feli. in tantis vitiis tunc ne indignis : melius est enim mori quam in illis esse.

30. Vitiis respectum in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus ; alit enim animam suam cum alienis.

31. Vir autem disciplinatus et eruditus custodiet se.

32. In ore imprudentis conculcabitur insipia, et in vitiis ejus quis credidit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — **INCLINATIO**, id est, molestia. **CREATA**, pro, **destinata**, servata, etc., scilicet ob peccatum. **JUGUM**, id est, pondus. **MATREM**, scilicet terram (1).

VERS. 2. — **COGITATIONES**, scilicet plena curis. **ADVENTIONES EXPECTATIONIS**, id est, designationes rerum expectatarum. **FINITIONIS**, id est, obitus (2).

(1) ET JUGUM GRAVE SUPER FILIOS ADAM. Philemon :

Homo sum : quæ nobis causa longe maxima est

Cur vita nunquam vacet a multitudine.

USQUE IN DIEM SEPULTURE IN MATREM OMNIUM. Usque in diem reditus in matrem omnium : sic enim in Græco est Plinius 11, 65 : « Sequitur terra, cui uni nature et partium, eximia propter merita, nomen indidimus et maternæ venerationis. Sic hominum illa, ut colunt Dei, quæ nos nascentes excipit, natosque alit, semelque editos sustinet semper, novissime complexa gremio, jam à reliquâ naturâ abdicatos, tum maxime operiens, nullo magis sacra merito, quam quæ nos et quoque sacros facit. » (Grotius.)

(2) COGITATIONES EORUM, ET TIMORES CORDIS, ADVENTIO EXPECTATIONIS, ET DIES FINITIONIS. A thesi descendit ad hypothesin ; particulatim enim explicat occupationem, et jugum grave posterorum Adæ, quod propositum vers. 1, q. d. : Occupatio illa et jugum grave filiorum Adæ, sunt primò, *cogitationes eorum*, quibus animum distrahunt et disruciunt, ut bona hujus vitæ sibi accersant, mala verò omnia avertant ; ex quibus sequuntur secundo, *timores varii* cor coarctantes, ne forte bona, quæ appetunt, non assequantur, et in mala, quæ aversantur, incurrant. Tertio, *adventio expectationis*, id est, adinventio et excoitata imaginatio imminens bonorum vel malorum, quasi ipsa illos, aut potius illi ipsa, expectent. Græcè est *imaginatio expectationis*, puta rerum deinceps expectandarum ; expectatio enim et spes rei desideratæ graviter diuque desiderantem affligit et torquet. Romani vertunt, *consideratio expectationis* ; alii, *commentum expectationis* : sæpè enim spes reverà non est spes, sed commentum spei, quod scilicet homo sibi comminiscitur, et in mente fingit et pingit. Idem dico de timore. Quarto, *dies finitionis*, id est, dies obitus et mortis, quo finitur hæc vita, omnique ejus gaudium et voluptas. Unde Tigurina vertit : *Cogitationes eorum dico, metumque animi, tum rerum expectandarum imaginationes, et diem obitus*. Porrò mirum est quàm imaginationes hominem torquant, etiam rerum vanarum et nunquam futurarum. Sic legimus ex imaginatione alios amentes esse factos, alios canos, alios mortuos. Qui ergo sapit, illas à se amoveat, aut certe compeecat alioque indirecta. Imaginatur ille et expectat prelaturam, beneficium, alius hereditatem, alius fructus matrimonium. Tota fere vita nobis expectatio d'abitur, ait Palacius, viximus et pascimur ut chlamydeis auræ sper, re ipsa nunquam fruturi. Quanta sit imaginationis vis, docet Galeus lib. 5 de Interioribus,

mais la crainte du Seigneur surpasse l'un et l'autre.

27. Rien ne manque à celui qui a sa crainte du Seigneur, et il n'a pas besoin de chercher d'autres secours.

28. La crainte du Seigneur lui est comme un paradis de benediction, et à l'excès d'une gloire au-dessus de toute terre.

29. Mon fils, ne menez jamais une vie de mendiant ; car il vaut mieux mourir que de mendier.

30. La vie de celui qui s'attend à la table d'autrui, n'est pas une vie ; parce qu'il se nourrit des viandes des autres.

31. Mais celui qui est réglé et bien instruit, se gardera d'un tel état.

32. L'insensé (pourvu de la gloire à demander) se voit et l'aveugle de ne pas lui bricoler les oreilles.

VERS. 3. — **A RESIDENTE**, etc., q. d., Nemo est liber dictis materis (1).

VERS. 4. — **INCLINATIO**, id est, indignatio. **ZELUS**, id est, amulatio, seu invidia. **TUMULTUS**, id est, perturbatio. **FLUCTUATIO**, id est, perplexitas (2).

VERS. 5. — **REFLECTIONIS**, id est, quietis. **SCIENTIAM**, id est, cognitionem, q. d., perturbat imaginationem (3).

VERS. 6. — **MODICUM**, etc., q. d., ferè nihil quiescit. **RESPECTUS**, Græcè, specula ; q. d., tanquam si vigilet (4).

VERS. 7. — **TANQUAM**, etc., q. d. : Interdum sibi videtur bellum fugere, seu periculum aliquod. **SALUTIS SÆC.**, id est, cum salvus esset in lecto. **ADMIRANS**, q. d., miratur se timuisse, cum nihil esset timendum.

sive de affectis Locis, et Rhodiginus lib. 174 Variar. lect. cap. 2.

(Corn. à Lap.)

(1) **A RESIDENTE SUPER SLEDM GLORIOSAM**. Græca ad verbum : *Ab eo qui sedet in throno gloriæ* (aut super sedem gloriæ) *et usque ad humilitatem in terrâ et pulvere*. Significat neminem ejus miserimæ conditionis expertem esse. Omnes enim tam divites quam pauperes maximis curis timoribusque alliciuntur, cum gratiâ pacemque Dei sunt destituti. (Badvellus.)

(2) **AD ILLO QUI UTITUR VINCINTHO**, id est, sericis vestibus, ET PORTAT CORONAM, ut reges magni,

USQUE AD DIEM QUI OPERITUR LINO CRUDO, id est, vili sacco indutum. **FUROR**. Hic consequenter ponitur miseria acta ex hominis malitiâ, et primò, mentis ; secundo, corporalis, ibi : *Ad hæc mors*. Circa primum dicitur : **FUROR**, id est, ira excessiva, **ZELUS**, id est, invidia, **TUMULTUS** cogitationum, cor multipliciter impetentium. **FLUCTUATIO**, id est, mentis perplexitas.

ET **TIMOR** mortis, ubique insidians hominibus. **IRACUNDIA** perseverans inimici, **ET CONTENTIO**, id est, metus litigii. (Jyranus.)

(3) **IN CUBILI SOMNIS**, qui nec cura expertis, tot turbida insomnia terrent et exagitant, **IMMUTAT SCIENTIAM**, cogitationes, **ETUS** : nova visa, atque aliam cogitandi et imaginandi rationem inducit. (Bossuet.)

(4) **MODICUM TANQUAM NIHIL IN REQUIE**, ET **AB EO IN SOMNIS**, quasi in die **RESPECTUS in aënis specula**. Significat homines agere noctes inquietas et pervigiles, id quod est alienum à proprio usu noctis que ad somnum ac quietem hominis est creata ; sed hujusmodi requies nocturna ad sublevandam hominis naturam accommodata, singulare Dei beneficium est, quod solis ibi tribuntur qui à Deo diliguntur, ut est in Psal. 127, 2. Sapiens autem apponit duo similia, quibus illud tempus nocturnum terroribus plenum aptissime demonstrat. (Biblia Natib.)

VERS. 8. — CARNE, id est, animante, scilicet id accidit. SEPTUPLUM, id est, multò magis.

VERS. 9. — AD HÆC, id est, præterea. MORS, id est, pestis. SANGUIS, id est, cædes. ROMPHÆA, id est, gladius (1).

VERS. 11. — IN MARE, scilicet unde procedunt.

VERS. 12. — MUNUS, scilicet datum ad corruptendum. FIDES, id est, veritas.

VERS. 13. — SUBSTANTIÆ, id est, opes. TONITRUM, scilicet quod paulò post cessat.

VERS. 14. — IN APERIENDO, etc., id est, ad breve tempus. LÆTABITUR, scilicet iniquus. IN CONSUMMATIONE, etc., id est, tandem deficient.

VERS. 15. — NEPOTES, id est, posteri. ET RADICES, etc., q. d., orti ex immundis. SUPER, pro, *velut super*, q. d., non firmiter fixæ. SONANT, scilicet vento concussæ.

VERS. 16. — SUPER, pro *velut super*, id est, juxta; q. d., ut solent viridia prope aquas, quæ parùm durant. FOENUM, id est, herbam.

VERS. 17. — GRATIA, id est, benignitas, seu beneficentia. PARADISUS IN BENEDICTIONIBUS, pro, *paradisi fructus*. IN SEGULO, pro, *in seculum*.

VERS. 18. — SIBI SUFFICIENTIS, id est, suâ sorte contenti. CONDULCABITUR, id est, dulcis est.

VERS. 19. — ÆDIFICATIO, pro *et ædificatio*, q. d.: Duo hæc celebre nomen faciunt. HANG, pro *hoc*, id est, hæc.

VERS. 22. — GRATIAM, id est, venustatem. SATIONES, id est, plantationes, seu segetes.

VERS. 23. — CONVENIENTES, scilicet grati sunt invicem, seu delectant.

VERS. 25. — EST CONSTITUTIO PEDUM, id est, firmant, seu stabiliunt hominem. BENEPLACITUM, id est, probatum.

VERS. 26. — VIRTUTES, id est, vires.

VERS. 27. — MINORATIO, id est, defectus, seu inopia. ADJUTORIUM, scilicet aliud, q. d., satis per se adjuvat.

(1) Quoique tous les hommes soient en quelque sorte sujets à ces troubles de l'esprit, les pécheurs néanmoins, dit le Sage, c'est-à-dire, ceux qui ne craignent point Dieu, le sont sept fois encore plus que les autres; car ils se nourrissent de leurs passions, au lieu que les justes travaillent sans cesse à les détruire; et leur cœur, dit le Prophète, est comme une mer toujours agitée qui ne peut jamais être en repos. *La mort, les oppressions, la famine et les autres fléaux de Dieu, sont pour accabler les méchants, parce qu'ils ne sont dans eux qu'une pure peine, et comme un commencement de leur enfer; au lieu qu'ils sont dans les bons un effet de la miséricorde de Dieu, qui les humilie pour les rendre humbles, et qui les prépare ainsi à un bonheur éternel.* (Hæc Sacy commentans vers. 8, 9 et 10.)

CAPUT XLI.

1. O mors! quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis;

2. Viro quieto, et cuius viæ directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum!

3. O mors! bonum est iudicium tuum homini indigenti et qui minoratur viribus,

VERS. 28. — ET SUPER, pro *quem super*, q. d., magnificè opertus, id est, ornatus, scilicet paradisis, vel timor.

VERS. 29. — INDIGEAS. Græcè, *mendices*, scilicet ex ignaviâ; q. d.: Para tibi unde vivas ne cogaris alienam mensam adire (1). INDIGERE. Græcè, *mendicare*, scilicet ex inertia.

VERS. 30. — IN COGITATIONE VICTUS¹, pro, *vitæ*; q. d., non est cogitanda, seu habenda pro vitâ.

VERS. 31. — CUSTODIET SE, id est, cavebit à tali vitâ.

VERS. 32. — IMPRUDENTIS. Græcè, *impudentis*. CONDULCABITUR, id est, dulcis erit, q. d., laudabitur. INOPIA. Græcè, *mendicitas*. IGNIS, scilicet fames; non enim semper est qui alat (2).

(1) FILII, IN TEMPORE VITÆ TUÆ NE INDIGEAS; MELIUS EST ENIM MORI, QUAM INDIGERE. Græcè sic: *Vitam mendicitatis ne vivas; melius est enim mori quàm mendicare*. Hujusmodi autem sententia admonet hyperbolicè summoperè vitandam mendicitatem, non tam ratione sui, quàm ratione ejus quod plerumque est causa mendicitatis, scilicet ratione otii et ignaviæ. Id quod Sapiens significat verbis subjectis, dicens: *Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus*; quasi dicat: Piger est, ignavus, desidiosus, et minime sollicitus de comparando victu per honestum laborem, cùm Scriptura sit 2 Thess. 3: *Qui non vult operari, nec manducet*. Unde patet has sententias minime adversari pio proposito eorum qui diligenter laborant in Ecclesiâ Dei, ministrantes populo Dei spiritualia; qui cùm carnalia eorum, id est, sustentationem corporis velut jure suo exigere possent, juxta illud Christi, Matth. 40: *In quamcumque domum intraveritis, comedite quæ apud ipsos sunt, etc. Dignus est enim operarius mercede suâ*, tamen nolunt, sed ut nullam offensionem dent Evangelio mendicare malunt, quàm debitum poscere. Vide etiam supra, cap. 27, et Proverb. 30. Porrò de ignavâ illâ mendicitate rectè dicit Sapiens, etsi hyperbolicè, melius est mori, quàm mendicare; scilicet tum propter vitium ignaviæ, tum propter infamiam conjunctam, quæ est simul quasi species quædam servitutis.

(Estius.)

(2) IN ORE IMPRUDENTIS CONDULCABITUR INOPIA, ET IN VENTRE EJUS IGNIS ARDEBIT. Dulcis erit insano mendicitas, et ingens edendi aviditas illius viscera depascetur. Impudens omninò sit necesse est, cui vita parasitica placere potest. Græcus: *In ore impudentis erit mendicitas; et in ventre ipsius ignis ardebit*. Qui mendicitatem seu artem proficitur, is pudore prorsus caret, turpissimâque hæc arte delectatur; cùmque fame pereat, et viscera igne vorentur, laborem amplecti ignavus renuit, quo inopia levet. Testis profectò experientia est, plerumque vilissima hæc capita, quæ urbes ac regiones mendicando concursant, ita eam artem amare, ut nullius rei causâ sint abdicatura. Turpem libertatem et inertiam, quanquàm innumeris et ærumnis malis obnoxiam, malunt, quàm quæsitò labore cibos, vitamque honestis institutam. Apud Lacedæmones probri atque infamiae loco mendicitas erat, nullique apud illos mendicij habebantur. Jubet Plato, lib. 11 de Legibus hoc hominum genus magistratum sanctione ex urbe excludi. (Calmet.)

CHAPITRE XLI.

1. O mort! que ton souvenir est amer pour un homme qui vit en paix au milieu de ses biens;

2. Pour un homme qui n'a rien qui le trouble, à qui tout réussit heureusement, et qui est encore en état de goûter la nourriture!

3. O mort! que ta sentence est douce pour un homme pauvre à qui les forces manquent,

4. Defecto aetate, et eul de omnibus cura est, et incredibili, qui perdit patientiam!

5. Noli metuere iudicium mortis. Memento quae ante te fuerunt, et quae superventura sunt tibi; hoc iudicium à Domino omni carni.

6. Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni.

7. Non est enim in inferno accusatio vitae.

8. Filii abominationum fiunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum.

9. Filiorum peccatorum periet hereditas, et cum semine illorum assiduitas opprobrii.

10. De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

11. Vae vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi!

12. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini; et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.

13. Omnia quae de terra sunt, in terram revertentur; sic impii à maledicto in perditionem.

14. Luctus hominum in corpore ipsorum; nomen autem impiorum delebitur.

15. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi et magni.

16. Bonae vitae numerus dierum; bonum autem nomen permanebit in aevum.

17. Disciplinam in pace conservate, filii; sapientia enim abscondita, et thesaurus invisus, quae utilitas in utrisque?

18. Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam.

19. Verumtamen reveremini in his quae procedunt de ore meo.

20. Non est enim bonum, omnem reverentiam observare; et non omnia omnibus bene placent in fide.

21. Erubescite à patre et matre de fornicatione; et à praesidente et à potente de mendacio;

22. A principe et à iudice de delicto; à synagoga et plebe de iniquitate;

23. A socio et amico de injustitiâ; et de loco in quo habitas;

24. De furto, de veritate Dei, et testamento; de discubitu in panibus, et ab obfuscatione dati et accepti;

25. A salutantibus de silentio; à respectu mulieris fornicariae; et ab aversione vultus cognati.

26. Ne avertas faciem à proximo tuo, et ab auferendo partem, et non restituendo.

27. Ne respicias mulierem alieni viri, et ne scruteris ancillam ejus, neque steteris ad lectum ejus.

28. Ab amicis de sermonibus improprietatis; et cum dederis, ne improprietes.

4. Qui est dans la décadence de l'âge, accablé de soins, sans espérance, et à qui la patience manque!

5. Ne craignez point l'arrêt de la mort. Souvenez-vous de tous ceux qui ont été avant vous, et de tous ceux qui viendront après; c'est l'arrêt que le Seigneur a prononcé contre toute chair.

6. Que craignez-vous, puisqu'il ne peut vous arriver que ce qu'il plaira au Très-Haut? Qu'un homme vive dix ans, cent ans, mille ans.

7. On ne compte point les années de la vie parmi les morts.

8. Les enfants des pécheurs sont des enfants d'abomination, ainsi que ceux qui fréquentent les maisons des méchants.

9. L'héritage des enfants des pécheurs périra, et leur race sera éternellement deshonorée.

10. Les enfants d'un méchant homme se plaindront de leur père, parce qu'il est cause qu'ils sont en opprobre.

11. Malheur à vous, hommes impies, qui avez abandonné la loi du Seigneur, le Très-Haut!

12. Quand vous êtes nés, vous êtes nés dans la malediction; et quand vous mourrez, vous aurez la malediction pour partage.

13. Tout ce qui vient de la terre, retournera en terre; ainsi les méchants tomberont de la malediction dans la perdition.

14. On pleure les hommes de bien, lorsqu'on met leurs corps en terre; mais le nom des méchants sera effacé du monde.

15. Ayez soin de vous procurer une bonne réputation; car ce vous sera un bien plus stable que mille trésors grands et précieux.

16. La bonne vie n'a qu'un certain nombre de jours; mais la bonne réputation demeure éternellement.

17. Conservez, mes enfants, pendant que vous êtes en paix, les instructions que je vous donne; car à quoi sert une sagesse cachée et un trésor inconnu?

18. Celui qui cache son imprudence, vaut mieux que celui qui cache sa sagesse.

19. Ayez donc de la honte pour ce que je vais vous marquer;

20. Car il n'est pas bon d'en avoir pour tout; et il y a de bonnes choses qui ne plaisent pas à tout le monde.

21. Rougissez de la fornication devant votre père et votre mère; de mensonge devant celui qui gouverne et qui est puissant.

22. D'une faute devant le prince et le juge; de l'iniquité devant l'assemblée et devant le peuple;

23. De l'injustice devant votre compagnon et votre ami; de faire un larcin au lieu où vous demeurez.

24. A cause de la vérité de Dieu et de son alliance. Rougissez de mettre le coude sur la table, et d'user de tromperie dans ce que vous recevez ou donnez.

25. Rougissez de ne pas répondre à ceux qui vous saluent; de jeter la vue sur une femme prostituée, et de détourner votre visage de l'un de vos proches.

26. (Ne vous détournez pas pour ne point voir votre prochain;) et rougissez de lui ôter ce qui lui appartient, sans le lui rendre.

27. Ne regardez pas la femme d'un autre; ne vous rendez point familier avec sa servante, et ne vous tenez point auprès de son lit.

28. Rougissez de dire des paroles offensantes à vos amis; et ne reprochez point ce que vous aurez donné.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — QUIETO, id est, libero curis. DIRE-

(1) O MORS, QUAM ACERBA EST MEMORIA TUA HOMINI PACEM HABENTI IN SUBSTANTIIS (bonis) SUIS! Proponit sapiens duo hominum genera; unum felicium in vita,

qui quietè ac tranquillè bonis suis perfruuntur, itaque in his conquiescunt, ut emori nunquam velint; alterum est miserorum atque afflictiorum, qui curis, incommodis molestisque hujus vitae ita afficiuntur ac sollicitantur, ut mortem quasi finem malorum omnium ex-

CTÆ, id est, prosperæ. CIBUM, scilicet cum voluptate (1).

VERS. 3. — JUDICIUM, id est, mos, seu lex. MINORATUR, id est, deficitur. DEFECTO ÆTATE, id est, decrepito.

VERS. 4. — INCREDIBILI, id est, non credenti; est id senum, quòd sæpè decepti sint. SAPIENTIAM; est et id decrepitorum, qui tantum non delirant, certè facillè obliviscuntur. GRÆCÈ, patientiam.

VERS. 5. — JUDICIUM, id est, morem. CARNI, id est, homini, scilicet ut moriatur.

VERS. 6. — ANNI, sub. his contentus esto (2).

petant. Horum diverso contrarioque judicio atque affectione ostendit mortem per se non ita esse horribilem, neque eam esse immoderatiùs aut fugiendam aut expetendam, sed animo æquo ac placido expectandum esse tempus moriendi quod unicuique à Deo est assignatum. (Biblia Vatabli.)

(1) VIRO QUIETO, etc. GRÆCUS ad verbum: *Viro non distracto, ac prosperanti in omnibus.* Homo dicitur *omnis sollicitudinis expers*, qui curis molestisque vacuus quietam tranquillamque vitam agit. Cujusmodi securitatem ac quietem ille dives in Evangelio sibi proponebat cum diceret animæ suæ: *Quiesce, bibe, comede*: cui nuntium mortis repentinae atque insperatae continuò allatum est, Luc. 12, 19, 20. Hujusmodi autem homines ita suaviter in suis bonis ac deliciis acquiescentes ad omnem mortis mentionem exhorrescunt. Quod autem addit, *valenti adhuc cibum capere*, significat hominem commodè et firmè tum ætate tum valetudine, in quâ cupidius vitam retinere vult. (Badvellus.)

(2) ET QUID SUPERVENIET TIBI IN BENEPLACITO ALTISSIMI? SIVE DECEM, SIVE CENTUM, SIVE MILLE ANNI. Ita Romana et Græca, licet Jansenius et alii notam interrogationis non ponant post τὸ *Altissimi*, sed in fine, post τὸ *ami*. Græcè tamen pro ὑπερβαίνῃ, id est, *superveniet*, legunt ἀπανάβῃ, id est, *recuses*, renuas; sic enim habent: τὴ ἀπανάβῃ ἐν εὐδοκίᾳ ἰψίστους, id est, ut Complut. et Roman., *et quid recuses, vel renuas in beneplacito Altissimi?* q. d.: Nihil eorum quæ sunt in beneplacito Dei recusare voles aut vales, ergo nec mortem, nec statutum tibi à Deo moriendi tempus; hoc enim unum est inter infinita beneplacita Dei. Unde Tigurina: *Quomodò autem recuses, quod placuit Altissimo?*

Est hæc quarta ratio cur mors non sit detrectanda, quia scilicet illa cuique immittitur modo et tempore decreto et discreto à beneplacito Dei, cui omnis creatura se subdat, imò conformet oportet; Dei enim voluntas et beneplacitum est sanctissimum, sapientissimum, potentissimum, optimum et clementissimum.

Nostræ latinæ Vulgatæ sensus est similis, q. d.: Quod tibi supervenire aut occurrere possit, quidve fingere vel excogitare queas, quo iudicium et sententiam Dei de morte, certoque ejus tempore in te latam mutare, vel declinare, vel inflectere vales? sive enim decem, sive centum, sive mille annos vitæ præfixerit; illo contentus sis oportet; nec enim vel horam, vel momentum ad hoc tempus à Deo præfixum addere, vel minuere potes, juxta illud: *Constituiti terminos ejus qui præteriri non poterunt*, Job. 14; et illud: *In manibus tuis sortes meæ*; Septuag. *tempora mea*, Psal. 50, 16.

Secundò, alii exponunt, q. d.: *Quid tibi supervenire, id est, accidere et adjici poterit ad decem vel centum, vel mille annos, quos iudicium Dei tibi statuit et præfixit?* q. d.: Nihil. Nullus enim vel hilitum adjicere potest ad id quod ipse decernit.

Tertiò, Lyranus sic legit et exponit: *Et quæ superveniet tibi à beneplacito Altissimi, sive decem, sive centum, sive mille anni*, supple et repete ex versu præced., *hoc iudicium tibi est à Domino*; in quo proinde

VERS. 7. — INFERNO, id est, morte; q. d.: Non est, quòd tempore mortis quis queratur se parum vixisse (1).

VERS. 8. — CONVERSANTUR, scilicet libenter, velut amici (2).

conquiescas oportet. Sic et Dionysius: *Quæ superveniet tibi in beneplacito Altissimi*, id est, inquit, tempora vitæ, quæ tibi restant secundum divinæ voluntatis præordinationem *sive decem, sive centum, sive mille anni*; q. d.: Hæc tibi sufficiant, et gratanter ea accipias, ac fructuosè expendas, et tuam voluntatem in hoc divinæ subjicere voluntati. Qui id facit, ideòque longioris vitæ desiderium, ac mortis metum vincit; non effeminatus est, sed vir et herus, non vilis, sed sapiens, non puer, sed adultæ virtutis, ideòque hæc suâ animi fortitudine ac robore splendèdè refulget: sicut splendèdè refulsit Socrates, sibi paratam mortem hilari animo excipiens; refulsit Epictetus, qui destitutus fortunæ muneribus, tranquillam ducebat vitam; refulsit Anaxarchus, qui in mortario contusus exclamabat: *Contunde quantum velis, Anaxarchum nunquam contundes.* Tria sunt quæ maximè optari solent, à nautâ portus, à peregrino patria, à servo libertas. Homo per mortem, quæ maximum est malorum corporis, ex mari et fluctibus mundi in portum tendit, ex dubiâ peregrinatione in patriam, ex carcere in libertatem proficit. Demùm nihil reperitur quod nos magno honore, gloriâ et famâ dignos reddat magis hæc salutarivictoriâ. Quæ quàm sit jucunda, animoque ingenuo dulcis et grata, tantum abest ut possit exprimi verbis, ut vix possit concipi mente; nil enim animo rectè formato jucundius contingere potest, quàm suâ prudentiâ vicisse fortunam: cæteræ videntur tantum, non autem reverà sunt voluptates.

Huc faciunt sententiæ Diogenis, Diadochi, S. Chrysostomi et S. Basili, quas citat Antonius in Melissâ, part. 1, c. 58. Diogenes enim videns quemdam lugentem, quòd in peregrinâ terrâ moriturus esset, dixit: «*Quid luges, ô stulte? undecumque eadem via est ad inferos.*» Diadochi: «*Qui exundi tempore laborat metu, non liberè transibit principes inferorum.*» «*Est enim animæ timiditas, illorum malitiæ velut patrona et adiutrix.* Anima verò quæ in Dei dilectione ne exultat tempore discessus, super omnes tenebrosos ordines elata cum angelis pacis fertur.» S. Chrysostomi: «*Gaudendum est morte; sive juvenis, quòd statim liberatus sit hujus vitæ malis; sive senis, quòd iis rebus quæ in vitâ exoptandæ videntur, ad satietatem usque fructus, abierit.*» S. Basili: «*Sicut carceri inclusorum alii quidem diutiùs in afflictione vinculorum permanent, alii verò celerius liberantur: sic etiam animarum aliæ diù in hæc vitâ detinentur, aliæ brevius, creatore nostro providente nobis singulis sapiente profundoque consilio, quod humanâ mente indagari non potest, juxta mensuram cujusque dignitati convenientem. Non audis Davidem dicentem: Educ de carcere animam meam? Non audisti de sancto, quòd soluta sit anima ejus? Simeon autem Dominum nostrum ulnis complexus, nonne hæc verba protulit: Nunc dimittis servum tuum, Domine? nam corporis conversatio ad superiorem vitam operanti, quavis afflictione et carcere gravior est.*» (Corn. à Lap.)

(1) NON ENIM EST IN INFERNO ACCUSATIO, sive redargutio vitæ, hoc est, neque ante mortem evadere poteris quæ Deus decreverit, versu præcedente; neque post mortem ante acta mutare, reprehendere, aut emendare dabitur: omninò eventura sunt tibi quæcumque Deus dixerit. (Bossuet.)

(2) CUM OMNI CARNE. Est hoc malum, id est, omni animanti accidit hæc miseria, quas supra dixi, sed super peccatores septuplum, id est, multò luculentius inundant, maximè sub mortem. Nec quidquam poterit tum ipsis esse subsidio vel solatio. (Turinus.)

VERS. 9. — SEMINE, id est, posteritate.

VERS. 12. — IN MALEDICTIONE, etc., q. d.: Maledicta natiuitas vestra ob talem, scilicet sortum; vel pro, in maledictionem, scilicet peccatorum. PARS, id est, portio, scilicet in supplicio (1).

VERS. 13. MALEDICTO, scilicet peccato.

VERS. 14. — IN CORPORE, id est, ob corporis mortem. NOMEN AUTEM, etc., q. d.: At etiam nomen, et non solum vita peribit.

VERS. 16. — NUMERUS, id est, paucitas (2).

VERS. 17. — IN PACE, id est, cum animi tranquillitate. ENIM, pro, autem (3).

(1) SI NATI FUERITIS, IN MALEDICTIONE NASCIMINI; ET SI MORTUI FUERITIS, IN MALEDICTIONE ERIT PARS VESTRA. Impios alloquitur. Nascentes maledicto, morientes execrationi eritis. Utilius fuit minimè nasci, quàm ita nasci, ut semper miseri ac flagitiosi viveretis. Nonne optandum erat tales homines lucis usurà nunquam potiri, ceu Cainum, Achitopholem, Iero-boamum Israelis regem, Judam, Antiochum, Epiphaniem, haeresiarchas? Nonne verum est illos in ipso ortu, vità atque obitu obnoxios esse execrationi? Agens de Chananæis, Sapiens ait malam esse illorum stirpem, insitamque illorum naturæ nequitiam. Converti in bonum è malo illorum ingenium nequit; gens est ab initio execrabilis Sap. 12, 10. Grotius ita Græcum emendat: *Si ingens soboles vobis fuerit, genueritis ad exitum liberos; ubi moriemini, execrandis annumerabimini.* Græci codices plures non habent hunc versiculum. Alii legunt: *Si multi fueritis, id exitio vobis erit, et si nati fueritis, id in execrationem vobis erit; et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* (Calmet.)

(2) BONÆ VITÆ NUMERUS DIERUM. Vita quantumvis bona ac commoda, non diu durat: dies ejus facile numerari possunt.

BONUM AUTEM NOMEN PERMANEBIT IN ÆVUM, in multa secula. Exemplo sit illud Euripidis in Hippolyto:

*Quos tu et quantos,
Hippolyte heros, nactus honores,
Casto vitæ tramite; namque hæc
Virtus homines prima coronat.
Cito vel serò sequitur semper
Pietatem debita merces.*

(Grotius.)

(3) VERS. 18. — SISI SUFFICIENTIS: suâ sorte con-

CAPUT XLII. 3

1. Non duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi, et eris verè sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum; ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas;

2. De lege Altissimi, et testamento, et de judicio justificare impium;

3. De verbo sociorum et viatorum, et de datione hæreditatis amicorum;

4. De æqualitate stateræ et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum;

5. De corruptione emptionis et negotiatorum, et de multâ disciplinâ filiorum, et servo pessimo latus sanguinare.

6. Super mulierem nequam bonum est signum.

7. Ubi manus multæ sunt, claudite; et quodcumque trades, numera et appende: datum verè et acceptum omne describe.

8. De disciplinâ insensati et fatui, et de senioribus qui judicantur ab adolescentibus: et eris eruditus in

VERS. 20. — REVEREMINI, etc., q. d.: Pudeat vos horum, quæ jam dicam. IRREVERENTIAM, pro, reverentiam, id est, pudorem. Græce, *verecundiam*; q. d., non omnis verecundia approbatur. BENEPLACENT IN FIDE, id est, probantur vere, seu merito; q. d.: Sunt quæ merito improbantur.

VERS. 21. A PATRE, id est, coram patrem, seu ex reverentiâ in patrem.

VERS. 24. — DE FURTO: id conjungendum proximè præcedentibus; q. d., ubi habitas, ne fureris. VERITATE, etc., q. d.: Itemque ob Dei veritatem, et legem prohibentem injustitiam omnem. DISCUBITE, scilicet immodesto. Græce, *discubitu super cubitum.* IN PANIBUS, id est, cibo capiendo. OFFUSCATIONE, id est, perperam descriptâ ratione.

VERS. 25. — SILENTIO, scilicet non resalutando. COGNATI, pro, à cognato.

VERS. 26. — PARTEM, scilicet suam alicui.

VERS. 27. — SCRUTERIS, id est, sollicitus ad malum.

VERS. 28. — IMPROPERII, q. d., ne improperes eis (1).

VERS. 29. — DUPLICES, id est, iteres, scilicet referendo quod audisti secretum.

tenti, et qui quæstum facit domesticis necessitatibus parum.

CONDELICABITUR: dulcis vita est jucunda et quieta. THESAURUM QUIETIS, lætitiæ, bonæ pacatæque conscientie. Est enim, ut ait D. Paul. 1 ad Tim. 6. *quæstus magnus pietas cum sufficientiâ.* (Menochius.)

(1) La suite de ces paroles est assez claire: Celui qui aime son prochain ne fut point de le voir; et il ne peut lui ôter ni retenir ce qui est à lui. Il regarde comme une chose honteuse d'offenser ses amis par ses paroles, et il est toujours plus prêt de donner que de reprocher ce qu'il a donné. L'âme chaste ne regarde point immodestement, elle ne tente personne, et elle ne fait rien qui soit indécent. (Hæc Sacy commentans vers. 26, 27, 28.)

CHAPITRE XLII.

1. Ne redites point ce que vous avez entendu dire, et ne révélez point ce qui est secret; alors vous serez vraiment exempt de confusion, et vous trouverez grâce devant tous les hommes. Ne rougissez point de tout ce que je vais vous dire, et n'ayez point égard à la qualité des personnes pour commettre le péché.

2. Ne rougissez pas de la loi et de l'alliance du Très-Haut, ni dans un jugement où l'on voudrait absoudre un méchant;

3. Ni dans une affaire entre ceux de votre connaissance et des étrangers qui passent, ni dans le partage d'un héritage où vos amis sont intéressés.

4. Ne rougissez point d'user d'un juste poids et d'une juste balance, ni d'être équitable, lorsqu'il s'agit d'acquiescer peu ou beaucoup;

5. Ni de faire justice des corruptions qui arrivent entre les vendeurs et les acheteurs; ni de châtier souvent vos enfants; ni de battre jusqu'au sang un méchant esclave.

6. Il est bon de tenir tout sous la clef, lorsqu'on a une méchante femme.

7. Où il y a beaucoup de mains, tenez tout ferme; donnez tout compte et pese, et ne manquez point d'écrire ce que vous aurez donné et reçu.

8. Ne rougissez point de corriger l'insensé et l'imprudent, ni de soutenir les vieillards qui sont con-

omnibus, et probabilis in conspectu omnium vivorum.

9. Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo ejus aufert somnum; ne fortè in adolescentiâ suâ adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat;

10. Ne quando polluatur in virginitate suâ, et in paternis suis gravida inveniatur; ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur.

11. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractone in civitate, et objectione plebis, et confundat te in multitudine populi.

12. Omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli commorari :

13. De vestimentis enim procedit tinea, et à muliere iniquitas viri.

14. Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, et mulier confundens in opprobrium.

15. Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidi annuntiabo; in sermonibus Domini opera ejus.

16. Sol illuminans per omnia respexit, et gloriâ Domini plenum est opus ejus.

17. Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens, stabiliri in gloriâ suâ?

18. Abyssum, et cor hominum investigavit, et in astutiâ eorum excogitavit?

19. Cognovit enim Dominus omnem scientiam; et inspexit in signum ævi, anuntians quæ præterierunt, et quæ superventura sunt, revelans vestigia occultorum.

20. Non præterit illum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo.

21. Magnalia sapientiæ suæ decoravit; qui est ante seculum et usque in seculum.

22. Neque adjectum est, neque minuitur, et non eget alicujus consilio.

23. Quàm desiderabilia omnia opera ejus, et tanquàm scintilla, quæ est considerare!

24. Omnia hæc vivunt, et manent in seculum, et in omni necessitate omnia obediunt ei.

25. Omnia duplicia, unum contra unum, et non fecit quidquam deesse.

26. Uniuscujusque confirmavit bona; et quis satiabitur videns gloriam ejus?

damnés par de jeunes gens: alors vous ferez voir que vous êtes bien instruit de toutes choses, et vous serez approuvé de tous les hommes.

9. La fille est à son père un sujet secret de veiller toujours; et le soin qu'elle cause ôte le sommeil; de peur qu'elle ne passe la fleur de son âge sans être mariée; et que, lorsqu'elle sera avec son mari, elle n'en soit point aimée.

10. Il craint qu'elle ne se corrompe pendant qu'elle est vierge; et qu'elle ne soit trouvée grosse dans la maison de son père; ou qu'étant mariée, elle ne viole la loi du mariage, ou qu'elle ne demeure stérile.

11. Gardez étroitement une fille libertine, de peur qu'elle ne vous expose aux insultes de vos ennemis; qu'elle ne vous rende l'objet de la médisance de tout une ville, et la fable du peuple, et qu'elle ne vous déshonore devant tout le monde.

12. N'arrêtez vos yeux sur la beauté de personne, et ne demeurez point au milieu des femmes;

13. Car comme le ver s'engendre dans les vêtements, aussi l'iniquité de l'homme vient de la femme.

14. Un homme qui vous fait du mal, vaut mieux qu'une femme qui vous fait du bien, et qui devient un sujet de confusion et de honte.

15. Je me souviendrai donc des ouvrages du Seigneur; j'annoncerai ce que j'en ai vu; je découvrirai les ouvrages de Dieu par ses paroles;

16. Le soleil voit tout et éclaire tout, et la gloire du Seigneur éclate dans ses œuvres.

17. Le Seigneur n'a-t-il pas fait publier par ses saints toutes ses merveilles, qu'il a affermies comme étant le Seigneur tout-puissant, afin qu'elles subsistent éternellement pour sa gloire?

18. Il sonde l'abîme et le cœur des hommes, et il pénètre leurs plus secrètes pensées;

19. Car le Seigneur connaît tout ce qui peut se savoir, et il voit les signes des temps à venir; il annonce les choses passées et les choses futures: il découvre les traces de ce qui était le plus caché.

20. Il n'y a point pour lui de pensées secrètes, et rien ne se dérobe à sa lumière.

21. Il a fait éclater la beauté des merveilles de sa sagesse; il est avant tous les siècles, et il sera dans tous les siècles.

22. On ne peut ni ajouter à ce qu'il est, ni en rien ôter; et il n'a besoin du conseil de personne.

23. Combien toutes ses œuvres sont aimables! et cependant ce que nous pouvons en considérer n'est qu'une étincelle.

24. Elles subsistent toutes, et demeurent pour jamais, et elles lui obéissent dans tout ce qu'il demande d'elles.

25. Chaque chose a son contraire: l'une est opposée à l'autre, et rien ne manque aux œuvres de Dieu.

26. Il a affermi ce que chacune a de bon; et qui pourra se rassasier, en voyant sa gloire?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HIS, scilicet quæ statim dicam, q. d.: Ne de iis erubescas (1).

VERS. 2. — TESTAMENTO, id est, pacto, scilicet servando. DE JUDICIO, pro in judicio. JUSTIFICARE, scilicet, cave.

VERS. 5. — VERBO, id est, salutatione. DATIONE, id est, divisione, scilicet faciendâ fideliter (2).

(1) ET ERIS VIRI SINE CONFESIONE. Græcè, et eris verecundus vere; non falsâ illâ, quam dixi, verecundiâ. N. PRO HIS OMNIBUS, quæ sequuntur, CONFUNDAR S, in accipiendo personam; est enim in eâ te falsus pudor. (Bossuet.)

(2) DE VERBO SOCIORUM ET VIATORUM. Cum est cognoscenda causa hominis conjuncti et alieni, uterque est audiendus; tum personæ diversa ratio, et gratia

VERS. 4. — ACQUISITIONE, scilicet justâ (1).

alterius et amicitia non debet impedire quominus nos æquos auditores judicesque præbeamus, ac utrumque ex æquo audiamus; nec esse debemus studio in hunc quàm illum propensiores; itaque in hujusmodi causâ non debes vereri amicum aut socium tuum. Et de DATIONE HEREDITATIS AMICORUM; aut sociorum, id est, coherentium, qui ejusdem hereditatis sunt participes. Ad eam dividendam dispartendamque summa æquitas sine unâ gratiæ varietate est adhibenda, ut unicuique tribuatur quod suum est. (Badvellus.)

(1) DE ÆQUALITATE STATUM ET PONDERUM, DE ACQUISITIONE MELIORUM ET PULCERRIM. Quibus res non erubescenda, est æquitas et justitia servata et ponderum, q. d.: Ne confundaris, nec putet te exactum esse in servandâ æqualitate mensuræ et ponderum, cûi alios passim in eâ fraudem facere cernas, ipsique

VERS. 5. — CORRUPCIONI, id est, injustitiâ, scilicet VIGILIA SANGUINARI, id est, cucullare flagellis.

VERS. 6. — SIGNUM, q. d., notanda, ut caveatur, vel claudenda et obsignanda. CLAUDE, scilicet ne quis furetur.

VERS. 8. — JUDICANTUR, id est, condemnantur, vel accusantur; q. d.: Id nec faciendum, nec permittendum. PROBABILIS, id est, probatus (1).

VERS. 9. — ABSCONDITA, etc., q. d.: Oportet illum clam vigilare, et observare ejus actus. ADULTERA EFFICIATUR, id est, violetur. Quidam legunt *adulta*, conformius Græcis; q. d.: Ne nimis progrediatur ætate, quod 1 Cor. 7 vocat Paulus superadultam. VIRO, id te rideant quasi scrupulosum et imprudentem, qui non nôris malis artibus occulte rem tuam augere, juxta illud Psal. 61, 10: *Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum*. Tigurina: *Ne desitocum pudori in adæquanda librâ, aut ponderibus; Græcè, in accurato examine stateræ ac ponderum*. Multi enim avari institores, etsi ex proposito non curent inæqualia pondera, tamen negligunt examinare an inæqualia sint; imò cum suspicantur ea talia esse, dissimulant gaudentque, putantes peccatum injustitiæ in hæc inæqualitate tegi per inscientiam vel ignorantiam affectatam, quâ in re graviter errant.

Mysticè Rabanus: « Statera dolosa, inquit, non tantum in mensuratione pecuniæ, sed et in judiciariâ discretione tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis; aliter sodalis, aliter audit ignoti; staterâ utique librat iniquâ. Sed et is qui sua benè gesta meliora, quam proximorum, suaque errata judicat leviora, quam aliorum, trutina ponderat dolosa. Necnon et ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipse autem uno digito suo non vult ea tangere. Ille etiam qui bona in publico, et mala agit in occulto, pro iniquitate libræ dolosæ abominatur à Domino. At qui sinceriter agit in omnibus quæ causam et causam æquâ lance discernit; is nimirum justî judicis voluntati et actioni congruit. Mysticas alias septem stateras, quibus expendenda sunt singula cujusque opera, recensebo Prov. 11, 1.

Sexta: Ne confundaris de acquisitione multorum et paucorum; q. d.: Non pudeat te, quod alii injustè per dolosa pondera multum lucrentur, tu verò per justa lucreris pauca, quia melius et fructuosius est parum lucrari justè, quam multa injustè. Aut q. d.: Non pudeat te tuæ justitiæ, justæque fortunæ, sive multum, sive parum lucreris et possideas; sed sorte tuâ justè partâ contentus esto. Pluris enim est justitia, quam opes immensæ; pluris est paupertas justa, quam abundantia injusta. Rursum non pudeat te sectari parva lucra, quia per parva multiplicata gradatim pervenitur ad magna. Unde Hebræorum est proverbium: *Melius est lucrari multa quinque, quam pauca decem*, quia multa quinque addita majorem numerum efficiunt, quam pauca decem. Ita Palæcius. Unde Tigurina: *Non pudeat te in possidendis sive multis, sive paucis*. Hæc facit paradoxum mercatoris, ejus superius memini: *Ditatus sum emendo caro, et vendendo vili pretio*. Aliter Lyranus et Dionysius, q. d.: Pudeat te multa lucrari per rapinam; pudeat item te pauca lucrari per tuam inertiam et desidiam. Verum prior sensus est genuinus. (Corn. à Lap.)

(1) *Ne rougissez point de corriger l'insensé quand Dieu vous y engage, ni de soutenir les vieillards qui sont condamnés par les jeunes gens. Soit que cette parole s'explique à la lettre, soit qu'on l'entende en un sens plus spirituel de ceux qui soutiennent la vérité de l'Église, si vénérable par son antiquité et par celle de tant de grands saints qui l'ont défendue, lorsqu'elle est condamnée par les jeunes inventeurs de Ferreux, dont le propre caractère, dit saint Augustin, est la nouveauté.* (Sacy.)

est, marito. OBELLIS, scilicet ob multam ætatem (1).

VERS. 10. — PATERNIS, scilicet adibus. TRANSGREDIATUR, id est, peccet.

VERS. 11. — LUXURIOSAM, id est, ad lasciviam propterea. A DETRACTIONE, id est, ob detractionem. OBLECTIONE, scilicet criminis, q. d., exprobatione.

VERS. 12. — OMNI, pro, ulli. IN SPECIE, id est, ob pulchritudinem; q. d.: Ne curiose aspicias cujusquam pulchritudinem.

VERS. 13. — INIQUITAS, id est, peccatum.

VERS. 14. — MELIOR, etc., q. d.: Minus periculosum castitati, conversari cum malo homine, quam cum bonâ feminâ. Et MULIER, etc., q. d., nam mulier facillè inducit in pudorem ob peccatum vel infamiam.

VERS. 15. — IN SERMONIBUS DOMINI, id est, divinis verbis.

VERS. 17. — STABILIRI, id est, ut essent stabilia. Complut, *stabilis*.

VERS. 18. — ABYSSUM, id est, profunda quæque. IN ASTUTIA, etc.; q. d.: Omnes eorum astutias novit.

VERS. 19. — IN SIGNUM ÆVI, id est, temporum signa. VESTIGIA, id est, ea, per quæ possint deprehendi.

VERS. 21. — DECORAVIT, id est, ornavit.

VERS. 22. — NEC ABJECTUM, etc., q. d.: Deo nihil accrescit, aut deficit unquam; vel, Dei operibus nihil addi aut demi potest, ita sunt perfecta.

VERS. 25. DESIDERABILIA, id est, amabilia, seu jucunda. TANQUAM SCINTILLA QUÆ. Græcè, *usque ad scintillam*, id est, minimum quid operum Dei; q. d.: Relucet ejus potentia et sapientia etiam in rebus minimis.

VERS. 24. — VIVUNT, id est, vigent. IN OMNI NECESSITATE, id est, cum opus est.

VERS. 25. — DEESSE, scilicet in mundo rerum necessariarum.

VERS. 26. — UNUSCUIUSQUE, scilicet rei. CONSERVABIT, pro *conservat*; scilicet Deus, seu quod propinquum est, scilicet res adjuvant mutuò (2).

(1) FILIA PATRIS ABSCONDITA, id est, virgo; Nam הַיְלָלָה Hebræis *absconditam* significat.

EST VIGILIA, causa vigiliæ. Metonymia.

ET SOLLICITUDO EJUS, id est, pro eâ.

ACCURAT SOMNUM, nempe patri. Menander:

At nata genitori operosa est possessio.

Et alibi:

Filia molestum incommodumque peculium est.

NE FORTÈ IN ADOLESCENTIA SUA ADULTA EFFICIATUR. *Primum in adolescentiâ ejus* (id est, dum innupta est) cura patrem tenet, *ne melior ætas ei transeat*, nempe sine conjugio: quod plerisque Hebræis infaustum habebatur. Menander:

Ætate nata nubili ut dicat nihil,

Satis tamen ipso significat silentio.

Martialis:

Jam poscit dotem filia grandis.

ET CUM VIRO COMMORATA OBELLIS FIAT. *Et viro data ne odiosa fiat*. Ne expellatur. (Grotius.)

(2) UNUSCUIUSQUE CONFIRMAVIT BONA, Unicusque rei proprium aliquid dedit Deus, quod adversus contrarium vim sese tueatur. Hanc humidiorum fecit, ut siccitati resisteret, illam calidiorum, ut humoris vim cohiberet. Græcus: *Alterum alterius bona constituit*. Contraria principia sese invicem tuerentur ac servant, justumque æquilibrium faciunt, altero enim peritius everso, alterum perit. (C. Abbot.)

CAPUT XLIII.

CHAPITRE XLIII.

1. Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, species cœli in visione gloriæ.
2. Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.
3. In meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris ejus, quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris.
4. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, et refulgens radiis suis obcæcat oculos.
5. Magnus Dominus qui fecit illum, et in sermonibus ejus festinavit iter.
6. Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, et signum avi.
7. A lunâ signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione.
8. Mensis secundum nomen ejus est, crescens mirabiliter in consummatione.
9. Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendens gloriôsè.
10. Species cœlo gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.
11. In verbis Sancti stabunt ad judicium, et non deficient in vigiliis suis.
12. Vide arcum, et benedic eum qui fecit illum : valdè speciosus est in splendore suo.
13. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.
14. Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat coruscationes emittere judicii sui.
15. Propterea aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebulae sicut aves.
16. In magnitudine suâ posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.
17. In conspectu ejus commovebuntur montes, et in voluntate ejus aspirabit Notus.
18. Vox tonitruï ejus verberabit terram, tempestas aquilonis, et congregatio spiritûs :
19. Et sicut avis deponens ad sedendum, aspergit nivem, et sicut locusta demergens descensus ejus.
20. Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus, et super imbrem ejus expavesceat cor.
21. Gelu sicut salem effundet super terram, et dum gelaverit, fiet tanquam cacumina tribuli.
22. Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit crystallus ab aquâ ; super omnem congregationem aquarum requiesceat, et sicut lorica induet se aquis.
23. Et devorabit montes, et exuret desertum, et extinguet viride, sicut igne.
24. Medicina omnium in festinatione nebulae, et ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.
25. In sermone ejus siluit ventus, et cogitatione suâ placavit abyssum, et plantavit in illâ Dominus insulas.
26. Qui navigant mare, enarrant pericula ejus, et audientes auribus nostris admirabimur.
27. Illic præclara opera, et mirabilia, varia bestiarum genera, et omnium pecorum, et creatura beluarum.

1. Le firmament est la beauté des corps les plus hauts, l'ornement du ciel qui en fait luire la gloire.
2. Le soleil paraissant à son lever, annonce le jour ; c'est le vase admirable, l'ouvrage du Très-Haut.
3. Il brûle la terre en son midi ; et qui peut supporter ses vives ardeurs ? Il conserve une fournaise de feu dans ses chaleurs.
4. Il brûle les montagnes d'une triple flamme ; il élance des rayons de feu, et la vivacité de sa lumière éblouit les yeux.
5. Le Seigneur qui l'a créé, est grand ; et il hâte sa course pour lui obéir.
6. La lune est, dans toutes les révolutions qui lui arrivent, la marque des temps, et le signe des changements de l'année.
7. C'est la lune qui détermine les jours de fêtes ; c'est un corps de lumière dont la clarté, arrivée à son plus haut point, diminue toujours.
8. La lune a donné le nom au mois, sa lumière croît d'une manière admirable, jusqu'à ce qu'elle soit parfaite.
9. Un camp militaire luit au haut du ciel, et jette une splendeur étincelante dans le firmament.
10. L'éclat des étoiles est la beauté du ciel ; c'est le Seigneur qui éclaire le monde des lieux les plus hauts.
11. A la moindre parole du Dieu saint, elles se tiennent prêtes pour exécuter ses ordres ; et elles sont infatigables dans leurs veilles.
12. Considérez l'arc-en-ciel, et bénissez celui qui l'a fait ; il éclate avec une admirable beauté.
13. Il forme dans le ciel un cercle de gloire ; et son étendue est l'ouvrage des mains du Très-Haut.
14. Le Seigneur fait tout d'un coup paraître la neige ; il se hâte de lancer ses éclairs, pour l'exécution de ses jugements.
15. C'est pour cela qu'il ouvre ses trésors, et qu'il fait voler les nuages comme des oiseaux.
16. Par la grandeur de son pouvoir, il épaissit les nues, et il en fait sortir la grêle comme des pierres.
17. Par un de ses regards, il ébranle les montagnes ; et par sa seule volonté, il fait souffler le vent du midi.
18. Il frappe la terre par le bruit de son tonnerre, par la tempête des aquilons, et par les tourbillons des vents.
19. Il répand la neige comme une multitude d'oiseaux qui vient se poser sur la terre, et comme une troupe de sauterelles qui descend.
20. L'éclat de sa blancheur ravit les yeux ; et les inondations qu'elle cause jettent la frayeur dans le cœur.
21. Il répand sur la terre comme du sel les frimas et la gelée, qui, s'étant glacée sur les plantes, les hérissent en pointes comme des chardons.
22. Lorsqu'il fait souffler le vent froid de l'aquilon, l'eau se glace aussitôt comme du cristal ; la gelée se repose sur tous les amas des eaux, et s'en fait comme une cuirasse.
23. Elle dévore les montagnes, brûle les déserts, et sèche tout ce qui était vert, comme si le feu y avait passé.
24. Le remède à tous ces maux est qu'une nuée se hâte de paraître ; et une rosée chaude survenant après le froid, le dissipera.
25. (La moindre de ses paroles fait taire les vents ;) sa seule pensée apaise les abîmes de l'eau ; et c'est là que le Seigneur a fondé les îles.
26. Que ceux qui naviguent sur la mer racontent les périls que l'on y court ; et en les écoutant nous serons ravis d'admiration.
27. Là sont les grands ouvrages et les merveilles du Seigneur ; des poissons de nature différente, (des animaux de toute sorte,) et des bêtes monstrueuses que Dieu a créées.

28. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.

29. Multa dicemus, et debemus in verbis; consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.

30. Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotens super omnia opera sua.

31. Terribilis Dominus, et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius.

32. Glorificantes Dominum, quantumcumque poteritis, supervalebit enim adhuc, et admirabilis magnificentia ejus.

33. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis; major enim est omni laude.

34. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis; non enim comprehendetis.

35. Quis videbit eum, et enarrabit? et quis magnificabit eum sicut est ab initio?

36. Multa abscondita sunt majora his; pauca enim vidimus operum ejus.

37. Omnia autem Dominus fecit, et piè agentibus dedit sapientiam.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ALTITUDINIS, etc., pro, ex altitudine firmamenti. Ejus, scilicet apparatus. IN VISIONE GLORIE, pro, gloriosa conspicietur (1).

VERS. 2. — SOL IN ASPECTU, etc., id est, et cum aspicietur, et in ortu, et in exitu, id est, occasu, Dei gloriam declarat. VAS, id est, instrumentum (2).

VERS. 3. — SUSTINERE, id est, subsistere. FORNACEM, etc., q. d., fornacis instar ardorem continet (3).

(1) ALTITUDINIS FIRMAMENTUM, excelsum firmamentum sive cælum pulchritudo ejus est. Ea res est in qua maxime elucescat pulchritudo operum Dei, vel templum ejus est, ac domicilium; eà phrasi quæ templum in Scripturis passim appellatur decor. SPECIES CÆLI: forma cæli visu præclara. Græcè: *Gloria altitudinis, firmamentum puritatis, species cæli*; quibus commendatur cæli pulchritudo, quòd sit excelsum, quòd purum et incorruptum, ac limpide lucis fons, quòd illustre ac splendidum. (Bossuet.)

(2) SOL IN ASPECTU, quia suo lumine illustrat alia luminaria cæli sideri. Ideò subditur: *Species cæli in visione gloriæ*, etc., id est, valde gratiosa et admirabilis. Nec intelligitur hoc de visione verâ et beatificâ, sed de visione solis materialis, quæ est valde pulchra, et sic dicitur *species cæli*, sicut nobilior et sapientior civis dicitur species et decor civitatis.

ANNUNTIANS IN EXITU, id est, in suo occasu, quando exit de hemispherio nostro. Tunc enim apparent alia luminaria cæli, quæ non apparebant antea propter præsentiam majoris luminis ipsius solis. Et hæc apparitio dicitur *annuntiatio*.

VAS ADMIRABILE: est ipse sol, quia continet in se virtualiter varios effectus qui fiunt in elementis formaliter.

OPUS EXCELSI, quia factus est per creationem, quæ est opus solius Dei. (Lyranus.)

(3) IN MERIDIANO (tempore) EXIIT TERRAM, ET IN CONSPPECTU ARBORIS EJUS QUIS POTERIT SUSTINERE? q. d.: Sol in meridie, præsertim tempore æstivo, caletacit et exurit terram, adeò ut ardorem ejus vix ullus terre et sustinere queat. Græcè est: *In meridie ejus arfacit terram, et in conspectu (id est, conspectum) arboris ejus quis sustinebit?* Tigurina: *Cum in meridiano torret regiones, quis restum ipsius sustineat?* Syrus: *In meridie urit terram, et coram ardore ejus quis potest stare?*

28. Il a fait que tout tend à sa fin par un ordre stable; et sa parole règle toutes choses.

29. Nous multiplierons les discours, et (les paroles) nous manqueront; nous l'abrèger de tout ce qui peut se dire, est qu'il est d'une gloire tout.

30. Que pouvons-nous dire pour relever sa gloire? car de Tout-Puissant est au-dessus de tous ses ouvrages.

31. Le Seigneur est terrible; il est souverainement grand, et sa puissance est merveilleuse.

32. Portez la gloire du Seigneur le plus haut que vous pourrez; elle eclaire encore au-dessus; et sa magnificence ne peut être assez admirée.

33. Vous qui honorez le Seigneur, relevez sa grandeur autant que vous pourrez; car il est au-dessus de toutes louanges.)

34. En relevant sa grandeur, fortifiez-vous de plus en plus; ne vous lassez point dans cet exercice; car vous ne comprendrez jamais ce qu'il est.

35. Qui pourra le voir, et le représenter? qui dira sa grandeur, selon qu'elle est (des le commencement)?

36. Beaucoup de ses ouvrages nous sont cachés, qui sont plus grands que ceux que nous connaissons; car nous n'en voyons qu'un petit nombre.

37. Mais le Seigneur a fait toutes choses, et il a donné la sagesse à ceux qui vivent dans la piété.

VERS. 4. — TRILUCITER, pro, valdè, seu vehementer. EXSUFFLANS, id est, emittens.

Ad litteram hoc est ænigma solis, mysticè charitatis. Sol enim symbolum est ardentis charitatis et grandis beneficentiæ, quia suis radiis omnia calefacit et inflamat. Habet hæc de re insignem apologum solis et noctis Cyralus, lib. 5 Apolog. moral. c. 22, cui titulus: « Quod liberalis grandior dicitur. Ad solis præsentiam, inquit, facta die cum nox totaliter misset et exclusa, statim etiam lumen dicitur dixit: Et quid tantum clare lucis copiam effudit, et me ex tunc orbe habitabili propulsasti? Nonne sufficit tunc lumen ad visionis necessitatem produxisse? Cui ille respondit: « Nimirum in frigidativa es corporis, ac pectoris restrictiva; et propter hoc loqueris ut avara. Quid est virtus? nonne ultimam potentiam à philosophis detinuit? Unde qui infra potestatis validitatem agit, nondum virtualiter egisse convincitur. Quare qui non quantum potuit, benefecit, aberrans à virtute defect. Ceterum quid est divi liberalitas, quam libera beneficentiæ magna voluntas? Homo nimirum deficientior est, si donat minus quam potest; voluntatis enim evidens signum est, beneficium traditum.

In muneribus igitur largiendis non suscipiens attendenda est dignitas, sed donantis, quoniam in beneficiis virtus attenditur, non persona. » Profert deinde exemplum utriusque: liberalitatis Alexandrum, illiberalitatis Antigonum: « Antigonus cuidam talentum potenti illiberaliter denegavit, quia avaritiam suam indignitate philosophi pallians: Plus, inquit, est quam tibi dari conveniat. At non sic Alexander Macedo, dum argueretur, quòd nimis ultra quam satis esset, cuidam dedisset; mox liberaliter respondit: nimirum non aspectu personæ dignitatem, sed ad regalis munificentie granditatem. » Denique exemplar beneficentiæ Deum, liberalissimum in se suisque creaturis, præsertim in animâ, bombyce et phœnice, omnibus imitandum proponit: « Attende ad primarium liberalitatis fontem, unde bonitatis omnis vena trahitur; quantum realitatis mundo tribuit? quanta pulchritudinis firmamentum fecit? et quantum in eo posuit splendoris? Numquid in universo reliquit ali-quod punctum bonitatis suæ beneficio vacuum? Sic cuique anima liberaliter agens, subjecto corpori tantum quantum potuit, tribuit. Sic liberalis visceribus viscera propria in beneficium cuncta dedit. Sic largitissima phœnix in generatione alterius, totam in se-

VERS. 5. — SERMONIBUS, id est, præcepto (1).

VERS. 6. — OMNIBUS, scilicet gentibus, vel mutationibus suis. *Ævi, id est, temporis* (2).

VERS. 7. — FESTI, scilicet neomeniæ et Paschæ. IN CONSUMMATIONE, id est, cùm perfecta, seu plena fuerit (3).

VERS. 8. — NOMEN, scilicet Hebraicè; tareach enim Hebr. mensis, et luna; nam Hebræis à lunâ mensis incipit: utuntur enim mensibus lunaribus. CONSUMMATIONE, id est, plenilunio.

VERS. 9. — VAS CASTRORUM, id est, velut instrumenta bellica, scilicet stellæ ipsæ.

VERS. 11. — VERBIS SANCTI, id est, Dei præcepto. AD JUDICIUM, id est, imperium, scilicet exsequendum.

VERS. 15. — GYRAVIT, id est, cinxit, scilicet Deus. GLORIE SUE, id est, glorioso, seu ostendente Dei gloriam. APERUERUNT, id est, extenderunt, ut solent quæ aperiuntur, seu explicantur (4).

VERS. 14. — ACCELERAVIT, id est, celeriter solet mittere, scilicet Deus. JUDICII SUI, id est, imperio suo, seu pro suo arbitratu.

VERS. 15. — THESAURI, scilicet pluvix, grandinis, etc.

VERS. 17. — COMMOVEBUNTUR, scilicet terræ motu. Vide Psal. 105. IN VOLUNTATE EJUS, id est, cùm vult. VERDERABIT, id est, terruit. SPIRITUS, id est, venti (5).

« minarium pulverem semetipsam effundit. Verè igitur liberalitatis beneficium non est charum, sed charius; nec est majus, sed maximum; neque tantum, sed et totum bonum. Quo dicto magister veritatis quievit. »
(Corn. à Lap.)

(1) IN SERMONIBUS EJUS FESTINAVIT ITER, jussu Domini cursu celerrimo cursum suum conficit.
(Menochius.)

(2) ET LUNA IN OMNIBUS, etc. Græcus ad verbum: *Et lunam fecit ad statum in tempore suum*; id est, ut existat suo tempore, tum crescens, tum decrescens ad opportunitates temporum: est etiam creata ad notanda et significanda tempora. Quem usum Moses commemorat Gen. 1, 14, ubi ejus conditionem, naturam ac vim ostendit. Psal. 104, 109: *Fecit lunam in tempora; sol cognovit occasum suum*. Itaque luna est index temporum.
(Badvellus.)

(3) A LUNA SIGNUM DESUMITUR DIEI FESTI nempe Paschæ, Pentecostes, neomeniarum, etc., et MINUITUR IN CONSUMMATIONE, id est, cùm consummata et perfectè plena fuerit, iterùm minuitur paulatim.
(Tirinus.)

(4) GYRAVIT COELEM IN CIRCUITU GLORIE SUE. Id est, semicirculo suo, ab unâ parte cœli ad aliam pertingit. *Imperfectum gyrum* arcui cœlesti tribuit et Lucanus 4. MANUS EXCELSI APERUERUNT ILLUM, *extenderunt illum*.
(Grotius.)

(5) VERS. 18. — VOX TONITRUI EJUS VERBERABIT TERRAM, etc. Græcus ad verbum: *Vox tonitruï ejus terram parturire fecit*, id est, ita commovit quasi partum cum terrore et quasi dolore muliebri ederet. Est enim elegantissima descriptio terroris ex tonitru allati aptâ similitudine connecta. Hæc autem descriptio sumpta est ex Psal. 29, 8, 9: *Vox Domini parturire facit desertum, parturire facit Dominus desertum Cades. Vox Domini parturire facit cervas*. TEMPESTAS AQUILONIS, etc. Græcus ad verbum habet: *Et tempestas Boreæ et contorsio venti, quasi volatilia volentia dispergit nivem*; vis enim ejus venti frigidissimi nivem non liquefacit, sed copiosè è cœlo cadentem spargit. Sequitur alia similitudo: *Et sicut locusta sidens, aut decidens,*

VERS. 19. — AVIS, id est, avium multitudo. DEPONENS, scilicet se in terram. DEMERGENS, id est, demittens se, scilicet in terram.

VERS. 21. — GELU, id est, pruina. TRIBULI, scilicet spinarum cacumina, et lignorum, ea aspergi solent.

VERS. 22. — CRYSTALLUS, id est, glacies. REQUIESCET, scilicet glacies. SE AQUIS, pro, aquas.

VERS. 23. — MONTES, id est, montium herbas. IGNEM, pro, ignis (1).

VERS. 24. — MEDICINA, id est, remedium. OMNIUM, scilicet incommodorum gelu. NEBULÆ, scilicet calidæ; nam tempore calido dissolvitur gelu. AB ARDORE VENIENTI, id est, ob adventum caloris. HUMILEM EFFICIET, id est, dissolvit. EUM, scilicet frigidum ventum.

VERS. 25. — IN SERMONE, id est, præcepto. EJUS, scilicet roris, vel ardoris, vel gelu. SILUIT, id est, cessat. ABYSSUM, id est, mare.

VERS. 27. — CREATURA, id est, creatio vel natura.

VERS. 28. — IPSUM, scilicet Deum. CONFIRMATUS EST, etc., q. d.: Consequitur quidque suum tandem procedendo finem. SERMONE, id est, præcepto.

VERS. 29. — CONSUMMATIO, id est, summa verborum. IN OMNIBUS. Græcè, *omnia*.

VERS. 30. — GLORIANTE, pro, *glorificantes*, scilicet Deum. AD QUID, pro, *quid tandem?*

VERS. 32. — SUPERVALEBIT, id est, excellet (2).

VERS. 34. — REPLEMINI VIRTUTE, q. d., sumite vires.

scilicet interram, DE SCENSUS EJUS. His duobus similibus avium et locustarum crebris densisque agminibus descendentium, demonstrat copiam densitatemque nivis ex aere cadentis. Rectè autem in eadem comprehensione sunt conjuncta quæ in Græco separata leguntur.
(Biblia Vatabli.)

(1) ET EXURET. Cùm frigidus sit Boreas, mirum cur dicat *exuret*. Sic Lucanus: *Urebant montana nives*. Scire licet frigus ex quâdam similitudine comburere. Nam et calorem plantis innatum extinguit, et omnem evocat humorem, penitusque inarescendi causam præbet. Quod et calor elicere aliâ ratione solet. DESERTUM. Loca deserti herbida, quæ Hebræi vocant *habitacula deserti*. Nam in iis homines habitabant et pecora pasciebant. Ea frigus urebat, ut diximus, cùm innatum calorem in herbis extingueret, insitumque humorem depelleret, ita ut nulla fieret amplius humidi attractio, quâ sine plantæ vivere non possunt. Quin vivo humore destitutæ, tanquàm si ignis calore adustæ essent, inarescunt atque ita adustæ dicuntur. Hæc ferè Hieronymus Magius Miscell. lib. 4, c. 17. SICUT IGNE. Sic locustæ innatum calorem ex herbis exsugentes, easque extinguentes, *ignis* vocantur. Joel. 2, nisi fallor.
(Drusius.)

(2) BENEDICENTES DOMINUM, EXALTATE ILLUM QUANTUM POTISTIS; MAJOR ENIM EST OMNI LAUDE. Queritur quomodò id non contrarietur ei quod subjungitur: *Ne laboretis*? Respondeo quod ait: *Ne laboretis*, hunc sensum habet secundum quosdam: Nolite defatigari in hoc opere laudandi Deum, nec cessate tanquàm fatigati præ labore. Sed clarior sensus videtur, quem alii tradunt: *Ne laboretis comprehendere, et assequi laudando magnitudinem divinæ majestatis*. Nam rationem ipse Sapiens addit: *Ne laboretis, non enim comprehendetis*, scilicet quia incomprehensibilis est ejus majestas, et, ut præcedit, major est omni laude.

(Estius.)

VERS. 55.— AN INITIO, scilicet in seipso (4).

(1) VERS. 56.—MULTA ABSCONDITA SUNT MAIORA HIS : PMA ENIM VIDIMUS OPERUM EUS. QUAM MULTA SUNT HOMINI IGNOTA IN AERE, MARI, ARBORIBUS, ANIMATIS REBUS, AC METALLIS ! QUAM MULTA LATENT IN ASTRIS, METEORIS, ANGELIS, CÆTERISQUE NATURE PARTIBUS, DE QUIBUS AUCTOR VEL PARUM VEL NULI DISPUTAVIT ! (Calmet.)

C'est assez dire en disant que Dieu est souverainement grand, et qu'il est au-dessus de toutes les louanges, pour nous contenter de celles qu'il se donne à lui-même, et pour nous porter à le révérer plutôt par une profonde soumission de notre cœur, que par les pensées de notre esprit et les paroles de notre bou-

CAPUT XLIV.

1. Laudemus viros gloriosos ; et parentes nostros in generatione suâ.

2. Multam gloriam fecit Dominus magnificentiâ suâ à seculo.

3. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentiâ suâ præditi, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum ;

4. Et imperantes in præsentî populo, et virtute prudentiæ populis sanctissima verba.

5. In peritiâ suâ requirentes modos musicos, et narrantes carmina Scripturarum.

6. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.

7. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus.

8. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

9. Et sunt quorum non est memoria ; perierunt quasi qui non fuerint, et nati sunt quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis ;

10. Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt :

11. Cum semine eorum permanent bona.

12. Hæreditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum ;

13. Et filii eorum propter illos usque in æternum manent ; semen eorum et gloria eorum non derelinquetur.

14. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.

15. Sapientiam ipsorum narrent populi et laudem eorum nuntiet ecclesia.

16. Henoch placuit Deo, et translatus est in paradysum, ut det gentibus pœnitentiam.

17. Noe inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

18. Ideò dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluvium.

19. Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro.

20. Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria, qui conservavit legem Excelsi, et fuit in testamento cum illo.

21. In carne ejus stare fecit testamentum, et in tentatione inventus est fidelis.

22. Ideò jurejurando dedit illi gloriam in gente suâ, crescere illum quasi terræ cumulum ;

che. On peut se lasser de parler et de penser, surtout lorsque les pensées succombent sous leur objet, et que les paroles manquent en parlant de celui qui est ineffable ; mais on ne peut se lasser d'aimer, parce que l'amour est la vie de l'âme, et une source de paix et de joie. C'est pourquoi le Sage finit ce discours si élevé, en disant que Dieu a donné la sagesse, non à ceux qui font de grands efforts pour le connaître, mais à ceux qui vivent dans la piété, c'est-à-dire, dans une foi humble, qui agit par l'amour ; car ce n'est pas ici le lieu de la connaissance, mais de l'action. La lumière doit naître du feu. C'est par le cœur, et par un cœur pur que nous devons voir Dieu, et non par l'esprit. (Hæc Saey commentans vers. 27-57.)

CHAPITRE XLIV.

1. Louons ces hommes pleins de gloire, qui sont nos pères, et dont nous sommes la race.

2. Le Seigneur dès le commencement du monde, a signalé en eux sa gloire et sa grande puissance.

3. Ils ont dominé dans leur état ; ils ont été grands en vertu, et ornés de prudence ; et les predictions qu'ils ont faites, leur ont acquis (la dignité des prophètes).

4. Ils ont commandé au peuple (de leur temps) ; et les peuples ont reçu de la solidité de leur sagesse des paroles toutes saintes.

5. Ils ont recherché par leur habileté l'art des accords de la musique, et ils nous ont laissé les cantiques de l'Écriture.

6. Ils ont été riches en vertu ; (ils ont aimé avec ardeur la véritable beauté) ; et ils ont gouverné leurs maisons en paix.

7. Ils se sont tous acquis (parmi leurs peuples) une gloire qui est passée d'âge en âge ; et on les loue encore aujourd'hui pour ce qu'ils ont fait pendant leur vie.

8. Ceux qui sont nés d'eux, ont laissé après leur mort un grand nom, qui renouvelle les louanges de leurs pères.

9. Il y en a eu d'autres dont on a perdu le souvenir ; leur mémoire a péri, comme s'ils n'avaient jamais été ; ils sont nés, eux et leurs enfants, comme s'ils n'étaient jamais nés ;

10. Mais ces premiers sont des hommes de charité et de miséricorde ; et les œuvres de leur piété subsisteront pour jamais ;

11. Les biens qu'ils ont laissés à leur postérité, lui demeurent toujours.

12. Les enfants de leurs enfants sont un peuple (saint) ; leur race se conserve dans l'alliance de Dieu.

13. C'est en leur considération que leurs enfants subsistent éternellement ; et leur race, non plus que leur gloire, ne finira point.

14. Leurs corps ont été ensevelis en paix, et leur nom vivra dans la succession de tous les siècles.

15. Que les peuples publient leur sagesse, et que l'assemblée sainte chante leurs louanges.

16. Hénoc a plu à Dieu ; il a été transféré (dans le paradis), pour faire entrer les nations dans la pénitence.

17. Noé a été trouvé juste et parfait ; et il est devenu, au temps de la colère, la réconciliation des hommes.

18. Car Dieu s'est réservé sur la terre quelques hommes, lorsque le déluge est arrivé.

19. Il a été le depositaire de l'alliance faite avec le monde, afin qu'à l'avenir toute chair ne pût plus être exterminée par le déluge.

20. Le grand Abraham a été le père de la multitude des nations ; et nul ne lui a été semblable en gloire ; il a conservé la loi du Très-Haut, et il a fait alliance avec lui.

21. Le Seigneur a affermi son alliance dans sa chair, et dans la tentation il a été trouvé fidèle.

22. C'est pourquoi il lui a juré d'établir sa gloire dans sa race, et de multiplier sa postérité comme la poussière de la terre ;

23. Et ut stellas exaltare semen ejus, et hæreditare illos à mari usque ad mare, et à flumine usque ad terminos terræ.

24. Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem ejus.

25. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, et testamentum confirmavit super caput Jacob.

26. Agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi hæreditatem, et divisit illi partem in tribus duodecim.

27. Et conservavit illi homines misericordiæ, inventientes gratiam in oculis omnis carnis.

23. De l'élever comme les étoiles, et d'étendre leur partage héréditaire depuis une mer jusqu'à l'autre, et depuis le fleuve jusqu'aux extrémités du monde.

24. Il a traité Isaac de même, à cause d'Abraham, son père.

25. (Le Seigneur lui a promis) que toutes les nations seraient bénies en sa race, et il a confirmé son alliance, et il l'a fait passer en la personne de Jacob.

26. Il a versé sur lui ses bénédictions; il lui a donné la terre héréditaire pour son héritage; il la lui a partagée en douze tribus.

27. Et il lui a conservé des hommes de miséricorde, qui ont trouvé grâce aux yeux de tout le monde.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — GENERATIONE, id est, ætate (1).

VERS. 2. — FECIT. Græcè fecit in eis (2).

VERS. 3. — POTESTATIBUS. Græcè regnis. PROPHE-
TIS. Græcè in prophetiis. Vide cap. 16. DIGNITATEM,
pro, secundum dignitatem (3).

VERS. 4. — PRÆSENTI, scilicet illo tempore. VERBA,
id est, præcepta (4).

VERS. 5. — PERITIA. Græcè disciplina. CARMINA, id
est, cantica, seu laudes (5).

VERS. 6. — PULCHRITUDINIS, q. d., decoris, scilicet in
Dei cultu. PACIFICANTES, id est, pacificè agentes.

VERS. 7. — GENERATIONIBUS, id est, ætatibus.

VERS. 8. — NOMEN, id est, rationem, seu causam,
scilicet etiam ipsi. EORUM, pro, suas (6).

VERS. 9. — SUNT, scilicet alii ut infideles, seu iniqui.

(1) VIROS GLORIOSOS, inclytos, quorum fama cele-
bris est.

PARENTES NOSTROS, majores nostros.

IN GENERATIONE SUA, ætate suâ, qui inclyti fuerunt,
et illustres suo tempore dum viverent. (Menochius.)

(2) MULTAM GLORIAM, seu multa gloriosa, FECIT DO-
MINUS in eis, ut additur in Græco, id est, in sanctis,
per sanctos illos. (Tirinus.)

(3) DOMINANTES IN POTESTATIBUS SUIS, etc. Græcus
ad verbum: *In regnis suis dominantes, ac viri nomi-
nati* (id est, celebres) *in potentiâ, consulentes in intel-
ligentiâ suâ.* Hæc est *universa* ac generalis com-
memoratio laudum virtutumque earum quæ in majoribus
excelluerunt. Postea venit ad *singulorum* laudationem,
eorum quidem quorum virtutes ac laudes divinis
litteris proditæ commemorandæ ac prædicandæ
videbantur. NUNTIANTES, etc. Græcus: *Qui annuntia-
runt in prophetiis*; id est, qui res revelatas à Spiritu
sancto de Ecclesiæ regimine, statu, conditione præ-
dixerunt. Excelluerunt enim spiritu prophetico ac di-
vino, quo etiam de maximis rebus ad salutem homi-
num pertinentibus vaticinati sunt. Hoc revelationis
donum summâ laude dignissimum est.

(Badvellus.)

(4) IMPERANTES IN PRÆSENTI POPULO; *rectores popu-
li in consiliis*, Græcè *et virtute prudentiæ*: sensus
obscurus et suspensus, neque Græcè clarior. Summa
ex utroque textu conflata, laudandos esse eos qui popu-
lo erudito, (lege Domini) prudentiâ suâ præeant.

(Bossuet.)

(5) REQUIRENTES MODOS, non dissolutionem, sicut
patet de David, qui laudes divinas à suâ juventute ca-
nebat in citharâ. Et NARRANTES CARMINA, id est, psal-
mos et cantica metricè composita. (Lyranus.)

(6) QUI DE ILLIS NATI SUNT, etc. Aliter vertitur: *Eo-
rum sunt qui explicandis laudationibus nomen relique-
runt*: Psalmis; nam is liber sic apud Hebræos in-
scribitur. (Castalio.)

VERS. 10. — MISERICORDIÆ, pro, *miseriordes* (1).

VERS. 12. — TESTAMENTIS, id est, Dei fœdere, q. d.,
servavit Deus cum illis quod patribus ipsorum promi-
serat in fœdere.

VERS. 16. — DET, id est, prædicet, scilicet cum re-
dibit (2).

VERS. 17. — RECONCILIATIO, q. d.: Deo est con-

(1) SED ILLI VIRI MISERICORDIÆ SUNT, etc. Græcus ad
verbum habet: *Sed isti viri misericordiæ, quorum justitiæ
ipsorum oblivioni non sunt traditæ. Viri misericordiæ
sunt homines benigni ac humani, ad benè mer-
endum beneficiendumque animo propensi; justitiæ
autem dicuntur res cum justitiâ, liberalitate, benefi-
centiâque ab illis factæ.* (Biblia Vatabli.)

Le Sage dit d'abord que les saints ont dominé dans
leurs états. Mais pour faire voir que ce n'est pas de
cette domination impérieuse que Jésus-Christ a in-
terdit aux ministres de l'Eglise, il ajoute qu'ils ont
gouverné leurs maisons en paix, et qu'ils ont été des
hommes de charité et de miséricorde; ce qui nous fait
voir que cette domination que le Sage leur attribue,
n'est autre chose que cette autorité toute sainte
qu'une charité pleine de tendresse donne aux véritables
ministres de Dieu sur ceux qui leur sont soumis,
comme des enfants à leur père avec une humilité pro-
fonde et une obéissance pleine de respect. Le Sage
ajoute que les enfants de leurs enfants sont un peuple
saint, parce que ces hommes de Dieu ont eu un soin
tout particulier de pratiquer cet avis important que
saint Paul donne à Timothée, qui est d'éterniser en
quelque sorte les lumières et les vertus dont Dieu les
avait rendus les dépositaires, et de laisser après eux
des disciples qui fussent les héritiers de leur piété, et
qui laissassent à leurs enfants ce qu'ils ont reçu de
leurs pères. (Hæc Sacy commentans vers. 6-15.)

(2) ENOCH PLACUIT DEO, ET TRANSLATUS EST
IN PARADISUM. Nota: In Græco codice non nominatur
paradisus, sed tantum mentio fit translationis
Enoch, non addito loco in quem fuerit translatus. Et
aperta est sancti Augustini doctrina lib. de Peccato
originali, cap. 23, incertum esse, nec ad fidem perti-
nere, utrum in Paradiso illo ex quo ejectus est Adam,
sint Enoch et Elias, an alibi. Reliqua de paradiso et
translatione Enoch vide ad illa verba Gen. 2: *Plan-
taverat autem Dominus Deus paradysum voluptatis ab
initio.* Et hoc propter locum illius primi paradisi, qui
ignoratus à veteribus, à recentioribus etiam non exi-
stere putatur. Nihilominus Enoch et Eliam adhuc vi-
vere, et ut de Enoch hic dicitur, *ut det gentibus peni-
tentiam*, eos ante judicium contra Antichristum præ-
dicaturos, vetus est Ecclesiæ traditio, ejus plerique
Patres etiam meminerunt. Quin ex posterioribus, Aretas
dicit invariabiliter à totâ Ecclesiâ credi quod
Enoch et Elias venturi sint, ut Antichristo se oppo-
nant. Et Rabanus in tractatu de Antichristo, dicit fi-
dem Christianorum hoc tenere, quod idem ambig
venturi sint ante diem judicii. (Estius.)

ciliatus, seu gratus fuit tempore diluvi (1).

VERS. 18. — DIMISSUM, id est, servatum. RELIQUUM TERRÆ, pro, *reliqui homines*, seu hominum reliquie.

VERS. 19. — TESTAMENTA SECUÏ, id est, iudus æternum. OMNIS CALO, pro, *ullum animal*, seu ulius homo.

VERS. 20. — TESTAMENTO, id est, pacto, scilicet de circumcissione.

VERS. 22. — CRESCIT PRO, *creciturum*.

VERS. 25. — A MARI, scilicet occidentali, quod magnum solet vocari. MARI, scilicet orientali. FLUMINE, scilicet Euphrate. TERRÆ, scilicet Palæstina.

VERS. 25. — BENEDICTIONEM, etc., id est, omnes gentes in ipso, seu ejus semine benedicendas (2). TESTA-

(1) NOE INVENTUS EST PERFECTUS JUSTUS. *Integer ac bonus*, Genesios 6, 9.

ET IN TEMPORE IRACUNDIE FACTUS EST RECONCILIATIO. *Pretium*. Nam sicut qui pretium accipit rem suam ob id dimittit, sic Deus ob Noe pietatem ac preces iram omnem in donum ejus remisit. (Grotius.)

(2) BENEDICTIONEM OMNIUM GENTIUM DEDIT ILLI DOMINUS, ET TESTAMENTUM CONFIRMAVIT SUPER CAPUT JACOB. Syrus : *Benedictio omnium antiquorum requievit super caput Israel, quem vocavit filium meum primo-genitum Israel*, q. d. : Deus fecit ut ex Isaac, non ex Ismael nasceretur Christus, Abrahæ et semini ejus promissus, in quo benedicende, id est, justificande et salvande, sive, ut Tigurina vertit, *beanda* erant omnes gentes. Benedictio enim omnium gentium non est aliud quam gratia et gloria omnibus gentibus in Christum credentibus, eique obedientibus, à Deo promissa et præstita, ut patet ex citatis locis Genesios. Quare minùs rectè nonnulli *benedictionem* hic accipiunt activè pro laude, quâ scilicet omnes gentes laudaturæ erant Isaac, eumque benedicturæ ob promissa hæc Dei illi præstita.

ET TESTAMENTUM CONFIRMAVIT SUPER CAPUT JACOB ;

CAPUT XLV.

1. Dilectus Deo et hominibus Moyses, cujus memoria in benedictione est.

2. Similem illum fecit in gloriâ sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit.

3. Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam.

4. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

5. Audivit enim eum, et vocem ipsius, et induxit illum in nubem.

6. Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

7. Excelsum fecit Aaron fratrem ejus, et similem sibi de tribu Levi :

8. Statuit ei testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium gentis, et beatificavit illum in gloriâ :

9. Et circumcinxit eum zonâ gloriæ, et induit eum stolam gloriæ, et coronavit eum in vasis virtutis.

10. Circumpedes, et femoralia, et humerale posuit ei, et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro.

11. Dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo, in memoriam fillis gentis suæ :

12. Stolum sanctam, auro et hyacintho, et purpurâ, opus textile, viri sapientis, judicio et veritate præditum ;

MENTUM, id est, pactum. CAPUT, scilicet cum ei apponitur in summitate scalæ, Gen. 28.

VERS. 26. — AGNOVI, scilicet favens. PARTEM, scilicet cuique tribui suam.

VERS. 27. — HOMINIS. Græce *hominem*, scilicet Moysi. CARNIS, id est, hominis (1).

q. d. : Deus pactum in unum à se cum Abraham et Isaac constituit in capite Jacob, non Isaac fratres sui, et in Jacob ejusque posteritas ratum et filium esse voluit, Græce *zōnē zōnēs*, id est, quiescere fecit, juxta illud : *Jacob dixit, Isaac autem odio habuit*, Malach. 1. Id Deus præstitit Jacob Genes. 28, 15, cum ille dormiens videret scalam, per quam ascendebant et descendebant angeli Domini, quæ sibi innoxiam sibi dicentem audivit : *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac. Terram, in qua dormis, tibi dabo et semini tuo; eritque semen tuum quasi palus terræ; dilataberis ad Occidentem et Orientem et Septentrionem et Meridiam; et benedicatur in te et in semine tuo cunctæ tribus terræ.* (Corn. à Lap.)

(1) CONSERVAVIT ILLI HOMINES MISERICORDIÆ. Homines misericordes, fidellem piissime populum ex eo nasci voluit, quo ex populo amicos sibi elegit et cultores. Græcus singulari numero fect : *Et educit ex illo hominem misericordem, in eum gratiam in oculis omnis carnis, Deo simul et hominibus charam Moysi, cujus memoria in benedictionibus est*. Grotius, Badvelus, Heschelius, alique nonnulli putant virum hunc misericordem esse Josephum Jacobi filium, et malè jungi eum sequenti capite, ubi Moysis elogium tenetur. Si id verum est, ut maxime probabile videtur, relinquendi sunt Græci codices initio capitis 45, tenendaque vulgata syntaxis, quæ Moysis elogium ibi ostenditur. Hoc æquius nobis videtur, ac melius constare eum reliquâ orationis serie. Pauca hæc verba : *Vir misericordem, in familia Jacobi salutem servatus, inveniens gratiam in oculis omnis carnis*, Josephum patriarcham affabrè pingunt, atque omnia, quæ in ipsius laudem dici queunt, quasi compendio continent.

(Calmet.)

CHAPITRE XLV.

1. Moïse a été aimé de Dieu et des hommes; et sa mémoire est en bénédiction.

2. Le Seigneur lui a donné une gloire égale à celle des saints, il l'a rendu grand et redoutable à ses ennemis; et par ses paroles, il a apaisé les monstres.

3. Il l'a élevé en honneur devant les rois; il lui a prescrit ses ordonnances devant son peuple, et lui a fait voir sa gloire.

4. Il l'a sanctifié dans sa foi et dans sa douceur; et il l'a choisi d'entre tous les hommes.

5. Car Dieu l'a écouté, et a entendu sa voix, et il l'a fait entrer dans la nuée.

6. Il lui a donné ses préceptes devant tout son peuple; la loi de vie et de science pour apprendre son alliance à Jacob, et ses ordonnances à Israël.

7. Il a élevé son frère Aaron qui lui était semblable, et de la tribu de Levi.

8. Il a fait avec lui une alliance éternelle; il lui a donné le sacerdoce de son peuple; et il l'a comblé de bonheur et de gloire.

9. Il l'a ceint d'une ceinture d'honneur; il l'a revêtu d'une robe de gloire, et il l'a couronné de tout cet appareil plein de majesté.

10. Il lui donna la robe qui descendait jusqu'en bas, la tunique et l'éphod; et il mit tout autour de sa robe un grand nombre de sonnettes d'or,

11. Afin qu'il fit du bruit en marchant, et que ce son, qui retentissait dans le temple, fût un avertissement pour les enfants de son peuple.

12. Il lui donna un vêtement saint, tissu d'or, d'hyacinthe et de pourpre, par un homme sage plein de jugement et de vérité.

13. Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligaturâ auri, et opere lapidarii sculptis, in memoriam secundum numerum tribuum Israel.

14. Corona aurea super mitram ejus, expressa signo sanctitatis, et gloriâ honoris; opus virtutis et desideria oculorum ornata.

15. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem.

16. Non est indutus illâ alienigena aliquis, sed tantum filii ipsius soli, et nepotes ejus per omne tempus.

17. Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.

18. Complevit Moyses manus ejus, et unxit illum oleo sancto.

19. Factum est illi in testamentum æternum, et semini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glorificare populum suum in nomine ejus.

20. Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium Deo, incensum, et bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo;

21. Et dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis judiciorum, docere Jacob testimonia, et in lege suâ lucem dare Israel.

22. Quia contra illum steterunt alieni, et propter invidiam circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan et Abiron, et congregatio Core in iracundiâ,

23. Vidit Dominus Deus, et non placuit illi, et consumpti sunt in impetu iracundiæ.

24. Fecit illis monstra, et consumpsit illos in flammâ ignis.

25. Et addidit Aaron gloriam, et dedit illi hæreditatem, et primitias frugum terræ divisit illi.

26. Panem ipsis in primis paravit in satietatem: nam et sacrificia Domini edent, quæ dedit illi et semini ejus.

27. Cæterum in terrâ gentes non hæreditabit, et pars non est illi in gente: ipse est enim pars ejus, et hæreditas.

28. Phinces filius Eleazari tertius in gloriâ est, imitando eum in timore Domini;

29. Et stare in reverentiâ gentis; in bonitate et alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel.

30. Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum et gentis suæ, ut sit illi et semini ejus sacerdotii dignitas in æternum.

31. Et testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda, hæreditas ipsi et semini ejus, ut daret sapientiam in cor nostrum judicare gentem suam in justitiâ, ne abolerentur bona ipsorum, et gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

15. Cet ouvrage était fait avec art, de fil retors d'écarlate; et il y avait douze pierres précieuses enchâssées dans l'or, taillées et gravées par un lapidaire, pour lui remettre en mémoire les douze tribus d'Israël.

14. Il avait une couronne d'or sur sa mitre, où était gravé le nom de la sainteté, et la gloire souveraine; cet ornement était plein de majesté, et plaisait aux yeux, en se faisant respecter.

15. Il n'y eut jamais avant lui un vêtement si magnifique, depuis le commencement du monde.

16. Nul étranger n'a été revêtu de cette robe, mais ses fils seulement, et les enfants de ses fils dans la suite de tous les âges.

17. Ses sacrifices ont été tous les jours consumés par le feu.

18. Moïse lui a sacré les mains, et l'a oint de l'huile sainte.

19. Dieu a fait avec lui et avec sa race une alliance éternelle qui durera autant que les jours du ciel, pour exercer les fonctions du sacerdoce, pour chanter les louanges du Seigneur, et annoncer en son nom sa gloire à son peuple.

20. Il l'a choisi entre tous les vivants, pour offrir à Dieu les sacrifices, l'encens et la bonne odeur, afin qu'il se souvint de son peuple, et qu'il lui fût favorable.

21. Il lui donna le pouvoir de publier ses préceptes, ses volontés et son alliance, pour apprendre ses ordonnances à Jacob, et pour donner à Israël la lumière et l'intelligence de sa loi.

22. Les étrangers se sont soulevés contre lui; et ceux qui suivaient Dathan et Abiron, et la faction furieuse de Coré, sont venus fondre sur lui dans le désert, par un mouvement d'envie.

23. Le Seigneur (Dieu) les vit, et ce dessein ne lui plut pas, et ils furent consumés par l'impétuosité de sa colère.

24. Il les punit d'une manière inouïe, et la flamme du feu les devora.

25. Il augmenta encore la gloire d'Aaron; il lui donna un héritage particulier, et il voulut que les prémices des fruits de la terre fussent son partage.

26. Il prépara à ses enfants une nourriture abondante dans les prémices; car ils doivent manger des sacrifices du Seigneur, qui lui ont été donnés et à sa race.

27. Mais il ne doit point hériter de la terre des nations; il n'a point de partage dans leur pays, parce que le Seigneur est lui-même sa part et son héritage.

28. Phinées, fils d'Eléazar, est le troisième en gloire; il imita Aaron dans la crainte du Seigneur.

29. Il demeura ferme dans la chute honteuse de son peuple, et il apaisa la colère (de Dieu) contre Israël par sa bonté et par son zèle.

30. C'est pourquoi Dieu a fait avec lui une alliance de paix; il lui a donné la principauté des choses saintes, et de son peuple, afin que lui et sa race possèdent pour jamais la dignité du sacerdoce.

31. Dieu a fait aussi alliance avec (le roi) David, fils (de Jesse,) de la tribu de Juda; il l'a rendu héritier du royaume, lui et sa race, pour répandre la sagesse dans nos cœurs, pour juger son peuple dans la justice, afin que les biens qu'il leur avait donnés ne périssent point; et il a rendu leur gloire éternelle dans la suite de leur postérité.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN BENEDICTIONE, id est, cum laude (1).

(1) DILECTUS DEO ET HOMINIBUS MOYSES: In Græco: *Dilectum a Deo et hominibus Moysen, cujus memoria in benedictionibus.* Oportet repetere verbum, *eduxit ex Jacob Moysen*, cujus pater fuit ex familia Levi. Hujus ac fratris ejus laudes Sapiens pluribus verbis commemorat, propterea quod Deus maximus res per eos gessit. (Badveilus.)

VERS. 2. — SANCTORUM, pro, *sanctis.* MONSTRA PLACAVIT, q. d.: ad ejus preces fecit cessare plagas Ægypti (1).

(1) SIMILEM ILLUM FECIT IN GLORIA SANCTORUM. Sensus est: Cœquavit gloriam ejus cum gloriâ sanctorum priorum, Abraham, Isaac et Jacob. MAGNIFICAVIT EUM IN TIMORE ISRAELITARUM, id est, magnum eum fecit, et potentem in terribis hostibus, per mirabilia signa

VERS. 5. — REGUM, pro, regis, scilicet PHARAONIS. JUSSU ILLI, id est, dedit præcepta, scilicet in SIGNA GLORIAM SUAM, id est, se specie quadam gloriosa.

VERS. 4. — FIDEI, id est, fidelitate in Deum. LENITATE, id est, mansuetudine (1).

VERS. 5. — ELEGIT, scilicet in ducem populi. CARNE, id est, homine. AUDIUIT, etc. Græcè : *Audire fecit eum vocem suam.*

VERS. 6. — CORAM, id est, in præsentia suâ, scilicet loquens cum illo facie ad faciem. DISCIPLINÆ, id est, mores instituentem. SCLM, scilicet Dei. JUDICIA, id est, præcepta (2).

VERS. 7. — SIBI, pro, *ei*, scilicet in faciendo miracula.

VERS. 8. — TESTAMENTUM, id est, pactum, scilicet de sacerdotio perpetuo. BEATIFICAVIT IN GLORIA, id est, mirificè glorificavit (3).

VERS. 9. — JUSTITIE, id est, justitiâ significante. STOLAM GLORIÆ, id est, gloriosam vestem. VASIS VIRTUTIS, q. d., instrumentis potentibus, id est, vestibus miris, quibus ejus auctoritas declarabatur (4).

VERS. 10. — CIRCUMPEDES, id est, vestem talarem.

VERS. 11. — MEMORIAM, id est, Dei.

VERS. 12. — STOLAM, scilicet rationale. JUDICIO ET VERITATE. Alludit ad urim et thummim (5).

et portenta. ET IN VERBIS SUIS MONSTRA PLACAVIT, quasi dicat: Nec tantum dedit Deus Moysi, ut ad nuntium ejus et imperium horrenda signa et prodigia fierent, quibus Ægyptus terreretur et affligeretur, verum etiam hoc ei concessit, ut in verbis ejus, id est, ad imperium ejus eadem signa cessarent, sicut manifestum est ex historiâ Exodi. (Estius.)

(1) IN FIDE ET LENITATE SANCTUM FECIT ILLUM (*sanctificavit eum*); ET ELEGIT EUM EX OMNI CARNE. Verbum *sanctificare* significat Mosem à Deo sanctissimis moribus ac virtutibus informatum ornatumque fuisse: cuiusmodi fuerunt illæ duæ, fides singularisque mansuetudo ac modestia, quibus Moses hoc loco, et Num. 12, 3, imprimis commendatur: *Erat, inquit Spiritus, Moses mitissimus omnium mortalium qui morabantur in terrâ*; et paulò post ibidem 7, Dominus dat illi testimonium summæ fidelitatis quam in domo Dei præstitit. (Biblia Vatabli.)

(2) DOCERE JACOB TESTAMENTUM: Mose et Hebræis, se eis fore Deum, id est, patrem, tutorem, et provisorem, hæc conditione si ipsi leges suas servarent.

JUDICIA SUA, legem suam, juxta quam in dubiis rebus judicandum est. (Menochius.)

(3) STATUIT EI TESTAMENTUM, id est, pactum sacerdotii quod dicitur ÆTERNUM, in quantum significabat sive figurabat sacerdotium Christi, quod est æternum.

ET BEATIFICAVIT ILLUM IN GLORIA, id est, beatum fecit eum dici pro gloriâ sacerdotii. (Lyranus.)

(4) CORONAVIT, id est, circum et ornavit, EUM IN VASIS VIRTUTIS, id est, instrumentis quibus summa ipsius potestas designaretur, puta vestibus pontificalibus, quæ describuntur Exod. 28. (Lyranus.)

(5) STOLAM SANCTAM AURO, HYACINTHO ET PURPURA. *Ornatum sanctum.* Intelligitur hoc loco *oraculum*, ut vocatur in Exodo, et statim explicabitur.

OPUS TEXTILE VIRI SAPIENTIS, factum à perito artifice. (Grotius.)

JUDICIO ET VERITATE PREDITI. In Græco Sixtino, *λογίου κρισεως δίκης ἀληθείας*. Nomen illud *λογίου κρισεως*, *oraculum judicii*, pro Hebræo *pectorale*, habes in Græco Exodi, inde datum quòd responsa omnia, observanda, sicut sententiæ judicum observari solent, inde ederentur. Idem *oraculum* vocatur Græcè, *manifestatio et veritas*. Ea figura hic commodè explicatur.

VERS. 15. — IN MEMORIAM. Vide Exod. 28.

VERS. 14. — CORONA, scilicet lamina cingens frontem. MITRAM, id est, cidarium, seu ligam. SIGNO SANCTITATIS, scilicet insculptum erat in lamina: *SANCTUS DOMINO. GLORIA, etc., q. d., ornamentum honorificum, artificiosum, et intuentium oculos valde oblectans* (1).

VERS. 15. — AD ORIGINEM, pro, *ab origine*, scilicet mundi.

VERS. 18. — COMPLEVIT, id est, consecravit. Ita vocat Scriptura consecrare, quod impleantur, id est, perficiantur manus ad offerendum, vel quia in ipsâ consecratione implebantur manus sacerdotum muneribus quæ Deo offerrent.

VERS. 19. — TESTAMENTUM, id est, pactum. GLORIFICARE, pro, *benedicere*.

VERS. 20. — IN MEMORIA PLACARE, id est, ut memor Deus placaretur.

VERS. 21. — POTESTATEM, scilicet docendi et interpretandi. TESTAMENTIS JUDICIORUM, pro, *pactis et præceptis*, seu præceptis testantibus Dei voluntatem. TESTIMONIA, id est, præcepta.

VERS. 22. — ALIENI, scilicet ad quos sacerdotium non pertinebat.

VERS. 24. — MONSTRA, id est, prodigia, seu miracula et insolita (2).

VERS. 25. — ADDIDIT, scilicet miraculo florentis virgæ.

VERS. 27. — IPSE, scilicet Deus (4).

VERS. 28. — TERTIUS, scilicet à Mose et Aaron. INTANDO. Græcè, *zelando*; q. d., dum zelaret ipse (5).

tur verbis illis, *manifestatione veritatis*. Est autem *appositio vocis oraculi*. Nam per illud pectorale principibus populi patefiebat veritas latens. (Grotius.)

(1) CORONA AUREA, lamina illa aurea, de qua ibid. 56. EXPRESSA, sive impressa SIGNO SANCTITATIS: quippe cui insculptum erat: *Sanctum Domino. Ibid. GLORIA, seu gloriatione HONORIS*; id est, honestissimâ ac magnificentissimâ, cum nihil sit gloriosius, quam præferre insculptum fronti nomen Dei sanctum; quod est OPUS VIRTUTIS ac roboris locupletissimum, ut supra, 9, sive etiam celatura difficili in præduro lapide. ER DESIDERIA OCULORUM ORNATA; res per se visu pulchra, ac mirum in modum ornata. (Bossuet.)

(2) Dieu punit *Dathan, Coré et Abiron*, avec ceux qu'ils avaient fait révolter contre Moïse, *d'une manière effroyable et inouïe*; la terre s'étant ouverte sous les pieds des uns qui descendirent tout vivants en enfer, et la flamme ayant devoré les autres. Dieu fit voir par cet exemple si redoutable qu'il ne deteste rien tant que le schisme, et que le crime par lequel on se separe de l'unité de l'Église est toujours plus grand que tous les desordres pretendus pour lesquels on se divise. (Hac Saey commentans vers. 22-27.)

(3) PHINEES FILIUS ELEAZAR, TERTIUS IN GLORIA EST. Aaroni successit Eleazar, Eleazarum excepit Phinees, qui virtute et legis studio claruit; plerisque enim Israelitis ad Beelphegor superstitionem, scortationemque cum Madianitarum feminis descendentibus, Phinees eorum princeps, qui divinæ legis injuriam ulcisci aggressi sunt, divinum furorem placavit, Num. 25, 7, 11. Græcus textus: *Phinees tertius adeptus est gloriam immortalem, quia exarsit ob gloriam Domini*. Vulgata auctor Græcum verbum *zelo* usurpavit pro *imitari*, ut interdum usurpatur; at hic de legis studio intelligendum est, quemadmodum ex libro Numerorum 26, 11, satis intelligitur: *Phinees... avertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos*. (Calmet.)

VERS. 29. — STARE, pro, *dùm staret*. REVERENTIA, id est, pudore, scilicet *dùm illum puderet fornicationis populi cum Madianitidibus*.

VERS. 30. — PACIS, id est, prosperitate. PRINCIPEM SANCTORUM, scilicet sacrorum, vel sacerdotum, id est, summum sacerdotem, scilicet esse (1).

(1) IDEO STATUIT ILLI TESTAMENTUM PACIS, PRINCIPEM SANCTORUM ET GENTIS SUE (SYRUS : *Propter hoc juravit illi Deus, quòd edificaret illi altare, in tabernaculo Moysis, et posteris in templo Salomonis, ut in eo sacrificarent Deo*) UT SIT ILLI ET SEMINI EJUS SACERDOTII DIGNITAS IN ÆTERNUM. *Testamentum pacis* vocat pactum pacificum et prosperum, afferens pacem et felicitatem, ut scilicet Phinees pacificè et prosperè præset Israelitis, quasi divinus pontifex. Unde statuit eum *principem sanctorum*, ut scilicet quasi princeps præsideret sanctis, tum personis, puta Levitis et sacerdotibus, tum vasis et locis, puta tabernaculo in sancto et Sancto sanctorum; imò statuit ut *sacerdotii*, id est, pontificatùs, *dignitas* in ejus familiâ permaneret *in æternum*, tamdiu scilicet quamdiu duratura erat lex vetus et judaismus. Esto enim pontificatus post Phinees fuerit translatus ad Heli, qui descende-

CAPUT XLVI.

1. Fortis in bello Jesus Nave, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum.

2. Maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem Israel.

3. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, et jactando contra civitates rhomphæas!

4. Quis ante illum sic restitit? nam hostes ipse Dominus perduxit.

5. An non in iracundiâ ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo?

6. Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique, et audivit illum magnus et sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valdè fortis.

7. Impetum fecit contra gentem hostilem, et in descensu perdidit contrarios,

8. Ut cognoscant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est à tergo Potentis:

9. Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, et Caleb filius Jephone, stare contra hostem, et prohibere gentem à peccatis; et perfringere murmur malitiæ.

10. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hæreditatem in terram quæ manat lac et mel.

11. Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, et usque in senectutem permansit illi virtus, ut ascenderet in excelsum terræ locum, et semen ipsius obtinuit hæreditatem:

12. Ut viderent omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.

13. Et judices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non aversi sunt à Domino,

14. Ut sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo,

15. Et nomen eorum permaneat in æternum,

VERS. 31. — ET TESTAMENTUM, pro, *sicut testamentum*, q. d. : Sicut et Davidi promisit regnum perpetuum. DARET, scilicet pontifex. JUDICARE, scilicet regem. IPSORUM, id est, populi. IN GENTEM, pro, *in gente*, seu generatione (1).

bat ex Ithamar, non ex Eleazar et Phinees, tamen id modico fuit tempore; nam mox à Salomone pontificatus restitutus fuit Sadoc, qui descendebat ex Phinees, ac deinceps in ejus familiâ semper mansit. Unde Machabæi, qui fuere pontifices, Phinees vocant patrem suum, 1 Machab. 2, 54 : *Phinees*, inquit *Mathathias*, pater Judæ Machabæi et fratrum ejus, *pater noster zelando zelum Dei accepit testamentum sacerdotii æterni*. Vide dicta Num. 25, 15. Porrò Vatablus clarè vertit : *Quapropter Dominus pactum firmavit ei prosperitatis, antistitem fore sacrorum populique sui, et ipsum posteritatemque ejus perpetuâ sacerdotii magnificentia potituros*. (Corn. à Lap.)

(1) ET TESTAMENTUM DAVID, etc. *Ceterum qui et Davidi Isai filio tribus Judaicæ regni, et Aaroni ejusque semini sacerdotii possessionem pactus est, quæ ad solos solius posteris perveniret*. Hanc totam verborum complexionem ex Græco simul et Latino concinnavi, ut potui; est enim valdè depravata. (Castalio.)

CHAPITRE XLVI.

1. Jésus, fils de Navé, a été vaillant dans la guerre; il a succédé à Moïse dans l'esprit de prophétie; il a été (grand) selon le nom qu'il portait.

2. (Très) grand pour sauver les élus de Dieu, pour renverser les ennemis qui s'élevaient contre lui, et pour acquérir à Israël la terre qui était son héritage.

3. Combien s'est-il acquis de gloire, lorsqu'il tenait ses mains élevées, et qu'il lançait ses dards contre les villes!

4. Qui a subsisté devant sa face? le Seigneur lui a amené lui-même ses ennemis.

5. N'a-t-il pas arrêté le soleil dans le transport de sa colère, lorsqu'un seul jour devint aussi long que deux?

6. Il invoqua le Très-Haut et le Tout-Puissant lorsque ses ennemis l'attaquaient de toutes parts; et le Dieu grand (et saint) l'écouta, et fit tomber sur ses ennemis une grêle de grosses pierres.

7. Il fondit avec impétuosité sur les troupes ennemies, et il les tailla en pièces à la descente;

8. Afin que les nations reconnussent la puissance du Seigneur, et qu'elles apprissent qu'il n'est pas aisé de combattre contre Dieu. Il a toujours suivi le Tout-Puissant:

9. Et au temps de Moïse, il fit avec Caleb, fils de Jephoné, une action de miséricorde, en demeurant ferme contre les ennemis, en empêchant le peuple de pécher, et en étouffant le murmure que la malice avait excité.

10. Ils furent tous deux choisis de Dieu pour être délivrés (du péril de la mort) où tombèrent six cent mille hommes de pied, pour faire entrer le peuple dans son héritage, dans cette terre où coulaient des ruisseaux de lait et de miel.

11. Le Seigneur donna à ce même Caleb une grande force; et son corps demeura dans sa vigueur jusqu'à la vieillesse, et il monta dans un lieu élevé de la terre promise, que sa race conserva toujours comme son héritage;

12. Afin que tous les enfants d'Israël reconnussent qu'il est bon d'obéir au Dieu saint.

13. Ensuite sont venus les juges, dont l'Écriture a marqué les noms, dont le cœur ne s'est point perverti, qui ne se sont point détournés du Seigneur;

14. Qui méritent que leur mémoire soit en bénédiction, que leurs os reflleurissent dans leurs sépultures;

15. Que leur nom demeure (éternellement, et qu'il

permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.

16. Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini, renovavit imperium, et unxit principes in gente sua.

17. In lege Domini congregationem iudicavit, et vidit Deus Jacob; et in fide sua probatus est propheta:

18. Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum heris.

19. Et invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes undique, in oblatione agni inviolati.

20. Et intonuit de caelo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam.

21. Et contrivit principes Tyrionum, et omnes duces Philistinum.

22. Et ante tempus finis vite suae et seculi, testimonium praebuit in conspectu Domini et christi: pecunias et usque ad calcamenta ab omni carne non accepit; et non accusavit illum homo.

23. Et post hoc dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vite suae, et exaltavit vocem suam de terra in prophetiâ delere impietatem gentis.

passé) dans leurs enfants avec la gloire qui est due aux saints.

16. Samuel, le prophète du Seigneur, a été aimé du Seigneur son Dieu; il a institué un gouvernement nouveau, et il a sacré les princes de son peuple.

17. Il a juré l'assemblée d'Israël selon la loi du Seigneur, et Dieu a prouvé favorablement Jacob. Il a paru un vrai prophète dans sa loi.

18. Et il a été reconnu fidèle dans ses paroles, parce qu'il a vu le Dieu de lumière.

19. Il a invoqué le Seigneur tout-puissant, en lui offrant un agneau sans tache, lorsque ses ennemis l'attaquaient de tous cotes.

20. Et le Seigneur tonna du ciel, et fit entendre sa voix avec un grand bruit.

21. Il tailla en pièces les princes de Tyr, et tous les chefs des Philistins.

22. Avant la fin de sa vie, il prit aussi à témoin le Seigneur et son Christ, en protestant qu'il n'avait jamais pris rien de qui que ce fût, ni argent, ni jus- qu'à un cordon de soulier; et il ne se trouva point d'homme qui pût l'accuser.

23. Il dormit ensuite, il parla au roi (et lui prédit) la fin de sa vie; et sortant de la terre, il haussa sa voix pour prophétiser la ruine de la nation, à cause de son impiété.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—IN PROPHETIS, pro, in prophetiâ, seu munere prophetico; scilicet, omnia agebat secundum divinam revelationem. Vide sup. cap. 44. NOMEN, scilicet, Josue salvator interpretatur (1).

VERS. 2.—IN SALUTEM, id est, ad servandum in bello.

VERS. 3. RHOMPHILAS. Græcè, rhomphæam, id est, gladium, scilicet dimicando, vel hastam, ut alludat ad id de quo Jos. 8, cum hastam elevavit (2).

VERS. 4.—DOMINUS, scilicet per ipsum. Græcè, Domini (3).

VERS. 5.—IRACUNDIA, scilicet contra hostes. IMPEDITUS, id est, detentus (4).

(1) FORTIS IN BELLO JESUS NAVE, SUCCESSOR MOYSI IN PROPHETIS, QUI FUIT MAGNUS SECUNDUM NOMEN SEUM, MAXIMUS IN SALUTEM ELECTORUM DEI. Pro in prophetis Græca plura legunt in prophetiis, id est, in munere prophetico. Per quod significatur Josue fuisse successorem Moysi, non tantum in ducatu populi, verum etiam in dono prophetiæ, quamvis non tantus fuerit propheta, quantus Moyses, dicente Scripturâ Deut. ult.: *Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses*, etc. De Josue autem ibidem dicitur: *Josue vero filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas*. Quod autem hoc etiam ad Spiritum prophetiæ pertineat, clarum est ex libro Josue, ubi Dominus frequenter Josue de futuris instruit. (Estius.)

Josue lingua Hebræâ dicitur à verbo quod *servare* significat, sicut Jesus, id est, *Servator*. Itaque significat Sapiens, Josue in conservando populo Dei nomini suo respondisse. (Badvellus.)

(2) QUAM GLORIAM ADEPTUS EST IN TOLLENDO, CUM TOLLENDO, MANUS SEAS, levando clypeum contra regem Hai, Josue octavo, et FACTANDO CONTRA CENTES RHOMPHILAS, id est, sagittas acutas. (Lyranus.)

(3) HOSTES IESI DOMINUS PERCUIT. Supple. in manum Josue, et ad interfectionem, ut ibidem lectum et sequentibus capitibus. (Tirinus.)

(4) IN IRACUNDIA IES, id est, zelo et irâ contra ho-

VERS. 6.—IN SAVIS, scilicet adjuvans illum projectis saxis. FORTIS, genitivus est.

VERS. 7.—DESCENSU, scilicet Bethoron.

VERS. 8.—POTENTES, scilicet hostes, q. d., fugavit.

VERS. 9.—MISERICORDIAM, id est, beneficium. STARE, scilicet persuadens; vel q. d., stando contra populum rebellantem. GENTEM, scilicet Judaicam (1).

VERS. 10.—CONSTITUI, id est, existentes; q. d., cum duo soli essent. Vel junge cum *inducere*. ILLOS, id est, reliquum populum (2).

stes Dei, IMPEDITUS EST SOL, ne progredetur; dixit enim Josue: *Sol, contra Gabaon ne movearis*, etc.

UNA DIES FACTA EST QUASI DUO, duplo ferè longior solito. (Menochius.)

(1) ET IN DIERS MOYSI MISERICORDIAM FECIT, id est, se amicum beneficiumque exhibuit, cum ipse cum Caleb populum à reversione in Ægyptum repressit, eorumque detectioni constanter se opposuit. Fuit hæc virtus præclara Josue, summaque misericordie plena. (Biblia Vatabli.)

MISERICORDIAM FECIT: Noto Hebraismo; rectè, pièque egit: misericordes, pii idem. IPSE ET CALEB, auctores populo capessendæ terræ. (Bossuet.)

(2) ET IPSI DUO CONSTITUI. *Cum essent duo tantum*. LIBERATI SUNT. *Servati sunt*; non mortui sunt in itinere.

A NUMERO SECENTORUM MILLIUM PEDITEM. *Ex secentis milibus peditem*. Tot enim ex Ægypto exierant, Num. 1, 46, et supra 46, 11. Ex his duo soli Josue et Caleb terram promissam calcârunt, ut videre est isto Numerorum loco, et Josue 14.

INDUCERE ILLOS IN HEREDITATEM, IN TERRAM QUE MANAT LAC ET MELL. *Ita ut introduceret eos Deus in possessionem terræ abundantis lacte et melle*. Vide Exodi 3, 8, 17 et 15, 5, et 35, 5; Levitici 11, 24; Num. 15, 28; 14, 8; Deut. 6, 5, et 8, 8, et 40, 9; Josue 5, 6; Ezechielis 20, 6, 25. (Grotius.)

Jesus Nave a été un digne successeur de Moïse. Sa magnanimité a répondu à son nom, qui signifie sauveur. Il a été grand pour sauver les élus de Dieu, en

VERS. 13. — SVO NOMINE : junge cum *ut sit* ; q. d. : Nominatim cujusque eorum celebris est memoria.

VERS. 14. — PULLULENT, id est, suo tempore surgant.

VERS. 15. — AD FILIOS, pro, *ad filios usque*.

VERS. 16. — RENOVAVIT, id est, novum instituit. IMPERIUM, scilicet regium. PRINCIPES, scilicet Saül et David.

VERS. 17. — CONGREGATIONEM. Græcè, synagogam. VIDIT, id est, agnovit. DEUM. Græcè Dominus ; q. d. : Respexit Deus Jacob, scilicet adjuvit. FIDE, id est, fidelitate, scilicet in Deum.

VERS. 19. — VIRI, scilicet ipsius Samuelis.

VERS. 22. — SECULI, id est, ætatis. CHRISTI, id est, uncti, scilicet regis Saül. OMNI CARNE, id est, ullo homine (1).

8. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus æstatis;

9. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne;

10. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso;

11. Quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.

12. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.

13. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, et ipse stans juxta aram, et circa illum corona fratrum; quasi plantatio cedri in monte Libano:

14. Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, et omnes filii Aaron in gloriâ suâ.

15. Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagogâ Israel; et consummatione fungens in arâ, amplificare oblationem excelsi Regis,

16. Porrexit manum suam in libatione, et libavit de sanguine uvæ.

17. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso Principi.

18. Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, et auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.

19. Tunc omnis populus simul properaverunt, et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, et dare preces omnipotenti Deo excelso.

20. Et amplificaverunt psallentes in vocibus suis, et in magnâ domo auctus est sonus suavitatis plenus.

21. Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usquedum perfectus est honor Domini, et munus suum perfecerunt.

22. Tunc descendens, manus suas extulit in om-

mortalium numero; at hæc inania sunt hæreticorum Sethianorum commenta, qui nomen è Setho ducebant, ipsique Setho Christi et Messiaë dignitatem arrogabant. (Calmet.)

CHAPITRE L.

1. Simon, fils d'Onias, grand-prêtre, a soutenu la maison du Seigneur tant qu'il a vécu, et il a fortifié le temple pendant ses jours.

2. C'est lui qui a fait faire les fondements profonds du temple, le double bâtiment et les hauts murs.

3. Les eaux des fontaines ont coulé en son temps dans les canaux; et ils se sont remplis extraordinairement comme une mer.

4. Il a eu un soin particulier de son peuple, et il l'a délivré de la perdition.

5. Il a été assez puissant pour agrandir et fortifier la ville; il s'est acquis de la gloire par la manière dont il a vécu avec le peuple; (et il a élargi et étendu l'entrée de la maison et du parvis.)

6. Il a éclaté pendant sa vie comme l'étoile du matin au milieu des nuages, et comme la lune, lorsqu'elle est venue en son plein.

7. Il a lui dans le temple de Dieu, comme un soleil éclatant de lumière.

8. Il a paru comme l'arc-en-ciel qui brille dans des nuées lumineuses, et comme les roses qui poussent leurs fleurs au printemps, comme les lis qui sont sur les bords des eaux; et comme l'encens, (qui répand son odeur) pendant l'été;

9. Comme une flamme qui (étincelle), et comme l'encens qui s'évapore dans le feu;

10. Comme un vase d'or massif orné de toutes sortes de pierres précieuses.

11. Il a paru comme un olivier qui pousse ses rejets, et comme un cyprès qui s'élève en haut, lorsqu'il a pris sa robe de gloire, et qu'il s'est revêtu de tous les ornements de sa dignité.

12. En montant au saint autel, il a honoré ses vêtements saints.

13. Se tenant debout à l'autel, il a reçu une partie de l'hostie de la main des prêtres; et il a été environné de ses frères, comme d'une couronne; ils se sont tenus autour de lui, comme des cèdres plantés sur le mont Liban,

14. Comme les branches de palmier; et tous les enfants d'Aaron étaient dans leur gloire autour de lui.

15. L'oblation se présentait au Seigneur par leurs mains devant toute l'assemblée d'Israël; et pour achever entièrement le sacrifice à l'autel, et pour honorer l'oblation du Roi très-haut,

16. Il a étendu sa main, pour lui offrir le sang de la vigne;

17. Il a répandu au pied de l'autel un vin dont l'odeur divine est montée devant le Prince très-haut.

18. Alors les enfants d'Aaron ont jeté un grand cri, et ont sonné de leurs trompettes battues au marteau; ils ont fait retentir un grand bruit, pour renouveler leur mémoire devant le Seigneur.

19. Tout le peuple est venu en foule, et ils se sont prosternés le visage contre terre, pour adorer le Seigneur leur Dieu, (et pour rendre leurs vœux) au Tout-Puissant, au Dieu Très-Haut.

20. Les chantres ont élevé leurs voix dans leurs cantiques, et ils ont fait éclater dans cette grande maison un bruit plein d'une douce harmonie.

21. Le peuple a offert une prière au Seigneur très-haut, jusqu'à ce qu'il lui eût rendu tout le culte qui lui est dû, et qu'ils eussent achevé leurs fonctions.

22. Alors le grand-prêtre, descendant de l'autel, a élevé ses mains sur toute l'assemblée des enfants

nem congregationem filiorum Israel, dare gloriam Deo à labiis suis, et in nomine ipsius gloriam.

25. Et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.

24. Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam;

25. Deo nobis jucunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos :

26. Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

27. Duas gentes odit anima mea; tertia autem non est gens, quam oderim :

28. Qui sedent in monte Seir, et Philisthim, et stultus populus, qui habitat in Sichimis.

29. Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.

30. Beatus, qui in istis versatur bonis; qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.

51. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit, quia lux Dei, vestigium ejus est.

d'Israël, pour rendre gloire à Dieu par ses levres, et pour se glorifier en son nom.

25. Il a renouvelé encore sa prière, pour témoigner la souveraine puissance de Dieu.

24. Priez donc maintenant le Dieu de toutes les créatures, qui a fait de grandes choses dans toute la terre, qui nous a fait vivre de jour en jour depuis que nous sommes sortis du ventre de notre mère, et qui nous a traités selon sa miséricorde.

25. Qu'il nous donne la joie du cœur, et que pendant nos jours et pour jamais, il fasse fleurir la paix dans Israël :

26. Qu'il donne à Israël une ferme foi que la miséricorde de Dieu est sur nous, afin qu'il les délivre pendant leur vie.

27. Mon âme hait deux peuples, et le troisième que je hais, n'est pas un peuple :

28. Ceux qui demeurent sur le mont Seir, et les Philistins; et le peuple insensé qui habite dans Sichem.

29. Jesus, fils de Sirach, de Jerusalem, a écrit dans ce livre des instructions de sagesse et de science, et il a répandu la sagesse de son cœur.

30. Heureux qui se nourrit de ces bonnes paroles; celui qui les rendra dans son cœur, sera (toujours) sage;

51. Car s'il fait ce qui est écrit ici, il sera capable de toutes choses, parce que la lumière de Dieu conduira ses pas.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SIMON. Dicitur is fuisse tempore Ptolomæi Philadelphi (1).

VERS. 2. — DUPLEX, etc., q. d., cum templum repararet (2).

VERS. 3. — EMANAVERT. Apparet istum fuisse

(1) SIMON. Duos pontifices hujus nominis fuisse in prælatione diximus; Simon I, justus, Seleuco Nicanore Syriae, Ptolomæo Lagi filio Ægypti regibus, in ipsis imperii Macedonici initibus, floruit; cujus nepos Simon II, post Eleazarum ac Manassen patros et Oniam II, parentem octoginta ferè annis, postquam avus cœperat, Antiocho Magno et Ptolomæo Philopatore Syriae et Ægypti regibus, viginti annos prælit. Hunc miris extollit laudibus, recente viri memoriâ; ad conciliandam quoque gratiam Oniæ III, ejus filio viro maximo, ex paternarum virtutum et beneficiorum commemoratione, adversus intrusos velarios sacerdotes Jasonem, Menelaum, Lysimachum, à quibus ille sacerdotio exutus, ut in eadem præfatione dictum. IN VITA SUA.... IN DIEBUS SUI. Sic de mortuis loqui solent. Idem, vers. 3, vide præf. SUFFULSIT; græcè, *sarcivit*, domum, templum. (Bossuet.)

(2) TEMPLI ETIAM ALTITUDO AB IPSO FUNDATA EST, DUPLEX EDIFICATIO ET EXCELSI PARIETES TEMPLI. Varia hæc Simonis opera nonnisi ex hoc loco noscimus, silentibus Josepho, cæterisque. Græcus: *Sub ipso jacta sunt fundamenta altitudinis alterius lorice, celsam munimen templi in ambitu*; quibus verbis una eademque res significatur. Alteram loricam circa templum struxit Simon, tunc thoracem, quo montis vertex ambiabatur. Cum murus clivo montis immineretur, altissimis fundamentis opus fuit; idque auctor significat his verbis: *Templi altitudo ab ipso fundata est*. Hujus lorice apertè meminit Ezechiel, 40, 3, ubi templum describit. Fortassè ante Simonis pontificatum lorica hujus struenda facultas non fuerat. Exterior hie muro cum ambitus *Atrium gentium* appellabatur; neias enim erat ethnicum intra atrium Israelis admitti. Græca vox *analemma*, quam nos reddidimus *munimen*, significat sublime ædificium; atque in libris Paralipomenon pro *mello* usurpatur, quæ vox sonat locum solo æquatum stratumque in arcem, id quod optime lorice nostræ convenit, quæ aqua fieri non poterat nisi

puteos ad aquæ copiam, fortè prope templum (1).

VERS. 5. — DOMUS, id est, templi (2).

VERS. 8. — GLOBE, id est, splendida ejus fulgore. THUS REDOLLENS, id est, arbor thuris odorem emittens (3).

VERS. 11. — PULLULANS, id est, emittens ramos, seu flores. STOLAM GLOBE, id est, vestem splendidam. IN CONSUMMATIONE VIRTUTIS, id est, perfectè, scilicet omnibus vestibus sacerdotibus.

VERS. 12. — GLORIAM DEDIT, etc.; q. d., decorabat sanctas vestes, quibus erat amictus.

VERS. 15. — PARTES, scilicet sacrificiorum.

VERS. 15. — CONSUMMATIONE, id est, perfecto munere. AMPLIFICARE, id est, perficere. Græcè, ornare.

VERS. 18. — IN MEMORIAM, scilicet ut Deus populi recordaretur.

aggestà humo, æquatisque locis inæqualibus asperisque. (Calmet.)

(1) IN DIERIS IPSIUS, etc. Græcus ad verbum: *In diebus ejus diminuta fuerunt receptacula aquarum*. Videtur verbum aliquod deesse, *restituta aut instaurata*. Nam laudat hic Simonem quòd publica loca vasaque refoecerit. Sequitur in eodem versu, *as ut maris immensum*, id est, magnitudo maris, vas in quo aqua continebatur. Significat Simonem vas quoddam aneum curasse eà magnitudine quam mare vas fusile ita appellatum habebat. Hujus descriptionem vide 5 Reg., 7, 25. (Biblia Vatabli.)

VERS. 4. — QUI CURAVIT GENTEM SUAM, judaicam, ipsam instruendo debite et regendo.

ET LIBERAVIT EAM A PERDITIONE, scilicet peccatorum vel à tribulatione circumstantium adversariorum. (Lycanus.)

(2) AMPLIFICARE CIVITATEM DOMIBUS ET CIVIUM NUMERO.

IN CONVERSATIONE GENTIS, inter suos cives versando, et que muneri sui erant perfecte adimplendo. INGRESSUM DOMUS, templi scilicet. (Menochius.)

(3) QUASI ARBUS, id est, iris multicolor. REDOLLENS EST, NECTAS GLOBE, seu gubiosas, id est, fulgore ejus splendas. (Irinius.)

VERS. 20. — AMPLIFICAVERT, scilicet Dei laudes.

VERS. 21. — HONOR, id est, cultus.

VERS. 22. — IN OMNEM, pro, *super omnem*, scilicet ut benediceret (1).

VERS. 24. — PLUS, id est, prolixè.

VERS. 26. — CREDERE, scilicet det. Suis, scilicet Israelis. Græcè nostris.

VERS. 27. — GENS, id est, digna gentis nomine, scilicet Samaritani conflati ex variis gentibus. Vide 4 Reg. 17 (2).

VERS. 28. — SICHIMIS, scilicet Samaritani (3).

(1) IN NOMINE IPSIUS. Quod Tetragrammaton vocant et pronuntiarum solitum aiunt à summo sacerdote in benedictionibus. Quà de re vide Paulum episcopum Burgensem in Addit. ad cap. 3 Exod. (Drusius.)

Le peuple est emporté par l'exemple des pasteurs, et il apprend à se prosterner devant Dieu avec une profonde soumission, lorsqu'il voit le respect humble et sincère avec lequel ils rendent à Dieu le culte souverain qui lui est dû, et qu'ils témoignent par toute la conduite de leur vie qu'ils sont, selon saint Paul, de vrais ministres de Jésus-Christ, et des dispensateurs fidèles de ses mystères. Cette parfaite union des ministres de l'Eglise avec ses pontifes, et de tout le peuple avec ses pasteurs, forme une harmonie non-seulement de voix, mais d'actions, qui est tout ensemble la gloire et la joie de la maison de Dieu. C'est pourquoi saint Ignace martyr, écrivant à une Eglise dont il loue la parfaite union de l'évêque et de son clergé avec tout le peuple, dit qu'ils étaient tous ensemble comme les cordes qui sont attachées sur une harpe chacune à leur rang, qui par leurs sons différents forment une harmonie très-douce qui est entendue de Dieu et des anges. (Hæc Sacy commentans vers. 19-23.)

(2) DUAS GENTES ODI ANIMA MEA; TERTIA AUTEM NON EST GENS QUAM ODERIM. Illud, *tertia autem non est gens quam oderim*, Lyranus sic interpretatur: *tertia gens ejusmodi est, ut non sit alia gens quam æquè vel magis oderim*. Græcè tantum est: *Tertia non est gens*. Hoc enim de Sichimitis intelligendum, id est, iis qui habitabant inter Israelitas in Sichimis, seu Samariâ. Hi autem simul cum diis Assyriorum, unde translati illuc erant, colebant simul Deum terræ. Vid. 4 Reg. ult. (Esius.)

(3) QUI SEDENT IN MONTE SEIR, pro quo nunc legimus in Græco, *in monte Samariæ*. Quia de Sichimis sequitur, et intercedit mentio *Philistinorum*, lectionem hanc, quam in suis codicibus Græcis reperit Latinus interpres, præferam, ut *tres populos sibi dicat exosos, Idumæos, Philistinos et Samaritas*. Et sanè non alios reperias Judæis perpetuò infestiores.

ET STULTUS POPULUS QUI HABITAT IN SICHIMIS. *Colentes quod ignorabant*, Joan. 4, 22. Et huc se conferre

CAPUT LI.

1. Oratio Jesu filii Sirach: Confitebor tibi, Domine Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum.

2. Confitebor nomini tuo; quoniam adjutor et protector factus es mihi.

3. Et liberasti corpus meum à perditione, à laqueo lingue iniquæ, et à labiis operantium mendacium, et in conspectu astantium factus es mihi adjutor.

4. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam,

5. De manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me;

VERS. 29. — RENOVAVIT, scilicet scribendo (1).

VERS. 31. — VESTIGIUM EJUS EST; q. d., ambulat in luce Dei (2).

solebant omnes legis violatæ rei à temporibus Manassis generi Samballetæ; quo tempore aiunt Hebræi Chuttæos devotos per nomen *Dei veri*, per Esdras, Zorobabelem et trecentos sacerdotes, cum totidem buccinis et libris legis; constitutum à senatu superiore et inferiore, ne quis Israelita panem cum Chuttæo communem sumeret, et ne ullus Chuttæus reciperetur inter proselytos. (Grotius.)

(1) DOCTRINAM SAPIENTIÆ, etc. Græcus ad verbum: *Doctrinam intelligentiæ ac scientiæ scripsit in hoc libro*. Hic locus continet inscriptionem auctoris, librique commendationem. Inscribitur *Jesu filio Sirach Hierosolymitano*. (Badvellus.)

(2) SI ENIM HEC FECERIT, AD OMNIA VALEBIT, QUIA LUX DEI, VESTIGIUM EJUS EST. Syrus: *Altitudo (eminentia) timoris Dei super omnia exaltata est: vide eum, fili mi, et ne dimittas eum*. Sensus est, q. d.: *Beatus erit, qui in bonis, tum virtutibus, tum earum præmiis, quæ hoc libro describit, legendo et meditando assidue versatur; quare qui ea in corde suo recondit, sapiens evadet*. Si enim hæc in opus et praxim redegerit, ad omnia quæ agenda erunt, fiet potens et validus (Græcè enim est *ισχυρως*), quia *lux Dei, vestigium ejus est*. Est metonymia: *vestigium* enim ponitur pro gressu qui fit per vestigia; q. d.: *Quia ambulat, et vestigia gressuum actionumque suarum figit in luce legis et sapientiæ Dei, juxta illud Christi: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*, Joan. 8, 12. Unde Vatablus vertit: *Qui hæc egerit, valebit ad omnia, quia vestigium ponit in luce Domini, qui sapientiâ pios imbuat*; quia scilicet Jesus Sirach hæc scripsit non ex cerebro suo, sed ex illustratione lucis divinæ. Alludit ad columnam ignis et lucis, quæ quasi dux viæ Hebræos percussit in deserto, eosque ce tò duxit et perduxit in terram promissam: quæcumque enim illa præcedebat, illuc sequebantur Hebræi, ibique vestigia sua figebant, Exodi 13, 21. Eadem de causâ Abrahæ apparuit lampas in caligine, transiens inter divisiones victimarum, Genes. 15, 17; lampas enim transiens representabat Deum, qui Hebræis quasi in tenebris Egypti oberrantibus prætendit facem, ut tutò exirent; itaque Hebræos invitabat ad exitum. Quare populo Hebræorum tunc *lux Dei* fuit *vestigium ejus*, quia scilicet populus præeuntis lucis vestigia secutus est. Idem tropologicè, Deus facit justis, dum eis viam ad virtutem, perfectionem et beatitudinem præluens indicat et monstrat. Id facit per illustrationes rerum divinarum et celestium, quas quasi fulgura menti immitit.

Græca Complut., Vatablus et alii addunt: *Et piis dedit sapientiam. Benedictus Dominus in seculum. Fiat, fiat*. Verum codices Romæ emendati hæc omittunt; prior enim pars mutua et transumpta videtur ex fine c. 43, posterior ex fine Psal. 88. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE LI.

1. Prière de Jésus, fils de Sirach: Je vous rendrai grâces, ô Seigneur Roi; je vous louerai, vous qui êtes Dieu mon sauveur.

2. Je rendrai gloire à votre nom, parce que c'est vous qui m'avez assisté, et qui m'avez protégé.

3. Vous avez délivré mon corps de la perdition, des pièges de la langue injuste, et des lèvres des ouvriers de mensonge; et vous avez été mon défenseur contre ceux qui m'accusaient.

4. Vous m'avez délivré selon la grandeur de la miséricorde de votre nom, des lions rugissants qui étaient prêts à me dévorer,

5. Des mains de ceux qui cherchaient à m'ôter la vie, et des afflictions différentes qui m'assiégeaient de toutes parts.

6. A pressurâ flammæ quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum astuatus :

7. De altitudine ventris inferi, et à linguâ coquinatâ, et à verbo mendacii, à rege iniquo, et à lingua injustâ.

8. Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum ;

9. Et vita meâ appropinquans erat in inferno deorsum.

10. Circumdedero me undique, et non erat qui adjuvaret; respiciens eram ad adiutorium hominum, et non erat.

11. Memoratus sum misericordiae tuæ, Domine, et operationis tuæ, quæ à seculo sunt :

12. Quoniam eruis sustinentes te, Domine, et liberas eos de manibus gentium.

13. Exaltasti super terram habitationem meam, et pro morte defluente deprecatus sum.

14. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superborum sine adiutorio.

15. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea.

16. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo.

17. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini.

18. Cùm adhuc junior essem, priusquàm oberrarem, quæsi sapientiam palam in oratione meâ.

19. Ante templum postulabam pro illâ, et usque in novissimis inquiram : et effloruit tanquàm præcox uva.

20. Lætatum est cor meum in eâ; ambulavit pes meus iter rectum; à juventute meâ investigabam eam.

21. Inclinaui modicè aures meas, et excepi illam.

22. Multam inveni in meipso sapientiam, et multum profeci in eâ.

23. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.

24. Consiliatus sum enim ut facerem illam; zelatus sum bonum, et non confundar.

25. Colluctata est anima mea in illâ, et in faciendo eam confirmatus sum.

26. Manus meas extendi in altum, et insipientiam ejus luxi.

27. Animam meam direxi ad illam, et in agnitione inveni eam.

28. Possedi cum ipsâ cor ab initio : propter hoc non derelinquar.

29. Venter meus conturbatus est quærendo illam; propterea bonam possidebo possessionem.

30. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, et in ipsâ laudabo eum.

31. Appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum disciplinæ.

32. Quid adhuc retardatis? et quid dicitis in his? animæ vestre sitiunt vehementer.

33. Aperui os meum, et locutus sum : comparate vobis sine argento,

34. Et collum vestrum subjicite jugo, et suscipiat

6. Vous m'avez délivré de la violence de la flamme, dont j'étais environné, et je n'ai point senti la chaleur au milieu du feu,

7. De la profondeur des entrailles de l'enfer, des lèvres soufflées, des paroles de mensonge, d'un roi injuste, et des langues médisantes.

8. Mon âme louera le Seigneur jusqu'à la mort;

9. Et ma vie était près de tomber au plus profond de l'enfer.

10. Ils m'avaient environné de tous côtés, et il n'y avait personne pour me secourir. J'attendais des hommes quelque secours, et il ne m'en venait point.

11. Je me suis souvenu, Seigneur, de votre miséricorde, et des œuvres que vous avez faites des le commencement du monde,

12. Parce que vous tirez du péril, ô Seigneur, ceux qui ne se lassent point de vous attendre, et que vous les délivrez de la puissance des nations.

13. Vous m'avez élevé une demeure sur la terre; et je vous ai prié de me délivrer d'un torrent de mort.

14. J'ai invoqué le Seigneur, père de mon Seigneur, afin qu'il ne me laisse point sans assistance au jour de mon affliction, et pendant le règne des superbes.

15. Je louerai sans cesse votre nom, et je le glorifierai dans mes actions de grâces, parce que vous avez exaucé ma prière;

16. Que vous m'avez délivré de la perdition, et que vous m'avez tiré du péril dans un temps d'injustice.

17. C'est pourquoi je vous rendrai grâces, je chanterai vos louanges, et je bénirai le nom du Seigneur.

18. Lorsque j'étais encore jeune, avant de m'écartier bien loin, j'ai recherché la sagesse dans ma prière avec grande instance :

19. Je l'ai demandée à Dieu dans le temple, et je la rechercherai jusqu'à la fin de ma vie. Aussi elle a fleuri en moi comme un raisin mûr avant le temps;

20. Et mon cœur a trouvé sa joie en elle, mes pieds ont marché dans un chemin droit; et j'ai tâché de la découvrir dès ma jeunesse.

21. J'ai prêté humblement l'oreille, et la sagesse m'a été donnée.

22. J'en ai trouvé beaucoup en moi-même; et j'y ai fait un grand progrès.

23. J'en donnerai la gloire à celui qui me l'a donnée.

24. Car je me suis résolu à faire ce qu'elle me prescrit; j'ai été zélé pour le bien; et je ne tomberai point dans la confusion.

25. Mon âme a lutté long-temps pour atteindre à la sagesse, et je m'y suis confirmé en faisant ce qu'elle ordonne.

26. J'ai élevé mes mains en haut, et j'ai déploré l'égarément de mon esprit.

27. J'ai conduit mon âme droit à elle; et je l'ai trouvée dans la connaissance de moi-même.

28. J'ai dès le commencement possédé mon cœur avec elle; c'est pourquoi je ne serai point abandonné.

29. Mes entrailles ont été émuës en la cherchant, et c'est pour cela que je posséderai un si grand bien.

30. Le Seigneur m'a donné pour récompense une langue qui me servira à le louer.

31. Approchez-vous de moi, vous qui n'êtes pas savants, et assemblez-vous dans la maison de la discipline.

32. Pourquoi tardez-vous encore? (et que dites-vous à ceci?) vos âmes sont pressées d'une extrême soif.

33. J'ai ouvert ma bouche, et j'ai parlé: achetez la sagesse sans argent.

34. Soumettez votre cou au joug; que votre âme se rende susceptible de l'instruction; car elle est proche, et il est aisé de la trouver.

anima vestra disciplinam; in proximo est enim invenire eam.

55. Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.

56. Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in eâ.

57. Lætetur anima vestra in misericordiâ ejus, et non confundemini in laude ipsius.

58. Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONFITEBOR, id est, laudabo, seu celebrabo (1).

VERS. 5. — PERDITIO, id est, morte. ASTANTIUM, scilicet contra me. Apparet fuisse per calumniam accusatum (2).

VERS. 6. — FLAMMÆ, id est, tribulationis undique opprimentis. ÆSTUATUS, id est, combustus (5).

(1) ORATIO JESU FILII SIRACH. Jesus Sirachides libri auctor librum claudit prece, quâ plura ad vitæ suæ vices pertinentia recitat discrimina (quæ subit, quæque, Deo juvante, vitavit, itinera ob sapientiæ acquisitionem instituta, studia, studiorumque progressum. Is apud regem insimulatus fuisse videtur, vitæque certissimè periclitatus. Illum nos sub Seleuco Philopatore, et Antiocho Epiphane rege Syriæ, ac Ptolomæo Epiphane Aegypti rege, atque Oniâ tertio apud Judæos pontifice floruisse censemus. Utrum apud Aegypti an Syriæ regem insimulatus fuerit, non satis ex illius narratione compertum est. Nobis potissimum probatur illum apud regem Syriæ, cui tunc Judæa obtemperabat, fuisse delatum; atque eâ fortè occasione is in Aegyptum venit, ubi supremos vite annos egisse videtur; ibi enim illius scripta nactus est nepos. Hierosolymitan fuisse Jesum Sirachidem, intelligimus ex cap. 50, 29. Putat Grotius ultimum hoc caput additum esse à Jesu Sirachidâ auctoris nepote; at nihil solidum firmumque huic conjecturæ est. Satis sese prodit auctor, itinerumque suorum ac studiorum meminit, id quod in aliquibus libri locis jam fecit; ad sapientiæ studium hortatur iisdem argumentis, quibus alibi usus est; denique nihil est, quod illi penitus non conveniat. Totum hoc caput in Græcis quibusdam editionibus vetustisque manuscriptis deest; at in optimis editionibus legitur, veluti Romanâ, Aldinâ, Complutensi, et aliis plerisque. (Cabnet.)

(2) IN CONSPECTU ASTANTIUM. Supple, accusatorum in judicio. Græcè: *Contra adversarios meos adjuxisti me.*

CONFITEBOR NOMINI TUO, in confessione laudis.

QUONIAM ADJUTOR ET PROTECTOR. *Protector*, in tentatione diaboli, et *adjutor*, in promotione boni.

(Lyranus.)

LIBERASTI A PERDITIO, à certissimâ nece, quod ipsi auctori non semel contigisse ipse testatur 54, 15; congruunt tempora, cum sub Oniâ III, quo pontifice Sirachiden scripsisse ostendimus, homicidia fierent, 2 Machab. 4, 3, sub Seleuco quædam Philopatore; quanto magis autem sub Antiocho Epiphane ejus filio, quo rege ipse ad extremum vitæ deductus est periculum. *In conspectu astantium*: accusantium, adversantium. (Bossuet.)

VERS. 4. — ET LIBERASTI ME, etc. Græcus ad verbum: *Et redemisti me secundum multitudinem misericordiæ tuæ a premitibus paratis ad escam.* Similitudo sumpta à severità rabieque bestiarum voraciam ad prædam frementium, quâ significatur hominum infestorum immanitas. (Badvellus.)

(5) A PRESSURA FLAMMÆ, ab acri tribulatione, quæ me omni ex parte vallat, urubat et cruciabat.

NON SUM ÆSTUATUS: non sum ambrustus, aut consumptus. (Menochius.)

55. Voyez de vos yeux qu'avec un peu de travail, je me suis acquis un grand repos.

56. Recevez l'instruction comme une grande quantité d'argent; et vous posséderez en elle une grande abondance d'or.

57. Que votre âme trouve sa joie dans la miséricorde du Seigneur; et publiant ses louanges, vous ne serez point confondus.

58. Faites votre œuvre avant que le temps se passe, et il vous en donnera la récompense, lorsque le temps en sera venu.

COMMENTARIUM.

VERS. 7. — ALTITUDE, id est, profunditate. INFERRI, id est, sepulcri, q. d. : à periculo mortis manifesto.

VERS. 9. — INFERNUS DEORSUM, scilicet limbo.

VERS. 10. — CIRCUMDEDERUNT, scilicet adversarii.

VERS. 11. — MEMORATUS, id est, recordatus. SUNT, id est, adesse solent, scilicet te invocantibus.

VERS. 13. — EXALTASTI, scilicet gloriâ. DEFLENTE, id est, faciente fluere et dilabi; vel q. d., ut à me dilaberetur, scilicet ne morerer (1).

VERS. 14. — PATREM, etc. Ecce personarum divinarum distinctio (2).

Græcus ad verbum: *A suffocatione ignis in circum, è medio ignis quo non sum combustus.* Significat se conservatum fuisse à conflagratione ignis ad ejus supplicium atque interitum constructi: sicut fuerunt tres adolescentes Danielis socii. Sunt autem hæc beneficia vitæ servatæ, et è maximis periculis ereptæ, quæ grato ac pio animo commemorantur.

(Biblia Vatabli.)

(1) Le Sage, plein de Dieu et éclairé par sa lumière, considère peu les maux qui paraissent les plus effroyables lorsqu'ils finissent avec cette vie, qui est si courte, et qu'ils nous aident à en acquérir une qui est meilleure. Mais il nous trace une idée terrible des maux de l'homme, lorsqu'en disant que Dieu l'a délivré des pièges de la langue injuste, des lèvres souillées, et des paroles de mensonge, il ajoute qu'il l'a tiré de la profondeur des entrailles de l'enfer, et que son âme le louera jusqu'à la mort, parce qu'elle était prête de tomber au plus profond de l'abîme. C'est de ces grâces qu'on peut dire que l'esprit est trop petit pour les comprendre, et la vie trop courte pour les reconnaître. Ce sera proprement dans le ciel que l'âme rendra à Dieu pour ses bienfaits de dignes actions de grâces, en honorant d'une éternelle reconnaissance des faveurs qui auront été faites à une personne si indigne, et qui lui auront procuré une éternité de gloire. C'est pourquoi nous voyons dans cette prière, que le Sage multiplie en tant de manières, ses actions de grâces et les témoignages de sa gratitude, en représentant, ou la grandeur du péril qui l'environnait, ou l'abandonnement de tout secours de la part des hommes où il se voyait réduit; parce que les saints, comme Dieu, ne haïssent rien tant que l'ingratitude, et qu'ils s'efforcent, autant qu'il est en leur pouvoir, de lui rendre sur la terre ce devoir de leur reconnaissance, dont ils ne s'acquitteront parfaitement que dans le ciel. (Hac Sacy commentans tredecim hujus capituli priores versus.)

(2) INVOCAVI DOMINUM PATREM DOMINI MEI. Nil mirum invocari Dominum patrem Domini, cum ad id sullicitat legisse vel illud Davidicum: *Dixit Dominus Domino meo*; et in eodem Psalmo illud: *Ante luciferum genui te*: quod per eadem tempora à Septuaginta quoque profertur; ut cætera omittamus, tot ac tanta testimonia de Filio Dei, ex quibus Ecclesiasticus tantus vir, tam in Scripturis versatus, ne quid dicam

VERS. 15. — IN CONFESSIOE, id est, confitendo.

VERS. 16. — PREDITIONE, id est, interitu.

amplius, Domini sui Dominum eundemque Patrem, et agnoscere et invocare potuit. Ita interpretes passim, ita Catholicis, ita aliis, Drusius, cæteri. At Grotius decretorie: Christiani illud *tu es* hic addidere: Jesum scripsisse, crede: Invocavi Dominum patrem meum. En dictata magister, et oracula tanquam de tripode. Quid igitur? adeone absurdum est et a Scripturarum sensu alienum, de Filio Dei dicere, ut sibi scriptum in antiquis scriptis videas, statim incensæ flagitium adulteræ mantis, tuoque judicio piam vocem eradas? atqui tam vulgare apud Judæos Christum futurum Dei Filium, ut non alio magis nomine appellarent; quin ipse pontifex ita adjuraret: *Tu es Christus Filius Dei*, Matth. 26, 65. Et ille apud Joannem 1, 49: *Tu es Filius Dei, tu es rex Israel*, ut eas voces, *Christus, Dei Filius, rex Israel*, aliasque similes pro unâ eademque sumerent, passim in Evangelis; neque unquam objecerunt Christo, quod Christum Dei Filium, sed quod se Christum, adeoque Dei Filium faceret; quæsi liquet tam tritam, tam pervulgatam fuisse eam appellationem, quàm ipsius Christi: unde autem pervulgatam, nisi ab ipsis patribus ad universam gentem permanisset? Et mirum videbitur ut Ecclesiasticus propheticis oraculis eruditus, piæ voces novèrit? quid quod ipse prædicat primogenitam Dei sapientiam, cap. 24, 3, hoc est, post Salomonem, ipsum Dei Filium? quid quod in Sapientiâ legerat: *Si est verus Filius Dei... liberabit eum*, 2, 18, nisi hæc quoque à Christianis obtrusa fuerint, tanquam non licerit antè Christum christianè dicere, falsumque sit Paulinum illud, fide, utique venturi ac passuri Christi, omnia gesta esse ab antiquis sanctis, Hebr. 11, etc.? quid quod illud Grotianum, invocavi Dominum patrem meum, vix ac ne vix quidem, quantum equidem, commemini, in Scripturis reperias? sanè de Davide dictum à Deo est: *Ipse invocabit me: Pater meus es tu*, Psal. 88, 27, sed speciali causâ, sed in personâ Christi, sed eâ vocatione quâ sequente versu additum: *Et ego primogenitum ponam illum*; nec idèò permissum passim; nec ab ipso Davide usquam usurpatum in toto Psalmorum opere; doctique omninò sumus, Deum patrem nostrum, communi adoptionis titulo, non propriè ac singulatim quoque patrem suum dicere, quo ritu apud Prophetam: *Tu pater noster, et Abraham nescivit nos*, etc. Isai. 62, 16, ac signanter Christus: *Ascendo ad Patrem meum, Patrem vestrum*, Joan. 20, 17, ut si exquisitè loqui volumus, solus ille Deum *Κεφαλὴν* Patrem suum, solus ille singulariter se dicat Dei Filium qui talis natus est. Neque tamen patrem meum dici, absolutè ac præcisè refugimus; tantum indicamus non videri consuetudinis Scripturarum, quod hic satis est. Cave ergo admittas illud censorium: tu crede à Christiano intersertam vocem, cum ego potiori jure dixerim: tu ne moveas patrum terminos, neque animum induxeris sacros libros à Christianis violatos, nullo ejus interpolationis exemplo; neque ipse palato tuo tantum tribuas, ut ejus arbitrariis antiquas lectiones præsertim in tantâ re sollicitis; neque absurdum credito, si Ecclesiasticus pro justitiâ tot ac tanta perpressus aquè ac cæteri sancti, jam tum respexerit in auctorem fidei nostræ et consummatorem Jesum, ejusque Patrem, ac Mosis exemplo impropriè Christi, potiores duxerit divitiarum regum potestate atque opibus, Hebr. 11, 26, et 12, 2. Hæc quidem à nobis dicta sint, non studio læcessendi doctissimi viri Hugonis Grotii, quem ipsi laudemus in grammaticis, in historicis, sæpè etiam in moralibus; multa quoque putemus emendatum fuisse, si quod animo propositum habuisse credimus, totum se catholicis partibus addixisset; neque ejus labores excussum imus ex eruditorum manibus; denique id tantum volumus, ut cum adjutorem, non ducem, non magistrum habeant.

IN TEMPORE SUPRABOREM, quod est sæpè impiorum;

VERS. 18. — *Scitidest*, in Vulg., Editi, pro, *ossem*. OBERARUM, scilicet peccando, vel peregrinando (1).

VERS. 19. — ANTE TEMPLUM, id est, mature, Græcè, *ante templum*. FLOREBIT, pro, *effloreat*, vel ut effloret, scilicet in me.

VERS. 21. — MODICE, id est, parvo tempore, seu labore.

VERS. 24. — CONSILIATUS SUM, id est, decevi. ILLIAM, id est, ejus præcepta. ZELATES, id est, studiose secutus.

VERS. 25. — IN ILLA, id est, pro illâ, scilicet obtinendâ.

VERS. 26. — LUMI, id est, splenduit.

VERS. 27. — AGNITIONE, pro, agnoscens. Græcè, *purgatione*, seu puritate.

VERS. 28. — POSSEDI COR, id est, factus sum cordatus. DERELINQUAR, scilicet à Deo.

VERS. 29. — VENTER, id est, animus.

VERS. 50. — LINGUAM, scilicet studium. MELCEDEM, scilicet laboris mei (2).

VERS. 52. — IN HIS, pro, *de his*. SITHUNT, q. d., aride sunt, et sapientiâ indigent (3).

VERS. 56. — IN MULTO, etc., pro *velut multum*, etc.

VERS. 57. — MISERICORDIA, id est, benignitate, seu beneficentiâ.

VERS. 58. — ANTE TEMPUS, scilicet mercedis, vel q. d., mature (4).

vel, ut vers. 16: *De tempore iniquo, hoc est, iniquo piis sanctisque; quod idem est, ac supra de manibus gentium*, vers. 12.

(Bossuet.)

(1) CUM ADHUC JUNIOR ESSEM, PRIUSQUAM OBERAREM, QUESIVI SAPIENTIAM PALAM IN ORATIONE MEA. Commemorat quomodo studio sapientiæ se dederit jam tunc, quando adhuc junior erat, id est, à primâ ætate. Hæc ergo sententia indicat longè facilius esse homini discere Sapientiâ in primâ ætate, id est, ab annis pueritiæ, vel adolescentiæ, quàm in ætate virili, aut senili, quia qui eam discit ætate virili aut senili, plerumque est imbutus vitis et erroribus contrariis per ætatem contractis. Itaque duplici labore opus est, et ad extirpandum germina vitiorum et errorum, et ad inserendam sapientiam. In puerili autem ætate nondum radices egerunt vitia, aut opiniones erronæ. Et hoc est quod ait: *Priusquam oberarem*, id est, priusquam in varios errores et vitia progressu ætatis precipitarem.

(Estius.)

(2) VERS. 51. — APPROPRIATE AD ME. In libris quibusdam est *accedite mihi*: in quo sermone *mihi* redundat, ut sæpè aliàs. Aut est *mihi* pro, *ad me*. IN DOMUM DISCIPLINÆ. Ubi disciplina exercetur quæ sapientiâ conciliat. Proinde Salomo Prov. 8: *Audite, inquit, disciplinam, et sapite*. Vult dicere, et sapientes evaditis. Alicubi legitur *domus sapientiæ*, eodem sensu.

(Drusius.)

(3) VERS. 55. — VIDETE OCVS VESTRIS. Me respicite. QUIA MODICE LABORAVI. In juventute diligens ad studia fui.

ET INVENI MIHI MULTAM REQUIAM. vitam non inopem. Medicus fuit, ut credo, et ac et majores ejus.

(Grotius.)

(4) OPERAMINI OPUS VESTRUM ANTE TEMPUS, ET HABIT VOES MERCEM VESTRAM IN TEMPORE SUO. T. *operamini* significat sapientiâ, de quâ semper agit, non esse otiosam et inane speculativam, nec solum in affectu et interno amore virtutis consistere, sed esse operam, atque in actiones virtutis emanare. Unde has vocat *opus vestrum*, quod scilicet vobis sapientiæ studiosis ipsa præscribit, quodque vobis manebit in

omne ævum, vobisque conciliabit æternam felicitatem et gloriam, cum cætera mundi hujus bona, ut opes, honores, deliciae, non sint opus vestrum, vobisque mansurum, sed mundi, utpote quæ à mundo nunc dentur, nunc auferantur, et ad alios transferantur, adeoque cum mundo, imò ante mundum sint interitura. Quocirca Christus, Joan. 6, 27 : *Operamini*, ait, *non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*. Opus ergo sapientiæ, id est, rationis, virtutis, felicitatis et æternitatis, est opus nostrum, id est, nobis à Deo destinatum, nobis dignum, nobis mansurum, nos beaturum. Porrò τὸ *ante tempus* tripliciter exponi potest. Primò, q. d. : *Operamini opus vestrum*, puta opus sapientiæ et virtutis, antequàm pereat et elabatur vobis tempus operandi, et merendi æterna præmia, ut notet duo tempora, unum hujus vitæ, quod est tempus merendi; alterum futuræ vitæ, quod erit tempus mercedem recipiendi, juxta illud Galat. 6, 10 : *Dùm tempus habemus, operemur bonum; tempore enim suo metemus non deficientes*. Unde Vatablus vertit : *Ante amissam occasionem* (hanc enim significat Græcum *καρπὸς*) *fungimini officio vestro, suoque tempore præmio vos afficiet*.

Alludit ad Jacob ambientem Rachel in sponsam; unde pro eâ ante nuptiarum tempus servivit Laban patri Rachelis per quatuor et decem annos pascendo greges illius, ac videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, Genes. 31, 15. Nam, ut ait Albinus Flaccus, disput. cum Pipino Caroli Magni filio : *Quid est spes? refrigerium laboris. Quid est quod amara facit dulcia? fames. Quid est quod hominem non lassum facit? lucrum*. Huc accedit Glossa : *Operamini*, inquit, *opus vestrum*, ante tempus judicii; Lyranus, ante tempus mortis. Unde Sapiens Ecclesiastæ 9, 10 : *Quodcumque, inquit, facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas*.

Secundò, Palacius sic exponit, q. d. : *Operamini ante tempus*, id est, in juventute, ut ego feci, qui ante tempus postulavi eam, cum nondùm tempus videbatur petendi. Aut potius, q. d. : Ne expectetis tempus quærendi sapientiam, prævenite omne tempus; fallimini si creditis senectam expectandam ad eam quærendam; arripite igitur quamvis eam comparandi occasionem. Ne contingat vobis, quod contigit sponsæ, quæ cum aperuit pessulum ostii sui, sponsum, qui diu ad januam pulsaverat, jam abiisse doluit. Igitur *operamini ante tempus*, idem est quod, *operamini etiam ante tempus*. *Dabit*, inquit, *mercedem in tempore suo*, dabit scilicet sapientia mercedem, non quovis tempore, sed tempore suo, cum oportuerit.

Huc accedit noster Pineda, lib. 3 de Salomone, c. 3, qui sic explicat : *Operamini*, inquit, *opus ante tempus*, etc.; q. d. : Dùm non habetis sapientiam, etiam ante tempus senectutis (tunc enim suo tempore videatur maturè provenire) enitimini, ut illam bonis operibus et assiduis vigiliis atque laboribus promereamini. Quippe illa tandem vobis aderit non quidem oscitantia et somnolentiæ, sed sollicitudinis et vigiliarum præmium, mercesque opportuna, ut in me cernitis.

Tertiò, plenius et sublimius, q. d. : *Operamini opus vestrum*, puta vestræ sapientiæ et virtutis, *ante tempus*, scilicet mercedis, uti in tempore suo, mercedi scilicet à Deo destinato, mercedem vestram quisque operi suo congruam et commensam recipiat; q. d. : *Operamini opera bona in præsentis vitæ*, ut in futurâ mercede donemini; præsens enim seculum est operis et meriti; futurum verò erit quietis et mercedis. Nota τὸ *mercedem*, quam scilicet cuique majorem vel minorem pro qualitate et quantitate operum, Deus justus iudex taxabit. Igitur in hac vitâ non est tempus mercedis, lætitiæ et divitiarum; sed est tempus militiæ, laboris et crucis. Ergo si illa Deus daret in hac vitâ, non tempore suo ea daret. Expecta igitur, ô Christi athleta, tempus suum, quò Deus ea tibi certò, imò magno cum honore præstabit. Denique Sy-

rus sic concludit : *Operamini opus vestrum non in tempore suo, et dabitur merces vestra tempore suo. Benedictus Deus in seculum, et laudabile nomen ejus in generationem et generationem. Hucusque verba Jesu filii Simeonis* (fortè Sirach pater Jesu, alio nomine dictus est Simeon) *qui vocatur Bar-Siro* (id est, filius devincti); Arabicus, *Bar-Sirach*.

Imitatur Siracides Salomonem, puta Ecclesiasticus Ecclesiasten, qui ita librum suum concludit : *Finem loquendi pariter omnes audiamus : Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo*, id est, hic finis, hæc meta, hæc felicitas; hæc gloria, hoc omne bonum hominis. Unde Rabanus : « Huic sententiæ, inquit, canon totius divinæ legis concordat, et hoc resonat, hoc docet, hocque hortatur, ut dùm « tempus habemus, semper bono operi insistamus; « quatenus in tempore opportuno justissimo iudice « retribuente, æternam mercedem pro hoc accipiamus. »

Finis enim omnis sapientiæ et doctrinæ, omnisque actionis et virtutis est æterna merces, felicitas et gloria, quæ sanè omnes extimulare et accendere deberet ad aggrediendum heroica virtutum opera, eaque multiplicanda et augenda; quot enim talia facimus, tot coronas gemmeas et adamantinas nobis in cælis adornamus. « Ad magna enim præmia, ait S. Greg. « homil. 37 in Evang., perveniri non potest, nisi per « magnos labores. Unde Paulus egregius prædicator « dicebat : *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit*. « Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, sed « non deterreat certamen laborum. » Præclare S. August. in Psal. 93. : « Venale est, quod habeo, dicit Dominus, tibi eme illud. Quid habet venale? requiem, regnum. Quantum valet? Pretium ejus labor est. « Quantus labor? Æterna requies æterno labore emenda « erat. Sed qualis misericordia Dei! Non dicit : Decies « centena millia annorum labora; non dicit : Vel « mille annos labora; non dicit : Quingentos labora; « sed : Cùm vivis, labora paucis annis; inde jam re- « quies erit, et finem non habebit. Ecce quantum præ- « tium damus, quodammodò unam siliquam ad acci- « piendos thesauros sempiternos : siliquam laboris ad « requiem sempiternam. » Et S. Bernard. serm. 4 de Ascens. : « Quid illi grave poterit videri, qui semper « mente tractat, quòd non sunt condignæ passionis « hujus temporis ad futuram gloriam? Quid concu- « piscere poterit in seculo nequam, cujus oculus sem- « per videt bona Domini in terrâ viventium, semper « videt æterna præmia? »

Hæc præmia sibi jugiter ob oculos posuere præci ascetæ et anachoretæ, iisque velut acribus virtutis stimulis, ad ardua quæque sese incitabant. Audi Damascenum in Histor. Barlaam et Josaphat cap. 12 : « Per hæc exempla, et per hujusmodi coitiones et ac- « tiones, terreni coelitem vitam imitati sunt; ut qui « in jejuniis et precibus, ac vigiliis, in calentibus la- « crymis et luctu ab omni animi distractione liberi, in « peregrinatione ac mortis memoriâ, in lenitate animi- « que affectu ab iracundiâ remoto, in laborum silen- « tio, in paupertate atque inopiâ, in castitate ac pudici- « titiâ, in humilitate et quiete, ac denique in perfectâ « erga Deum et proximos charitate præsentis vitæ « curriculum confecerint, angelosque moribus expres- « serint. Ob eamque causam Deus miraculis ac signis « variisque virtutibus eos exornavit, effecitque ut ad- « mirandæ eorum vitæ rationis sono, ipsi quoque orbis « terrarum fines personent. » Deinde unius S. Antonii Vita in exemplum proposita, ista subjicit : « Beati « certè illi ac ter beati, ut qui Dei amore flagrârunt, « atque ob ipsius charitatem omnia pro nihilo duxerunt. Siquidem lacrymas profuderunt, dieque ac noctu « in luctu versati sunt, ut perpetuam consolationem adipiscerentur; seipsos ultrâ depresserunt, ut illic in « altum attollerentur; carnes suas fame ac siti et vigi- « liis confecerunt, ut illic paradisi deliciae et exulta- « tio ipsos exciperent; Spiritus sancti tabernaculum « per cordis puritatem exstiterunt, quemadmodum

scriptum est 1 Cor. 6: *Inhabitabo in ipsis et commorabitur super eos* ; et sic ad Carum delectorem Sacerdoti, hinc inde in vestibus tuis commorabitur, atque in percussis super tempore habuerunt, momentali spiritus ad certum expectantibus. Nam cum mortis occasus praesens essent, hoc verbum solum edebat semper perperitissimum, atque tunc acerrimum demeritum, immittunt supplicia contritionis, et in corpore delectum possident, sed ab ipso instantem dividuntur, atque ut libere ac studio suam, ut non capere non poterat, esse ut, perurbationum experientia, non secum atque angelis auerunt; tunc cum illis quoniam vitæ et nihil sunt, choros agunt, et cum illis de se loquitur, quoniam litus mentis oculis presentium rerum vanitatem, atque humane prosperitatis inessentiam et inconstantiam perspexerunt, atque se, cui simpliciter bene sibi ipsis crediderunt, se vitæ esse, que nunquam occidit nec morte interruptitur, arripuerunt.)

Igitur verè Sapiëntia non est aliud quàm vera sanctitas, sancta fidelitas, felix aternitas. Quoniam et sursum vocatis animas terrena desideria non deprimant, ad a rebus peribitibus peritura non occupent, etiam veritatis iugiteras liberes illecebra non retardent, etc., ut S. I. o serm. 2 de Ascensione.

S. Antonius apud S. Athanas. : « Si centum annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in cauro, sed pro annis praedictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. » Quidquid hic vides, breve est. Aternum cogita : semel cogitatum, ditum, sacrum, aternum est.

S. Gregor. lib. 6, epist. 26 ad Andream : « Si bona querimus, illa diligamus que sine fine habebimus.

« Si autem mala persequimur, illa timeamus que a corpore sine fine succedunt. »

S. Gregor. Serm. 97 ad Eudarium : « Ad deum committite, pro salute animo vobis, vitam aternam scripsit. Non enim spiritus tuas scilicet, quoniam ad illud summe et potestatem et locum bonum peruenitis. »

S. August. serm. 59 de Tempore : « Tota seculis Sapiëntia nos a terrene ad aternam regi cadherat, ubi vera et sempiterna est felicitas. » S. Bruno fundator Cartusia in carmine de Vanitate mundi :

*Sic vivit hostias tanquam mors nulla sequatur,
Et velut ciferat fœdula causa peret.*

« Eternam comparata brevis est omnium temporum longitudo. In conspectu enim uno mille anni quasi dies una reputantur. » S. Hieron. epist. 159 ad Euphrasium : *Lex ne peccata taceat quæcunque, Domine, et a terrena temporum. Halleluia. 4 Esdræ 2, et Offic. Eccles.*

VIVI ET ERNATI.

O ETERNITAS, quam longa es ! quam intermina ! quam raro versatis in mentibus hominum !

O ETERNITAS, quam piis beata, quam impiis misera est ! o viva semper eademque seculorum omnium ETERNITAS !

Tertull. Exhortat ad Martyres, cap. 5 : Bonum certamen subituri estis, in quo agonizantes Deus vivus est : vixitarches Spiritus sapientis ; corona aternitatis, bravium, angelicæ substantiæ politia in cordis, gloria in secula seculorum. Amen. » (Corn. à Lap.)

DE AUCTORE LIBRI SAPIENTIÆ Dissertatio.

AUCTORE P. HOUBIGANT.

Liber Sapiëntiæ, vel fragmentum est operis majoris, vel, si olim fuit volumen unum ac separatum, deest ejus initium, in quo erat titulus ; quomodo in Proverbiis pro titulo habetur : *Proverbia Salomonis, filii David. . .* ; in Ecclesiaste : *Verba Ecclesiasticis, filii David.* Pro certo habendum est, non omissum fuisse olim auctoris nomen, quoniam et in priori parte auctor quædam vaticinatur de Justo interficiendo, de que orbe cum impiis pugnatur, et neminem habemus in sacris Libris incogniti nominis prophetam, ut liquet ex initiis duodecim prophetarum, que suo cuiusque prophete nomine inscribuntur. Itaque aut nomen suum posuerat ipse auctor, aut post ipsam, veteres Judæi, ut ex nomine ipso auctor auctoritatem prophete, quam vivens obtinuerat, de funetis retineret.

Nec tamen putandum est librum Sapiëntiæ totum esse unius ejusdemque auctoris ; sed potius partem priorem, in qua exstant et vaticinationes et sententiæ Salomonis Proverbiis ferè similes, esse ipsius Salomonis ; partem posteriorem alterius scriptoris ; forte

ejus qui priorem Græcè converterat, quique addiderit de suo partem posteriorem.

Sic autem probatur partem priorem esse Salomonis. Loquitur Salomon cap. 7, ubi legitur vers. 4 : *Ego quoque mortalis homo sum*, et vers. 5, ubi : *Non est enim rex qui aliud habuerit nascendi primordium*, et vers. 17, 18, 19, 20 et 21, ubi scriptor operis narrat se, Deo dante, cognovisse principium, et finem, et medium temporum. . . naturas animalium. . . stirpium varietates. . . Hæc enim omnia, ut unam continuamque seriem habent, ita conveniunt in unum Salomonem, quem narrat liber tertius Regum disputasse supra liquis à cedro, que est in Libano, usque ad hyssopam. Idem etiam loquitur cap. 8, vers. 11 et 12, cum dicit : *Ego videbor acutus in iudiciis. . . tacentem me expectabunt. . .* ; et vers. 14 : *Gubernabo populos*, et toto cap. 9, ubi postulans à Deo Sapiëntiam, sic ait vers. 7 : *Tu me elegisti populi tui regem* ; et vers. 8 : *Tu mandasti ut templum edificaretur* ; et vers. 12 : *Et iudicabo populum meum, et solio patriæ*

mei dignus ero. Idem dicendum de cap. 6; nam septimum, quod sic incipit: *Ego quoque mortalis homo sum*, habet in illo quoque continuationem cum iis quæ dicta sunt cap. 6. Jam cap. 6, quod tale initium habet: *Quare audite, reges*, continuat similiter, in illo *quare*, id quod dictum est cap. 5; quod ipsum cap. 5, cum sic exordiat: *Tumst abit justus...*, continuat etiam, in illo *tum*, ea quæ antea dicta sunt; atque adeò ejusdem est auctoris atque cap. 4. Idem statuendum de cap. 4, in quo dicitur de immortalitate sterilitatis cum virtute conjunctæ. Nam hæc est antithesis eorum quæ in fine cap. 3 exposita sunt de iis qui filios impios habuerint, et longam vitam duxerint. Cap. autem 3, quod sic incipit: *Sed justorum animæ in manu Dei sunt*, oppositionem habet, in illo *sed*, cum iis quæ antecedunt cap. 2, de impiis, qui non sperant ullum fore virtutis præmium. Denique cap. 2, quod sic incipit: *Dixerunt enim apud se, non rectè cogitantes*, continuat, in particulâ *enim*, ea quæ cap. 1 dicta sunt. Itaque necesse est, si loquitur Salomon cap. 7, 8 et 9, eundem loqui capitibus superioribus, atque adeò hæc capita novem esse ipsius Salomonis. Nobis quidem hæc inductio tam evidens est, ut non jam culpandi videantur neque Græci veteres, qui hunc librum inscripserint: *Sapientia Salomonis*, neque antiqui Ecclesiæ Patres, qui hoc opus Salomoni attribuerint, quamvis criticam censuram non adhibuerint, ut partem posteriorem viderent alterius esse quàm Salomonis.

Verùm nostra inductio fiet adhuc evidentior, confutandis iis qui hoc opus à Salomone totum abjudicant; ex quorum numero est Edmundus Calmet (1), qui quoniam in suâ Dissertatione in hujus libri auctorem collegit rationes quæ in eam rem proferuntur, nos easdem rationes breviter expendemus.

Hoc primùm objicit Edm. Calmet in Præfatione: «Non propterea hunc librum videri esse Salomonis, quòd eum Græci nomen: *Sapientiam Salomonis*; nam ferè neminem esse, qui Salomonem nunc putet fuisse ejus auctorem; sed veteres habuisse hunc librum tanquàm compendium quoddam eorum quæ scripsit Salomon.»

Responsio nostra hæc est: Etsi nemo hodiè credit librum Sapientiæ fuisse à Salomone conscriptum, non tamen posthabenda esset opinioni recentiorum opinio veterum, seu Judæorum, seu Christianorum, cum præsertim hæc opinio nata esse videatur ex eo quòd planum est in priore libri parte loqui Salomonem. Nec verò hic liber propterea titulum habet: *Sapientia Salomonis*, quòd in eo sit Salomonis doctrinæ compendium. Nam liber Ecclesiastici compendium ferè simile habet, nec Salomonem minùs redolet quàm liber Sapientiæ; qui tamen liber Ecclesiastici inscriptus est: *Sapientia Sirach*, aut *Jesu filii Sirach*, de nomine auctoris; quod ipsum magno

argumento est librum Sapientiæ fuisse olim de nomine auctoris, non de doctrinâ, inscriptum.

Hoc alterum opponit Edm. Calmet: «Non plus probat titulus, quem Græca habent exemplaria, quàm nomen regis quod assumit, aut quàm persona Salomonis quam induit hujus libri auctor. Sæpè veteres opera sua inscripsère nominibus eorum quos loquentes inducebant: sic Plato dialogos suos inscribit nominibus Socratis, Timæi...; sic Xenophon, Cyri.»

Conceditur, non duci ex titulo argumentum certum; non item ex nomine regis, quod auctor assumit, ut neque ex personâ, quam exhibet, Salomonis. Enimverò non sunt similia exempla auctoris sacri cum supradictis auctoribus profanis. Sic assumit nomen et personam Socratis Plato, cum inducit Socratem loquentem, ut facilè videat lector esse auctorem dialogi ipsum Platonem; quod non ita est de libri Sapientiæ auctore, qui quidem se ut Salomonem templi, Deo jubente, conditorem sic designat, nihil ut addat, quo præmoneat lectores, se loquentem facere Salomonem; sic ut fieri non possit, quin credat lector esse ipsa verba Salomonis, cum præsertim nemo exstiterit divinus scriptor, qui alterius item divini nomen et personam similiter induerit. Sed quærere etiam nos juvat quâ mente auctor libri Sapientiæ, Salomonis nomine, quædam scripserit. «Eâ mente, inquit Edm. Calmet, ut magis permoveret lectores suos.» Non facilè credit lector hanc ei fuisse de cælo inditam mentem. Accedebat enim auctoritas ejus scriptis ex Deo afflante, non ex personâ Salomonis. Sed hoc posito, scriptorem hujus libri induisse personam Salomonis, hoc dico: Non permovebantur lectores auctoritate ac nomine Salomonis, si introspiciebant nihil hoc esse præter meram prosopopœiam; ut enim permoverentur, necesse erat eos credere ipsum loqui Salomonem. Nunc quæritur an id credere lectores possent. Enimverò, quo tempore scribebat hujus libri auctor, erant in omnium manibus opera Salomonis, atque hæc, Deo dictante, scripta fuisse credebantur. Quòd si igitur Salomon inducebatur quædam dicens quæ in ejus operibus non exstabant, et si auctor interrogabatur unde sciret hæc dixisse Salomonem, responderetne se uti prosopopœiâ, neque hæc reverà dixisse Salomonem, sed eum à se induci hæc loquentem? Certè Judæi reposuissent: Noli igitur nos permoveri posse credere auctoritate ac nomine Salomonis, quandoquidem tu hæc ad nos, non ipse Salomon. Non negandum est fieri potuisse ut scriptor quidam, Dei lumine revelante, quædam Salomonis dicta, quæ interiissent, postliminiò revocaret; verùm, cum id fiet, non jam novus auctor, sed Salomon loquetur; atque is scriptor monere debebit lectores, cum Salomonem inducet loquentem, loqui Salomonem, non seipsum. Si hoc monere omittet, non ei fides habebitur, ut credatur hæc dixisse Salomonem, quæ in operibus ejus non exstant.

«At non moment ethnici auctores, cum dialogos conscribunt, seipsos quid sentiant scribere, non autem reverà loqui eas quas inducant personas. Nam

¶ (1) Hanc in Calmeti sententiam P. Houbigant incusationem vide supra in decursu voluminis conlutatam, col. 351-352.

« ita Xenophon Cyr. 3. inducit, quasi ipse Cyrus hoc
« dixisset quæ in Cyropædiâ loquens inducitur. Nomen
« igitur potuit idem facere auctor libri Sapientiæ? » —
Respondeo : Non potuit, quia non licuit. Nam, cum
sacer scriptor, ut fuerat Salomon, nihil, nisi Deo af-
flante, dixisset, non hecbat eum facere quædam, qua
non dixisset, dicentem, ne fictitiis sermonibus falsa
fides adduceretur. Propterea in hoc genere habere
locum prosopopœia non potest, nisi Salomonem in-
ducis eadem dicentem quæ in scriptis ejus leguntur ;
quod non fecit auctor libri Sapientiæ.

Idem sic disputat : « Si hic liber fuisset à Salomone
« scriptus, et si Hebraicè exstisset tum cum vivere
« septuaginta Interpretes, non cum Judæi oblitii es-
« sent, non eum neglexissent, nec ex suo canone ex-
« clusissent. » — Respondeo exstare potuisse Hebraicè
libri Sapientiæ partem priorem tum cum vivebant
septuaginta Interpretes, etsi eum Judæi non admisere
in canonem suum, quoniam et is canon vigeat longe
ante septuaginta Interpretes, nec ei quidquam Judæi
addebant. Non addidère Judæi ad canonem suum
librum Tobiaë Chaldaicum : an propterea nunquam
exstiterat liber Tobiaë Chaldaicus? Idem dicendum
de libro Judith. Eos duos libros Judæi non inseruère
in suum canonem, quia illos, cum canonem suum
fecère, non cognoscebant. Vide dicta ad librum Tobiaë.

Verùm, inquires, an poterat ignotus esse Judæis is
iber, quem Salomon scripsisset? — Potuit certè ali-
quandiu, quomodò et Chaldaica Tobiaë et Judith fuère
illis aliquandiu ignota; nam si hæc semper cognita
illis fuissent, hæc procul dubio canonis sui partem
fecissent. Multa perièra opera Salomonis de rebus
scripta naturalibus. Fieri poterat ut eorum quædam,
postquam Judæos diu latuissent, reperirentur, canone
Judæorum jam clauso. An negandum fuisset hæc opera
esse Salomonis, propterea quòd seriùs reperta essent,
quàm ut in canonem admitti possent? Idem dici potest
de parte priore Hebraicâ libri Sapientiæ, in quâ Sa-
lomon loquitur ex suâ personâ, non ex alienâ, ut mox
ostendimus. Hæc interierit ante canonem clausum,
et priusquam Judæi cogitarent de suis libris Græcè
convertendis; eadem, canone jam clauso, reperta
fuerit, ut reperti sunt, post canonem clausum, libri
Judith et Tobiaë; deinde in Græcam fuerit translata
linguam: denique eadem, Græcâ factâ, iterùm inter-
ciderit, quomodò intercidère Judith et Tobiaë primi-
geniæ membranæ.

Atenim, inquit Edm. Calmet, « nemo unquam vidit
« librum Sapientiæ Hebraicum. De eo silet interpres
« Græcus; silet Josephus, Philo, Hieronymus, Origenes.
« Ergo maximè verisimile est eum nunquam exstîtisse. »

Rectè Edm. Calmet, *maximè verisimile*, eatenùs ut
verisimilitudo nascatur ex silentio auctorum supra-
dictorum. Sed verisimilitudo, quantacumque esse vi-
deatur, abesse debet præsentè veritate, si constat
ex hoc libro, ut constare ostendimus, loqui in priore
parte ipsum Salomonem, minimè verò auctorem Græ-
cum ex personâ Salomonis. Etsi verò id non constaret,
non multùm adjuvat Edmundum Calmet silen-

tium auctorum supradictorum, non quidem Græci
interpretis; nam sacros libros Hebraicè conscriptos
qui Græcè converterent, nihil dixere de Hebraico volu-
mine quod convertebant, excepto uno nepote filii Si-
rach; non Philonis, nec Josephi, illi enim nihil di-
xere de libris Tobiaë et Judith, quos tamen constat
fuisse Hebraicè aut Chaldaicè conscriptos; non deni-
que Origenis et Hieronymi, quia uterque de ejusmodi
rebus nihil rescire poterant, nisi ex Judæis, qui hoc
ipsum ignorabant. Credibile est paucissima exstîtisse
post Babylonicam captivitatem primæ partis Hebraicæ
exemplaria; nam, si multa exstîtissent, hæc Judæi
cognovissent, neque hæc in suo canone, cum eum
fecerunt, omisissent. Jam si pauca ejusdem erant
exemplaria, colligi potest hæc permissè sub Antiocho
Epiphane, qui libros Judæorum conquiri jusserat et
igne deleri. Conquirebant Antiochi homines Judæo-
rum libros, non Græcos, sed Hebraicos, quos sciebant
esse Judæorum proprios; atque ea causa esse videtur,
cur perierint Hebraicæ quædam Judæorum membra-
næ, Græcæ non interierint.

Idem ibidem sic pergit : « Adde stylum et scribendi
« indolem esse totam Græcam, et Hebraicæ linguæ
« indoli longè dissimilem. »

Hoc conceditur de parte hujus libri posteriore,
non de priore, quæ multùm refert stylum Proverbio-
rum et Ecclesiasticis, necnon Hebraicæ linguæ plu-
rimam indolem, ut cap. 2, vers. 14 : *Factus est nobis in reprehensionem cogitationum nostrarum, quæ scribendi forma nihil minus est quàm Græca*; et cap. 4, vers. 15 : *Populi autem videntes, nec intelligentes, pro : Populi vidère, nec intellexère, et alia benè multa*. Unum tantùm reperio in priori parte locum, qui scientiam Græcam redolere videatur, nimirùm cap. 8, vers. 7, ubi nominantur quatuor virtutes : *Temperantia, prudentia, justitia et fortitudo*. Sed tales nominationes contere licet in Græcum interpretem, qui verba Hebraica, quibus Sapientiæ dotes designabantur, eadem notâ signaverit, quâ exhibebant philosophi Græci virtutes quatuor, quæ principes erant, quia nimirùm nomina Hebraica non multùm aberant ab illis virtutum nominibus Græcis.

Postea hæc subjungit : « Similitudo verò sententiarum et styli cum sententiis et stylo Salomonis non modò non argumento est hunc librum scripsisse Salomonem, sed etiam causam habet probabilem, cur contrarium affirmetur; neque enim seipsum transcriberet Salomon, nec iterùm scriberet quæ alibi scripsisset. »

Hoc argumentum infirmum videbitur, si quis ad mentem revocabit in sacris libris easdem res ab iisdem auctoribus non semel fuisse conscriptas, et Psalmos quosdam esse aliis Psalmis ferè similes, ut et Prophetas aliis Prophetis. Nam si unus scriptor, Dei spiritu afflante, eadem dixit quæ alii antea dixerant, nihil afferri potest cur non idem scriptor, eodem spiritu movente, eadem iteraverit quæ alibi scripserat. Adde non seipsum *transcribere* in hoc libro Salomonem, sed res easdem aliis verbis docere; alia etiam

satis multa dicere quæ non dixerat, neque in Ecclesiaste, neque in Proverbiis.

Idem ibidem: « Non hæc allegaret quæ dixere Isaias et Jeremias, qui diu post Salomonem vixerunt. »

Videbatur docto viro hæc quæ habentur Sapientiæ cap. 25, vers. 14: *Sic et eunuchus... dabitur ei... sors in templo Dei honoratissima*, sumpta esse ex Isaiæ cap. 56, vers. 4 et 5, ubi legitur: *Quicumque eunuchi fœdus meum retinebunt, dabo eis in domo meâ et intra muros meos locum*, etc. Verùm hæc sunt ejusdem quidem utrobique sententiæ, sed non eorundem verborum, neque adeò probari potest ex Isaiâ fuisse desumpta; vel æquo jure statuatur hæc sumpsisse Isaiam ex libri Sapientiæ parte Hebraicâ, quæ Isaiæ tempore nondùm intercidisset, aut ab eodem spiritu afflante fuisse dictata et Isaiæ, et, ante eum, Salomoni. Similiter sentiendum est de hâc sententiâ: *Quis homo est, qui consilium Dei cognoscat...?* quæ jacet Sapientiæ cap. 9, vers. 15, quamque Edm. Calmet transcriptam putat ex Isaiæ cap. 40, vers. 15, ubi legitur: *Quis homo copiam fecit ei consilii sui?* Nam et alia atque alia utrobique verba sunt, et præterea hæc est sententiâ generalis, quæ in libris sacris Isaiâ antiquioribus reperitur; nec propterea creditur Isaias hanc allegasse ex aliis libris; non igitur putandus est hujus libri auctor hanc ex Isaiâ transcripsisse.

Aliud argumentum petit Edm. Calmet, ex eo quòd in libro Sapientiæ alii sacri libri allegantur ex versione septuaginta Interpretum. Exemplum primum affert ex capite 5, vers. 10, 11, 12 et 15, ubi dicitur de navi quæ æquora tranat, et de alite qui volat per auras, nec relinquit post se itineris sui ullum vestigium; atque hæc sumpta putat ex Proverb. cap. 30, vers. 19, ubi dicitur quatuor vias esse ignotas, viam aquilæ in aere, viam serpentis in petrâ, viam navis in mari, et viam hominis *in juventute*, ut habetur apud septuaginta Interpretes; cùm contra in Hebræo legatur: *Viam viri in virgine*. Tamen loco supradicto libri Sapientiæ nihil dicitur de *juventute*, ut neque de *virgine*; sic ut ego maximè admirer viro dicto visum fuisse hunc locum Sapientiæ fuisse ex Proverbiorum Græcâ versione desumptum. Alterum exemplum petit ex cap. 2, vers. 11 et 12, ubi legitur: *Insidiamur justo, quoniam molestus est nobis*, quod sumptum putat ex Isaiæ cap. 5, vers. 10, ubi legitur juxta septuaginta Interpretes: *Quia molestus est nobis*, cùm tamen in Hebræo legatur: *Dicite justo quoniam benè*, ut convertit Vulgatus. Respondeo 1^o legi hoc Sapientiæ loco, *ἐνεδρεύσωμεν, insidiamur*, apud Isaiam verò *δήσωμεν, ligemus*; 2^o ideò posuisse hoc Sapientiæ loco Græcum interpretem: *Quia molestus est nobis*, quoniam sic legeret in Hebraico Sapientiæ codice, non autem quòd sic legeret apud Isaiam in versione Græcâ; et verò etiam maximè verisimile esse Græcos Isaiæ interpretes, quia videbant in mendo esse Isaiæ locum, mutuasse lucem ex hoc Sapientiæ loco. Vide quæ diximus ad Isaiæ cap. 5, vers. 10.

Alia quædam exempla profert Edm. Calmet, qui-

bus probet auctorem libri Sapientiæ de septuaginta Interpretibus sumpsisse quædam. Verùm, cùm sint hæc exempla sumpta ex cap. 15, 14 et 16, quæ sunt partis hujus libri posterioris, nihil ad nos pertinet de illis exemplis: satis est nobis ostendisse nihil solidum ab eo afferri, cur negandum sit hujus libri capita priora novem esse ipsius Salomonis. Fieri vix potest ut lector, qui critico judicio utatur, non videat quantum distet inter stylum partis prioris et posterioris, cùm pars prior Hebraicam simplicitatem et antiquitatem redolet, pars autem posterior habeat stylum inflatiorem et obscuriorem, atque etiam poeticas quasdam descriptiones, ut rectè monet Edm. Calmet.

Tria restant, quæ opponi solent. Primum est, in hoc libro apertè demonstrari æternitatem præmiorum ac suppliciorum post mortem. Perinde quasi non etiam hanc æternitatem apertè declarent Psalmi plures, et liber Job, et alii multi sacrorum codicum loci. Hanc æternitatis fidem Judæi palam profitebantur, nec verò professi essent, nisi eam vidissent in libris suis planè demonstratam.

Alterum est, quòd cap. 1, vers. 14, legatur: *Nec inferorum regnum in terrâ*; alludit enim, inquit, ad fabulam Plutonis, qui fingitur à poetis rex inferorum, atque ab inferis ditiois suæ jura in terram extendisse. — Respondeo verbum *ἀδης*, quo utuntur hoc loco Græci interpretes idem sonare quod apud Hebræos verbum *שאול*; nam sic alibi passim Græci convertunt id verbum Hebraicum. Est autem *שאול*, *infernus* aut *mors*. Num dicemus *infernam* vel *mortem* alludere ad *Plutonium*? Ergo alluserit pariter ad *Plutonium* apostolus Paulus, cùm dixit: *Regnavit mors ab Adam*.

Tertium est, quòd cap. 2, vers. 8, dicatur: *Coronemus nos rosas*. Nam coronas, inquit, rosaceas apud Hebræos non fuisse tempore Salomonis, imò nec tempore Isaiæ et captivitatis Babylonicæ, censet Tertullianus, libro de Coronâ militis, cap. 9. Nemo non videt, Tertulliani de usu ab ejus ætate tam longè remoto, quàm levis sit auctoritas. Etsi autem coronæ rosacæ priscis iis temporibus non adhibitæ fuissent, illæ attribui possent Græco interpreti, non auctori Salomoni, qui usurpaverit vocabulum posterioribus Judæis parùm notum, ut erant pleraque florum nomina. Ejus generis est verbum *הבצלת*, quod converti solet, *lilium*, sed quod Aquila interpretatur *καλλιξ*, *calix*, seu *rosa tumens*. Imò ipsum verbum *הכתיר*, *coronare*, exhibent Græci interpretes Proverbiorum cap. 14, vers. 18, per verbum Græcum *κρατεῖν*, quod etiam posset converti *cingere*, tanquàm *stipare*.

Maximè notandum est, quæcumque in novo Testamento ex libro Sapientiæ sumpta sunt, et iisdem ferè verbis exprimuntur, hæc reperiri in novem capitibus prioribus; quo ipso significabant novi Testamenti auctores, non ejusdem esse scriptoris partem hujus libri priorem ac posteriorem; fortè etiam priorem plus habuisse apud Judæos auctoritatis, utpote ex Hebraico fonte derivatam, et ab ipso Salomone conscriptam.

Scriptiones varias Græcæ libri Sapientia, quomodo et libri Ecclesiastici, non alias lectori exhibuimus, quam eas quæ codici Romano, quem interpretabamur, afferre lucem poterant; nam omnes recensere, non modò non fuit nostri instituti, sed etiam inutile videbatur, postquam hoc ante nos alii fecerunt; præcipue Hæschelius et Drusius, quos adire lector potest apud criticos sacros. Verùm non omisimus exhibere lectori Scripturas Hebraicas et Chaldaicas quas ex interprete Græco depromere potuimus, et ex quibus sæpe illustrantur Græcæ versionis obscuritates, aut tolluntur

ambiguitates. Ex his autem primigeniis scriptionibus non semel colliget lector, Græcum interpretem, sicuti parum felicitè interpretatur, ibi tamen non semel habuisse bonas scriptiones Hebraicas aut Chaldaicas, quia nimirum verba Hebraica aut Chaldaica pressius, quàm par erat, imitabatur; vel significatus aliquando parum commodos eligebat; quod quidem ignoscendum est in homine, qui Hebraicam linguam non habuerat altricem, quique ad eam plane intelligendam carebat et grammatico et lexico.

DE FUNERIBUS ET SEPULTURIS HEBRÆORUM Dissertatio.

Quæcumque politiores gentes nihil unquam habuerunt antiquius quàm ut mortuorum sepulturas curarent. Hanc tantùm curam solæ mortalium gentes quædam barbaræ, uti Scythæ, Thraces et Hircani, unà cum humanitate ipsâ exuerunt. Cæterùm Hebræis adeò ea res cordi fuit, ut nullis per orbem populis ipsisque Ægyptiis, omnium superstitionis, cederent. Ad id officii utrosque illos populos cum plura impellebant, tum illud potissimum, quòd de animæ immortalitate recta sentirent (1). *Animas, ait Tacitus Annal. cap. 5 de Judæis, prælio aut suppliciiis peremptorum æternas putant. Hinc generandi amor et moriendi contemptus.* Condendo in tumulum corpori Saræ uxoris suæ Abraham duplicem speluncam, ut sibi etiam suisque locus maneret, soluto pretio emit, Gen. 23, 4. Fratres suos Joseph obtestabatur, ut ex Ægypto secedentes, unà secum in Terram promissionis cineres suos deferrent, Genes. 50, 24. Amplissimorum virorum et illustrium feminarum sepulcra sedulò in S. Scripturâ notantur, in quâ pariter ultimi supplicii loco impii honore sepulturæ privandi dicuntur (2). Mortuorum luctus et sepulturam curare, et dapes ad tumulos afferre, potissima erat piorum hominum occupatio (3).

Vix animam efflaverat quis, statim res omnes et supellex ejus cubiculi labem quamdam contrahebant, nonnisi post septem dies eluendam, Num. 19, 14. Idem et cum iis servabatur, qui cadaver, vel sepulcrum, sive ossa defuncti contigissent. Hic autem erat expiationis ritus. Pars aliqua cineris vaccæ rufæ, die expiationis solemnissimè à summo sacerdote immolatæ, in vas aquâ plenum injiciebatur. Hæc deinde aquâ intinctâ hyssopo, à viro mundo aspergebantur cubiculum, utensilia, et quidquid maculam contraxisset. Statè erant huic cæremoniæ dies tertia et septima,

cujus postremæ diei expiatione peractâ, balneo omnia eluebantur, tum vir pollutus, tum ejus vestes; post hæc, pura omnia. Ex Rabbīnorum doctrinâ, labes è mortuo tunc demùm contrahabatur, cum defunctus ex Judæis esset (1); profani enim, inquit, dum vivunt, accedentes ad se omnes inquinant; post obitum, puri ipsi nihil maculæ contingentibus inferunt; cum vicissim Israelitæ viventes odorem puritatis exhalent, quo per nares sanctitas insinuat; defunctorum verò cadavera, quòd Spiritus sancti, unà cum animâ avolantis, contubernio privata sint, nonnisi corruptionem spirant ac tabem. Sexcenta hujus ingenii venditant de eodem argumento Judæorum doctores, quæ levia sunt maximè et inutilia, cum post templi eversionem hi ritus omnes apud Judæos obsoleverint (2).

De funerum apparatu ritumque pauca Scriptura, plurima Rabbīni (3). Morti proximus Israelita coram decem viris et Rabbīno, ad id accitis, crimina sua confitetur; cujus confessionis formula rudibus et indoctis alphabetico ordine exarata est, singulis alphabeti litteris singula et frequentiora crimina continentibus. Doctiores per se vitæ suæ crimina non de scripto recitant, eâ planè disciplinâ, quæ apud nos servatur. Fidei quædam professio ab ægroto exigitur, rogaturque potissimum, utrùm venturum Messiam expectet: tum ager Deum rogat, ut corporis et animæ sibi valetudinem restituat, quemadmodum olim Ezechia (4); poscere autem se, siquidem hora suprema jam venerit, ut crimina, quæ toto vitæ spatio sive prudenti sive imprudenti obrepserunt, morte ipsâ eluantur. Orationem demùm claudens, concedi

(1) Vide Joan. Nicolai de Sepulcr. Hebr. l. 5, c. 5; Basnage, *Hist. des Juifs*, lib. 7, c. 25.

(2) Vide Leon. Modena, *Riti Giudaici*, p. 4, cap. 8.

(3) Vide Buxtorf *Synag. Jud.* cap. 55, et Leon Modena, p. 5, c. 8; Basnage, *Hist. des Juifs*, tom. 3, l. 7, c. 24, et Gejer. de Luctu Hebr.

(4) 4 Reg. 22, 3.

(1) Herod. de Ægyptiis lib. 2, cap. 425.

(2) Eccl. 6, 5. Jerem. 8, 2, et 22, 14, et 2 Mach. 5, 10, et 9, 4.

(3) Tob. 4, 20, et 11, 40, et 6, 18.

sibi postulat locum in Paradiso, et in seculo futuro sedem quæ justis servatur, et tutum ad vitam æternam iter demonstrari. Post absolutam hujus orationis formulam, amici synagogam petentes, pro ipso, sed alio nomine, Deum rogant, eo veluti indicio innuentes, in alterum virum, priori vitâ mutata, illum transisse.

Viris religionis sive litteraturæ famâ insignibus supremum spiritum acturis assistere, in religionis partem ducunt, sperantes inde sibi sanctitatis plurimum proventurum, juxta illud Psal. 48, 11: *Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes*. Nihil hic detortam explicationem moramur, contenti Judæorum ritus exponere. Sunt qui morientes osculentur, quasi ultimos halitus excepturi, quod è veteri more petatum esse, intelligimus ex Philone (1), Jacobum inducente, in argumentum luctûs, pro inopinato de Josephi obitu nuntio, id sibi in memoriam revocantem, neque se decedentis oculos clausisse, nec suprema dedisse oscula. Sunt qui in hunc sensum explicant illud Deut. 54, 5: *Mortuus est Moyses jubente Domino*, vel ex Hebræo, *juxta os Domini*, nempe *in osculo Domini*: ita, inquam, explicant, quasi Deus suprema hoc humanitatis officio dignari amicum, et osculo illius animam excipere voluerit. Joseph defuncto jam patri supremum osculum tulit, Gen. 50, 1. Nihil eo more apud profanos familiarius, qui supremum morientium spiritum osculo legebant, supremosque excipiebant spiritus in signum amoris et charitatis. Statius:

*Interemptæ animam non tristis in ora mariti
Transtulit.*

Solemnis mortuos osculandi ritus olim ad Christianos, ne sacerdotibus quidem exceptis, derivatus est (2); quod deinde concilii Autissiodorensis canone 12, vetitum est. Egredientem jam animam adstantes scissione vestium prosequuntur; quæ olim sinceri doloris significatio, hodiè mera est cæremonia, cum et pretiosioribus vestibus sedulò parcere curent, et innum vestium limbam ad latitudinem circiter palmæ seindant. Ex Rabbiorum verò doctrinâ scissionem illam in obitu alieni post 50 dies sarcire licet; in obitu consanguinei propinquioris nunquàm licet. E veteri consuetudine acceptum tenent, omnem, quæ fortè in domo fuerit, aquam in viciniâ effundi debere, sive ut eam significationem doloris exhibeant, sive ut eo indicio mortis dato, vicinos ad lacrymas provocent. Rabbini tamen docent (5), infici eam aquam veneno, quod angeli interfectoris gladium eluerit; hinc, ne cui noceat, projici. De angelo mortis sermo est in Græco Jobi 20, 15, et 55, 25, 24; et nos fusius egimus in dissertatione de cæde exercitûs Sennacheribi.

His peractis, humus panno insternitur, depositique super illud cadaveris os sudario obducitur; neque enim defuncti faciem aspicere fas est. Causam addunt hujus ritûs, ne scilicet egeni, quorum os fame

et durioris vitæ malis extenuatum est, majori probro afficiantur. Deinde pollex manûs interiùs complicatur; quem situm cum rigentes digiti ægrè patiantur, filis quibusdam è flocco Taled ejusdem defuncti continentur; sic autem coactus pollex figuram quamdam nominis *Saddai* reddit. Reliqui digiti, præter pollicem, manent extenti rigentesque, ut scilicet, inquit Rabbini, documento sint, homines, ubi fatis cedunt, omnia simul deserere, cum vicissim infantes stricto pugno nascantur, ut eo naturæ magisterio discamus, ingredi illos terram, in possessionem divitiarum omnium à Deo immissos. Incenditur cereus, sive lucerna, et ad pedes, sive ad caput defuncti, quamdiu humi jacet, apponitur; neque enim eadem est omnibus Hebræis in eâ re consuetudo. Ratio hujus cæremoniæ portentosa. In collatione habitâ coram summo pontifice anno 1412, vitio datum est Judæis, quòd incendendum cereum illum crediderint, ut viam monstret animæ, pristinum corporis domicilium quæritanti; faciliùs enim facis ductu rectâ ad illud ducitur (1), si tamen regredi parata sit. Reponebant tamen Judæi, id sibi per calumniam imputari, quippe qui sese id facere dicerent, ut sortilegorum absurdas opiniones rident, putantium ob incensum coram defuncto cereum separatam à corpore animam vehementer torqueri.

Secundùm hæc, calidâ aquâ, in quâ herbæ suaves sunt et aromata, corpus abluitur; quæ sæpè consuetudo apud Judæos vetustissima, Act. 9, 37, profanos ipsos non latuit. Feminis plerumque munus illud demandatur, ad quas etiam spectat femoralibus defunctos, et subuculâ induere (2). Sunt tamen qui viros viris lavandis, feminas feminis destinatas contendunt (5); at priorem obtinuisse apud Judæos acquirere ac profanos consuetudinem, pluribus testimoniis doceri videmur. Socrates, antequàm cicutam biberet, corpus lavit, ut ejus lavandi post obitum labore feminas levaret (4). Super subuculam vestis alia brevior carbasina additur, quâ utebatur veste defunctus, dum viveret, die expiationis sollemnis: additur et *Taled*, quadratus nempe pannus, cum ansulis ad latera, ac tandem albus pileolus. Tum feretro imponitur; ipsumque feretrum linteo insternitur, et altero linteo corpus tegitur. Addunt nonnulli, comam defunctis abscondi solitam, antequàm tumulo inferrentur (5).

De feretris eorumque ornamentis non una est ratio. Si vir litteratus obierit, libris ornatur feretrum; si amplissimus vir, feretrum alicubi in acumen desinit. Interdum atro panno totum funus tegitur. Tradunt, veteri olim consuetudine servatum esse, ut defuncto-

(1) Salom. Ben Virga, Sechet Juda cap. 292. Hæc accusatio frequenter legitur apud auctores; et Turca, auctore Pokokio, in eâ sunt sententiâ, animas, septem dierum spatio circa tumulum errare. Vide Pokok, Not. Miscell. pag. 250.

(2) Leo Modena, Basuge, in loc. cit.

(3) Baron, an. 54, ex Babb. Jacob et Majmonid.

(4) Plut. in Phæon. p. 115.

(5) Mos. Egypt. Balac Ebel. c. 4. et Gejer. de Luctu c. 5.

(1) Philo de Joseph.

(2) Dionys. Areop. Hierarch. Eccles. c. 7.

(3) Buxtorf. Synag. Jud. c. 55.

rum corpora pretiosissimis et ornatissimis vestibus induerentur, cujus pompæ dispendio cum inopes non sullicerent, solum vertere cogebantur (1). Sed, addunt, Gamahel doctor perniciosam consuetudinem abrogavit, constituens ut corpus unico lineo velo tegeretur: qui deinde mos adeo obtinuit, ut nec cum regibus alia servaretur consuetudo; simplici enim obvoluti linteo, tumulo inferebantur. Sed variæ sunt in eâ re scriptorum sententiæ: quæ prior proposita est, majorem habet eorundem scriptorum partem (2). Regum cadavera diademate redimita, et sceptrum tenentiâ, mandari sepulturæ, Schikardus animadvertit; reliquæ vestes, quod nemini post eorum mortem illis uti fas esset, igne absumebantur. Sed operæ pretium est lectores monere, hæc omnia nonnisi Rabbiorum fide, in rebus vetustis suspecta, tradi. Narrat Josephus Antiq. lib. 16, c. 11, in eodem cum Davide tumulo ingentes auri thesauros conditos fuisse; quâ in re historici fides nutat. Funebrem pompam Herodis Magni idem historicus describens l. 1 de Bello ait: *Nihil quod ad magnificentiam faceret, omisit Archelaus, sed omnem ornatum regium protulit, ut cum pompâ efferretur mortuus. Lectus quidem erat totus ex auro, gemmis distinctus, stragula verò murice vario refulgens, superque eâ corpus purpurâ coopertum; et capiti quidem impositum erat diadema, corona verò desuper aurea, et dextra sceptrum habebat.* Cadaver regis Asæ lectulo impositum est aromatibus perfuso, 2 Paralip. 16, 14. Paria de lectis mortuorum legimus apud veteres Romanos et Græcos; sed et plures ad augendam funebrem pompam lectos adhibitos fuisse, cum viri aliqui insignes ad tumulum ducerentur, scimus. Apud Rabbinos, lecti nomen usurpatur de fetetro, quo corpus sepulturæ infertur.

Servatum olim in funere clarissimorum doctorum eundem apparatus, quem in regum, comminiscuntur Hebræorum doctores (3), nempe igni traditos eorum lectos, omnes vestes et supellectiles, condita sericis integumentis obvoluta cadavera, nihil tandem fuisse magnificentiæ, quod cum illis omitteretur. Sed vana tradere illos, ex totius antiquitatis silentio suspicamur. Abarbanel ad 1 Reg. 2, 19, alique nonnulli credunt, Samuelem pallio suo involutum sepulturæ mandatum fuisse, quod eâ veste amictus consulenti per Pythonissam Saûli apparuerit. Sed alii nihil tale factum tuentur, quod nefas fuisse hominem laneis obvolutum condere dicant. Utrumque inanissimum; nihil enim de hac historiâ memoriæ traditum est. Quâ veste amicta Judæorum cadavera sepulturæ olim mandata fuerint, res est obscura: facillè tamen idem apud illos mos, ac apud Ægyptios et reliquos ferè omnes populos, obtinebat, ut lineo obvolverentur. Docent ex Rabbinis nonnulli (4), nefas esse hominem veste ex lino simul lanæque contextâ [obvolutum condere

sepulero; id vetitum alii negant, cum viventibus quidem ea vestium ratio interdiceretur, Deut. 22, 20; pro defunctis vero nihil cautum.

Non latusse etiam Hebræos usum condiendorum cadaverum, exemplis quibusdam docemur, quamvis nec vulgo recepta esset consuetudo, nec satis apud illos frequens. Josephus corpus Jacobi parentis sui, pro recepto in Ægypto, ubi decesserat, more, condiendum curavit, Genes. 50, 4; idemque cum illo cæterisque patriarchis ibi lato functis servatum facile credimus. Fusius alibi disseruimus, quo olim artificio cadavera salirentur (1), ut incorrupta manerent (2). Non desunt qui regum Juda cadavera ita curari consuevisse asserant; quod se intelligere credunt ex funere Asæ, cujus corpus aromatibus magnâ copiâ sparsum pyræ impositum fuit, 2 Paral. 16, 14, cum Joramo ejus nepoti honorem illum populus denegaverit, 2 Paral. 24, 19: *Non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus.* Ferunt cadavera non prius imponi pyræ consuevisse, quàm condirentur, et aromatibus delibata essent. Scimus aromatibus delibutum fuisse Jesu Christi cadaver, quod etiam idem Jesus Christus condiendum prædixerat, eâ scilicet occasione, quâ Maria pedes illius unguento perfundeat, Matth. 26, v. 12. In usum sepulturæ ejusdem Nicodemus sibi comparavit centum libras myrrhæ et aloes; et mulieres ad sepulcrum venientes consueverunt facillè eo honore adhuc caruisse Jesu Christi cadaver, cum fortè Sabbati pervigilio id non licuisset; quare aromata necessaria secum deferenda curarunt. Tandem S. Joannes, 19, 40, innuit, vulgò apud Judæos eam consuetudinem obtinuisse; narrans enim historiam Josephi ab Arimathia, et Nicodemi, Christi corpus linteis quibusdam sive institis unâ cum aromatibus obvolentium, subdit: *Sicut mos est Judæis sepelire.* Antonius Margarita narrat, cum primùm ad cœmeterium corpus delatum est, in adiculâ quadam deponi, ubi vexati ovi liquore unâ cum vino admixto totum linitur; deinde lineis consuetis obduci. Caput solummodò ungi consuevisse, post abscissam defuncti comam, et antequàm feretro imponatur, Buxtorfius est auctor. Porrò unctionem hanc ex veteri condiendorum corporum consuetudine mansisse tantum apud quosdam Germaniæ Judæos, facillè crediderim.

Cæterum condiendorum corporum apud Judæos ratio planè abludit ab eâ quæ apud Ægyptios ab Herodoto l. 2, c. 86, describitur. Totus condiendi corpus Jesu Christi apparatus erat oleum, et liquida quedam aromata, quibus perfusa institæ corpus stringebant. Hæc porrò tanta non erant, ut corpus à corruptione et tabe servarent; sed continebant aliquandiu, nec totum statim solvi sinebant. Conditum non fuisse Lazari cadaver, facillè credimus, cum quadrimumanum læteret, Joan. 11. Totum corpus, excepto capite, longis fasciis, qualibus pro infantibus utimur, obvolvebatur; capiti verò ambiendo lineum

(1) Vide Joan. Nicolai, de Sepult. Hebr. l. 4, c. 10.
(2) Menoch. lib. 8 de Repub. Hebr. c. 5, 4, 5. Schikard. in Jure reg. p. 417.

(3) Abod-Azara cap. 1, fol. 11.

(4) Vide Basiage, *Hist. des Juifs*, l. 7, c. 24, n. 9.

(1) In Comment. ad Gen. 50.

(2) Schacchus sacror. Eleoctrism. Myrothecia, etc.

quoddam veluti sudarium paratum erat. Legimus hæc omnia satis disertè in Evangelio, ubi de sepulturâ Servatoris, Joan. 19, 40, et 20, 5, et Lazari resurrectione, Joan. 11, 44. His omnibus, fasciis nempe et sudario, additum dicunt linteum quoddam, quod Evangelistæ *sinonem* appellant, Matth. 27, 59, Marc. 15, 46, Luc. 23, 53, et nos *sudarii* nomine significamus, cujus sudarii expressæ similitudines in pluribus Ecclesiis servantur.

Longè alia curandi corpora mortuorum obtinet apud Judæos nostri temporis consuetudo quemadmodum facilè ex collatione eorum quæ supra à nobis fusè deducta sunt, intelligimus. Contingit non rarò, ut fasciæ illæ pretiosæ et ornatae, quibus legis volumina obducuntur, cum vetustate fuerint detrita, in usus mortuorum adhibeantur (1). Sed hæc rara sunt, et fasciarum nostrâ ætate in defunctis nullus est usus, siquidem (quod maximè animadvertendum est) Judæi nostrâ ætatis de vetustis consuetudinibus decesserunt, quò magis magisque se variorum locorum usibus accommodarent.

Defunctorum corpora aliquo temporis spatio exposita relinquebantur, antequàm sepulturæ inferrentur. Abraham funus Saræ curavit; locum sepulturæ à filiis Heth soluto pretio emit; hisque peractis, tum demùm corpus conditum est, Gen. 23, 5. Corpus Jacobi septuaginta dierum spatio circiter retentum est, antequàm in Chanaanitidem ad tumulum avitum deferretur, Gen. 50, 3. Tabithæ cadaver, lotum priùs, in conclavi solarii superioris expositum detinebatur, Act. 9, 36. Solebant interim coram exposito corpore lamentationes et ploratus ingeminari, quorum frequens est in S. Scripturâ mentio. Hæc tamen in funeribus solemnî ritu celebratis; frequentissimè enim defunctorum corpora acutum sepulcro condebantur. Ananias, ante pedes S. Petri exanimis corruens, Act. 5, 6, statim tumulo illatus est; quod etiam cum Saphirâ ejus conjuge servatum, quæ post tres à viri obitu horas simili fato interiit, Act. 5, 10. Emortua lem foveam, condendo summo manè cadaveri junioris Tobix, paraverant, Tob. 8, 13. Apud Persas adhuc cadavera statim sepulturæ mandantur, quòd statim tumescant et corrumpantur (2). Eodem ferè tempore, quo filia Jairi decesserat, cum musicis instrumentis cantores ad pompam sepulturæ acciti sunt. Qui sibi necem intulissent, ad horrorem criminis demonstrandum, sepulcro nonnisi post solis occasum inferebantur, teste Josepho de Bello l. 3, c. 14. Idem servatum cum sontibus, judicium sententiâ capitali supplicio damnatis, Deut. 21, 13. Propinquiore defuncti consanguinei altiores emittebant voces et ejulatus, tundeant pectus, vellebant crines, scindebant vestes, corpus incidebant, et cineri insidentes caput pulvere inspergebant. Falso nuntio de obitu Josephi ad Jacobum delato, statim miserrimus pater ejulare, abscindere vestes, indui cilicio, et diuturniorem luctum trahere, Gen. 37, 54. Ne quid simile in obitu consan-

guineorum præstet summus sacerdos, ne scilicet abscindat vestes, et luctum cujusquam agat, Mosaicâ lege cautum est, Levit. 21, 10; cautum et de vulgaribus sacerdotibus, ne comam vel barbam radant, neve incisiones faciant in funere propinquissimorum, Levit. 21, 5.

Cæteris nihil eâ de re vetitum est, nisi tantùm, ne quid audeant simile in superstitionibus Adonidis, qui deridiculò appellatus est mortuus, Levit. 19, 28: *Super mortuo non incidetis carnem vestram*. In reliquis igitur funeribus nullam doloris significationem alienam à se arbitrabantur Judæi. Deventuros Judæos in ultimas angustias oraculo prædicens Jeremias, 16, 6, inter cætera minuitur futurum, ut nullo ætatis et sexûs discrimine passim perimantur, priventurque honore sepulturæ, à nemine funera illorum curentur; nullusque sit, qui corpus incidat, qui crines evellat, dum funera illorum luget. Familiaria erant hæc omnia apud Tyrios, Ezech. 27, 27, 52; Moabitas, Ammonitas, nec rara Judæis: *Omne caput calvitium*, ait Jeremias, 48, 37, ad Moab; *et omnis barba rasa erit, in cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum cilicium*. Has incisiones sibi vetitas ex verbis legis, jam à nobis laudatis, Judæi nostrates arbitrantur. Idem lugendorum funerum apparatus apud Herodotum lib. 1, cap. 85, ubi de Ægyptiis agit, describitur. Cum vir aliquis non è vulgo obierit, omnes è familiâ feminae caput et vultum pulvere fœdantes, urbem ejulantes peragrant, velatam habent faciem, pectus nudatum, quod identidem tundunt; magno verò propinquorum satellitio stipatæ prodeunt. Interim viri ex alio urbis latere discurrentes, pectus nudatum percutiunt, atque altè ejulantes, casum familiæ suæ miserabiliter lamentantur. Cessant, cum primùm mortuus in feretro deponitur.

Cum igitur ad tumulum deferendi corpus hora advenit, propinqui et amici omnes ad pompam funebrem accurrunt. Ita inferendo in tumulum Jacobo non familiares modò, sed domestici Pharaonis, satrapæ et optimates Ægypti convenerunt, Gen. 50, 7. Lugendo funeri Abneri, jussu Davidis, exercitus omnis abscissis vestibus, sacco indutus, et altè ejulans, pompam funebrem sequebatur, 2 Reg. 3, 51. Nec David ipse abfuit, defuncti laudes pro concione celebrans. Celebravit etiam laudes Saülis et Jonathæ, scripto in eam rem lugubri cantico, 2 Reg. 1, 17; laudavit studium civium Jabes Galaad, qui subducta è mediis hostibus corpora duorum principum regali tumulo propè urbem suam decorarunt, 2 Reg. 2, 4. Vidua Naim unâ cum frequenti populo filii sui funus sequebatur, Luc. 7, 11. Arcentur, ex doctrinâ Rabbiorum, à funebri pompâ defuncti adversarii; adduntque Talmudistæ (1), Jacobum in ipso mortis limine filiis suis imperasse, ne ethnicos ad defunctum corpus suum accedere paterentur, ne hi Dominum arcerent. Hostes excludendos edicunt, ne in manes defuncti aliquid intentent. Curari jubent, ut in pedes cadaver efferatur.

(1) Maimon. de Leg. cap. 10.

(2) Chardin, *Voyage de Perse*.

(1) Bereschit Rab. sect. 100.

Vix è domo educto cadavere, culcitæ omnes complicantur (1), stragulaque in volumen collecta superstramineam culcitam relinquuntur; additur et lucensa lampas ad lecti caput, quæ totâ hebdomada luctus ardet. Tum lecti omnes domûs deponuntur (2). Hæc tamen alii præstantia edocuit, cum primum cadaver effertur, alii vero cum sarcis appostâ humo aquatur. Addit Buxtorfius, servari solitam quibusdam in locis hanc ceremoniam, ut post elatum ex domo cadaver, fictile vas projiciatur, quod in terram cadens transitur; quasi scilicet eâ imagine mortem significant, nisi alia illis sit causa ex arbitrio.

Funus deducere, viri probi argumentum est apud illos; quamobrem certatim omnes accurrere, simulque feretro pro suâ singulî vice humeros subjicere contendunt, honoris loco ducentes, si supremum illud officium mortuo exhibuerint. Ista se à patriarchis ceterisque viris sanctissimis Ecclesiæ Judaicæ accepisse gloriantur. Nec rara sunt ea veteribus Christianis exempla, et quædam hujus generis non rara inter ethnicos. Præter amicos et propinquos, doloris sui argumenta ejulatu et gemitibus exhibentes, erant et prædicæ, mercede ad lugendum conductæ. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Contemplamini, et vocate lamentatrices, et veniant; et ad eas quæ sapientes sunt, mittite, et properent; festinent, et assument super ovis lamentatum; deducant oculi nostri lacrymas, et palpebræ nostræ defluant aquis: quia vox lamentationis audita est de Sion, Jerem. 9, 17, 18. Et Amos 5, 16: In omnibus plateis planctus; et in cunctis, quæ foris sunt, dicitur: Væ, væ. Et vocabunt agricolam ad luctum, et ad planctum eos qui sciunt plangere. Et Ezechiel 27, 29, casum Tyri exhibens, concursum facturos dici gubernatores navium nautasque, ut potentissimæ urbis fatum lugeant: Et ejulabunt super te voce magnâ, et clamabunt amarè, et superjacent pulverem capitibus suis, et cinere conspergentur; et radent super te calvitium, et accingentur ciliciis, et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Et assument super te carmen lugubre, et plangent te: Quæ est ut Tyrius, quæ obmutuit in medio maris? Josephus historicus de Bello lib. 5, c. 15, narrat, falsum de morte suâ nuntium Hierosolymam delatum graviter ad eò civis accepisse, ut ad triginta dies luctum prorogaverint; nec defuisse viros, qui conductis tibiâ cantoribus majori pompâ funera celebrarent.*

In Evangelio Matthæi 9, 25, legimus, deductam ad lunera duodennis puellæ turbam canentium tibiâ; quâ in re ethnicorum consuetudinem imitatos Hebræos credimus, cum nullum ejus rei moneat in veteri Testamento vestigium. Hujus per totum Orientem recipiendæ consuetudinis Græci Romanique auctores fuerunt. Ovidius Fastorum lib. 6:

Cantabat moestis tibia funeribus.

Et in Tristibus, Elegiâ 4:

Tibia funeribus convenit ista meis.

Majoris ætatis funera ad tubam proferebantur, minoris

ad tubam, ait Servius in Æneid. 5. Apud Romanos canentium erat, ne major numerus quam decem tibia canentium in funeribus audiretur. Apud Hebræos nefas erat, patentes quam duos in funere uxoris adlucere, quibus adlucens erat puerum, nequam ab ea pompâ removenda (1). Cæterum conditiones locorum et personarum servabantur (2) ut tamen lege, ut si qua matrona vitam genere interirem duocret, in ejus funeribus non viat, sed ejusdem lenitæ conditio spectanda esset. Solenne est enim apud Judæos, spem qualem superstitem viri condationem sequi, matronam vel in ipso nocte non esse (3).

Omnia publicis luctus Hebræi, in tantis domorum agentibus, Isos, 22, 4: *Ab ostiis et tu, Hierosolym, omnia te tota Civitas plena, ubi præpica, civitas exultans.* Et de Mod. cap. 15, 5: *In tibiâ opus ecclesiæ sunt sacro, super tetta ego, et la plateas, quæ vocis alatus descendit in flum.* La occasione, uti et eam in urbe aut vicio indoluit, accipias viri dederet, cetero omnes claudbantur, quæmodum in obitu Drucæ servatum à Judæis Alexandris. Plinio Justinus in Flaccum est auctor; et in magno Hierosolymæ fortitudo immunit Isos, 24, 19, fores domorum omnes claudendas, ut nemini aditus pateat. Laudat S. Epiphanius hanc legem quendam Mosaram his verbis conceptam: *Si fuerint mortui, occidite facinus a facibus, ut domus in spectat.* Jeremias, 9, 17, in cantico Hierosolymæ mala deplorans, hæc inter cætera habet: *Vocate lamentatrices, et veniant...; ducite filias vestras lamentatum, quia auerit omnes per facibus nostras, ingressa est domus nostras, disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis;* quibus verbis spectasse Propheta videtur legem à S. Epiphanio laudatam.

Qui in pompam aliquam funebrem casu inciderint, inquit Josephus contra Appion. lib. 2, debent se honoris gratiâ cæteris adjungere et lacrymas miscere; quem morem spectasse videtur S. Paulus. Rom. 12, 15, proverbii loco Pauli usurpans: *Flete cum plentibus, gaudere cum gaudentibus.* Et Jesus Christus. Math. 11, 17: *Cœtinam vobis, et non sabbatis; laete tatiis, et non planctis.* (4). Eccl. 12, 5: *Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in plateâ planctes.* Zacharias, 12, 12, 15, luctum eadem describens ait: *Plangent terra: jussu et familie seorsum... domus David seorsum, et mulieres eorum seorsim.* Lamentabantur et mulieres Hierosolymitanæ, Jesum Christum ad supplicium prospicientes, Luc. 25, 27. Instantem etiam mortem suam doluit filia Jephthæ, paterno voto immolanda. Judic. 11, 57. Neque ab eâ lege exemptas fuisse pauperculas Hebræorum feminas, tradit Maimonides; jubebantur enim illæ geminos habere lamentatores, unamque la-

(1) Misna tit. Cethuboth cap. 4: *לא יפשהו כסתי אלא יפשהו יבמה.*

(2) Gemar. Babylon. ad tit. Cethuboth, cap. 4, fol. 28.

(3) Gemar. ibid.: *עלה עמי יאמה יפשה עמי דאפיה: לא יפשהו.*

(4) Vide et Luc. 7, 52.

(1) Leo Modena, p. 4, c. 9.

(2) Gejer. de Luctu Hebr. c. 18, ex Maimonide.

mentatricem; pro ditioribus verò, divitiarum modus servandus erat.

Solent in quibusdam locis cereos, sive faces incensas funeri ducendo gestare (1); cujus tamen ritus nullum apparet in Scripturâ vestigium, uti neque apud Judæos omnes obtinet, cum plura sint loca, in quibus nullus est, nec esse fas est, si velint, cereorum apud Judæos usus. In concilio Narbonensi anni 589, cap. 10, legimus, Judæos olim, cum cadaver ad tumulum inferrent, neque musica instrumenta, neque musicas cantilenas adhibuisse; eoque nomine ibi reprehenduntur, quòd invectis ante aliquot annos canticis, à veteri consuetudine recesserint. Cavet ea synodus, ne id unquam in posterum audeant, decretâ in transgressores multâ sex unciarum argenti loci domino solvendâ. Porrò hunc morem cereos incendi derivare potuerunt Judæi ex veteri, jam inde à concessâ Ecclesiæ pace, receptâ in Christianos consuetudine; cujus etiam apparent vestigia in mandando sepulturæ corpore S. Paulæ; quâ occasione sacerdotis lampades cereosque gestantes piæ mulieri parentârunt. Idem spectamus in Ecclesiâ Græcâ, S. Chrysostomi ætate. Solebant autem plenâ jam die condi sepulcro corpora; et cum maximè funera essent conspicua, virorum scilicet sive dignitate, sive litteraturâ insignium, per vias et loca urbis frequentissima ducebantur. Describunt doctores Judæi funebres Rabbiorum pompas, easque apparatu magnifico celebratas jactitant. Nec me fugit, Tobiam (2) noctu curâsse defuncta mortuorum corpora; sed temporis Judæis infestissimi ratio habenda erat, cum scilicet sepulturæ eorum corpora mandare criminis loco habebatur.

Varia erant in Palæstinâ sepulcrorum genera; vulgaria nempe in agris effossa, alia in rupibus montium excisa. Posterius hoc sepulcrorum genus antra erant in rupe effossa, in unam vel plures cellulas distincta, quarum singulæ singula erant monumenta; aliis verò unus erat locus seu cellula, uni corpori capiendâ sufficiens. Horum situs, forma, et ornamenta pro artificis peritiâ et personarum dignitate, locorum situ, ac rupium dispositione variabant. Abraham soluto pretio duplicem cavernam emit propè Hebronem, quæ in sepulcrum Saræ, Gen. 25, 18, Abrahami, Isaaci et Jacobi cessit. Filiorum tamen Jacobi sepulcrum in Sichem fuisse, ex testimonio S. Stephani, Act. 7, 16, intelligimus. Porrò hoc sepulcrum ab Abrahamo comparatum spelunca fuisse creditur in rupe excisa, et in binas cameras divisa, quæ pluribus cellulis, totidem corporum monumentis, distinguebantur. Aaron fati functus, in monte Hor, in Arabiâ, sepulturæ mandatus est, nec alibi facilè quàm in speluncâ ejusdem montis, Num. 20, 28, Deut. 10, 6. In aliam speluncam ad radices montis Phasga, angelorum ministerio, Moysis corpus illatum est, Deut. 34, 6. Spelunca etiam sive camera in rupe excisa in sepulcrum Eliseo contigit, quo projectum festinatò defuncti cujusdam

corpus, vix prophetæ ossibus contactis, vitales spiritus recuperavit, 4 Reg. 13, 21. Sepulcra regum Juda in rupe spectabantur; cujus generis cameræ hodiè usque affabrè elaboratæ iter agentibus per ea loca monstrantur. Vide nos in 2 Reg. 2, 10. Denique Jesu Christi sepulcrum in rupe erat, quod sibi Nicodemus, cæteris ad id usque exclusis, paraverat, Joan. 19, 41. Ejusdem operis fuisse credimus Lazari sepulcrum; lapide enim ab ostio remoto, Lazarus veluti reclusis foribus egressus est, Joan. 11, 58.

Erant interdum loca intra ipsas urbes sepulcris adiecta, uti regum Juda, quæ Hierosolymis (1) et in hortis regiis fuisse scimus (2). In monte Templi sive proximè locum sanctum sepulcra quædam sita fuisse, Ezechiel. 43, 7, 9, innuere videtur; futurum enim prædicat Deus, ut nequaquam ultra sacri montis religio cadaveribus regum violetur. Interdum in hortis juxta urbem sepulturæ corpora mandabantur. Vulgarium sepulcra sive cœmeteria extra urbem rejecta erant, ibique varia variis assignata. Suus enim erat civibus locus, suusque ibi singulis familiis situs, alia item Judæis advenis, alia ethnicis, Matth. 27, 7, qui seorsum habebant ab Hebræis origine sepulcra. Cura inprimis habebatur, ne sepulcra in regiâ viâ essent, ne quis fortè imprudens super illa transiens pollueretur. Sed nihil erat quod juxta viam poni vetaret, cum præsertim signo aliquo ita distinguerentur, ut fallere neque imprudentem possent. Si omne abesset indicium, tum maximè cum humi jacerent, extimâ superficie dealbabantur, uti ferunt, renovatâ singulis annis februario mense picturâ (3). Hunc morem spectans Jesus Christus, Matth. 23, 27, exprobrat Pharisæis dealbati sepulcri hypocrisim, exterius quidem nitentis, intus tamen mortuorum ossibus et sanie pleni. Lucæ etiam 11, 44, eosdem Pharisæos latentibus cæcisque sepulcris comparat, quæ imprudentes, si fortè illâc transiverint, polluunt.

Pleraque tamen et celeberrima Palæstinæ sepulcra in cavernis constituebantur, totam artis elegantiam intus eclantia; si quid tamen esse poterat elegantiae in camerâ summo opere, nec modicis sumptibus in monte excisâ, defunctis mortuorum corporibus condendis, in quâ caeca semper nox regnabat. Etenim ne magnifica sibi sepulcra Hebræi construerent, insitâ genti prudentiâ coercerentur. Fatemur quidem, nonnulla tamen fuisse eximie prorsus structuræ et artificii; at ea, quorum descriptiones supersunt, recentiora sunt; sive illorum descriptiones ab otiosis ingeniis exercitationis gratiâ potiùs quàm rei veritatis docendæ exhibentur. Celebratur monumentum Rachelis juxta Bethlehem, cui sanè mulieri erectam fuisse propè tumulum columnam sive monumentum, legimus, Gen. 35, 20. Hoc porrò sepulcrum Benjamin Tudelensis ætate, ipso teste in Itiner. pag. 47, videbatur, è duodecim lapidibus constructum pro nu-

(1) 5 Reg. 2, 10, et 11, 45, et 14, 51, et 15, 8, et 24 passim.

(2) 4 Reg. 21, 18; 26.

(3) Basnage, *Hist. des Juifs*, lib. 7, cap. 25, num. 9, et Joan. Nicol. de Sepulcris Hebr. lib. 4, cap. 3.

(1) Leo Modena, part. 4, cap. 8, num. 5.

(2) Tob. 2, 4.

mero minorum .sraeis; constare autem monumentum illud elegantī quādam testudine, quatuor columnis fultā. Celebrantur etiam sepulera Samsonis, Judic. 16, 51, Azacis, 2 Reg. 2, 52, et alterum quod sibi Absalom vivus posuerat, quanquā post obitum alibi sepulture mandatus est, 2 Reg. 18, 18. Monumentum illud appellatur in sacris libris *Maus Absalom*, sive quod opus esset ejusdem principis, sive quod in sepulcrum illius destinaretur. Sepulera Machabæorum in Modin, armis et navium imaginibus, quemadmodum solet cum viris belli laude insignibus, ornabantur (1); quod unicum est sepulcrum, cujus structura non lateat. Edificium est Simonis, more Græcorum, in Syriā tunc dominantium, constructum. Sepulcris in rupe excidendis plures regulas præscribunt Rabbini (2), quanquā neque de amplitudine camera, neque de situ, ac numero cellularum non satis inter illos convenit. Nec sanè certi aliquid definire possunt; vario enim locorum situ, et personarum censui respondere debent.

Post gentis dispersionem, Judæorum omnium unicum fuit votum, ut in Palæstinā defunctis corporibus suis sepulcrum contingeret. Dogmate enim certum constitutum est apud illos, Hebræis omnibus, qui in resurrectione partem aliquam capiunt, opus esse, ut in terrā sanctā sepulturam obtineant (3). Quā inducti persuasione, non desunt etiam nostrā ætate Judæi, qui optato sepulcro potiundi spe, in extremā senectute alacres itineris illius incommoda suscipiunt. Arbitrantur verò illis futurum, ut si alibi vitam egerint, saltem post obitum per quosdam canales in ea loca devolvantur. Hæc in animum sibi induxisse integram gentem, vix nobis persuaderemus, nisi conceptissimis verbis à pluribus scriptoribus uno consensu assererentur (4). Appellatur devolutionem illam, *mortuorum circumvolutionem*, vel *cavernarum circumvolutionem*(5); adduntque extremo diei articulo, qui ad vitam regrediatur, fore neminem à Judaicæ religionis professione alienum. Alia sexcenta ejus ingenii narrant, quæ præterisse non pigebit.

Nulla erat constituta lex, certa sepulcris loca decernens; quare modò in urbibus spectabantur, in hortis domorum, in agro, in montibus, propè viam, sub arboribus. Regum Juda sepulcra constituta erant Hierosolymæ (6); regum Israelis, Samariæ (7). E regibus Juda alii sepulture mandati sunt in hortis regis, 2 Reg. 21, 48, 26; Samuel in ædibus suis, 1 Reg. 25, 1, id est, ni mea me fallit conjectura, in domestico horto; Aaron, Num. 18, 56, Deut. 10, 6; Eleazar,

(1) 1 Mach. 15, 29, et Jos. Antiq. lib. 15, cap. 11.

(2) Vide Nicolai, de Sepule. Hebr. lib. 5, c. 11.

(3) Vide eundem loc. citat. cap. 15, pag. 183; Buxtorf. Synagog. cap. 55; Mullerus, Judaism. lib. 1, etc.

(4) R. Salomon in Gen. 47, 29; Abarbanel, et alii.

(5) בגלגל המותים.

(6) 5 Reg. 2, 10, et 11, 45, et 14, 52, et 15, 8, et 24, 22.

(7) 5 Reg. 16, 48, et 20, 11, 57; 4 Reg. 10, 55, et 15, 9, 15, etc.

Jos. 24, 53; Josue, Jos. 24, 54; Jesus Christus, Matth. 27, 6, in montibus; Debora, Genes. 55, 8; nutrix Rebecca, et Saul, 1 Reg. 51, 15, 4 Par. 2, 11, sub arboribus; Rachel, juxta viam Bethlechem, Genes. 55, 49. Alienigenæ tatis functi Hierosolymæ, in valle Hinnon, uti ferunt, sive Cedron, 4 Reg. 25, 6, 2 Paral. 54, 4. Eo loci constitutus erat ager figuli, emptus pretio triginta argenteorum, quos sibi in pretium venditi Jesu Christi solutos, Judas ad sacerdotes retulit, Matth. 27, 7. Ibidem etiam fuisse credunt cœmeterium plebeium Hierosolymæ. Non raro juxta, non supra tumulum, columna sive lapis statuebatur.

Cum rex Josias lapidem quendam sepulcralem inter sepulcra sacerdotum ethnicorum spectasset, cujus viri esset monumentum illud rogavit, 4 Reg. 25, 17, sibi que respondentes audivit, condi in eo virum Dei, qui missus à Deo ad Jeroboamum venturum prædixit Josiam regem Juda, qui Dei honorem vindicaturus, et super altare Bethel ossa pseudoprophetaarum combusturus erat, 5 Reg. 15, 2. Epitaphia addebantur in hanc plerumque formulam: *Lapis iste appositus est ad caput N. filii N. sepulti die N. anno N., qui requiescit in horto Eden cum omnibus justis, qui ibi à principio fuerunt. Amen, amen, Sela.* Sive: *Ejus anima alligetur in horto Eden. Amen, amen, Sela.* Sive tandem: *Monumentum istud, sive statua erecta est juxta caput illustrissimæ, sanctissimæ, purissimæ virginis Rebeccæ, filię sancti Samuelis Levitæ, quæ obiit bonâ probitatis famâ, die septimâ mensis Thebet, anno 155. Ejus anima ligetur in horto Eden. Amen, amen, amen, Sela.* Sed hæc epitaphia, et formulæ recentissimæ sunt, nec satis inter se conveniunt. Nulla epitaphii vestigia exstant apud veteres; conceptissimi enim epitaphii loco sepulcrum ipsum esse existimabant. Quippe ex majorum narratione habebatur, hunc lapidem, hanc columnam, hanc cavernam certi hujus viri mausoleum esse. Benjamin Tudelensis, iter agens in Palæstinâ, hanc inscriptionem Abrahami sepulcro appositam legit: *Hic est sepulcrum Abrahami, beati patris nostri.* Sed hæc recentiora sunt.

Cœmeteria appellantur à Judæis *domus viventium*, ut certum de fide resurrectionis documentum exhibeant (1). Cùm eò pompa funebri pervenerit, ad defunctos ibi sepulture mandatos conversi, tanquā superstitibus his verbis alloquuntur (2): *Benedictus Dominus, qui vos creavit, pavit, nutrit, ac tandem è mundo per suam justitiam eduxit. Ille vestrum omnem numerum servat, ille constituto tempore vos ad vitam revocabit. Benedictus sit Deus, qui mortem inducit, et vitam restituit.* Religiosè tumulos observant (3), ut nec trajicere illos, nec supra inducere aquæductum, vel regiam aliquam viam, struem lignorum ponere, pascere oves, duo mortuorum corpora sepelire, alterum supra alterum, in eadem scrobe, post diuturnam etiam temporis ætatem, sibi licere arbitrentur. Religionis pars fuit apud ipsos construere synagogas

(1) Leo Modena, pag. 5, cap. 8.

(2) Buxtorf. Synagog. cap. 55.

(3) Lightfoot. Cent. Chorogr. cap. 100.

sive proseuchas juxta sepulera sanctorum et viro-
rum insignium totius gentis. Ita constituta specta-
tur synagoga prope monumenta Ezechielis, Zacha-
riæ, Mardochei, Estheris. Frequenter juxta sepulera
oraturi conveniunt, persuasum habentes, quemadmo-
dum certum nos etiam tenemus, plurimam sitam esse
in horum precibus vim, nec modici momenti sanctis-
simorum virorum orationes (1).

An unquam, saltem raro aliquo exemplo, contige-
rit, ut Judæorum corpora igni traderentur, non satis
convenit inter scriptores. Servatum id esse cum ve-
tustis quibusdam Hebræorum regibus, ut igni, prius-
quam sepulturæ, darentur, ex monumentis quibus-
dam innuitur. Cives Jabes Galaad rapta è mœnibus
Bethsan Saülis et filiorum corpora combusserunt, 1
Reg. 31, 12. Incensæ pyræ corpus Asæ regis Juda
traditum est, 2 Par. 16, 14; quo honore privatum
fuisse Joramum ejus nepotem, conceptis verbis ex-
pressum legimus, 2 Par. 21, 19. Diem clausurum in
pace Sedeciam, atque regio ejus cadaveri parentan-
dum, non omissâ corporis combustione, juxta rece-
ptam in decessoribus consuetudinem, Jeremias, 34,
5, prædixit. Amos, 6, 10, ingenti lue vastandam ur-
bem Hierosolymam denuntians, futurum prædixit, ut
frequens decem viris familia, ne uno quidem reliquo,
vastaretur: *Et tollet eum* (nempe postremum ex decem)
propinquus suus, et comburet eum, ut efferat ossa
de domo, et dicet ei qui in penetralibus domus est:
Numquid adhuc est penes te? et respondebit: Finis
est. Nequidquam tamen hisce, apertissimis licet,
exemplis repugnantibus, contendunt quamplures,
morem cadavera comburendi, vel nunquam apud He-
bræos obtinuisse, vel rarè (2). Exempla verò laudata
non de corporum combustione interpretantur, sed
de aromatibus, et facilè etiam ædium utensilibus et
vestibus, quæ juxta cadavera cremabantur. Laudant
in hanc sententiam Chaldæum et Rabbinos. Sed aper-
tior videtur textûs fides, quàm ut omnis crematio
corporum apud Hebræos ignota fuisse credatur, quan-
quam non ita combusta credimus, ut in cineres redi-
gerentur: facilè consumptâ carne, nuda ossa unâ cum
cineribus in tumulum inferebantur.

Deducto ad cœmeterium funere, emissâque ad mor-
tuos, quam supra recitavimus, prece, deponitur ea-
daver; statimque, si rerum gestarum gloriâ defunctus
claruit, ejus laudes è cœtu aliquis funebri oratione
prosequitur, communi omnium gentium more, eodem-
que vetustissimo, quemadmodum ex Scripturâ, aucto-
ribus ecclesiasticis et profanis docemur. Apud Ægyp-
tios, judicium ferebatur de rege defuncto, antequàm
corpus sepulturæ mandaretur (3). Fas erat unicuique
ejus memoriam sive laudibus celebrare, sive etiam
probenè vel malè gestis vituperare. Quod cum regibus,
proportione cum privatis servabatur. Vetus est etiam

(1) Vide Basnage, *Hist. des Juifs*, lib. 7, cap. 24, num. 24, et Nicolai de Sepulcr. Hebr. lib. 4, cap. 6.

(2) Vide Gejer. de Luctu Hebræorum cap. 6, § 6; Nicolai, lib. 2, cap. 5, de Sepulcr. Hebræor.; Basnage, *Hist. des Juifs*, lib. 7, cap. 55.

(3) Diodor. lib. 1; Herod. lib. 2.

funebrium elogiorum mos in Ecclesiâ christianâ.
Exstant adhuc elogia illustrium quorundam defun-
ctorum, inter quæ servata legimus in Scripturâ elogia
Saülis, Jonathæ, 2 Reg. 1, 18; Abneri, 2 Reg. 11,
55; Josiæ, 2 Par. 25, 24; Judæ Machabæi, 1 Mach.
9, 21. His peractis, scrobem feralem circumeunt Ju-
dæi, prolixam quamdam orationem simul recitan-
tes (1); quam *justitiam judicii* idecirò appellant, quòd
de æquitate divini judicii in mortuum pronuntiati gra-
tias agant. Incipit oratio ab iis verbis, Deut. 32, 4:
Dei perfecta sunt opera. Supponitur capiti defuncti
angustus quidam saccus, humo plenus; feretrum clavis
firmatur; tum si defunctus vir sit, decem viri fere-
trum decies circumeunt, precem quamdam pro defun-
cti animâ recitantes. Proximus cognatorum vestis suæ
angulum scindit. Sed hæc ab omnibus æquè Judæis
non servantur. Demittunt deinde in tumulum cadaver,
id observantes, ut os habeat ad cœlum conversum,
inclamantibus interim omnibus: *Vade in pace*; seu
potiùs ex Thalmudistis: *Vade in pacem.* Ea etiam su-
perstitio à quibusdam servatur, ut defuncti faciem ad
orientem convertant; sed hæc impunè ab aliis omit-
tuntur. Proximus inter cognatos humum primus super
cadaver jacit; quo veluti dato signo, certatim deinde
sequuntur omnes, humum palâ vel manu aggerentes,
quousque scrobs solo æquetur. His peractis, retrorsum
incedentes, è cœmeterio se recipiunt; id tamen ser-
vantes, ut, antequàm exeant, quisque ter carptas her-
bas retrò projiciat, addens: *Florebit sicut fœnum*
terræ, Psal. 71, 16; quod servari à se dicunt, ut eo do-
cumento spem resurrectionis demonstrent, simulque
illud moneant: *Omnis caro fœnum, et omnis gloria*
ejus quasi flos agri, Isai. 40, 6. Cinere etiam caput
aspergunt, ut nunquam excidat è memoriâ illud:
Pulvis sumus, et in pulverem revertemur, Gen. 3, 19.
Sunt qui ultimum vale dicant defunctis in hæc verba:
Sequemur vos, ut naturæ ordo postulabit. Antonius
Margarita Germanus (2), è Judæo Christianus, nar-
rat, post abscissas in cœmeterio vestes, omnes ingenti
edito strepitu clamantesque sese è loco recipere, ne
quis fortè audiat clamores defuncti, cujus corpus terrâ
pressum, muribus nasi extremitatem mordentibus,
inquietatur. Habent enim persuasum, iis, qui eos
clamores casu audierint, intra triginta dierum spatium
fatalem horam imminere. Christianus Gerson narrat,
è cœmeterio reduces septies in viâ sedere, ut, in-
quiunt, dæmonibus funebrem pompam prosecutis se
recipiendi, atque ad propria remeandi tempus permit-
tatur (3).

Secundùm hæc synagogam petunt; nam ea, quæ
de legali impuritate è funeribus contractâ in lege
sancita sunt, contrario usu abolita esse, supra jam
animadvertimus. Antequàm locum sanctum ingre-
diantur, manus lavantes pronuntiant: *Præcipitabit*
mortem in sempiternum, et auferet Dominus Deus lacrymam
ab omni facie, et opprobrium populi sui aufe-

(1) Buxtorf. *Synag. Jud.* cap. 5.

(2) Apud Gejer. de Luctu Hebr. c. 6, § 17.

(3) Christ. Gers. pag. 1; Thalmud Jud. cap. 36,

feret de universa terra: quia Dominus locutus est, Isai. 2, 8. Vix igitur synagoga in solatiis, sedent nec vinem, vel septem vicibus, locum tantum, saltem recitant in defuncti solatium precem Blam, quam vocant *sanctam*, mixtis inter se sententiis alijpiens, como pro dolori levando aptis, ve uti: *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur*, Psal. 90. Tunc propinquiores cognati in sedes suas se recipientes, humi sedent (1); detractisque calcæis, appositum sibi panem, vinum, et ova tosta comedunt, ex illo Prov. 31, 6: *Date sicram mortuibus, et vinum his qui amaro sunt animo*. Qui consuetam benedictionis formam super cibum pronuntiat, apta simul solatii verba permiscet. In Oriente et alibi etiam non raro solent domestici et amici toto hebdomadae spatio prandium cœnamque largiorem ad propinquos defuncti mit ere; nec raro ipsi non invitati accedunt, ut solatium aliquod mœstis afferant.

Cibi olim in luctu degustati impuri censebantur; sed hæc in desuetudinem jam abierunt: *Sacrificia eorum*, ait Oseas 9, 4, *quasi panis lugentium: omnes qui comedent eum, contaminabuntur*. Et Israelita in solenni precationum formulâ, cum primitias offerret, profitebantur: *Non comedi ex eis in luctu meo, nec expendi quidquam in re funebri*, Deut. 26, 14. Deus Ezechielî imperans ne luctum celebret: *Nec amictu*, inquit Ezech. 24, 17, *ora velabis, nec cibos lugentium comedes*. Porrò convivia illa lugubria erant, mœstisque clamoribus intercepta: *Rugiant sicut in cœnâ mortui*, Baruch 6, 31. At Dominus ad Jeremiam: *Ne ingrediaris domum convivii* (aliàs domum luctûs), *neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos, quia abstuli pacem meam à populo isto... Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo; et non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo et matre*, Jerem. 16, 5, 7.

Receptam apud nos consuetudinem, invisendi propinquos defuncti, ut solatium aliquod mœstis afferatur, spectare licet in historiâ filiorum Jacobi, qui patri, necem filii sui Josephi, quem à bestia voratum credidit, lugenti, solatium allaturi venerunt, Gen. 37, 35; et in alterâ fratrum Ephraimi, qui patrem de nece filiorum, quos Gethæi peremerant, dolentem convenère, 1 Par. 7, 12. David, missis legatis, cum Ammonitarum rege de obitu patris ipsius doluit, 2 Reg. 7, 2. Amici Jobi, audito amici casu, statim accurrerunt, doloris sui argumenta exhibituri, Job. 2, 2. Propinqui et amici Lazari, audita ipsius morte, Bethaniam statim venerunt, viduas fratre sorores Mariam et Martham solaturi, Joan. 11, 31.

Archelaüs post celebratum totâ hebdomadâ fenus Herodis, magnificentissimo epulo populum excepit: quem morem inter Judæos ejus ætatis, teste Josepho, receptum, ut largiori epulo defuncti propinqui reficerentur, pluribus tenuis censûs hominibus non ferendorum sumptuum causam fuisse, idem Josephus de Bello, l. 2, c. 1, animadvertit.

(1) Leo Modena, pag. 4, cap. 9.

Alius etiam apud præcos mos obtinebat, ut dapus et vinum super mortuorum sepulchra constituerentur, Iobus 4, 18. filium suam monuit: *Panem tuum, et vinum tuum super sepulchrum patris constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus*, Ecclesiasticus, 50, 18. *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumposuit et sepulchro*. Ia. cap. 7, 37: *Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibens gratiam*. Baruch. 6, 26: *Sicut mortuis munera eorum illis apponuntur* (nempe idolis); et infra vers. 51: *Rugiant sacerdotes idololatriæ clamantes contra deos suos, sicut in cœnâ mortuâ*. Scitum est, quod ethnici eos eundem morem regnasse, et apud Christianos: quanquam apud istos æque ac Judæos convivia pietatis erant, alendis pauperibus destinata (1). Sed in vitium pietatè degenerate factum est, ut ea convivia apud Afros contraria lege S. Augustinus aboleret (2).

Toto luctûs tempore propinquiores defuncti, uti parentes, filii, uxores, fratres, sorores, domi se continent, et humi sedentes clum capiunt. Os velatum habent (3), totoque luctûs tempore neque operibus vacant, neque legis lectioni, neque consuetis precibus, domesticisque curis; lectos habent incompositos, pedes nudos, caput coopertum; usus conjugii nullus: capillos gerunt intensos, ungues non absciunt; salutatio nulla, nullus balnearum usus; à novis albisque vestibus abstinent; nemo cum illis loquitur, nisi ab illis provocatus; scriptum est enim, *Jobum amicos suos primum compellasse*, Job. 5, 1. Si caput quassarint, eo indicio solatium sibi afferre creduntur; si quieverint, solatium ab aliis querere (4). Qui illos solaturi conveniunt, humi, quemadmodum illi, sedent. Bis singulis diebus, mane et vesperè, decem saltem homines eò venientes, consuetas preces emittunt, et Psal. 48 recitant; cum neque exire domo, neque synagogam petere, exceptâ die sabbati, luctum agonibus liceat. Cum igitur domo egressi sabbato ad synagogam veniunt, turbam habent amicorum comitantem; eademque die amicorum visitationibus pluribus quàm cæteris diebus frequentantur.

In vestibus nihil habent peculiare, sed consuetum regionis morem servant; familiarior tamen in luctibus Hebræorum pullus color (5). Post hebdomadam ad synagogam se conferentes, lampades accendi, preces et eleemosynas pro defuncti solamine offerri jubent. Paria in exitu mensis et anni repetunt; quibus diebus si fortè defunctus Rabbini munus obierit, vel dignitate aliquâ functus fuerit, funebri elogio ejus laudes celebrantur. Solent filii singulis diebus mane et vesperè undecim mensium spatio in synagogâ orationem *Kalosh* animabus parentum suorum suffragium reci-

(1) Chrysost. in Matth. et alibi.

(2) De Civ. lib. 8, cap. 27, et alibi.

(3) Ezech. 24, 17: *Nec amictu ora velabis, nec cibos horetum comedes*.

(4) Maimonides, cap. 528; Gejer, de Luctu Hebr. cap. 6.

(5) Job 5, 23; Psal 54, 11, et 57, 7, et 41, 10; Isai. 8, 21; Malac. 3, 14; Eccli. 19, 25.

tare ; nec desunt qui singulis annis recurrentes emortuales alterutrius parentis dies esuriales habeant.

Quantum septem diebus funera lugeri sueverunt, breviori quandoque luctu justa peragi potuisse videntur. *Fili*, inquit Ecclesiasticus 38, 16, 17, *in mortuum producit lacrymas, et quasi dira passus incipit plorare, et secundum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius... Et fac luctum secundum meritum ejus uno die vel duobus propter detractionem : à tristitia enim festinat mors.* Sed præscripsisse hic auctor videtur regulas, quibus in funere charissimorum dolor temperetur, non morem inuisse adversus veterem consuetudinem. Alibi enim conceptis verbis exprimit : *Luctus mortui septem dies*, Eccli. 22, 13, totumque istud temporis spatium lacrymis dare, auctor reprehendit ; sed ita indulgendum censet nature, ut una vel altera dies dolori concedatur (minimè enim acerbum adhuc dolorem potest quis statim continere) ; ac deinde in auxilium veniant mœrentis ratio simul et religio.

Docent etiam Rabbini, probantque plures doloris gradus : tres priores dies lacrymis et animi aegritudini permittunt ; septem inde dies remissiores duci jubent ; tandem triginta dierum spatium luctum agi leviolem volunt. Hujus luctus varias periodos Scriptura etiam insinuat. Amissum filium pluribus annis dolens pater flevit, non antea dolori finem impositurus, quam ipse vitam clauderet, Gen. 37, 36. Ejus verò, nempe Jacobi, funus septuaginta dierum spatium in Ægypto plorârunt, prorogatusque est deinde ad hebdomadam luctus in arêâ Atad in Chanaanitide, Gen. 50, 3, 11. Luctus ob funus Moysis et Aaronis intra triginta dies definitus est, Num. 20, 29, Deut. 34, 8 ; quam periodum sapientibus satis esse dixit Josephus, Antiq. lib. 4, cap. 8, in lugendo charissimorum funere. Interdum non definit dierum numero complures doloris dies in Scripturâ significantur. Septem dies implevit funus Saülis, 1 Reg. 31, 9 ; Judithæ, Judith 16, 29 ; et Herodis Magni, Antiq. lib. 17, cap. 10. Quod ad ethnicos spectat, Simonides unam diem dolori præscribit. Ovidius de luctu Orphei in funere conjugis :

. . . . Septem tamen ille diebus

Squalidus in ripâ, Cereris sine munere sedit.

Cura dolorque animi, lacrymaque alimenta ferere.

Solebant interdum propinqui defuncti ad tumulum lugendi gratiâ venire. Maria soror Lazari domo egressa in occursum Christi venientis, ad fratris sepulcrum ploratum ire credebatur (1). Solent nostrâ etiam ætate Syrorum femine, satellitio aliquo comitum adhibito, sepulcra propinquorum frequentare, mœniis quibusdam ejulaturæ. Obtinet hodiè usque consuetudo, pu-

(1) Joan. 11, 31. Vide Gejer. de Luct. Hebr. cap. 6.

blico solemnique luctu mortuos plangendi in Oriente ferè universo, quemadmodum et in Græciâ, Dalmatiâ, Bulgariâ, Croatiâ, Serviâ, Valachiâ, Illyrico ; neque latet Turcas et Persas.

Dogma de paradiso, inferno et purgatorio sanctum erat apud Judæos (1). Illum vocant *hortum Eden*, sedemque constituunt viris probis, beatitudine atque Dei visione potentibus ; alterum *gehennam*, quem locum suppliciorum impiis statuunt. Sed qui æterno supplicio addicantur, rari sunt, inquiunt Judæi ; alii ad certum tempus damnantur, quibus proinde infernus purgatorii loco habetur ; neque enim alterum hominem ab altero locus, sed suppliciorum diuturnitas distinguit. Habent autem persuasum, Judæos omnes, modo hæresi non vitiiati sint, totumque id habuerint sanctum, quod tanquam majoris momenti à Rabbinis præscriptum est, ad purgatorium damnari posse, ad infernum non posse. Alia est Thalmudistarum sententia (2) putantium animas è corpore egressas nil latere eorum, quæ in toto terrarum orbe contingunt, quippe quæ integri anni spatio per orbem vagentur, antequàm in cœlum recipiantur. Interim illæ sæpè, inquiunt, ad sepulcrum ventitant, per regiones discurrunt, quidquid ubique contingit, intuentes. Denique censent, nunquam animas in cœlum ascendere, nisi corpore prius in cinerem resoluta, juxta illud Salomonis, Eccli. 12, 7 : *Et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Addunt insuper (3), post conditum sepulcro Judæi cadaver, angelum mortis continuo super scrobem sedere, statimque animam in corpus regredi, jacensque cadaver in pedes erigere. Tunc angelus ferreâ catenâ, cujus media pars alget, media candens est, valido ictu corpus percussit, quo omnia membra dissipat ; tum secundo, quo ossa disjungit ; ac demùm tertio, quo in cinerem redigit. His ritè persolutis, omnes boni angeli simul æccurrentes, partes iterum omnes compingunt, restauratumque in tumulo reponunt. Hoc quidem omnibus commune est ; sed viri probi ingentium eleemosynarum causâ hoc supplicium minimè subibunt. Apud Turcas non absimilis fabella vulgata est (4), de duobus spiritibus, atris et liventibus, qui in tumulo unâ cum defuncti corpore conduntur. Ibi constituti, sedere defunctum jubent, ejusque causâ expensâ, si nullius criminis reum deprehenderint, quiescere in pace permittunt ; sin minùs, ambas aures ingenti malleo percutiunt, cujus doloris magnitudine miserè ejulare defunctus cogitur.

(CALMET.)

(1) Leo Modena, p. 4, cap. 10.

(2) Buxtorf. Jud. cap. 35.

(3) Elias in Thisbi. Vide Buxtorf. loc. cit.

(4) Pokok. Not. Miscel. p. 241.

DE RE MEDICA VETERUM HEBRÆORUM

Dissertatio.

Post pronuntiatam reque iudicio Dei in hominem mortis sententiam, duræ necessitatis jugum subire mortales coacti sunt, ut singulis diebus manum cum morte, atque mortem inducentibus morbis conserere cogerentur. Hanc pugnam meritò appellamus naturalem illam medicinam, quæ omnibus retro seculis, atque inter omnes mundi populos obtinuit. Ante Adami lapsum, præsentissimum vitæ servandæ remedium Deus in arbore vitæ paravit; insita enim pomo hujus arboris vis erat, ut primæ juventutis florem viresque servaret intactas, si tamen ad præscriptum Dei eo remedio uti homines voluissent. Sed præcipitato consilio, divinis jussionibus posthabitis, cum præscriptum à Creatore terminum usu vetiti pomi prævertissent, quod prius habebant vitæ remedium, perniciosissimum virus sibi posterisque omnibus experti sunt.

Inventæ medicinæ auctorem Deum ipsum, vel, si mavis, Adamum esse Judæi reputarunt. *Honora medicum propter necessitatem*, inquit Siracides Eccli. 58, 1, 2; *etenim illum creavit Altissimus; à Deo est enim omnis medela*. Nec nisi è cælo acceptum esse donum medicinæ, ethnici arbitrabantur, primos illos medicos in deorum censum adlegentes. Afflictas mortalium res Adami crimine Deus miseratus, noluit subitæ mortis supplicio perfidiosum hominem perimere. Vitam misero servavit, dato pœnitentiæ spatio; viva etiam reliquit illa contemplationis lumina, quæ antea in ipsâ hominis creatione indiderat; iisque affulentibus, Adam rationem invenit animalia curandi, agros colendi, medendique morbis, si qui fortè inciderent, aptissimam. Usu et experientiâ tot annorum acceptam rerum cognitionem excoluit, quibus utrisque administrandis medicinæ exercitium non modicè juvatur.

Ex Adamo deinde in posteros hæreditario jure transmissam esse medicinam, quanquam historiâ silente, minimè ambigimus. Moyses ipse, licet primos rerum inventores ante diluvium solertissimè designet, Gen. 4, 20, ut neque primos pascendarum ovium, musicorum instrumentorum, liquandi metalli auctores sileat, de medicis ac pharmacis sanctum ubique silentium servat. In toto Genesio libro prima de medicis mentio in obitu Jacobi historiâ occurrit, Gen. 50, 2. Parentis defuncti cadaver aromatibus condiendum de more ejus regionis (1), arte servorum suorum medicorum, Joseph curavit.

Obtinebat jam eâ ætate, uti et diu antea, medicina apud Ægyptios, eosque, quos medicos Moyses appellat, aromatibus vel sale cadavera condientes, morbos etiam tractasse minimè dubitamus. Veterum plerique inventæ medicinæ honorem tribuerunt Hermeti sive

(1) Vide hæc de re Herodot. lib. 2, cap. 86, 87, 88; Diodor. Sicul. lib. 1.

Mercurio Trismegisto (1), quem virum Ægyptii appellant Thautum, eundem fortasse atque Chanaanum filium Cham. Porro Cham pater est Ægyptiorum per Mezram, et Chananeorum sive Phœnicum per Chanaanum. Ex quo sanè vetustissima medicina origo asseritur. Thautus sive Mercurius à consuevis erat Chrono, alio nomine Saturno sive Noë (2), quæ varia nomina unum eundemque virum produnt. Hunc eundem à secretis fuisse Osiridi sive Isidi filio Saturni natu majorebus, et Ægypti regibus, Diodorus Siculus libro 1 (5) est auctor. Malunt alii totam eam rem Osiridi et Isidi accepto referre. Ipsa de se Isis in lapide posito Nysæ in Arabia tradit, patrem habuisse Chronon, conjugem Osiridem, præceptorem Thautum, et filium Horum. Vide Diodorum libro 1 de Iside in urbe Nysæ. Sanctus Clemens, Strom. lib. 1, et S. Cyrillus Alexandrinus eandem scientiam arcessunt ab Api.

Sed Plutarchus, de Iside, Ægyptiorum testimonio fretus, ambos istos viros, Apim et Osiridem, miscendos censet. Apis auditorem habuit Æsculapium, medicinæ gloriâ celebratissimum. Quod ad Isidem spectat, hanc medicinæ arcana pervasisse, eisdemque plura medicamenta deberi, Diodorus Siculus lib. 1, et Manetho apud Euseb. Præpar. 1. 1, est auctor. Ejus rei merito, inquit Diodorus, Isidis nomen in deorum censum relatum est, ejusque numen ab ægris imploratum, nec frustra, uti quidam credidere. Ab Iside derivata est scientia in Horum, sive Apollinem ejus filium, quemadmodum ab Osiride didicerat Æsculapius. En veteres medicinæ fontes apud Ægyptios ex præcis scriptoribus.

Erat in honore ars apud Ægyptios, cujus mysteriis latè instructus creditur Moyses, omni Ægyptiorum scientiâ excultissimus, Act. 8, 22. Id lepræ exemplo, atque ratione ejus curandæ, distinguendæque in libris Mosaicis traditâ, Levit. 15, 14, discimus; discimus et ex iis quæ ille de consuetis mulierum incommodis sanxit, Levit. 12, 15. Non desunt etiam qui credant Moyssem chymicos arcanis fuisse initiatum, quemadmodum ex reducto in pulverem aureo illo vitulo, ab Aarone, Exod. 52, 20, conflato, et ab eodem Moyse in potum Hebræis superstitionis tradito, collegisse sibi videntur. Quæ de medicinâ Moysis et omnigenâ Ægy-

(1) Vide Leclerc. *Histoire de la Médecine*, p. 1, pag. 20, 11. Galen. Orat. suas. ad Artem; Clem. Alex. Strom. lib. 6; Martian. Capella, de Arte Gram. lib. 5.

(2) Sanchoniaton apud Euseb. lib. 1, cap. 10.

(5) Vide inscriptionem à Diodoro relatum in hæc verba: *Mihi pater Chronos est, omnium Deorum ultimus. Ego sum rex Osiris, qui arma per universam terram intuli,.... Ego sum filius Chroni, natu major.*

ptiorum scientiâ diximus, apertissimo S. Clementis Alexandrini Strom. 1. 2 testimonio confirmantur. Nec sanè in dubium revocari potest, Moysem calluisse non scientias modò, quæ ad religionem et politice[m] pertinent, sed eas pariter, quæ naturæ intima pervadunt. Ingenium habuisse physicis scientiis excultum, satis demonstrant ea quæ de puris impurisque animalibus tradit, et de corporis vitiis, sacerdotes à ministerio arcentibus, ne quid de cæteris dicam superiùs memoratis. Quæ de correcto aquarum sapore per Moysem ad Maram, projecto in eas ligno, hæc insitæ cuidam ejusdem ligni naturalis et medicæ virtuti accepto referre videtur Ecclesiasticus 38, 4, 5. Non desunt qui æneum anguem in solitudine erectum, arcanum fuisse putent medicinæ et chymices pharmacum, quo volitantium anguim ictus curarentur, Num. 21, 8, 9.

Certos quosdam fuisse medicis Ægyptiis codices sacros, quibus servanda artis præcepta docebantur, Diodorus Biblioth. l. 4 est auctor : quæ sanè præcepta si quis tractandis morbis servasset, huic nullum discrimen imminerebat, sive ægrotis valetudo, sive mors obtigisset ; at ab illis recessisse, vel collatâ ægrotis sanitate, capitale habebatur. Homerus Odys. Δ. innuere videtur Ægyptios ferè omnes medicinam exercuisse, atque ita ut nullibi peritiores medici invenirentur. Frequentissimos sanè in eâ regione medicos fuisse, ex Herodoto l. 2, c. 8, docemur. Cùm singulis corporis partibus singulisque morbis sui essent medici peculiare, ita sui erant capiti, oculis, dentibus, ventri. Sed hæc longè aliena sunt à Moysis ætate; et in Strabone lib. 5 de Lusitanis legimus obtinuisse olim apud illos, ut ægros in foro exponerent, quò scilicet obviis quibusque commodum esset, si quid scirent remediî, proponere : quod etiam à Babyloniis (1), Gallis et Lusitanis (2) servatum est. Repugnant ista quidem cum iis quæ mox diximus de medicinæ vetustate apud Ægyptios : quamobrem Casaubonus censuit, pro Ægyptiis legendos esse Assyrios ; cùm præsertim neque apud Strabonem, neque apud Diodorum, sive Herodotum simile quid de Ægyptiis proditum sit, cùm peculiariùs de illis agerent.

Post Ægyptios, vetustissimos medicinæ assertores credimus Chaldæos et Phœnices, quibuscum erant Hebræorum commercia, quorum occasione fortassè medicinæ artem Hebræi didicerunt. Porrò Cadmum primum regionis medicum venerantur Phœnices (3) ; et eadem causâ Bacchum colebant Assyrii, Libyes et Indi. Coætaneus erat Moysi Cadmus ; sed multò vetustior Bacchus, si criticorum conjectura valeat, illum cum Nemrodo miscentium ; at alii non desunt, qui Moysem ipsum eo nomine designatum credant. Hæc planè omnia satis produnt medicinæ vetustatem inter Orientales, antea apud illos florentis, quàm in Græciâ prodiret celebratissimus ille Chiron, præceptor Herculis, Aristæi, Thesei, Telamonis, Teucris, Jasonis, Pelæi, Achillis et Palamedis. Horum virorum ætas non

latet, cùm plures Trojæ obsidioni adfuerint. Superest nunc, ut eam quæstionem agitemus, utrùm Hebræi ex ipso gentis exordio medicos, aut aliquos medendi regulas, et quasnam illas, habuerint. Cujus rei rariora afferri posse à nobis documenta, quàm ut lectorum vota omnia expleant, Scripturis silentibus, in ipso sermonis vestibulo ultrò fatemur.

In universâ patriarcharum historiâ ne verbum quidem ullum occurrit de medicis et medicinâ, quamvis frequens ibi de morbis, uti Isaaci, Abimelechi, Rachelis, mentio recurrat. Dignum etiam animadversione arbitror, Josephum operâ medicorum usum esse condiendo aromatibus cadaveri parentis ; utrùm verò ægrotanti medicos adesse voluerit, non legimus. In lege duo tantum ad medicinam spectare videntur. Sancitum est in Exodo 21, 18, 19, eum qui alterum in rixâ ita læserit, ut is decumbere cogatur, ac deinde convalescens, vel scipione saltem innixus valeat prodire, non capitali quidem supplicio mulctandum esse, sed, inquit, *operas ejus et impensas in medicos restituat*. Ita reddunt Vulgata et interpretum plerique ; Hebræus tamen brevior est : *Cessationis tempus restituet* ; ad litteram : *Tantum cessationem ejus dabit, et medendo sanabit* ; id est, impensas curationis suppeditabit, seu curationi ipsius operam dabit. Luculentissimum, quàm quod maximè, hoc esse de medicinâ testimonium videtur.

Alius de medicinâ locus est Levit. 13, 14, ubi de leprâ agitur. Varia ibi morbi illius genera, signa et symptomata luculentissimè recensentur ; non omituntur notæ incipientis lepræ, inveteratæ, et desinentis. Sed hic ego nullum remedium lego ; quin neque ullum agnovisse Moyses videtur, cùm internoscendi tantum morbi rationem sacerdotibus præscribat, quo ille scilicet statu sit, utrùm eo laborantes puri habendi sint, an impuri, an ab hominum commercio segregandi, etc. Leprosos habebant Judæi veluti Dei ultoris flagello cæcos : *Nos putavimus eum quasi percussam à Deo*, ait Isaias 55, 4. Quare cavisse Hebræos, ne illorum curationi, utpote quos morbo divinitus ilato laborare arbitrarentur, manus admovent, R. Manahem est auctor ad Levit. 15. Israelis rex, auditâ causâ adventus Naamani Samariam, lectisque regis Damasci ad se litteris, postulantibus ut Naamanum leprâ purgaret, *scidit vestimenta sua, et ait : Numquid ego Deus sum, ut occidere possim et vivificare ?* 2 Reg. 5, 7. Jesus Christus testabatur sese leprosis incolumitatem restituere, Matthæi 11, 5, quasi prodigium objiceret invidiâ majus, quo se Messiam esse demonstraret.

Quæ Moyses Levit. 15 edicit, ut feminae per aliquot à partu dies, sive menstruæ incommodo laborantes, precantur, illa pariter argumento serviunt. Hæc enim omnis medicinæ, si hoc nomine appellanda est, solertia illud solummodo curabat, ut pestis seu contagionis ex eâ re provenientis virus arceretur. Nec abs re eodem medicamentorum nomine censi possunt ea quæ ipse legislator de comâ leprosoꝝ radendâ, de claudendis leprosis, eorumque post receptam va-

(1) Strabo lib. 16, pag. 716. Herod. l. 1, c. 197.

(2) Strabo lib. 5.

(3) Plutarch. Symp. lib. 3, q. 1.

ne contagione morbus propagaretur, Levitici 15.

Amnon Davidis filius, impio amore sororem Thamar deperiens, tæbe et mœrore infectus, ægritudine contraxit, 2 Reg. 15, 2, 4. Nulla tunc mentio pharmacorum, sive medicorum: David ad invisendum ægrotum veniens, nullam illi medicinam proposuit. Quæsivit solummodò Amnon, ut accitæ ad se sororis manu degustare sibi liceret sorbitiunculas et cibum. Abias filius Jeroboami regis Israelis æger decumbebat, 5 Reg. 14, 1, 5, statimque uxor Jeroboami ab eo missa ad Ahiam prophetam accurrit, de adolescentuli valetudine consultura. Cum è solario superiori domûs in inferius conclave Ochozias rex Israelis præcepisset, aliquos ad consulendum Beelzebub deum Accaronitarum misit, 4 Reg. 1, 2. Meliore consilio Hazael rex Damasci opem prophætæ Domini imploravit, 4 Reg. 8, 7. Naaman Syrus Damasco in regionem Israeliticam venit, morbi sui remedium ab Eliseo impetraturus, 4 Reg. 5, 5. Filius Sunamitidis feminae, quæ Eliseum hospitio acceperat, vehementi dolore capitis abreptus, in ipso matris sinu exanimis cecidit. Statim illa ad prophetam venit, qui confestim in ædes illius se conferens, filium incolumem matri restituit, 3 Reg. 17, 17. Joram rex Juda post toleratam integro biennio dysenteriam, vi morbi tandem oppressus est, 2 Paral. 21, 15, 18. Ozias rex Juda in pœnam usurpati muneris sacerdotalis, quippe qui offerre Domino thymiana ausus fuisset, leprâ percussus est, 2 Paral. 26, 19. In his omnibus non vulgarium virorum morbis, altum est de medicamentis et medicis silentium. Inter præfectos aulæ regum Juda, Davidis, Salomonis, cæterorumque post ipsos, nullus erat medicorum locus. Sed num idcirco nulli erant in regione medici? Non hoc ego quidem autumaverim; sed rari, eorumque peritia in eo tota versabatur, quemadmodum supra animadversum est, ut membra componerent, vulnera curarent.

Aliud erat apud Hebræos medicorum genus, venefici scilicet, qui suis artibus gloriabantur sese colubros sistere, frenumque, ne morderent, imponere, ac tandem nescio quæ carmina obmurmurantes, moribus eorum mederi. Fusiùs hoc argumentum pertractavimus peculiari dissertatione in Psalmos. Quod ad morsus venenatos attinet, nihil hactenus medicina excogitaverat: *Ego mittam vobis*, inquit Jeremias, 8, 17, *serpentes regulos, quibus non est incantatio*. Et Job 40, 25, de crocodilo: *Concidit illum amici*, Hebr., *excantator*? Et Ecclesiastes, 10, 11: *Si mordeat serpens in silentio* (Hebr., cui non est incantatio), *nihil eo minus habet, qui occultè detrahit*. Et Psal. 57, 5, ita Psalmista de hostibus suis: *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, et obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter*. Ac tandem Ecclesiasticus, 12, 15: *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso?*

Quærebatur etiam in morbis magorum opera, quantum non ita apertè ejus usus in S. Scripturâ exprimitur. Saomonem obtinuisse à Deo virtutem pellen-

di dæmones, et mala, quæ illis auctoribus in homines inferuntur, removendi, Josephus, Antiq. lib. 8, c. 3, docet. *Et cum excantationes composuisset*, subdit Josephus, *quibus leniantur morbi, etiam formas adjurationum reliquit, quibus vincita dæmonia ita ejiciunt, ut nunquam revertantur. Atque hoc sanationis genus etiamnum apud nos plurimum valet. Vidi enim ex popularibus meis quemdam Eleazarum coram Vespasiano et filiis ejus, et tribunis reliquisque militibus, ex dæmonum potestate ab iis obsessos liberantem. Modus autem istius curationis erat talis. Naso dæmoniaci admoto annulo, cujus pala una ex radicibus inclusa erat, quas indicaverat Salomon, paulò post ex naribus odorantis extrahebat dæmonem: tum homine statim collapsò, dæmonem adjurabat, ne in hunc postea reverteretur, Salomonis interim mentionem faciens, et incantationes ab eo compositas recitans. Porro volens Eleazarus illis, qui aderant, persuadere, manifestumque facere, quòd hanc vim habuerit, non longè inde collocabat aut poculum aquà plenum, aut pollubrum; dæmonique imperabat, ut homine egrediens illa evertat, atque faciat ut spectantes intelligant quòd hominem reliquisset. Hoc autem reverà facto, palam erat Salomonis sapientia et scientia. Hanc Josephi sententiam, tribuentis Salomoni vim aliquam in morbos magicam, ne probemus, religione absterremur. Habemus enim persuasum, virum illum, de quo historicus, magicis artibus usum esse, quas nomine et auctoritate Salomonis, uti magorum omnis ætatis mos est, honestabat. Solemne est enim magis, viri alicujus insignis nomen prætexere, quo indoctos ac rudes grandi illà specie fallant.*

Hisce superstitionis medicamentis saniore consilio alia substituta sunt remedia non improbà arte parata, dæmoniacis utilia. Cùm Saül tetro quodam atræ bilis morbo agigaretur, adeò ut à dæmone vexatus videretur, nec abs re prorsùs, cùm dæmonem haberet obsidentem, utebatur nequam ille spiritus pravà humorum corporis ejusdem regis œconomià, ut miserum torqueret: quare rogatus David, musica quædam instrumenta coram illo pulsans, tumultuantes compescebat humores, simulque miserum recreabat, 3 Reg. 16, 14. Jesus Christus, ejusque Apostoli prodigio interdum ægritudinem hanc, tunc temporis familiarem, depulerunt, Matth. 9, 52, Luc. 11, 24. Solo enim Jesu Christi nomine pronuntiato, ejus auctoritate abire dæmones cogebantur; quod sanè medicamentum præter omnes medicinæ regulas validum est, et in dissertationem de medicinâ ob quamdam solummodò rei affinitatem deducendum. Sed operæ pretium fuit animadvertere, in eâ fuisse persuasionem ejus ætatis Hebræos, ignotos omnes et insanabiles morbos dæmoni auctori esse tribuendos. Legimus sanè in Evangelio, epilepticos, surdos, mutos, lunaticos, manià laborantes, à malo aliquo spiritu vexatos fuisse; quo statim à Jesu Christo sive ab Apostolis pulso, incolumes erant. Legimus Matth. 9, 52, Luc. 11, 24, de mutò dæmone; de altero ægrè loquente, Marc. 7, 52; de homine spiritu infirmitatis

afflicto. Luc. 15, 41. S. Paulus 1 Cor. 5, 5, inter-
tum illum Corinthium Satanae permittens, *ut hoc* ut
illum ut infestissimo adversario *ad interitum carni*.
Et S. Marcus, 5, 10, de morbis corporis agens
plagas, à Deo miracas appellat. Ita et 5, et
20, 54; Luc. 7, 21.

Tristia quis vulgi errorem et animi hallucinationes
suspicabitur: quasi nec Saul, nec epileptici, lunati-
ci, et muti evangelici insidentis spiriùs livore tor-
querentur. Facile enim credimus, permisisse Deum,
ut eâ ætate dæmones corpora illorum agitent, qui
divinam in se ultionem criminibus provocassent, sive
quos divine justitiæ severitas morbo aliquo afflixerat,
ut et illos in hæc vitâ puniret, et ceteros justo terrore
quateret. Veteris enim legis ingenium erat, ut rigi-
dam semper austeritatem exhiberet. Erant Hebræi
jugo servitutis premendi, ac pœnis corporis, quas
rudes illi homines unice graves sentiebant, cogenti.
Porro illi morbos habebant veluti divinæ ultionis fla-
gella, improbis spiritibus tanquàm ministris utentis;
eamque in populo opinionem fovendam Dominus cen-
sens, dæmones interdum immittebat, corpora hæc
morbis torquentes. S. Hieronymus in Matth. 9, 4.
*Et datur nobis intelligentia, propter peccata plerasque
evenire corporum debilitates; et idcirco forsân dimit-
tuntur priùs peccata, ut causis debilitatis ablatis san-
nitas restituatur.*

Ut ad magica remedia, unde digressi sumus, re-
grediamur, animadvertere juvat, medicinam exercuisse
interdum eos viros, qui simul magicen verè profite-
bantur. Zoroaster inter primos medicinæ inventores,
nomen habet inter magos celeberrimum. Circe et
Medea, ambæ medicinâ claræ, et pluribus medicis
operationibus insignes, magicen æquè exercebant.
Apud Ægyptios, teste Origene lib. 8 contra Celsum,
dæmones, sive dii aeris, triginta sex numero conse-
bantur. Quorum singuli, diviso in totidem partes
hominum corpore, singulis partibus præerant. Dæ-
mones illos peculiari nomine vernaculâ linguâ appel-
lantes Ægyptii invocabant, ejus potissimum opem
flagitantes, cujus dominio pars corporis ægritudine
affecta subiciebatur.

Æsculapius, auctore Pindaro Ode 5, febres omnes,
ulcera, vulnera, dolores pellebat, sive dulces quas-
dam incantationes adhibens, sive mites potiones,
remediisque in externâ corporis superficie applicatis,
sive tandem incisionibus. Fluentem è vulnere Ulyssis
cruorem ope carminum coercitum esse, narrat Ho-
merus Odys. 19. Salubria morbis interdum putaban-
tur verba quedam, sive magica carmina; quemad-
modum apud Catonem, de Re rust. art. 160, legi-
mus ea quæ super luxatum membrum otiosi homines
obmurmurabant. Quæ verba interdum in amuletis
quibusdam scripta, super affectas morbo partes po-
nebantur, sive collo appensa gestari solebant. Hæc
arte parata medicamenta appellabant *talismannos*,
amuleta, *phylacteria*.

Minimè ambigimus quin Hebræi in superstitionem

præditi, remque amplius tenuissimâ, hæc simul
omnia remedia adhiberent. Videmus superius non
decursum apud Hebræos tractus angulorum veneti-
ens, neque pellentes dæmonibus, amulo supersti-
tioso a Balde, utunt. Sicut qui antiquam ægyptum
Moyses perambulans non habuerint. Sed hæc omnia cu-
ratelam non ferunt tantum, dæmones incantatione
valentia, sed dæmonum dæmonem se detestantur, Levit. 20,
6; Deut. 18, 10, 11; Levit. 19, 31. Cum rudes po-
puli antea Moysis angue viventi videntes, d'um. In-
terdum jussu Ezechielis 4 Reg. 18, 4, rujanque jussu
igni traditos ferunt filios à Salmone de arcu, na-
turæ scriptos; videbantur enim multo plus sibi opis
spere ex virtute hauriam, quam in Deum fidebat.
Quod arcessitum è missa remedium, hæc omnia
magis minusque omnino videntur, scilicet est
enim quantum musica Davidis produxit agitate
Saulis hili componenda, 1 Reg. 16, 25. Hanc sanè
profuisse morbis corporis est turbatione animi natis,
plures medici agnoscent; quippe que omnia in suos
ordines religat. *Et hæc*, inquit Galenus (1), *et animi
mores ægros quotannis non paucos persanavimus, solis
animi motibus ad delitum modum remanent. Est verò
non spernendis hujus se testis, quoniam patrum
nobis nomen. Esculapius, qui multas scribi ex illis,
nimisquè ridicularum rerum fieri, et melius quas-
dam instituit iis quibus vehementiores animosæ partis
motus, corporis temperam. tan puto delitum spectent.*
Obstetricæ Athenienses. Platone in Theoret. teste,
facilem reddebant partum ope quorundam aroma-
tum, carmina quedam simul obmurmurantes. Vide-
sis nostram dissertationem de Musicâ veterum Hebræorum.

Recepta igitur erat apud Hebræos sententia, mor-
bos plerumque Dei ultionis esse flagella, cujus essent
animati, et tortores illi, quos dæmones vocamus, quem-
admodum in superioribus demonstratum est. Adan
sua ipsam vici peccati litem, statim pronuntiata
in illa parte damnatus est, Gen. 3, 5, 10. Abimelech,
vix captâ Sarâ, quam sororem, non conju-
gem Abrahami reputaverat, vindicem Dei manum
in se expertus est, Gen. 20, 4. Ægyptii nolentes di-
vinis jussionibus morigeros se præbere, variis plagis
percussi sunt. Her et Onan crimine detestabili com-
mittentes, ne filii è Thamare nascerentur, subitò cor-
repti perierunt, Gen. 38, 9. Maria soror Moysis, vix
motâ seditione in fratrem, leprâ obductum corpus
habuit, Num. 12, 10. Eandem lepræ ultionem exe-
cavit Deus in Azariam regem Juda, reum tentati na-
veris sacerdotalis oblatione thymianatis, 2 Paral. 26,
19. Philistæorum anus probroso ulcere affectus est,
quòd illi minus religiosè arcam observassent, 1 Reg.
5, 6, eamqueque curiosos insipientibus Bethsami-
tis capitale fuit, 1 Reg. 6, 19, nec minus cum Ozâ
actum est, manus erga illam protendente, 2 Reg. 6,
7. David quod inani aliquâ curiositate populi censum

(1) Vide Galen. de Sanitate tuendâ, lib. 1, cap. 8,
et Le Clerc, Histoire de la Médecine lib. 1,
p. 72, 75.

indixisset, ingenti suorum clade peccatum expiare coactus est, 2 Reg. 24.

Amici Jobum tot oppressum malis et aerumnis invidentes, eo indicio reum alicujus gravissimi criminis arguebant. Rex Joram impietatis et idololatriæ reus, acerbissimo dysentericæ morbo contabuit, 2 Paralip. 1, 18. Quid Nabuchodonosor? nonne impietatis et criminum suorum poenam morbo et metamorphosi luit? Quid David? nonne criminis sui cum Bethsabæe merito, morbo simul et morte filii ex eo concubitu nati punitus est? 2 Reg. 12, 14. Tandem familiares sunt hæ loquendi formulæ in sacris libris (1): *Dominus est qui mortificat et vivificat, qui deducit ad inferos et reducit; Dominus est vitæ et mortis, sanitatis et morbi, utrisque pro arbitrio imperans.* Judæis nuntiat futurum, ut refractarios insanabilibus morbis puniat, morigeros valetudine simul et incolumitate donet.

Hæc æquè occurrunt in novo et veteri Testamento; et Jesus Christus communem hanc opinionem non semel confirmare visus est, eos, quos incolumes restituerat, etiam atque etiam monens, ne quid ultra criminis admitterent; veluti innuens, morbi causam omnem peccato deberi. Allatum ad se paralyticum ita affatur, Matth. 9, 2: *Fili, remittuntur tibi peccata tua*; et cum gravius hæc verba accipere, qui aderant, viderentur, adjecit: *Quid est facilius, dicere: Remittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, et ambula?* Ac restituta incolumitate languenti, qui octo et triginta annos in Probaticâ jacuerat, ait, Joan. 5, 11, 14: *Noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Occasione autem viri cujusdam ab ortu cæci, Christum interrogant Apostoli, Joan. 9, 2: *Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* Ac si haberent persuasum, latentis alicujus criminis vel filii vel parentum malam fuisse propaginem, hanc quâ juvenis tenebatur, cæcitatem. Sed errantes docet Christus, nullius criminis merito morbum hunc viro contigisse; divinæ providentiæ consilio factum esse, ut ad exhibendum divinæ virtutis documentum cæcus nasceretur. S. Paulus, 1 Cor. 9, 50, morbos et mortem ipsam plurimum Christianorum tribuit minimæ religioni, quam in Eucharistiæ communionem exhibebant. Cum Herodes rex Judææ persecutioni indictæ in Apostolos alterum atque alterum crimen adjecisset, necato S. Jacobo fratre S. Joannis, dato in carcerem S. Petro, gravissimam in se Dei manum sensit, Act. 12, 25; cum enim verba ad populum Caesariæ haberet, inter ipsas plaudentis populi voces, clamantis, Dei verba, non hominis, se audire, subito percussus ab angelo, pernicioso ad eum morbo contabuit, ut vorantibus vermibus aliquantò post denique absumeretur; quippe qui, inquit scriptor sacer, *non dedisset honorem Deo.* Eandem omnibus persuasionem stetisse in extremo Herodis Magni morbo, Josephus ait Antiq. lib. 17, cap. 8, ut scilicet criminum

(1) Vide Levit. 15, 26, 21, et 26, 16, 21, 28, etc.; Deut. 28, 17, 59, et 29, 22; Job. 5, 18, 30, 49, 22, et 50, 23; et in Psal. passim, 5, 5, et 40, 5, et 106, 30.

suorum et crudelitatis merito à Deo puniretur.

Non repugnaverim quidem, horum exemplorum plura divino prodigio non esse tribuenda, et Judæos ita reputantes esse damnandos; at aliqua saltem prodigia non esse, nego. Inter plura miracula, plures etiam naturales morbos agnosco; et (ne prodigia non necessaria accumularem) maluerim ego, Deum, cum hominem morbo aliquo percussisse legimus, id commisisse tantummodò, ut morbus à naturâ induceretur, inductusque in poenam præcedentium criminum putaretur. Nihil de meo hoc judicio cæteris impositum volo; sed conjecturam meam prodo, quam cæterorum examini subjicam, ne parùm religiosus erga sacras Scripturas videar.

Ita Hebræi de causâ morborum persuasi, in eam quoque opinionem venerunt, ut morbos omnes tum inusitados, tum vulgares, pravis angelis tribuerent. Erat, juxta illos, angelus exterminator, angelus ultor, angelus mortis. Cælem primorum natu in Ægypto, Exod. 12, 29. Sennacheribi, 4 Reg. 19, 35; luem in populo grassantem, 3 Reg. 24, 16, angelo ultori, seu exterminatori ferunt acceptam. Erant, et sunt etiam nostrâ ætate in eâ sententiâ, ut angelum mortis homines gladio suo perimere (1), manantemque cruore gladium aquâ, quæ fortè in ædibus occurrit, eluere arbitrentur. Humor, qui ferali gladio adhæserit, virus esse præsentissimum rati, id summo studio curant, ut totâ, quæ fortè demi occurrerit, aquâ statim ab obitu defuncti effusâ, discrimen omne evitent.

Credebant insuper, morborum, quos naturalibus pravisque affectionibus medici tribuunt, sive dæmonis sive lunam in causâ fuisse; quemadmodum de morbo Sæulis, et de atræ bilis affectionibus statuunt. Fatemur quidem plures fuisse hujus generis morbos dæmoni tribuendos, ipso docente Evangelio; sed vix possumus in animum inducere, ut omnes ex hæc causâ derivandos credamus. Rudis populus nostrâ etiam ætate dæmoniacos putat plurimos, qui inter stultos et mania laborantes meritò rejiciendi sunt. Plus illi helioboro, purgationibus ac refrigerantibus pharmacis, quam exorcismis solemnibusque Ecclesiæ precibus, non nisi exigente necessitate, sive apertâ utilitate adhibendis, juvantur.

Alia etiam vetustissima inter Judæos opinio fertur, cujus vestigia in ipsâ patriarcharum historiâ apparent, iis videlicet, qui rem aliquam insuetam spectârunt, mortem imminere. Agar, objecto sibi per visum angelo, ferali mortis suæ omen se accepisse putabat; sed ab angelo confirmata, cum tandem animos resumpsisset, prodigii loco habuit, vidisse se Deum, nil incommodi expertam, Genes. 16, 14. Jacob gratias Deo agebat eo nomine, quòd vidisset *Deum facie ad faciem; et salva, inquit, facta est anima mea*, Genes. 32, 30. Deus ipse ita ad Moysem locutus proficitur: *Non videbit me homo, et vivet*, Exod. 33, 20. Hebræi Moysem rogabant, ut ipse loquendi ad populum munus assumeret; si enim Deus ipse per se loqueretur,

(1) Vide Job. 35, 25; Psal. 54, 5; Proverb. 17, 1; Dan. 15, 53, 30.

certam sibi mortem timebant, Exod. 20, 49. Manne pater Samsonis, ejusque uxor, quod angelum vidissent, ferale sibi illud ominabantur: *Morte moriemur, quia vidimus Deum*, Judic. 15, 22.

Qui medicinam inter Hebræos, quemadmodum et de Græcis scitum est, profitebantur, viros fuisse non vulgares, verbis quibusdam Scripturæ insinuatim videtur. Ejus enim artis præcepta neque à principe aliena esse arbitrabantur, cum legamus Isaia 5, 6: *Apprehendet vir fratrem suum, domesticum patris sui: vestimentum tibi est, princeps esto noster; ruina autem hæc sub manu tuâ* (nempe membra nostra è lapsu afflictæ medicamentis fove). *Respondebit in die illâ dicens: Non sum medicus, et in domo meâ non est panis, neque vestimentum; nolite constituere me principem populi*. Et Osee, 5, 15, vitio Israelitis vertit, quod spem omnem in Assyriis collocassent: *Et vidit Ephraim languorem suum, et Juda vinculum suum; et abiit Ephraim ad Assur, et misit ad regem ultorem; et ipse non poterit sanare vos, nec poterit solvere à vobis vinculum*. Et Zacharias, 11, 16: *Ego suscitabo pastorem in terrâ, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, et contritum non sanabit*. Jeremias, 6, 14: *A propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum; et curabunt contritionem filia populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax* (nempe vulnus obducitur), *et non erat pax* (et recrudescerat).

Licet autem olim, et nostrâ etiam ætate, peritissimi medicinæ professores Judæorum aliqui, præsertim in Oriente, habeantur, in Rabbiorum tamen libris nihius æqua de medicis leguntur, cum medicos inter illos numerent, quos exclusos pronuntiant à regno, imprecantes: *Medicorum optimus in inferno demergatur; splendide enim vivit, nec morbum timet; neque cor suum coram Domino conterit, pauperemque, opem illi denegans, interficit*. Si quis verò de peritiâ medicorum Judæorum conjecturam capere è peritiâ Rabbiorum in rebus anatomicis voluerit, nihil planè de illis magnificum opinabitur. Receptum est enim inter eos, in spinâ dorsi os quoddam, nomine *lux*, insertum esse, quod veluti radicem et centrum omnium partium corporis esse putant: inde cor, jecur, cerebrum, verenda, et quid non? Quod autem maximè ejus ossis virtutem commendat, illud est, quod integrum vel in medio igne nunquam non manet, ut germen sit resurrectionis, ex quo resolutum corpus, veluti è semine planta, iterum pullulet. Enumerant autem in corpore hominis 248 ossa, et 565 venas sive ligamenta.

Utrum veteres Hebræi recentioribus præstarent medicinæ peritiâ, ambigimus; illud tantummodò as-

serendum est, potuisse illos, uti veteres ferunt omnes, corporis humani foetum in utero matris coagulatione quadam, cum lactis, concresecere (1); hinc deinde Deum pellem, nervos et fibras inducere. Addebant, ossa, cum salva sunt omnia, succo quodam madescere, arefcere vero, ubi corpus vitiatum (2); et medulla ossium affectâ, crudelibus morbis totum corpus torqueri (3); inflammationem ossibus adherere (4); oleum, quo cutis fovetur, ad ossa penetrare (5). Uno verbo, valetudinem omnem morbumque ex ossium habitudine rectâ pravâque deducunt. Quin etiam umbilici incolunitatem plurimum ad valetudinem conferre, Salomon, Prov. 5, 8, innuere videtur; illumque unctione lotum plurimum prodesse extinguendis ardoribus viscera depascentibus, Cantic. 7, 2. Vitam constituebant in sanguine, Dent. 12, 25. De venis et sanguinis emissionem ne verbum quidem in Scripturâ.

Familiarissimum simulque celebratissimum Hebræorum remedium erat resina montium Galaad (6), quemadmodum supra etiam innuimus. Nec sanè medici diffidentur, varia resina genera fractis ossibus, stupori membrorum et plagis mederi. Non deerant etiam apud illos herbe et plantæ salubres, ejus generis nos medicinales, illi *arbores* seu *ligna vita* (7) appellabant; uti *arbor mortis* apud illos erat, quæ nobis est planta virulenta et perniciosa. Auctor Ecclesiastici, 58, 7, lignorum virtutes prosecutus, scribit, pharmacopolam variarum rerum admixtione pharmacum quoddam salutare componere, cujus odor per totam terræ faciem diffusus, undique pacem et lætitiâ exhalat: continuo tamen sapienter monet, ut primo omnium ægrotos valetudinem à Deo deprecari studeat, illud etiam curet, ut penitentia eluat crimina, oblationes in templo ex similia opinisque pecudibus statuat, veluti si è mundo egressus, jam coram Deo adesset. Neque tamen ista prohibent, addit, quin à medicis opem imploret; à Deo enim medicus creatus est, suasque pro valetudine infirmi preces ad Deum interponet. Tandem maximum aliquod divina ultionis documentum in impios exhiberi precatus, optat ut impius *in manus medici incidat*. (CALMET.)

(1) Psal. 158, 15; Job 10, 40; Sap. 7, 2.

(2) Job 20, 11; 21, 24; 55, 49; Prov. 5, 8; 15, 50; 27, 46; Eccli. 26, 16.

(3) Prov. 12, 4; 14, 50; Habac. 3, 16.

(4) Jerem. Thren. 1, 15.

(5) Psal. 108, 18.

(6) Jerem. 8, 22; 46, 11; 51, 8.

(7) Prov. 5, 18; 11, 50; et 15, 12; 15, 4; Ezech. 47, 12.

DE RE CIBARIA HEBRÆORUM Dissertatio.

Veterum Hebræorum mores ritusque adeo à nostris explorata hæc haberi non possint. Si quis autem perfunctoriè ea tantum noscere contentus, cætera duxerit

negligenda, ille planè nunquam arcanum Scripturæ, continuâ fermè allegoriâ eò spectantis, sensum assequetur. Inter ea verò, quæ ad Hebræorum mores spectant, res cibaria tantò est præ cæteris eruditorum occupatione dignior, quantò frequentius in Scripturâ recurrit, majorique est indagine, tum ob verborum ambiguitatem, tum ob consuetudinem et inconstantiam scrutanda. Variante enim fortunâ, ejus rei consuetudo apud Judæos variavit. Abraham è Chaldæa oriundus, morem et ipse tenuit, et ad filios transmisit. Ejus posteri cum Chananæis et Phœnicibus tum sedes tum mores multos habuerunt communes. In Ægypto plura ex incolis adoptârunt. Dein Moyses, invecto ciborum delectu, aliisque in lege sancitis, novam induxit disciplinam; non usque ad eò tamen stabilem, quin plurimum pro locorum varietate variârît. Translati enim in Babyloniam, Assyriam, Ægyptum, aliasque orbis regiones Judæi, mores etiam ad loca conformare studuerunt; quanquam certis quibusdam et constantibus legibus inhærentes, semper à reliquis earum regionum incolis distinguerentur.

Illud igitur in hac dissertatione consilium habuimus, ut varias, pro varietate temporis, Judæorum in re cibariâ consuetudines prosequamur, utrùm scilicet sedentes, an accumbentes cibum caperent; quem locum in mensâ haberent honestissimum; quas ante cibum servarent lustrationes; quas et quantas apponerent dapes; quæ comedendî horæ, vasa in eum usum, etc. Veteribus novas consuetudines adjiciemus, ut utrarumque comparatione differentia sive similitudo intelligatur.

Convivia veterum Hebræorum.

Veterum Hebræorum convivia, quorum est in Scripturâ mentio, neque gentis elegantiam, neque in re cibariâ delectum satis commendant. Abraham tres angelos, quos sub hominum specie hospites exceperat, lauto convivio relecturus, subincertum panem et opimum vitulum festinato opere parans, unâ cum lacte et butyro mensas instruxit, Genes. 18, 6. Porro convivium illud quantò erat dapum magis pauperius, tantò fuit earundem dapum copiâ locupletius, nautia farina sata, quæ amplius octo et viginti pintas singula implebant, integrumque vitulum tribus convivis (Abraham enim satis atque hospitibus ministrans cibos non sumpsisse videtur) apposuit. Joseph fratres suos in Ægypto convivis adhibens, Genes. 43, 54, quintuplo majori, quam cæteres fratres, epulas Benjaminum donavit. Sauli asinas patris sui occurrenti Samuel quartam vituli partem ostulit, 1 Reg. 9, 24. Is honor hospitibus ejus ætatis habebatur. Apparet ejus moris vestigia apud Homerum, ubi pro vini dignitate victimæ arpiiores minoresve in convivio adhibentur. Eumæus convivam habens Ulysem, quem hospitio acceperat, quamvis illum minimè nosset, pingue convivium instruxit, integrum apponens terga ingentis quinquennialis porci et grege selecti (1). Nec in cibo tantum servata est quantitas, verum

etiam in potu, ut convivæ dignitatî responderet. Amplissimi enim viri plenum semper scyphum coram se habebant, cum cæteris identidem solummodò misceretur (1).

Dapum portio convivis distributa.

Dapum partes convivis distribuere, architriclini munus erat. Quin et obtinuisse olim creditur, ut singuli seorsum cœnantes, singulam singuli haberent mensam, cui epulæ imponerentur. Ejus rei apparent vestigia in convivio, quo Joseph fratres suos in Ægypto excepit Genes. 43, 54; seorsum enim singuli fratres sedebant, uti et Ægyptii, et ipse Joseph seorsum, positas ante se mensas habebant. Superstitionis causâ Ægyptii renuebant mensam habere communem cum Josepho ejusque fratribus; non enim cibos capiebant Ægyptii cum Hebræis. Josephus verò ut solus pranderet fortassè in causâ habuit, quòd amplissimam illam dignitatem gereret. Singuli autem fratres ab Ægyptiis et à Josepho segregati, servato ætatis ordine sedebant, assignato unicuique loco ab ipso Josepho, quasi ipse singulorum ætatem, ingenti eorumdem admiratione nôsset. Cum omnes sedissent, dapes omnes coram Josepho appositæ sunt, ab eoque in singulos convivas distributæ. Elcana pater Samuelis epularum partem duabus uxoribus assignavit, 1 Reg. 1. Apud Homerum singulis convivis sua est mensa, et convivii dominus carnes inter convivas dividit. Mensa regum Persarum omnibus illis epulis instruebatur, quæ deinde inter aulicos dividendæ erant (2): quod adhuc in quibusdam Orientis regionibus obtinet (3). Idem servatum esse in aulâ Salomonis, ex ingenti farinæ copiâ et carniûm quæ in singulos dies suppeditabatur, colligimus. David convivam habens Miphibosethum, regis dapes illi sufficiebat. Locus habet ad litteram: *Super mensam regis vescebat*, 2 Reg. 9, 7, 10. Rogat David Salomonem, ut filios Berzeilai eodem honore dignetur, 5 Reg. 2, 7. Jezabel mensæ suæ dapibus pascebat 450 prophetas Baal et 400 prophetas deæ nemorum, sive *Aserah*; qui omnes, ait Scriptura, *comedunt de mensâ* (ad litteram *in mensâ*) *Jezabel*, 5 Reg. 18, 19.

Hebræorum delectus in dapibus.

Sed quamnam dapes illæ? Omnium delicatissimæ fuisse hædi videntur, è quibus unum paravit Rebecca, ut Jacob, eo allato, paternam benedictionem surriperet, Genes. 28, 9. Paschale convivium agno, sive hædo, juxta Moysis præceptum, instruebatur, Exod. 12, 5. Hædum attulit Samson munus novæ nuptæ, ut pacem cum illâ conciliaret, Judic. 3, 2. Manue coctum hædum angelo, futuram prolem sibi nuntianti, apposuit, Judic. 13, 5. Queritur frater filii prodigi, nunquam unicum hædum sese à patre impetrâsse, ut geniale cum amicis epulum institueret, Luc. 15, 29. Scitum est, tria tantum animalium domesticorum genera in cibum permissa fuisse Hebræis, nempe

(1) Homer. *Iliad* 4. Vide *Cantic* 7, 2.

(2) Athen. lib. 4. cap. 10.

(3) Charon, *Voyage de la Colchide*.

(1) Homer. *Odyss*. 14.

quod ex vacca, ovis et capra nascitur, plura tam e-
feris, quam ex domestica vegeta, facit etiam inter-
latam à Deo legem; quemadmodum intelligimus ex
divino ad Noënum præcepto, ut in Arc. 14 animalia
pura, lina verò impura, pura servaret, Genes. 7,
2. Legimus 3 Reg. 4, 22, in mensam Salomonis
impensa esse sinulis deibus 50 mensuras simule, et
farinæ duplum. Porò mensura reddebatur 278 pintæ
cum dimidiâ pintæ parte, hemisextario, et ampliùs
aliquantò. Præter hæc, sulliciebantur 10 saginati bo-
ves, 20 boves è grege, 100 arietes, præter ea que
venatione capiebantur, cervos, damas, capreolos,
aves. Cùm arca Domini solemnè apparatu deduceretur,
singulis Israelitis jussu Davidis distributa est
assati bovis portio, 2 Reg. 6, 19. A sanguine non ab-
stinebant modò, verùm etiam cautè observabant, ne
quid in carnibus cibo destinatis remaneret, quâ de re
infra. Adeps victimarum sacrificio servabatur (1); sed
exceptis sacrificiis, ejus usus singulis permittebatur.
Facilè credimus, delicatissimam et optimam victima
portionem Deum sibi servasse, inter quas primum
locum habere poterat adeps: quamobrem cùm ali-
cujus convivii lautitia describenda esset, eo utebantur
epitheto: *Convivium pinguium*, Isai. 2, 6. Queritur
Deus per prophetas, macilentis victimis sibi litari,
Malach. 1, 15. *Qui diligit epulas*, ait Salomon Prov.
21, 17, *in egestate erit; qui amat vinum et pingua, non
ditabitur*. Hinc Deus arietis caudam in sacrificiis nun-
quam sibi non servavit, quippe quæ pinguis-
sima esset; servavit et renes cum adipe illos operiente, Lev. 5, 10.

Panis veterum Hebræorum.

Panis singulis plerùmque diebus parabatur; erant
autem placentulæ aridæ, tenues et recentes; aliæ
verò subactæ erant ex oleo, aliæ frixæ oleo, alia
tantùm oleo illitæ. Panis azymus et subcinericius
nec infrequens habebatur nec insuavis. Simila
oleo frixa, sive tantùm aspersa, à nostro quidem
ingenio aliena est maximè, Hebræo apprimè sua-
vis; adeò mores mutantur, et de gustibus nulla
præscribitur regula. Panis, quæcumque tandem arte
confectus, nunquam ab oblationibus templi Domini
excluebatur; ex quo facili conjecturâ intelligimus,
quidquid exquisitissimum apud Hebræos erat, totum
in pane comprehendi. Nòrant farinam secundariam,
cicer, lentem, et cætera leguminum genera, quorum
maximè usus erat ruri et in itineribus. Davidi, furo-
rem Absalomi declinanti, Berzellai obviam occurrens,
attulit farinam, far, frumentum igne tostum, frixum
cicer, fabam, lentem, et alia legumina, adjectis melle,
butyro, pinguibus vitulis et ovibus, 2 Reg. 17, 28.
Eâdem occasione Siba munus regi obtulit ducentos
panes, centum fascies uvæ passæ, et totidem recen-
tis uvæ canistros, cum utre vini, 2 Reg. 16, 1. Ita
planè Abigail eundem regem, à Saule fugientem, præ-
secuta est ducentis panibus, duobus vini utribus, quin-
que coctis arietibus, quinque mensuris farinæ ex hor-
deo, centum fascibus uvæ passæ, et ducentis messis

caricarum, 1 Reg. 25, 18. Viri, quos Saul in itinere
offendit, cum ad missendum templum Domini pergerent,
singuli tres hædos, totidem panes et vini utrum
habebant, 1 Reg. 10, 5. Uxor Jeroboami ementis
vestibus ad consistendum Abiam profectam pro valedi-
tudine filii a potentis missa, nactus de mare regionis
attulit decem panes, placentam, uvas, et vas melle
plenum (1). Ea genus prætorum merum delicias, et
convivorum apparatus.

Datum condimenta.

Omnia eorum condimenta sal, mel, oleum, buty-
rum. Aromatum in cibis ne vestigium quidem in
S. Scripturâ. In convivis sponsæ Cant. 5, nihil appa-
ret præter fructus, mel, vinum, hæc. Mellis usus
ferme in condimentis continuus; nec rarior est hæ-
diè in Palæstinâ, ejus liquoris feracissimâ. Convivium
sapientiæ, Prov. 9, 2, 3, victimis sive jugulatis pecu-
dibus instruebatur, et vino. Taurus et oves in eum
usum paratos legimus in Evangelio, Matth. 22, 4.
Vini usus olim, et nostrâ etiam ætate, in Oriente in-
frequens erat, quòd in torridâ regione vinum frequen-
tius aut merum bibere, minùs salubre haberetur.
Quare nunquam nisi multâ aquâ dilutum gustabant,
idquæmodicum, et in quibusdam solemnibus epulis,
in fine convivii (2). Mixta vino aromata, sive ejus ge-
neris alia potum reddebant delicatissimum, Cant. 8,
2. Vinum è palmis, vulgare apud Hebræos, nomine
Sehar in S. Scripturâ designatur (3), ubi non rarò vi-
no ex vite junctum legitur. Celebriantur vina Libani,
Osee 14, 8, et Chelbon, Ezech. 27; nec minus lauda-
bantur vina Soree, Gen. 49, 11, Isai. 5, 2, Jerem.
2, 21.

Carnes coctæ ex aquâ, vel asse parabantur; quan-
quam et condimentis paratas aliquando amasse, ex
historiâ Rebeccæ, carnes ad gustum Isaac, sibi experi-
mento cognitum, paratis intelligimus. Manue poter
Samsonis hædum ex aquâ coctum in ollâ adherens,
sacrificium Domino obtulit, Jud. 15, 19. Filii summi
sacerdotis Ieli, cùm plurima in tabernaculo Domini
iniqua, tum illud flagitiosissimum commiserunt, ut
famulorum operâ carnes ex ollis eorum qui sacrificia
offerebant, rapientes, non coctas se dapes, sed crudas
accepturos dicerent; quippe quas vellet ad gustum
suum parare, 1 Reg. 11, 15. Agnus sive hædus pas-
chalis igne torrebat.

Augebant conviviorum celebritatem musica, canti-
lenæ, unguenta. Meretrix illa, Proverborum 7, 17,
insipientem adolescentulum invitat ad lectum myr-
rhâ, aloë, cinamomoe delibutum; addit se mactasse
victimas salutes, ut pingui illum convivio recrearet.
Mulier criminosa, Luc. 7, 37, pretioso unguento Jesu
Christi pedes lavat, eosque deinde promissâ comâ abster-
sit. Idem præstitit cum Jesu Christo officium Maria
soror Lazari (4). Amos 6, 5, ebrios Ephraimitas eo

(1) 5 Reg. 14, 4, etc. Vide Græcum hujus loci.

(2) Vide quæ annotavimus ad Esther v. 6.

(3) Levit. 10, 9. Num. 6, 5. Dent. 14, 26, etc.

(4) Marc. 2, 7. Marc. 14, Joan. 12.

(1) Levit. 5, 16. Vide Comment. in hunc locum.

nomine arguit, quòd in conviviis suis musica instrumenta poscerent ad voluptatem, ne Davidi quidem canendi palmam concessuri. Adversarios suos inter potandum cantilenas in seipsum miscere, Psalmista conqueritur, Psal. 68, 15.

Hora prandii.

Prandii hora consueta in meridie. Meridiano convivio Joseph fratres suos excepit, Gen. 45, 25. Nihil boni sperari jubet Salomon, Eccl. 10, 6, de regno, cui adolescens imperaverit, et cujus principes exorienti manè comederint. Isaïas, 5, 11: *Vae, ait, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, et potandum. Tandem S. Petrus, Act. 2, 15, objectam ebrietatis calumniam diluit, quòd hora diei tertia, nempe ex nostris moribus nona matutina, nondùm effluxisset. Idem apostolus è solariorum domus Simonis Coriarii horà meridianà ad prandium in cœnaculum inferiùs descendebat, Act. 10, 9. Seniores sive iudices Babylonici, qui vitium inferre Susannæ tentârunt, subeunte meridie in ædes suas ad cibum capiendum se recipiebant, Dan. 13, 7. Cùm angeli circa eandem horam ad tentorium Abrahami divertissent, ille hospites ad prandium invitavit, asserens illos ad se idcirco divertisse eo tempore, ut cibum apud se caperent, Gen. 18, 1. In Evangelio Lucæ 11, 37, et 14, 12, disertè prandium et cœna distinguuntur; quo argumento intelligimus, bis cibum capere singulis diebus veteres consuevisse. Meridiana mensa jentaculi potiùs loco, quam justè prandii erat, manente adhuc apud Turcas more (1), ut dapes carniùm et orizæ pulmentum nonnisi post quintam horam vespertinam mensæ apponantur. Matutinum igitur convivium apud viros splendidissimos instruitur herbis, leguminibus, fructibus, bellariis; vulgares in eum usum parata habent olera, cucumeres, pepones. Ex Rabbinorum doctrinà (2), die Sabbati et magnæ alicujus festivitatis, cibum capere ante meridiem nefas; cavendum insuper erat, ne corpus cibo ante curaretur, quàm sacra in templo absolventur. Hunc morem spectasse credunt apostolum Petrum interpretes quidam, cùm ebrietatis accusatus dixit, nihil esse cur ejus criminis notam subiret, nondùm subeunte horà diei sextâ, neque ejus diei, quæ festa esset, officio templi absoluto. Ad eundem etiam morem collimasse volunt aliqui Pharisæorum querelas, Apostolos de vulsis die Sabbati spicis triticeis accusantium, quasi religionem diei festi, horam cibi prævertentes, violassent. Sed nullum apparet in Scripturâ vestigium, quod constitutam fuisse horam capiendi cibi diebus festis indicet.*

Solebant, antequàm mensæ accumberent, hospitum pedes lavari; nullus enim erat tibialium tunc temporis usus, sed nullis cruribus, pedibusque sandalio tantùm protectis incedebant. In solemnibus conviviis feminae seorsum à viris discumbebant; à nuptiis tamen et conviviis inter cognatos nunquam excludebantur. Mappularum usus in mensis B. h. e. c. n. v. a,

quemadmodùm et Græcorum ac Romanorum, nullus. Spongias ad detergendas mensas legimus apud Homerum.

Locus honestissimus.

Locus inter plurimos convivas honestissimus in capite mensæ ad parietem, et in imo aulæ. Hunc Samuel assignavit Saûli, antequàm in regem Israelis inungeret, 1 Reg. 9, 22, eundemque ipse Saûl regno potitus inter domesticos discumbens tenebat, 1 Reg. 20, 25. Olim in mensâ sedere convivæ solebant, quod sub Salomone obtinuisse scimus, Prov. 23, 4. Apud Amos 6, 4, 7, Tobiam 11, 4, et Ezechielem, 25, 41, sermo est de lectis convivalibus; sed rarus illorum usus, cùm apud auctores ejus ætatis, et recentiores servatam sedendi consuetudinem noverimus. Communissimus lectorum usus in Evangelio apparet. Jesu Christi in convivali lectulo recubentis pedes Magdalena pretioso unguento perfudit, Matth. 26, 7. Accubuisse etiam Christum in cœnâ ante passionem necesse est, cùm Joannes simul et infra accubens, caput super ipsius pectus reclinârît, Joan. 13, 25. In lectis magnificè instratis accumbebant convivæ ab Assuero invitati; quemadmodùm et lectuli aderant in convivio, eidem Assuero unâ cum Amano ab Esthere preparato, Esth. 1, 6, et 7, 8. Sed hæc Persarum exempla sunt, quamvis aptissima ut moris vetustatem apud Orientales demonstrent.

De rege convivii sermo est apud Ecclesiasticum 52, constituto nempe ut convivii curam haberet, legesque præscriberet convivis. Sed hæc Græcorum moribus familiaria, ne unum quidem habent apud Judæos exemplum. Ita verò scriptor, ad Ægyptiorum mores spectans: *Rectorem (Græcus, rectorem convivii) te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, et sic confide, et omni curâ tuâ explicatâ recumbe, ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias, coronam et dignitatem consequaris corrogationis. Loquere, major natu, decet enim te primum verbum diligenti scientiâ, et non impedias musicam. Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et importunè noli extolli in sapientiâ tuâ. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini. Adolescentem loquere in tuâ causâ vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et quærens. In medio magistrorum non præsumas; et ubi sunt senes, non multum loquaris. Hora surgendi non te trices, præcurre autem prior te domum tuam, et illic avocare, et illic lude. Et super his omnibus, benedictio Domini, qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis.* Has convivis leges præscribit Sapiens, ubi convivii communi symbolâ instruitur, more Græcorum. De re pastorii Hebræorum animadvertisse juvat nullus, vel Hebræos existisse pastores, sicut et nulli sunt (Busbeq. ep. 4) apud Orientales, apud quos uxores et puellæ in conneris præstant. Sera et domesticæ et vilæ farinae admixtionem ad panem tribus Angelis hospitibus subministrandum, Gen. 5, 6. Samuel propeca pastoris tractibus haurum ut. quem sibi præ-

(1) Tavernier, *Relation de Soudan*, sup. 7.

(2) Vide Hammond, ad Matth. 12, 5.

ficere tentabant, rex filias eorum pistorie addiceret, 1 Reg. 6, 15. In Ægypto feminae erant pistorie, et pistrino addictae. In histor. à patriarcha Josephi sermo est de praefectis pistrini, Gen. 40, 5; notatque Herodotus primo apud Ægyptios obtinuisse morem, ut farina aquâ mactata pedibus subigeretur, terra vero seu argilla manibus. Vide d'Arvieux, ubi de ratione conficiendi panem apud Orientales.

De variis panum subcinericiorum generibus vide supplementum nostrum ad Gen. 6.

Hæc sunt, quæ animadversione digna in Scripturâ et veteri Hebræorum historiâ videbantur; nunc delibanda sunt quadam ex auctoribus de recentium Hebræorum consuetudine. Culinæ utensilia omnia ne cuius unquam usus, nisi forte Judæi, servierint, sedulo cavent; sunt etiam multò in vasis fictilibus religiosiores, quæ si calidum aliquid continerint, statim telluri allisa confringunt, ne quid vetitum à lege in iis fuerit. Si verò è metallo confecta nacti fuerint, sive lapidea, cum non facilè noxiâ imbuantur qualitate, quemadmodum solent fictilia, hæc igne seu ferventi aquâ purgata permittuntur. Statim verò ac aliquod culinæ utensile emerunt, sive vitreum illud, sive fictile, sive ex metallo, mari sive flumine, vel multâ aquâ mergunt, quasi summam in illis munditiam affectantes. Sua habent vasa pro lacte cæterisque è lacte confectis, sua pro carnibus; vetitum enim sibi esse credunt, unâ simul carnè ac lacte vesci. Stata sunt etiam utensilia pro solemnitate paschali, quæ ne contigisse quidem fermentatum panem debent (1). Religiosiora sunt hæc, imò magis superstitiosa, quàm ut à præcis Hebræis observata credamus.

Hora convivii. Manuum lotio.

Undecima matutina hora pro capiendi cibo in Thalmude constituitur (2): si quis distulerit, de salute periclitaturus creditur; est enim, inquit, famis os-tium patens, et corpus cibum flagitat. Si denegatur, corpus in se conversum se ipso nutritur, quemadmodum ursi per hiemem solent. En præclaram Judæorum philosophiam. Antequàm ad mensam sedeant, potissima illis cura est ut manus lavent. Plura in eam rem levia prorsus et puerilia præscribunt Rabbinî, apertissima ingenii illorum documenta. Si quis manus lavare neglexerit, ille nihilò minoris criminis reus est quàm qui cum meretrice peccat, ait Rabbi Jore (3). Panem tangere lotis quidem, at non probè absteris manibus, perinde est, ait Rabbînus alter, ac si impurum aliquid comederetur (4). Qui lotis ritè manibus discumbit, nihil illi in mensâ timendum est, nihilque discriminis è cibo imminet. Cavendum tamen, ne cum manus lavantur, annulus digito insertus habeatur; facilè enim sub illo impurum aliquid celari potest. Narrant Rabbi Jesuam in carcere detentum, cum aretam adeò aquam haberet, ut vix ad arendam mortem sui-

ficeret, maluisse tamen vitâ periclitari, quàm officio lavandi manus desesse. Illud dignum tanto Rabbîno ellatum est: *Qui non lotis manibus vescitur, dignus est morte* (1). Eadem superstitiosa Judæorum lotio frequenter in Evangelio recurrit (2). Ubi etiam illud observatum legitimus, ut manuum extremitate prius ablutâ, aqua deinde ad cubitum deducatur, majoris securitatis gratiâ. Prius lavant famuli, deinde filii, tum mater, ac tandem pater. Absolutâ comâ, iterum lotio manuum et oris.

Ritus accedendi ad mensam.

Statim manibus ablutis mensæ assident; ne quod enim spatium temporis inter hæc duo intercedat, sedulo cavent. In mensâ patris locum adjecto sale apponitur, qui panis à patrifamilias, sive à Rabbîno, si adsit, acceptus, medius tenditur, ita tamen ut partes non separentur. Tum positò iterum in mensâ eidem panis manus imponens, benedictionem pronuntiat his verbis: *Benedictus sis, Domine Deus aoster, rex mundi, qui producis panem è terrâ*. Hanc orationem claudentes convivæ, respondent, *Amen*; statimque Rabbînus frusto panis accepto, illud sale, sive jure carniûm mergit, ac tacitus comedit. Deinde panis in frusta divisus, inter convivæ distribuitur. Porò tunc solummodò hi ritus servantur, cum duo saltem vel tres convivæ sunt. Si unus fuerit, privatim benedictionem pronuntiat. His ritè peractis, Rabbînus utraqûe manu sive valem è vini capiens, ac dexterâ manû extollens, benedicit: *Benedictus sis, Domine Deus aoster, rex mundi, qui vivas fructum creasti*. Eadem servatur benedictionis formula, cum cervisia sive sicera apponitur; cum verò sine cibo et extra convivium bibunt, singuli privatim precantur. Super aquam nulla benedictio. Denique recitatur totus Psalmus 22: *Domineus regit me, et nihil mihi deerit: in locis pascuæ ibi me collocavit*. Leviter inter se discrepant Leo Modena Carem. Jud. part. 2, cap. 10, et Buxtorfius Synag. cap. 7; de enim à sedentibus recitari Psalmum testatur, et patrifamilias è pane, cui benedixit, tantam singulis convivis distribuere, quanta est olive magnitudo, ex quo, inquit, capiendi cibi exordium ducitur. Testatur etiam, iteratis potionibus iterari benedictionem superius descriptam. Buxtorfius verò asserit, recitari à Ju-æis benedictionem aptam rebus quibus utuntur; quam, sic repetunt, cum nove lapides, sive novum vitum antea non gustatum apponuntur.

In convivii modestia.

Plura à Rabbinis præscribuntur (vide Buxtorf. loc. cit.) ut modestiæ ac temperantiæ leges in convivio serventur. Jubent mensam veluti altare Domini suspici: sal enim cenæ sacrificiorum symbolum habendum est. Monent ut veluti Deo præsentem convivæ cibos capiant, juxta illud Deut. 14, 25, Ezech. 41, 22: *Et comedes in conspectu Domini Dei tui*. Patrifamilias

(1) Leo Modena, part. 1, cap. 3.
(2) Tractatu de Sabbato. Vide Buxtorf. Synagog. Jud. c. 6.

(3) In Thalmud. tract. Sorah, cap. 1.

(4) Tract. Abhahu, ibid.

(1) De Rabb. Akiba in Thalmud. tract. Egubim, cap. 2. Vide interpretes in Marc. 7, 5, 8.

(2) Matth. 15, 1, 2, 5; Marc. 7, 2, 5.

longiorem moram in mensâ trahit, si quis mendicus cibo juvandus apparuerit. Ne cibi ad satietatem usque capiantur, curandum est; scriptum est enim, Deut. 15, 11: *Non deerunt pauperes in terrâ habitacionis tuæ*, id est, non deerunt qui ad satietatem usque non comedant. Summâ religione observari panem jubent Thalmudistæ (1). Quamobrem, inquit, neque super panem aliquid ponendum est, neque panis alicui rei subjiendus, ut illa sublimior sit, neque projiciendus in aliquem, veluti canem, ut abigatur; his enim omnibus summa panis religio violatur. Pronuntiant autem futurum, ut qui panem contempserit, ille aliquando in egestatem cadat. Quin et angelum credunt huic muneri destinatum, ut in eos qui panem projiciunt, sive in terram incauti cadere patiuntur, severè animadvertat (5). Cavet ille ne quid in hasce regulas peccet, miserimâ corripiens egestate violatores. Docent Eliam prophetam conviviis omnibus adesse, et singulorum angelos tunc temporis dicta omnia et facta convivarum annotare. Si quid minùs honestum pravumque loquantur, statim accurrentes angeli mali dissidia inter illos et lites movent. Tantum erga angelos obsequium convivas tenet, ut vel retrò, vel ad latera reliquias cibi nunquàm projiciant.

Quid absoluto convivio servetur.

In fine convivii frustulum aliquod panis supersit curant, ut illud planè impleant, 2 Par. 31, 10: *Ex quo coeperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus et saturati sumus, et remanserunt plurima*. Alius est sanè hujus loci sensus; sed omnium superstitionum suarum auctoritas è Scripturis à Judæis repetenda est. Quanquàm alii hujus frustuli, in mensâ relictî, rationem ducunt ex benedictione post prandium recitandâ, quæ frustra caderet, nisi aliquid remaneret in mensâ. Cultros claudunt, quòd scilicet mensa altaris Domini similitudinem referat: porrò ne ferrum in altari ponatur, cautum est. Recitant nonnulli Psalmum 66: *Deus misereatur nostrî, et benedicat nobis*. Tum parterfamiliàs vitreum calicem, aquâ priùs ablutum, affuso deinde mero plenum, in altum extollens, ait: *Amici, benedicamus illi, de cujus bonis nos comedimus*. Cæteri statim: *Benedictus, qui bonis suis nos complevit, et bonitate suâ pavit*. Prosequitur ille post hæc prolixam orationem, datoque singulis vini ejus calicis haustu, ipse reliquum bibit, totaque benedictio absolvitur (3).

Paulò aliter Buxtorfius. Surgentes è mensâ, inquit, ante gratiarum actionem et benedictionem manus lavant; absolutâ lotionem, paterfamiliàs orationem recitat, Deo gratias agens, qui clementiâ suâ homines et creaturas simul omnes satiat; qui patres suos ex Ægypto eductos in Chanaanidem immisit, fœdus cum populo sancivit, fœderatisque legem tulit, adjectâ promissione, in æternum ipso protegente incolumes futuros. Rogat deinde, ut Hierosolymæ ac templi

misericiardiâ moveatur; ut prostratum Davidis solium ipsis superstitionibus restituat, ut Eliam mittat ac Messiam, eductosque è diuturnâ captivitate soletur; ut ab egestate arceat, ne stipem poscere, seu mutuo aliquid à Christianis accipere (quos sub nomine carnalis populi, et gentium maledicto devotarum designant) cogantur. Illis precibus alias addunt, postulantes, ut à Domino alantur, jugoque Christianorum subtrahantur; ut avitæ religionis sedem repetere liceat; ut largo benedictionum imbre mensam, ex quâ cibum sumpserunt, cumulet; ut tandem divitiis bonisque populum suum compleat. Claudunt cæteri orationem solemnî illo *Amen*, simulque adnectunt verba Psalmi 33, 10, 11: *Time Domine, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Eguerunt* (Hebr., leunculi) *et esurierunt; inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*.

Mensam carnibus simul et piscibus instruere, vetitum.

Olim Rabbini constituerant, ne in eadem mensâ caro simul et pisces haberentur; id enim valetudini contrarium dictitabant, et inducendæ lepræ periculosum; sed hodiè lex contrariâ consuetudine abrogata est. Primò, ut legi quodammodò saltem obtemperare viderentur, quoties volebant carnibus simul et piscibus vesci, os priùs manusque lavabant; deinde aridi panis frustulo accepto, et calice vini epoto, tutus erat à carnibus ad pisces transitus; postremò omni posthabitâ religione hanc legem penitus neglexerunt.

Lac, butyrum, caseus.

Religiosius alteram legem observant, ne lacte, butyro, sive caseo unâ cum carne vescantur. Nihil sanè eâ de re satis expressum in lege, hæc tantummodò ferente, Exod. 23, 19 et 34, 26: *Non coques hædum in lacte matris suæ*; id est, non occides paschalem victimam, nec coques cum adhuc ab ubere matris pendet; vel saltem, non coques in lacte matris suæ. Verùm Judæi litteram absolutè sectati, omnem lactis cum carne usum vetitum sibi esse censuerunt: quamobrem nullum est apud illos carnis condimentum ex lacte; nunquàm eadem horâ carnem caseumque comedunt, jubentes non modicum temporis intervallum inter utrumque relinqui (4). Altera pro carnibus, altera pro lacte sive butyro est olla; alia etiam utrisque utensilia, ut neque communi cultro sive ruri, sive domi utantur. Si quando contingat, ut in vase aliquo in lactis usum destinato caro ponatur, non modò ab eâ abstinendum est, sed nullis deinde usibus vas illud permittitur; quin et si fictile sit, frangitur.

Caseum, cujus ipsi coagululum oculati testes non exploraverint, vetitum sibi ducunt, verentes ne cujus vetiti animalis lac habeat admixtum, vel saltem pellis aliquid in coagulo lateat, quæ ab imprudentibus unâ cum caseo gustata reos violatæ legis faciat. Accedit alia timendi ratio, ne scilicet lebes idem, qui vetitis carnibus coquendis servierit, caseo conficiendo adhibeatur. Quem itaque caseum suis ipsi oculis explora-

(1) Tract. Beracoth.

(2) Thalmud, tract. Cholim, cap. 3.

(3) Vide Leon. Modena, de Riti Giudaici.

(4) Vide Leon. Modena c. 6.

verint, hunc signo aliquo apposito distinguant. Cavent, ne communi bene juxta posita hoc et carnes comquantur, ne in communi mensa utrasque apponantur, vel si apposita fuerint, curant scire utrumque videri sint utraque in parte, neque prope posita videri sint (1). Qui carnes pascerent, illi unius vel alterius sex horarum spatia (quæ est nimis superstitiosorum religio) à lacte abstinentium; quareque et in eodem convivio utrumque permittitur, nisi à fructu denubus et ore, præmansoque aridi passis fensio, odorem omnem et saporem carum abesse sentiat.

Sanguinis usus interdictus.

Quæ in lege conceptis verbis exprimitur sanctio, ut à sanguine abstineant Judæi, religiosè ab illi servatur; nullum enim terrestre animal in cibum admittunt, quin prius jugulatum omni sanguinis admixtione purgetur. De piscibus nihil curant, rati nihil de sanguine piscium in lege caveri, atque alterius esse à sanguine terrestrium naturæ. Jugulari autem animal nonnisi peritissimis licet, cum plura servanda sint minutissima, puta aptum tantæ rei tempus, locus selectus, benè acutus culter, ut cibus sanguis et non interruptus fluat. Excipiendus est autem sanguis sive cineribus, sive humi, exceptiusque statim operiendus. Neque ritè jugulare, aut è venâ animalis sanguinem haurire, vulgaris peritiæ et eruditionis res est. Amplis voluminibus gravissima hæc scientia continetur, ubi minutissima quæque doctores prosecuti sunt; iisque à studioso Judæo evolutis, cum arcana ejus scientiæ pervaserit, accedente exercitationis peritiâ, is litteras à Rabbino accipit, quibus publicum documentum de viri solertiâ redditur, idoneusque judicatur ab omnibus, ut jugulare animal et ritè exanimare, tum ab eo jugulatum tutò à Judæis in cibum adhiberi queat. Jubentur autem ii quibus hæc litteræ conceduntur, scriptas de caeremoniis ritibusque lanionum leges evolvere semel singulis hebdomadis prioris anni, secundi verò singulis mensibus, ac tandem reliquo vite spatio quater in anno. Libri hujus titulus inscribitur: *Hicchoth shechiloth etibeaioth*; id est, leges servande in jugulandis animalibus et inspiciendis, si quo vitio laborent, quo macula inducatur.

Laniones et animalia exanimantes.

Lanionibus hisce varii pro varietate animalium sunt cultri, ampliores pro bobus, minores pro minoribus victimis. Acutissimos esse oportet, acie minimè læsâ: secus haberentur impuri, neque carnes in cibum permitterentur. Primò pedes jugulandæ peculis ligant; deinde humi stratae uno ictu jugulum amputant, nempe œsophagum, asperam arteriam, et vasa illis juncta: suspensam post hæc in aere victimam sedulo inspiciunt, utrum ulcus aliquid, hæmorrhoidem, aut aliquam vesiculam sanguinis retineat. Si enim simile quid deprehendatur, tunc interdite Judæi carnes, cæteris venduntur. Idem in avibus servatur. Cautum est ne eisdem simul die mactetur vacca et equus vitulus; nec ovis vel capra et ibarum lædi. Neque mactentur

(1) Duxor. Synag. Jud. c. 26.

vel avis pura spontè moriatur, sive alio quopiam mortis genere, præterquam Jædæis præscripto, metas est Judæis ex illis gustare. Si quo vitio in pubsonibus vel illis, sive etiam in ibarum aliquo vitio viderentur, esto interdite. Idem servandum est, si quod os fractum in terra in manibus quee Rabbini videant, vel si animal in morte discrimen viderit.

Et legem sanguinis interdictionem accuratius servant, præter ea que supra notavimus, cavent etiam, ut vellentur ampliciores venæ, nervi, et adeps. Mervent deinde vitæ amem agere, et semel lotam iterum tyrophâ puriore lavant. Tum siccanda exponitur in heremâ, post lanionem in vase vitæ, ut cruor carnis effluat. Demum unius sive duorum horarum spatio evoluta, in cibum permittitur.

Ab adipe et posteriori femoris parte abstinent.

A posteriore femoris, qua coxendicibus jungitur, parte abstinent, memores Jædæi, qui post luctum cum angelo, contractum ejusdem angeli tactu femur habuit, Gen. 72. Sed in Itali eam inveniunt rationem, ut detracto femoris nervo, tutò deinde cæteris utantur. Hæc tamen peculiarior exigunt artem, non omniis Judæis cognitam. Solent interdite hanc partem femoris Christianis vendere, quam prius mactatis onerare feruntur, quin et urina conspurcare, odio nominis Christiani. Adipem bovis, agni, capræ, vitæque sibi Levit. 5. ult., censent: *Omnis adeps Domini erit in cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem, nec adipem vendit con vendis*. Hæc tamen nonnisi de victimis sacrificii præscripta facillè judicamus. In sacrificiis enim sanguis et adeps victimarum unî Domino servabantur.

Ova.

Idem usque sanguinis horrore prolexerunt, ut vel ab ovo, in quo fortè tenuis aliqua sanguinis macula apponerit, abstineant. Quare antequam cum coquant, excolant, et contentum liquorem in lace expandentes, vel ex uno in aliud ovi putamen transferentes, sedulo inspiciunt utrum aliquid sanguinis latet, et quod per ostium præsertim solet contingere. Si gallinam mactaverint ovis factam, ova statim aquâ, deinde sale mergunt, ut omni cruore purgentur.

Animalia pura et impura.

Cautum est Hebræis, ne in cibum adhibeant quadrupedem, non bitido ungue gradientem, neque ruminantem. Abstinent à sue lepore, cuniculo, cæterisque que in Levit. 11. recitatis, quarequàm nostrâ etate ignotis. Carnivoras aves, pisces squamis alisque carentes, ac denique quolibet reptilium genus rejiciunt. Fit inde, ut dapes omnes non coctas à Judæis mactent, et quæque culinae utensilibus uti, quæ aliorum præscripta. In hæc cum usibus servierint, veriti ne quædam ex veteris cibus maculæ, seu vetili succi remanentia gurguli et ab alienis etiam entris se contineant. Cum ruc morantur, ipsi sibi dapes parant, emptis in eam non vasis fictilibus novis, nullique usui antea servatis. Levant animata, pisces et aves viventes, mactatis enim paratisque ab ans ut feruntur.

Panis.

Solebant olim Hebræi ex farinæ aquâ subactæ massâ primitias sacerdotibus et Levitis Domini offerre, ex præcepto legis, Num. 15, 20. Quantum autem offerendum esset, minimè traditur. At doctores inter quadragesimam et sexagesimam partem detegendum esse definièrant. Hodie, ut aliqua legis memoria maneat ex farinæ aquâ subactæ massa modicam portionem crudam in ignem injiciunt. Sed hujus ceremoniæ nulla est obligatio, nisi farinæ aquâ subactæ massâ quadraginta ovorum molem æquet. Præceptum istud ex iis tribus unum est, quæ ad feminas spectant; conficiendi enim panis munus feminarum plerumque est. Quanquàm autem aliorum ministerium in re cibariâ respicere soleant, in itinere tamen, confecto à Christianis pane vescuntur.

Azyna.

Totâ Paschæ octavâ, exordio facto à meridie pervigili, ab omni fermentati panis usu abstinent. Hujus præcepti à Moyse lati, Exod. 12, 15, religionem accuratius servaturi, domum universam sedulâ, imò superstitiosâ perquisitione evertunt, ut ne mica quidem panis fermentati supersit. Exordium perquirendi ante duos vel tres dies capiunt, singula scrutantes, moventes è loco armaria, arcas, sellas. His peractis, ahenum aquâ plenum in igne suspendunt, ut ferventi aquâ vasa omnia mundentur; ea deinde mergunt frigidâ. Lavant etiam merâ aquâ utensilia omnia, quæ ahenum non capit, uti mensas, sellas, etc. Quò autem mundiora sint omnia, forcipe apprehensam ferri ligulam, sive lapillum igne candentem super utensilia, dum aquâ abluuntur, suspendunt, quasi igne et aquâ omnia purgantes. Lavant ahena fervente intus aquâ, atque injectis candentibus carbonibus, etc. Ea est Hebræorum de fermento superstitio.

Potus, vinum.

Ex Rabbiorum doctrinâ interdiciuntur Hebræi vino, aliorum quàm Judæorum manibus expresso. Apud Orientales ea lex adhuc obtinet; apud Italos contrariâ

consuetudine abolita est, cum illud prætaxant, Rabbinos, cum eam legem constituerent, in mediis versatos esse numinum cultoribus, quibuscum nulla consuetudo permittebatur. At nostrâ ætate populi, quibuscum vivunt Judæi, à numinum cultu alieni sunt, ut ipsi Rabbini sancivère. Cæterum vinum plurimi faciunt, cum scriptum sit Psalm. 103, 15: *Vinum lactificat cor hominis*; et Judic. 9, 15: *Lactificat Deum et homines*. Quosdam de vino ritus observant. Exempli gratiâ, ineunte et exeunte festâ die, in conviviis nuptiarum et circumcisionis, conceptæ quædam benedictiones super vini calicem pronuntiantur; tum calix hauritur. Quoties vinum bibunt, benedictionem recitant, antequàm ori admoveant, iterantque postquam hausère. De re cibariâ Hebræorum vide d'Arvieux, Mores Arabum. Mensas habebant Judæi à nostris haud absimiles; sed eas non tegebant lineis, sicut et nulla erant linea in mensâ panum propositionis in templo paratâ. Aurei panni erant pro lineis. Non semel in Scripturâ convivæ mensæ assidentes sese offerunt: regesque ab Adonibezeco victi micæ carpebant sub victoris mensâ, Jud. 1, 7. Celebre est etiam Chanancæ Christum alloquentis dictum, canes scilicet vesci micis è mensâ dominorum suorum cadentibus, Matth. 15, 27, et Lazaro percommodum accidebat, si vesci daretur de micis è mensâ divitis deciduis, Luc. 16, 21. Sacerdotes Beli Babylonici aditum sibi occultum aperuerant sub mensâ, vel sub arâ numinis, Daniel. 14, 12. Ex quibus omnibus conjecturam capimus Hebræorum mensas è terrâ altiùs surrexisse, perinde ac apud nos. Nec Græci, neque pariter Romani linea mensalia habebant, dapesque inferebant in lancibus, et interdum etiam nudæ mensæ imponebantur. Apud Homerum spongiæ sunt ad tergendas mensas. Ex his omnibus constare arbitror Hebræorum in vescendo morem longè ab Arabum usu discrepasse; Arabes enim aulæis assidentes vescuntur, dapesque corio in imo solo strato imponunt.

(CALMET.)

Analyse DU LIVRE DE L'ECCLÉSIASTIQUE.

(Bible de Vence.)

L'auteur de ce livre commence par faire l'éloge de la Sagesse. Il marque son origine, son incompréhensibilité, son excellence, son éternité. Dieu l'a répandue sur tous ses ouvrages, et il l'a donnée à ceux qui l'aiment. Éloge de la crainte du Seigneur; bonheur de ceux qui en sont pénétrés. Excellence de l'amour de Dieu. Avantages de la patience, de la douceur, de la sagesse et de la crainte du Seigneur. Fuir l'orgueil et l'hypocrisie (chap. 1). Exhortation à la patience. Avantages des souffrances. Bonheur de ceux qui crai-

gnent le Seigneur, et qui mettent en lui toute leur confiance. Malheur au cœur double, à celui qui ne met point en Dieu sa confiance, à celui qui perd la patience. Effets de la crainte et de l'amour du Seigneur. Avantage de tomber entre les mains de Dieu, plutôt qu'en celles des hommes (chap. 2). Caractères des enfants de la Sagesse. Recompense que Dieu accorde à ceux qui honorent leurs parents; malédiction sur ceux qui les affligent. Être doux et humble. Réprimer sa curiosité. Malheur au cœur dur, rebelle, superbe,

Caractère d'un homme sage. Vertu de l'aumône. Soins que Dieu a de le récompenser (chap. 3).

Eccli. 3. N'ayez point de démêlé avec un homme puissant, de peur que vous ne tombiez entre ses mains. Ne disputez point avec un homme riche, de peur qu'il ne vienne à vous faire un procès. Car l'or et l'argent en ont perdu plusieurs, et leur pouvoir s'étend même jusqu'au cœur des rois pour les faire pencher où l'on veut. *v. 1-3.*

Ne prêtez point d'argent à un homme plus puissant que vous; que si vous lui en avez prêté, tenez-le perdu. Ne répondez point pour un autre au-dessus de vos forces; que si vous avez répondu, mettez-vous en peine comme si vous étiez obligé de satisfaire. Ne jugez point au désavantage du juge, parce qu'il prononce selon ce qui est juste. Ne vous engagez point à aller avec un homme audacieux, de peur qu'il ne fasse retomber sur vous le mal qu'il fera; car il se conduira suivant sa passion, et vous périrez avec lui par sa folie. N'ayez point de querelle avec un homme colère, et n'allez point avec l'audacieux dans un lieu désert; car ce n'est rien pour lui de répandre le sang, et lorsque vous vous trouverez sans secours, il vous écrasera. Ne délibérez point de vos affaires avec des fous, car ils ne pourront aimer que ce qui leur plaît. *v. 15-20.*

Prov. 3. Ne portez point envie à l'injuste, et n'imitiez point ses voies. *v. 31.*

Eccli. 9. N'enviez point la gloire ni les richesses du pécheur; car vous ne savez quelle sera sa ruine. N'approuvez point la violence des injustes; sachez que l'impie déplaira à Dieu jusqu'au tombeau. Tenez-vous bien loin de celui qui a le pouvoir de faire mourir, et par là vous vous mettez hors d'état de craindre la mort. Si vous approchez de lui, prenez garde de ne rien faire mal-à-propos, de peur qu'il ne vous ôte la vie. Souvenez-vous que la mort est proche, parce que vous marchez au milieu des pièges et au travers des armes d'ennemis pleins de colère. *v. 16-20.*

Eccli. 15. Celui qui se lie avec un plus riche que lui, se met un fardeau pesant sur les épaules; n'entrez point en société avec un plus riche que vous. Quelle union peut-il y avoir entre un pot de terre et un pot de fer? Car lorsqu'ils se heurteront l'un contre l'autre, celui de terre sera brisé. Le riche fait une injustice, et il crie avec menaces; le pauvre a été offensé, et il demeure dans le silence. Tant que vous rendrez service *au riche*, il vous emploiera; et lorsqu'il n'aura plus rien à attendre de vous, il vous

abandonnera. Si vous avez du bien, il fera bonne chère avec vous, et il vous épuisera; et il ne se mettra nullement en peine de ce que vous deviendrez. Tant que vous lui serez nécessaire, il vous trompera *par ses caresses*, il vous donnera de bonnes espérances en souriant, il vous parlera favorablement et vous dira : Avez-vous besoin de quelque chose? Il vous comblera d'honnêtetés et vous donnera à manger pour vous porter à faire de même, jusqu'à ce qu'il vous épuise en deux ou trois repas; et à la fin il se moquera de vous, vous abandonnera, et vous insultera en secouant la tête. *v. 2-8.*

Prenez garde de ne vous pas humilier follement en vous laissant séduire. Ne vous humiliez pas dans votre sagesse; de peur qu'étant humilié vous ne vous laissiez séduire pour commettre une folie. *v. 10-11.*

Si un grand vous appelle, retirez-vous; car il en sera plus porté à vous appeler. Ne le voyez pas trop souvent, de peur qu'il ne se dégoûte de vous; et ne vous en éloignez pas trop, de peur qu'il ne vous oublie. Ne l'entretenez pas long-temps, comme si vous étiez son égal, et ne vous liez pas à ses longs entretiens; car il vous tentera en vous faisant beaucoup parler, et en souriant il vous demandera ce que vous devez tenir secret. Son cœur impitoyable conservera toutes vos paroles, et il n'épargnera *contre vous* ni les mauvais traitements ni les prisons. Prenez garde à vous, et écoutez avec attention ce qu'il vous dira; parce que vous marchez sur le bord du précipice. Mais en l'écoutant prenez ses paroles pour un songe, et vous veillerez. *v. 12-17.*

Comme le loup n'a point de commerce avec l'agneau, ainsi le pécheur n'en a point avec le juste. Quel rapport a un homme saint avec un chien? Et quelle liaison a un homme riche avec un pauvre? L'âne sauvage est la proie du lion dans le désert; ainsi les pauvres sont la proie des riches. Comme l'humilité est en abomination au superbe, ainsi le pauvre est en horreur au riche. *v. 21-24.*

Eccli. 21. L'homme puissant et audacieux en paroles se fait connaître de loin, et le sage sait la manière de se défaire de lui. *v. 8.*

§ 6. *Autres avis de prudence dans la conduite.*

Sur les cautions; ne point être trop facile à cautionner et à promettre; le faire cependant quelquefois; en savoir gré à ceux qui nous font ce plaisir.

Prov. 6. Mon fils, si vous avez répondu pour votre ami, et que vous ayez engagé *votre foi* et votre main à un étranger (1), vous vous êtes mis dans le filet

(1) *V. 1 et suiv.* Le Sage ne défend pas absolument de se rendre caution pour un ami, mais il fait entendre qu'il ne faut pas le faire témérairement, et qu'il faut prendre garde si la conduite de celui dont on s'est rendu caution, ne nous expose pas à une ruine comme avec lui. Dans le sens spirituel, c'est une leçon pour les Ecclesiastiques au sujet de la conduite et de la charge des âmes, dans laquelle ils ne doivent pas s'ingérer témérairement, et dont ils doivent s'acquitter avec une vigilance infatigable, lorsqu'ils y sont engagés.

par votre propre bouche, et vous vous êtes pris par vos propres paroles. Faites donc ce que je vais vous dire, mon fils, et délivrez-vous vous-même, parce que vous êtes tombé entre les mains de votre prochain. Courez de tous côtés, hâtez-vous et réveillez votre ami. Ne laissez point aller vos yeux au sommeil, et que vos paupières ne s'assoupissent point. Sauvez-vous comme un daim qui échappe de la main, et comme un oiseau qui fuit d'entre les mains de l'oiseleur. v. 1-5.

Prov. 11. Celui qui répond pour un autre, tombera dans le malheur; celui qui évite les pièges, sera en sûreté. v. 15.

Prov. 17. L'insensé frappera des mains après qu'il aura répondu pour son ami. v. 18.

Prov. 20. Otez le vêtement à celui qui a répondu pour un autre, et emportez des gages de chez lui, parce qu'il s'est obligé pour des étrangers. v. 16.

Prov. 22. Ne vous liez point avec ceux qui s'engagent en touchant dans la main, et qui s'offrent à répondre pour ceux qui doivent. Car si vous n'avez pas de quoi restituer, pourquoi vous exposez-vous à voir emporter la couverture de votre lit? v. 26 et 27.

Prov. 27. Otez le vêtement de celui qui a répondu pour un étranger; ôtez-lui le gage qu'il a donné pour les autres. v. 13.

Eccli. 20. Tel promet à son ami par une honte indiscreète, qui le rend ainsi gratuitement son ennemi. v. 25.

Eccli. 29. L'homme de bien répond pour son prochain; mais celui qui a perdu toute honte, abandonne son ami. v. 10.

N'oubliez jamais la grâce que vous fait celui qui répond pour vous; car il a exposé son âme pour vous assister. v. 20.

Le pécheur et l'impur fuit celui qui a répondu pour lui. v. 21.

Le pécheur s'attribue le bien de son répondant; et ayant le cœur ingrat, il abandonne son libérateur. v. 22.

Un homme répond pour son prochain; et celui-ci venant ensuite à perdre la honte, l'abandonne. v. 23.

L'engagement à répondre mal-à-propos en a perdu plusieurs qui réussissaient dans leurs affaires, et les a rendus semblables à un vaisseau agité par les flots. C'est ce qui a banni en divers lieux des hommes puissants, qui sont devenus errants et vagabonds dans les pays étrangers. v. 24 et 25.

Le pécheur qui transgresse le commandement du Seigneur s'engagera à répondre indiscreètement pour un autre; et celui qui cherche à entreprendre beaucoup d'affaires, sera exposé à la rigueur des jugements. v. 26.

Assistez votre prochain selon votre pouvoir; mais prenez garde de ne point tomber vous-même. v. 27.

Ne point avoir obligation à une certaine sorte de personnes.

Eccli. 20. Le don de l'insensé ne vous sera point

utile; car il a sept yeux dont il vous regarde. Il donnera peu, et il le reprochera souvent, et quand il ouvre la bouche, c'est comme une flamme qui se répand. Tel prête aujourd'hui, qui redemandera demain; et cet homme-là se rend odieux. v. 14-16.

L'insensé n'aura pas un ami; et le bien qu'il fera ne sera point agréé, parce que ceux qui mangent son pain, le trompent par leurs discours. Combien de fois et de combien d'hommes sera-t-il moqué? Car il ne se conduit point par le bon sens, soit en distribuant ce qu'il devait réserver, soit en donnant même ce qu'il ne devait pas garder. v. 17-19.

Ne point se mêler d'affaires qui ne nous regardent point.

Eccli. 11. Ne disputez point des choses qui ne vous regardent point; et ne vous asseyez point pour juger avec les méchants. v. 9.

Mon fils, ne vous engagez pas dans une multiplicité d'actions; car si vous entreprenez beaucoup d'affaires, vous ne serez pas exempt de fautes; si vous les suivez toutes, vous ne pourrez y suffire; et si vous allez au-devant, vous en serez entièrement acablé. v. 10.

Savoir céder quand il faut.

Eccli. 4. Ne résistez point en face à l'homme puissant, et ne vous raidissez pas contre le cours du fleuve. v. 32.

Eccli. 8. N'allumez point les charbons des pécheurs en les reprenant, de peur que le feu de leurs péchés ne vous consume par ses flammes. v. 13.

Ne résistez point en face à un homme insolent, de peur qu'il ne s'applique à tendre des pièges à vos paroles. v. 14.

Prov. 26. Ne répondez point au fou selon sa folie, de peur que vous ne lui deveniez semblable. Répondez au fou selon sa folie, de peur qu'il ne s'imagine qu'il est sage (1). v. 4 et 5.

Ne point se charger d'emprunts à gros intérêts.

Prov. 22. Le riche commande aux pauvres, et celui qui emprunte est assujéti à celui qui prête. v. 7.

Ne point se dépouiller de son vivant, même en faveur de ses enfants.

Eccli. 33. Ne donnez point pouvoir sur vous pendant votre vie à votre fils, à votre femme, à votre frère, ou à votre ami; ne donnez point à un autre le bien que vous possédez, de peur que vous ne vous en repentiez, et que vous ne soyez réduit à lui en demander avec prières. Tant que vous vivez et que vous respirez, que personne ne vous fasse changer sur ce point. Car il vaut mieux que ce soit vos enfants qui vous prient, que d'être réduit à attendre

(1) Ces deux versets ne se contredisent pas. Le sens est qu'il faut tenir une conduite différente selon les occasions; quelquefois mépriser sa folie; quelquefois la relever. (Bossuet.)

ce qui vous viendra d'eux. Conservez vous la principale autorité dans toutes vos œuvres. Ne faites point de tâche à votre gloire; distribuez votre succession au jeûne que finira votre vie et à l'heure de votre mort. r. 20-24.

CHAPITRE III.

Règles de civilité et de bienséance dans la conduite journalière.

§ 1. *Faites les repas; comme il faut s'y comporter.*

Prov. 25. Lorsque vous serez assis pour manger avec le prince, considérez avec attention ce qui sera servi devant vous. Mettez un couteau à votre gorge, si néanmoins vous êtes maître de votre âme. r. 1 et 2.

Eccli. 51. Si vous êtes assis à une grande table, ne vous laissez pas aller d'abord à l'intempérance de votre bouche. Ne dites pas : Voilà bien des viandes. Souvenez-vous que c'est une méchante chose que l'œil mauvais. Qu'y a-t-il parmi les créatures de plus malin que l'œil? C'est pourquoi il pleurera, quelque bon visage qu'on lui fasse. N'y portez point la main le premier, de peur que son envie ne vous déshonore et ne vous fasse rougir. Ne vous empresser point étant au festin. Jugez de la disposition de votre prochain par la vôtre. Usez comme un homme tempérant de ce qui vous est servi; de peur que vous ne vous rendiez odieux en mangeant beaucoup. Cessez le premier de manger par modestie, et n'y excédez point, de peur de tomber en faute. Si vous êtes assis avec beaucoup de personnes, ne portez pas la main aux viandes avant eux, et ne demandez pas le premier à boire. r. 12-21.

Ne reprenez point votre prochain, lorsqu'il est à une table où l'on boit du vin; et ne le méprisez pas lorsqu'il se réjouit. Ne lui faites point de reproches, et ne le pressez point en lui redemandant quelque chose. r. 41 et 42.

Eccli. 57. Ne soyez jamais avide dans un festin, et ne vous jetez point sur toutes les viandes. r. 52.

Eccli. 52. Quand l'heure de se lever de table sera venue, ne vous embarrassez point; mais courez le premier à votre maison, divertissez-vous là et tenez-vous dans la joie, et repassez dans votre esprit vos pensées sans péché et sans orgueil. Et dans toutes ces choses bénissez le Seigneur qui vous a créé, et qui vous comble de tous ses biens. r. 45-47.

Avis à ceux qui traitent les autres.

Eccli. 51. N'excitez point à boire ceux qui aiment le vin; car le vin en a perdu plusieurs. r. 50.

Eccli. 52. Vous a-t-on établi (1) roi du festin? Ne

(1) Tout ce qui est dit sous le titre précédent, et ce qui va être dit sous celui-ci, doit être entendu selon l'usage des temps anciens, qui est de faire quelquefois des repas publics et pleins de gravité. On choisait un président du banquet, qui dirigeait tout avec régularité. On y tenait des discours agréables et utiles; les plus âgés soutenaient la conversation; la jeunesse écoutait, ou jouait le plaisir innocent d'une musique toute tournée à l'édification; on se re-

vous en élevez point; s'évitez parmi eux comme l'un d'entre eux. Ayez soin d'eux, et après cela asseyez-vous; prenez votre place après que vous vous serez acquitté de tous vos devoirs, afin qu'ils deviennent le sujet de votre joie, que vous receviez la couronne comme un ornement de grâce, et que vous vous acquittiez de la louange de la part de tous les convives. Parlez, si vous êtes le plus âgé, car la bienséance le demande; mais parlez avec sagesse et avec science, et ne troublez point l'harmonie. Un concert de musiciens dans un festin où l'on boit du vin, est comme l'escarboucle enclassée dans l'or. Un nombre de musiciens dans un festin où l'on boit du vin avec joie et modérément, est comme un cachet d'émeraude enclassé dans l'or. r. 1-5, 7 et 8.

Eccli. 18. Ne vous plaisez point dans les assemblées pleines de tumulte, non pas même dans les plus petites (1) parce qu'on s'y commet, et qu'on y pêche sans cesse. r. 52.

Ne vous réduisez point à la pauvreté en empruntant à usure pour contribuer autant que les autres à faire des festins, pendant que vous n'avez rien dans votre bourse; car vous vous ôtez ainsi à vous-même le moyen de vivre. r. 55.

Contre ceux qui courent les tables et qui vivent aux dépens d'autrui.

Eccli. 2. Les principales choses pour la vie de l'homme sont l'eau, le pain, le vêtement, et une maison qui couvre ce que la pudeur veut être caché. r. 28.

Ce qui mange le pauvre dans une cabane couverte d'ais, vaut mieux qu'un festin magnifique dans une maison étrangère à celui qui n'a point de retraite. r. 29.

Contentez-vous de peu comme de beaucoup, et vous éviterez les reproches qu'on souffre dans une maison étrangère. C'est une vie malheureuse d'aller de maison en maison; partout où un homme sera comme hôte, il n'agira point avec confiance, et il n'osera ouvrir la bouche. Il traitera les autres, il donnera à boire et à manger à des ingrats; et après cela même il entendra des discours durs et désagréables. Allez, hôte, couvrez la table, et préparez à manger aux autres de ce que vous avez. Retirez-vous pour faire place à mes amis à qui je dois rendre honneur, j'ai besoin nécessairement de ma maison pour y recevoir mon frère. Ces deux choses sont pénibles à un homme qui a du sens: les reproches de celui qui nous a logés chez lui, et les insultes d'un créancier. r. 50-53.

Eccli. 40. La vie de celui qui s'attend à la table

graît chacun chez soi, etc. Ainsi tout ce que dit ici le sage, ne doit point être employé à justifier l'intempérance et la sensualité des parties de plaisir si communes parmi les hommes voluptueux. (Bassuet.)

(1) Le grec porte ainsi: Ne vous plaisez pas dans l'assemblée des dillers, et ne vous liez point avec ceux qui se joignent ensemble pour faire bonne chère.

d'autrui n'est pas une vie, parce qu'il se nourrit des viandes des autres. Mais celui qui est bien réglé et bien instruit se gardera de cet état. v. 50 et 51.

Prov. 12. Le pauvre qui se suffit à lui-même, vaut mieux qu'un homme glorieux qui n'a point de pain. v. 9.

Prov. 15. Il vaut mieux être invité avec affection à manger des herbes, qu'à manger le veau gras lorsqu'on est haï. v. 17.

§ 2. Règles de bienséance dans les paroles et dans les conversations.

Prov. 15. Chacun aime son sentiment quand il l'a dit ; mais ce qu'on doit estimer, c'est la parole dite à propos. v. 25.

Prov. 25. La parole dite en son temps est comme des pommes d'or sur un lit d'argent. v. 11.

Prov. 18. Celui qui répond avant d'écouter, fait voir qu'il est insensé et digne de confusion. v. 15.

Eccli. 5. Écoutez avec douceur ce qu'on vous dit, afin d'acquérir l'intelligence, et de rendre avec sagesse une réponse qui soit véritable. v. 15.

Si vous avez de l'intelligence, répondez à votre prochain ; sinon, que votre main soit sur votre bouche, de peur que vous ne soyez surpris dans une parole indiscrete, et que vous ne tombiez dans la confusion. v. 14.

L'honneur et la gloire accompagnent le discours de l'homme sensé ; mais la langue de l'imprudent est la ruine de son âme. v. 15.

Eccli. 7. Ne vous répandez point en de grands discours dans l'assemblée des anciens, et ne répétez point la parole dans vos prières. v. 15.

Eccli. 11. Ne répondez point avant que d'avoir écouté, et n'interrompez point une personne au milieu de son discours. v. 8.

Eccli. 20. Il y en a qui se taisent qui sont reconnus pour sages ; et il y en a qui se rendent odieux par leur intempérance dans les paroles. v. 5.

Il y en a qui se taisent, parce qu'ils n'ont pas assez de sens pour parler ; et il y en a d'autres qui se taisent, parce qu'ils discernent quand il est temps de parler. v. 6.

L'homme sage se tiendra jusqu'à un certain temps dans le silence ; mais l'homme léger et imprudent n'observera point les temps. v. 7.

Celui qui se répand en paroles, blessera son âme ; et celui qui s'attribue un pouvoir injuste, se fera haïr. v. 8.

Une parole sage sera mal reçue de la bouche de l'insensé, parce qu'il la dit à contre-temps. v. 22.

Eccli. 21. Les lèvres des imprudents diront des sottises ; mais les paroles des hommes prudents seront pesées à la balance. v. 28.

Le cœur des insensés est dans leur bouche ; et la bouche des sages est dans leur cœur. v. 20.

Eccli. 22. Un discours à contre-temps est comme une musique pendant le deuil ; mais la sagesse em-

ploie toujours à propos le châtement et l'instruction. v. 6.

Eccli. 27. Quand vous serez au milieu des insensés, réservez-vous à parler pour un autre temps ; mais trouvez-vous sans cesse parmi les personnes sages. v. 15.

Eccli. 52. Ne répandez pas la parole lorsqu'on n'est pas disposé à écouter ; et ne vous élevez pas à contre-temps dans votre sagesse. v. 6.

Écoutez en silence, et votre retenue vous acquerra beaucoup de grâce. v. 9.

Ne parlez, jeune homme, qu'avec peine dans ce qui vous regarde. v. 10.

Quand vous aurez été interrogé deux fois, répondez en peu de mots. v. 11.

Conduisez-vous en beaucoup de choses comme si vous les ignoriez, et écoutez en silence et en faisant des demandes. v. 12.

Lorsque vous êtes avec les grands, ne prenez point trop de liberté ; et ne parlez pas beaucoup, où il y a des vieillards. v. 15.

On voit l'éclair avant la grêle, et avant la retenue qui empêche de parler, on voit une certaine grâce qui prévient ; et cette retenue vous attirera beaucoup de grâce. v. 14.

Eccli. 33. Celui qui doit éclaircir ce qu'on lui demande, préparera sa réponse, et après avoir ainsi prié, il sera exaucé ; il conservera la règle de la doctrine, et après cela il répondra. v. 4.

Eccl. 10. Ne parlez point mal du roi dans votre pensée, et ne médisez point du riche dans le secret de votre chambre, parce que les oiseaux mêmes du ciel rapporteront vos paroles, et ceux qui ont des ailes publieront ce que vous aurez dit. v. 20.

§ 3. Modestie et bienséance dans les manières.

Prov. 17. La sagesse reluit sur le visage de l'homme prudent ; l'insensé a toujours les yeux égarés. v. 24.

Eccli. 19. On connaît une personne à la vue, et on discerne à l'air du visage un homme de bon sens. v. 26.

Le vêtement du corps, le ris des dents et la démarche de l'homme font connaître quel il est. v. 27.

Eccli. 7. Le ris de l'insensé est comme le bruit que font les épines, lorsqu'elles brûlent sous un pot, mais cela même est une vanité. v. 7.

Eccli. 21. L'insensé en riant élève sa voix ; mais l'homme sage rira à peine tout bas. v. 25.

L'insensé regardera par la fenêtre dans une maison ; mais l'homme discret se tiendra dehors. v. 26.

Le fou montrera sa folie en écoutant à une porte ; mais cette bassesse sera insupportable à l'homme prudent. v. 27.

Prov. 25. Ne vous élevez point en honneur devant le roi, et ne vous tenez point au rang des grands. Car il vaut mieux qu'on vous dise : Montez ici, que d'être humilié devant le prince. v. 6 et 7.

Prov. 27. Qu'un autre vous loue, et non votre

bouche ; que ce soit un étranger , et non vos propres lèvres. v. 2.

Eccli. 4. Rendez-vous affable à l'assemblée des pauvres ; humiliez votre âme devant les anciens , et baissez la tête devant les grands. v. 7.

Eccli. 8. Ne méprisez point un homme dans sa vieillesse ; car ceux qui vieillissent ont été comme nous. v. 7.

Eccli. 20. Le sage se rend aimable dans ses paroles ; mais ce qu'il y a d'agréable dans les insensés , s'écoulera comme de l'eau. v. 15.

L'homme qui ne se rend point aimable , est comme un méchant conte en la bouche des gens qui n'ont point d'éducation. v. 21.

§ 4. *Sagesse et discrétion dans les disputes : éviter et prévenir les querelles.*

Prov. 5. Ne faites point de procès à un homme sans sujet , lorsqu'il ne vous a fait aucun tort. v. 50.

Prov. 12. L'insensé découvre d'abord sa colère ; mais celui qui dissimule l'injure , est un homme habile. v. 16.

Prov. 15. La parole douce rompt la colère ; la parole dure excite la fureur. v. 1.

Prov. 17. Celui qui commence une querelle est comme celui qui donne une ouverture à l'eau ; et il abandonne la justice avant même qu'il ait souffert quelque injure. v. 14.

Prov. 20. C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations ; mais tous les imprudents s'embarassent dans ce qui leur attire de la confusion. v. 3.

Prov. 22. Chassez le railleur , et les disputes s'en iront avec lui ; alors les plaintes et les outrages cesseront. v. 10.

Prov. 25. Ne vous hâtez pas de découvrir dans une querelle ce que vous avez vu de vos propres yeux ; de peur qu'après avoir ôté l'honneur à votre ami , vous ne puissiez plus le réparer. v. 8.

Traitez de votre affaire avec votre ami , et ne découvrez point votre secret à un étranger , de peur que , l'ayant appris , il ne vous insulte , et qu'il ne vous le reproche sans cesse. v. 9 et 10.

Prov. 26. Celui qui en passant se mêle à une querelle qui ne le regarde point , est comme celui qui prend un chien par les oreilles. v. 17.

Eccli. 8. Ne disputez pas avec un grand parleur , et ne mettez pas davantage de bois dans son feu. v. 4.

N'ayez point de commerce avec un homme mal instruit , de peur qu'il ne parle mal de votre race. v. 5.

Eccli. 19. Avez-vous entendu une parole contre votre prochain ? Faites-la mourir en vous ; et assurez-vous qu'elle ne vous fera point crever. v. 10.

§ 5. *Principes de conduite sur les bienfaits.*

Prov. 3. N'empêchez point de bien faire celui qui le peut ; faites bien vous-même si vous le pouvez. v. 27.

Ne dites point à votre ami : Allez et revenez , je vous donnerai demain , lorsque vous pouvez lui donner à l'heure même. v. 28.

Prov. 25. Celui qui se vante et qui ne tient point ses promesses , est comme le vent et les nuées qui ne sont point suivies de la pluie. v. 14.

Eccli. 4. Que votre main ne soit point ouverte pour recevoir , et fermée pour donner. v. 56.

Eccli. 7. Répandez vos biens sur tous ceux qui vivent , et que votre libéralité s'étende sur les morts. v. 37.

Eccli. 18. Mon fils , ne mêlez point les reproches au bien que vous faites ; et ne joignez jamais à votre don des paroles tristes et affligeantes. La rosée ne rafraîchit-elle pas l'ardeur du grand chaud ? Ainsi la parole douce vaut mieux que le don. La douceur des paroles ne passe-t-elle pas le don même ? Mais tous les deux se trouvent dans l'homme juste. L'insensé fait des reproches aigres , et le don de l'indiscret dessèche les yeux. v. 15-18.

Eccli. 20. Il y a un don qui est inutile , et il y a un don qui est doublement récompensé. v. 10.

Prov. 17. Le malheur ne sortira jamais de la maison de celui qui rend le mal pour le bien. v. 13.

§ 6. *Quelques avis touchant les visites d'honnêteté et de consolation.*

Prov. 25. Ne fréquentez pas trop la maison de votre prochain ; de peur qu'étant dégoûté de vous , il ne vous hâisse. v. 17.

Eccli. 21. L'insensé met aisément le pied dans la maison de son voisin ; mais l'homme qui sait vivre , est fort réservé à visiter une personne puissante. v. 21.

Eccli. 7. Ne soyez point paresseux à visiter les malades ; car c'est ainsi que vous vous affermirez dans la charité. v. 59.

Prov. 25. Chanter des cantiques devant celui dont le cœur est corrompu , c'est mettre du vinaigre dans le nitre. v. 20.

Prov. 14. Le cœur de chacun connaît l'amertume de son âme , et sa joie ne sera point comprise par un étranger. v. 10.

AD MINISTROS GENEVENSES

GILBERTI GENEBRARDI,

THEOLOGI ET PROFESSORIS REGII,

Admonitio (1).

Semuri Mandubiorum, quò me proximâ æstate contuleram, partim ut ubi publicæ occupationes assiduum esse non sinant, prioratui cui præfectus sum, aliquam anni partem darem; partim ut meos amicos, quos illic habeo plurimos et integerrimos, viderem, meque ipsum paulò ante è diurno quartanæ morbo recreatum mutatione auræ plenè confirmarem, mihi Feureus patronus multis rebus ornatus libellulum Theodori Bezæ Canticum canticorum Salomonis versibus trochaicis dimetris catalecticis prætextentem obtulit. Legi, relegi, intellexi, et miratus sum tam pusillum corpus, trium foliorum, tot scaterè verrucis. Quæ cum me vehementer offenderint (nam juxta vetus verbum, et quidem paganum: *Amo verecundiam*), indèque plerosque vestri gregis offendere intellexerim, nihil potius duxi, quàm ut vos literis convenirem, tranquillitatis publicæ amicissimos, ac vobis scandali nostri causas simplicissimè aperirem, qui vos solos putavi, christianâ aliquâ charitate et zelo posse et velle occurrere, quòd is qui aliò longè nostras mentes et cogitationes abripere, ab amoribus castis ad profanas veneres traducere, sanctam Christi sponsam in aulicam pellicem transformare, purum auctoris sensum multis locis pervertere conatus est, nunquàm se ad puriora subsellia pertrahi passurus sit. Ad vos igitur, qui vobis de puritate religionis et morum censuram sumitis, tanquàm actor rei forum sequens, omne iudicium defero. Verùm videte, in ferendâ sententiâ, ne per gratiam, ullam nomini vestro notam nefariæ turpitudinis inuratis, date operam ne quid resp. detrimenti, ne quid impuritatis capiat. De re enim agitur quæ vobis vel perpetuam ignominiam, vel sempiternam laudem conciliatura sit. Nam nunc quæritur, quoniam Salomon bucolicâ pulchræ sponsæ parabolâ universæ Ecclesiæ corpus describit, membris pulchris et elegantibus constans, quidam ad speciosum corpus humanum proportionem, sintne omnia hic castè et sanctè ut concipienda, ita etiam enuntianda, an amatorio poetarum stylo, sintne ad corpus Christi mysticè transferenda, an ut corpus aliquod profanum tractanda, sintne ad anteriorem hominem traducenda, an ad exteriorem revocanda. Nam hæc ita Bezæ explicavit, ut nullus spiritui locus relictus esse videatur. Vestro iudicio iste, opinor, stabit, ut sua vel corrigat, vel obruat, sive vacillantis suæ ætatis miseratione, sive perpetuâ erga vestrum ordinem voluntate et observantiâ, quem non audet puritatis magistrum ministrumque diliteri. Quæ ergo et quanta nos offendant æquis auribus accipite, et æquioribus animis expendite.

(1) Illud Genebrardi fragmentum ad calcem voluminis subjicimus, quamvis loco fortè magis idoneo, Cantici canticorum commentariis supra coaptari debuisset. At seriùs in manus nostras devenit hæc optimi interpretis Admonitio, quam, sive ob styli leporem, sive ob singulare materiæ oblectamentum, omnes profectò legisse juvabit. Quâ verò occasione, quibusve de causis edita lucubratiò, statim auctor ipse præmonebit.

Vitam Genebrardi, cujus exquisitum in Psalmos Commentarium superiùs dedimus, videre est vol. 14 *Scripturæ sacræ*, col. 981-982. (Edit.)

Primùm valdè indignamur, quòd sponsam verbis è mediâ amandi arte et lascivâ impudicorum poetarum licentiâ sumptis descriperit, ac in amasiam palatinam transformaverit.

DESCRIPTIO SPONSÆ BEZANA.

Cap. 1, v. 15. Ecce tu bellissima
His columbæ prædita
Bellulis ocellulis.

Cap. 4, v. 1. Ecce tu bellissima
His columbæ prædita
Pætulis ocellulis.
Hinc et inde pendulis
Crispulis cincinnulis.

Quale nos mollissimo
Eminùs pilo pecus
Conspicamur saltibus,
Talis est tibi coma
Mollicella, crispula.

Vers. 3. Quale punci rubent
Mali hiantis granula,
Tale quiddam *crispulæ*
Inter emicat comæ
Tortiles cincinnulos.

Vers. 9. *Callida*

Altero me *pætulo*
Contuens ocellulo.
Alterum *cerviculæ*, etc.

Cap. 5, v. 1 et 2. Hiscæ me quàm blandulis
Unicè charus mihi
Excitavit *voculis!*
Tu mea, ô *soro cula*,
Tu mea, ô *columbula*.

Cap. 6, v. 5. *Ah! amabo, flammeos*
Hos ocellos paululum
In latus deflectito,
Ferre quorum fulgidas
Haud potis sum *flammulas*.

Et mox,
Mollicella, crispula.

Cap. 7, v. 1. Quàm tui sunt *belluli*,
Quàm tui nitentibus
Calceis *venustuli*
Sunt pedes!

Vers. 2. *Umbiliculus*
Est tibi rotundulus.

Vers. 4. *Lactea hæc cervicula*
Turris est eburnea,
Hæc tuæ *pupillulæ*
Vitrea sunt piscinæ.

Vers. 8. *Pupillulas*
Ceu botros exsugere.

Vers. 10. Unicum te respicit
Istud omne *corculum*.

Transilio locos quibus eam *fessulam, venustulam, blandimentisque aliis ludicram et jocularem reddidit*. Hæc enim omnia, utut senilia, juvenilibus consonant, quæ jam olim cecinit: In fibulam Candidæ; in oculos,

titate peccat, ut corruptus pes mentem corruptiorem sequatur, nam in, *tu me mi*, nullus est trocheus caelesticus.

Duodecimò, cum Salomon sponsam canat immaculatam, et, ut iste lusit,

Labis omnis nesciam,

cum Sponsam omnibus numeris et membris absolutam formet, an istum aequis animis leretis utriusque vitia, deformitates, maculasque minime vulgares impingentem? *Labellula semihulca, patos oculos, mollicellas comas, crispulam lanuginem, pellaciam*. Nam, per Deum immortalem, quam deforme *labris semihulcis* esse präditum! quam vitiosum habere oculos *patos*, et effeminatiore formâ *patulos*, nempe *semistrabos*, huc illuc versatiles, et hircinos, quasi oculos plenos adulterii, uti illo animante nullum est salacius!

Strabonem,

Appellat pætum pater,

inquit Horatius Serm. Sat. 3, l. 4

Pæti propriè dicuntur, inquit Acron antiquus Horatii interpres, quorum huc atque illuc oculi vertuntur. Alii : Pæti qui obliquatis oculis in altum respiciunt, vel qui alterum oculum minorem habent. Omnes, epithetum esse vitiatum, luscum, pravique oculi. Alterum vitium utriusque ascriptum est procurata comæ crispitudo, contorsio, mollities, quantum item ad sponsum, lanugo crispula, et crispule nodi comæ. Nam his quid in adolescentibus deploratius, quid corruptius? Hic maluisti, Beza, tuo carne duci sensu, quam audire Apostolos : *In habitu ornato, non in tortis crinibus*, 1 Tim. 2, 1 Pet. 3. Denique sponsum totum, quantum sponsum est, facit *pellaciam*. Quis tam Latine linguæ hospes et peregrinus, qui nesciat *pellaciam* pravè sonare, et fallaciam, fallacemve illecebram designare, indeque *pellacem* dici vafrum circumscriptorem, ac à nonnullis cum Græcorum *παλακία* et *παλακί* conferri.

Virgilius, lib. 4 Georgicon :

Verum ubi nulla fugam reperit pellacia ;

Et lib. 2 Æneidos :

.... Invidia postquam pellacis Ulyssi,
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

Decimotertiò, dolemus, quòd ad excedendam suam poesim non aliud sibi argumentum sumpserit. Nam cum profanus sit, cum profanè perpetuò vixerit, cogitavit, fecerit, scripserit, quis unquam existimabit ab eo tam sacros, tam mysticos, tam spirituales, tam castos amores posse exprimi? Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Se labe simoniacæ aliquoties polluit, se suamque valetudinem stupris plurimè læsit, amores fædos Candidæ et Audeberti cecinit, et publicavit etiam post ministerium Verbi assumptum, factionibus, motibus, bellis, cuncta in suâ patriâ miscuit, ad externos in patriæ incendium pertrahendos se legatum ultrò constituit, regis sui oppugnationi interfuit et penè præfuit, sicuti apud Castalionem gloriatur, ad proditoriam principum necem sicarios conduxit, æqualium impatiens multos vestrorum partim Genève expulit, partim fictis criminibus perdidit. Alios, qui aliò sese ad vitandam ejus vim et tyrannidem subdlexerant, vel alibi pridem sedes habebant, collocatas concivis laceravit, et ad suspicionem impietatis adduxit. Passeventiis et famosissimis libellis reges, principes, antistites, nobiles, magistratus, omnium ordinum probos et quietos quosque traduxit, antiquos et approbatos auctores contumeliis affecit, nominatim Josephum, Origenem, Hieronymum, Chrysostomum, Nicephorum, se denique adversus omnes, tanquam ferus Ismael armavit. Disciplinam fœdam de matrimoniis ac aliis ad religionis politiam pertinentibus, libris Speucei de continentia oppositam tradidit. Consensit in impurissimâ doctrinâ et corruptissimâ de fatali prædestinatione, de non curando parvulorum baptismo, de sacramen-

tis contra verbum Dei et piorum omnium praxim administrandis, de cogenda in hominum captum Dei omnipotentia, etc.; et is Ecclesiam pulcherrimam, omnium labe et macula purgatissimam, omni culpa divino beneficio carentem optime canet, celebrabit, ad eam pertinebit!

Decimoquarto, ingemiscimus quòd se tantoperè à scopis auctoris removerit. Cum enim Salomon in ignobilissimis etiam membris nos transmittat ad cælum, iste perpetuò nos, tanquam porcos, in terram curvat et inlectit. Cum Salomon perpetuò congruat Apostolo dicenti : *Mortificate membra vestra super terram*; et : *Exhibete membra vestra arma justitiæ Deo*; et : *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi, templum Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habemus a Deo; tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?* cum his, inquam, perpetuò congruat Salomon, iste contra ubique ad membrorum lasciviam, luxuriam, petulantiam, ignes, frigidam suffundit. Nam quòd Salomon suo Cantico mentes nostras subrigere in cælum, et à terrenis cogitationibus abducere instituerit, crasso exemplo doceo. Ex ignobilioribus membris ob ignobiles et cum brutis communes functiones censetur bonis et sapientibus venter, ut de eo clamat Apostolus : *Esca ventri, et venter escis; Deus autem et hunc et illas destruet.* Et in eo tamen Salomon contemplatur cælum, et ad cælum nos jubet respicere, ac uti ventre, non ut edamus, bibamus, voluptuemur, sed ut vivamus ac serviamus Deo. *Venter ejus, inquit capite quinto, est eburneus distinctus, sive tectus sapphiris*. Nempe quoniam ebur candore et puritate excellit, non constat fluxa et liquenti materiâ, quoniam sapphirus carule cælestique colore micat, quis est tam pravè affectus, qui non statim intelligat se hæc dicendi formulâ vocari atque incitari ad temperatè, candidè, pudicè, incorruptè, divinè, et, ut ita loquar, cælestiter membris utendum, quæ alioqui ad gulam, intemperantiam, impudicitiam natura peccato Adami corrupta vertit et inclinavit?

Decimoquinto, ejus cæcitatem miseramur, quòd auctoris neque scopum neque litteram ullo modo viderit, nec intellexerit sponsum et sponsam hic describi, quantum ad litteram perfectos, cunctisque gratiis ac virtutibus excultos, quantum ad mysterium, plenos divinis sacramentis et rebus. Sed quoniam mysteria è nostris commentariis et trium rabinorum, quos superioribus annis vertimus, abundè haurire potestis, corticis sententiam degustare sat nobis fuerit. Capitis quarto, sexto et septimo, sponsa sic pingitur, sic describitur, ut simul doceatur quales oporteat esse feminas fideles et christianas. In genere esse pulchra, suavis et decora, sicut Jerusalem, in quâ erat sedes religionis, nempe moribus et pietate insignis. Terribilis ut castra benè ordinata et ad confligendum instructa, nempe severa, gravis, invicta, inexpugnabilis, parata perpetuò ad excipiendas impressiones eorum qui ejus religionem, fidem, patientiam, pudicitiam et cæteras virtutes tentant. Columba, integra, chara parentibus ob obedientiam, humilitatem, suavitatem. In specie prædita est 1^o oculis columbinis, latis, pudicis, simplicibus, sponsum in dulci castoque amore continentibus. 2^o Capillis intra vittam coccineam inclusis, non foras prodeuntibus, non tortis, non crispis et calamistratis, nullâ arte depravatis, sed simplici pectine nudis et compositis, ut pecus ovium Galadinarum. 3^o Dentibus candidis, lumentibus suo officio, non putridis et inutilibus, non putentibus ex gulâ, crapulâ, intemperantiâ, incontinentiâ, otio. 4^o Genis rubicundis, pudentibus et verecundis. 5^o Labiis coccineis sive rubentibus, propter eloquium castum, pudicum et verecundum. 6^o Collo munito honestis ornamentis et torquibus, ut turris David clypeis, ne nuditate quisquam offendatur, vel ad libidinem pelliciat. 7^o Uberibus ambobus æqualibus et pastis succo liliato, odorato et niveo, eoque abundantibus ad alendos liberos, ut sit pia, recta, æqua liberorum

lactatio et educatio. 8^o Gressibus pulchris, pulchro et decoro incessu, non levi et præcipiti, non nimis lento, molli et effeminato, non superbo, etc.; et calcibus nitentibus, non sordidatis nimia pervagatione et cursivitate: *Oportet enim feminam*, inquit Apostolus, *esse cælestem, rariùsque cære*. 9^o Feminibus probè junctis, non dissolutis, non vagis, non prævaricantibus, neque transilientibus metas sui officii. 10^o Umbilico benè temperato, nunquam indigente potu mixto, id est, habente motus temperatos, nec gignente motus inordinatos et ardorem concupiscentiæ absorbentem usum rationis. 11^o Ventre instar tritici vallato liliis et munito liliatâ pudicitia, niveâ et suavi temperantiâ, contra morsus volucrum salacium. 12^o Naso instar turre respiçientis contra Damascum, acri judicio et sagacitate procul respiciende ad res et necessitates domesticas. 13^o Capite elevato, ut mons Carmelus, ob testimonium rectæ conscientiæ, nihil sibi consciante, non pallescente culpâ, non depresso et dejecto propter pudendas actiones. 14^o Comâ, tanquam purpurâ regiâ et pretiosâ, vinctâ canalibus, quoniam coma debet haberi in pretio, non publicè exponi, rei vanales instar, non palam ostentari, sed vinciri, et coerceri vitis, ne defluat et molliem animi indicet. 15^o Staturâ palmeâ, non succumbente oneribus et negotiis domesticis, erectâ in cælum, ad Deum suspirante. 16^o Gutture sive palato amabili, se solum suo conjugii et propinquis communicante, Deum invocante. An aliquid istorum debet trahi ad impudicitiam, et non potius esse speculum virtutum, quas Deus in feminis fidelibus, ad cæli fructum vocatis et electis postulet? An non hæc vetus est philosophia parabolis, symbolis, ænigmatibus docere solita, quæ pertinet ad mores, medicinam, naturam, res metaphysicas, theologiam denique ipsam! ἀρχαῖον ὄμμαί και λίαν πλατωνικόν ὑπό προσηγορίαι φαυλοτέρας ὑποθέσεως κρύπτειν τὰ σπουδαία. Quæ qui ignorat, aut non legit nostri Salomonis Ecclesiasten ænigmatice senium ultimo capite describentem, aut non intellexit, ut taceam Proverbiorum ejus exstantium et Canticorum ad multa millia non exstantium infinitas parabolos, involucris arcana mirabilia contegentes, τοῦ μίτη τὰ μόλις εὐρέθεντα πάλιν ἐξ ἀνθρώπων ἀπολλύσθαι, μήτε μολύνεσθαι δόξαις βεβήλοις ἐκκείμενα.

Decimosextò, quis non riserit, quòd ad fulciendas carminum suorum ruinas absurdos et ridiculos advolvit obices, ut in Psalmis olium, inepta videlicet adjectiva et epitheta, ut quando sponsi labella dixit semihiulea, Gallicè *demi-bâillantes*, pro semiapertis, opinor: nam nolim, nec ipsi, credo, velitis, ut respexerit ad semihiulea impudicorum basia.

Cap. 5, vers. 12. — Bina sunt labellula
Myrrheum fundentia
Semihiulea balsamum.

Et malum punicum *hians*, Gallicè *bâillant*, pro aperto.

Cap. 6, vers. 7. — Quale punici rubent
Mali *hiantis* granula,
Tale quiddam crispulæ
Inter emicat comæ
Tortiles cincinnulos.

Nam quàm parùm his locis congrua, quàm parùm apta, imò verò quàm non inepta hæc et istius metalli sint epitheta, quis satis explicaverit? Nescio num etiam hic debeam istius in fingendis diminutivis insultare audaciæ. Ea enim è quibuslibet fingit temerè ad fulciendam perpetuò versùs sui ruinam, et quidem quod barbariem respicit è participiis, ut si quis à participio *amatus*, crearet *amatulum*, à *captus*, *captulum*.

Cap. 1, vers. 4. — Ergo tu me fessulam
Tu me anhelam pertrahe.

A fessâ fessulam deduxit, Gallicè *lassette*, *petite lasse*, quòd participium est ab antiquo verbo fatiscor, ut Priscianus docet. Atqui in puerili ludo nos præceptores nostri docuerunt diminutiva à nominibus dun-

taxat fieri, partim substantivis, ut ab *ignis*, *igniculus*; partim adjectivis, ut à *tener*, *tenellus*; præter paucula adverbia, *sæpiusculè*, etc. Quòd à Græcis observatur; nam ab εἶδος, substantivo formant εἰδούλιον, ab adjectivo μωρός, μωρίων. A participio doceat.

Postremò, nimis esto minutum tanto poetæ hallucinationem tribuere, ut cum produxit syllabam *de* in verbo *videritis*.

Fortè si videritis.

Fortassè enim sibi utendum putavit tribracho, loco dactyli, ut spondaeo, loco trochæi.

Nectar mutuò tibi.

At non video ad quem pedem respicere poterint quidam versiculi, quos claudit pede constante tribus longis loco dactyli, vel trochæi et syllabæ.

Hæ tuæ pupillulæ

Vitræ sunt *piscinæ*.

Nam in hendecasyllabo Martialis et alibi, *piscina* penultimam perpetuò producit:

Piscinam peto, non licet nature.

Hæ maculas propter poetæ dignitatem et amplitudinem facillè ferrem ob Flacci Horatii sententiam:

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Sed idem mox significat:

Non opere in parvo fas esse obrepere somnum.

Nobis qui poesim non exercemus, sed ad alia animi appellere solemus, fortassis fas esset. Verùm de grammaticis rebus in his vestris subseillis nullam actionem intendo, sed nec vos ullam de his mentionem habete, obsecro. Vos oro obtestorque, ut solum de moribus, de disciplinâ, de doctrinâ, de Scripturarum interpretatione disceptetis, quid nobis probabile, quid pusillis salutare, quid vobis honorificum statuatis, in sententiâ ferendâ optimum et sapientissimum quodque eligatis, nec tam unius vetuli in extremo vitæ actu desipere pergentis, et papatum quemdam inter vos, priusquam è vivis migret, spe complectentis famæ et existimationi, quàm Dei gloriæ, vestrùm omnium honori, multorum saluti, proximorum eruditioni consulatis. Eum autem obnixè rogamus, ut vestram sententiam, quæcumque tandem illa futura sit, æquo animo ferat, quali nos laturos vobis ingenuè pollicemur, æquiore nostram actionem interpretetur, qui nullo privato odio, nullo livore, Deum testatur, ad eum traducendum adducti sumus. Nos privatum nunquam læsit, imò verò, si id beneficio tribuendum est, de nobis honorificum testimonium sapè, ut à multis accepimus, tulit, ac nostras in Burginum Josephi Gallicum interpretem, Schekium et Danæum Antitritarios censuras laudavit. Sed tanta est nostræ fidei et religionis vis, ut nullum, ne quidem parentem, ferre possimus, qui sacram Scripturam indignè tractet, aut eâ ad impudiciam et sceleris velamen abutatur. Deinde existimavimus nos ipsius gratiam inituros, si hæc castigatione redderem moderatiorem et ad spiritualia attentorem. Nam sic intellecturum, se non ad insaniam, verùm ad sanitatem, respicientiamque vocatum, rogatumque benevolè ut animi rationem habeat, juvenilia in suæ ætatis præceptio deserat, corporeis voluptatibus nuntium remittat, de futurâ vitâ seriò tandem cogitet, mortem imminuentem ob senium in oculis ferat, tribunal Domini horrendum, in quo de verbis otiosis reddenda erit exacta ratio, multo magis de scriptis pestilentibus, de scandalis, de hæresibus, de corruptelis verbi Dei palam et publicè expositis, paveat, se ad extremum vitæ actum pervenisse meminerit, præcedentem scenicam protasim, tragicam epitasim, comicâ saltem et probabili catastrophâ claudat, ac nos de suâ conversione gaudentes, Deoque optimo maximo gratias agentes cum sanctis angelis, eliciat. Valet omnes, et spiritum sanctum habetote mentium vestrarum collustratorem. Lutetiâ, 7 idus octobris, 1584.

INDEX RERUM.

